

SACRÆ ROMANÆ ROTÆ

# DECISIONVM

## A PROSPERO FARINACIO

I. C. ROMANO SELECTARVM,

NEC VNQVAM ALIAS IMPRESSARVM,

Partis Secundæ Tomus Secundus.

ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET TRIPLICI Indice ab eodem Auctore illustratus.

*Cum Priuilegijs Summi Pontificis, Sacræ Cæsareæ Maiestatis, Christianissimi Francorum Regis, Catholici Hispaniarum Regis, Senatus Veneti, aliorumque Principum.*





VENETIIS, Apud Iuntas. M DC XVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.



# DECISIONES ROTÆ.

R. P. D. VEROSPIO.

*Bononien. de Guidalottis. Veneris* 14. *Martij*. 1614

## ARGVMENTVM.

Creditor hæres in parte non confundit actiones suas, nisi pro rata suæ partis, & ideo si ex forma statuti bona reliqua sibi adiudicat pro suo credito, facta legatarijs, & creditoribus interpellatione facit fructus suos.

### SVMMARIVM.

*Hæres cum inuentario pro suo credito potest implorare officium iudicis, & petere bonorum hæreditariorum separationem, & assignationem citatis creditoribus, & legatarijs, quia scilicet non fuerũt confusa actiones. n.* 1

*Hæres pro parte bonorum sine inuentario, si sit etiam creditor hæreditatis, pro illis partibus in quibus non est hæres non confundit actiones. nu.* 1.

*Factum generaliter esse dicitur quod mora & impedimẽto alterius fieri prohibetur. nu.* 2.

*Actor in actione personali consequi debet id omne, quod litis contestata tempore fuisset habiturus. nu.* 2

*Statutum Bononiæ in vol crim. folio* 80. *permittit creditori bona debitoris vendere, & apud se pro iusto pretio per iudicem declarando retinere. nu.* 2. *in fine*.

*Boni hæredis sunt hypothecata pro solutione dotis filiorum testatoris. nu.* 3.

*Dos succedit loco legitimæ. nu.* 3.

*Legitima in corporibus hæreditarijs vna cum fructibus a die mortis debetur. nu.* 3.

*Soluens pro alio, & retinens bona eius, pro quo soluit, succedit in locum illius, cui soluitur. nu.* 4.

*Adiudicatio bonorum in solutum sortitur naturam venditionis. nu.* 3.

*Emptori sicuti quando rei non fit traditio debentur fructus, ita etiam ei cui culpa debitoris nõ fuit facta adiudicatio bonorum in solutum. nu.* 3.

*Fructus percepti ante pretij declarationem sunt emptoris. nu.* 3.



*Fructus emptori ante rei traditionem debentur ex mera æquitate, ne venditor eodem tempore gaudeat & vi pretio, & fructibus rei. nu.* 3.

*Adiudicatio bonorum quæ debent fieri pro iusto pretio, dicitur æstimatio certa, & a lege facta. nu.* 4.

*Mora detegitur per iudicialem interpellationem. nu.* 4.

*Fructus a die moræ peti possunt. nu.* 4.

*L.* 1. *&* 2. *C. de pig. act. limitatur, vt hic. nu.* 5.

*Creditor retinens bona debitoris tanquam in pignus, quæque de proximo ei sunt adiudicanda in solutum, vel quæ debitor non curat, facit fructus suos. nu.* 6.

*Bonafides ad faciendos fructus suos semper præsumitur, etiamsi quis possideat sine titulo. nu.* 7.

*Causa qualibet etiam bestialis, & temeraria excusat a fructuum restitutione. nu.* 7.

*Petitionis hæreditatis vniuersale iudicium comprehendit etiam fructus. nu.* 8.

*Fallit quando possessor fuit bonæ fidei, quia facit fructus suos. nu.* 8.

## DECISIO DXXVIII.

1 CVm per binas decisiones coram me firmatũ fuerit, Pliniũ vigore statuti Bononiensis hæreditatẽ Antonij ipsius ex fratre nepotis pro quinta parte sibi delatam adiuisse, & per cõsequens quo ad illam suos fecisse fructus: Dubio super alijs a me proposito fuit responsum a die iudicialis interpellationis, qua de anno 1585. pro eiusdẽ parte fuit petitum ipsi bona hæreditaria pro suo crediro in solutũ adiudicari. Pliniũ suos pariter fructus effecisse: Cum enim ex calculo, & statu totius negotij firmato corã bo. me. Penia, necnõ eius particulari decisione 17. Iunij 1611. staturum fuerit tempore obitus Antnnij de Anno 1580. creditum æstimationi fere bonorum hæreditariorum æquiualens fuisse, fructibus ẽt ab Anno 1569. post mortem Andreæ patris Antonij computatis, & relicta ad fauorem Plinij in suspenso partita Scut. 946. sequebatur vt in defectum pecuniarum illi bona venirent adiudicanda. Nam sicut hæres cum inuentario pro suo credito potest iudicis officium

implorando petere bonorum hæreditariorũ separationem & assignationẽ citatis Creditoribus & Legatarijs, quia confuse non fuerunt actiones, Bald. in l. debitori. nu. 4. vers. sed posse. C. de pact. vbi Alex. nu. 5. vers. secundo sequeretur referens ita seruari fecisse, Ias. nu. 3. Dec. nu. 17. Curt. iun. nu. 25. vbi de com muni, Bald. in l. fin. §. in computatione, num. 4. C. de iur. delib. Ruin. cons. 57. in fin. lib. 2. Roland. de inueut. part. 4. vt il. 10. nu. 6. Eadem ratione potuit Plinius licet sine inuentario hæres id facere, cum respectu partium pro quibus non est hæres, actiones confusæ non fuerint. l. si adulta. vbi glos. Bart. Ang. & Salic. C. de hęred. action. l. si vxor. vbi Bal. Salic. & Cast. C. de bon. auth. iud. possid. Et propterea cēseri debet a die petitionis adiudicatio facta, quamuis sorores Antonij cohæredes in mora constitutæ iniustis litibus conatæ fuerint illam protrahere. l. si creditoris. C. de fideicom. l. 2. ff. de euict. & in simili fuit dictum in Romana Saluiani interdicti 28. Nouembris 1611. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

2 Cum generaliter in omnibus causis pro facto accipiatur, quod mora & impedimento alterius fieri prohibetur. l. in omnibus. 40. ff. de reg. iur. iuxta Pādect. Florentinas. Adeo vt etiam actor in actione personali consequi valeat id omne, quod litis contestatæ tēpore fuisset habiturus. l. cum fundus. 31. ff. si cert. petat. l. videamus. 19. in fin. l. 2. vbi Bart. num. 2. & l. videamus. 38. §. si actionem. ff. de vsur. Surd. qui etiam in actionibus stricti iuris, & alios refert decis. 72. nu. 2. Quæ tanto magis procedunt respectu duarum partiarum pro quibus in dicto calculo & statu firmatum fuit Plinium creditorem remansisse prima partita erat de Scutis 3315. aureis illi debitis in vim duplicis instrumenti cũ hypotheca & pacto precarij per quod vigore statuti Bonon. in vol. crim. fol. 80. creditori permittitur bona debitoris vendere, & apud se pro iusto pretio per Iudicem declarando retinere. De quo statuto in eisdem terminis adiudicationis in solutũ faciendæ, late Grat. cons. 37. col. 1. & 2. lib. 1.

3 Altera partita erat Scut. 6000. quę Plinius pro dotibus neptum soluerat, & sicut vigore statuti Bononiensis de successione liberorum patre vel matre mortua ab intestato. §. alijs vero. & §. sequenti dictæ neptes expresse, & specialiter hypothecata habebant Antonij bona tanquam Andreæ communis patris, nec non petere poterant illa sibi pro dotibus adiudicari, & hoc ius & facultatem ad hæredes transmittebant, & sic dos succedebat loco legitimæ, Bald. cons. 419. lib. 3. & in hoc statuto Grat. cons. 160. a num. 34. ad nu. 39. lib. 2. Quæ in corporibus hæreditarijs vna cũ fructibus a die mortis debebatur. l. scimus. §. repletionem. & l. quoniam in prioribus. C. de inof. testam. Eadem ratione Plinius tanquam istorum bonorum possessor ad effectum ea retinendi per solutionem dictis puellis factam in illarum locum successit. l. si potiores. C. de his qui, in prior. cred. loc. succed. Benintend. decis. 50. nu. 2. & 3. Magon. decis. Florētina 59. nu. 3. & fuit dictum in Placentina Saluiani interdicti 16. Iunij 1589. coram bo. me. Card. Mantica. Et cũ haberet ide n ius erat illi procul dubio facienda pariter adiudicatio petita, & datio bonorum in solutum quæ naturam venditionis sortitur. l. eleganter. & ibi Bart. Bal. Castr. ff. de pignor. act. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. n. 1. Stante igitur quod culpa & negligentia dd. neptum hæc sequuta nondũ fuerint, debentur Plinio fructus bonorum adiudicandorum, sicut emptori debentur cui non fit rei traditio. l. curabit. C. de action. empt. vbi DD. & pręsertim Cagnol. nu. 37. & seq. Natt. cons. 384. nu. 12. Et quamuis bonorum assignationem pręcedere debuisset illorũ æstimatio, adhuc tamen ea non sequuta Plinius faciebat fructus suos, prout facit emptor cui res vendita fuit pro pretio declarando, etiam antequam illud declaretur, Io. de Anan. cons. 19. n. 13. & seq. & ibi Bologn. nu. 21. Fabr. cons. 57. in princ. & n. 4. & cõs. 64. n. 58. & seq li. 1. Thesaur. decis. 288. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 19. nu. 44. Ratio autem a dd. DD. assignatur quia fructus debentur ex mera æquitate ne quis pretio rei, & fructibus gaudeat d. l. curabit. vbi Cagn. nu. 31. tanto magis cum adiudicatio faciēda esset pro iusto pretio & sic diceba tur æstimatio certa, & a lege fact. censebatur, Soc. cons. 60. nu. 1. li. 3.

4 Præterea cum d. Plinij creditum esset clarum & liquidum, vt per calculum, & decisionem coram bo. me. Penia, nec non concurreret certitudo lucri cessantis, nam facta sibi assignatione Plinius fructus bonorum de quibus agitur fuisset consequutus, & cum per iudicialem interpellationem & litem super adiudicatione satis detegatur mora. l. mora. ff. de vsur. l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig verificata remanent tria Castr. requisita, & per consequens si a dicta die Plinius istos fructus petere potuit, Castr. l. 1. diuortio ante n. 2. ff. solut. matr. Alex. cons. 69. n. 4. li. 1. cum alijs per Roland. cons. 35. nu. 5. & 6. & 18. lib. 1. Multo magis perceptos retinere & suos facere valuit.

5 Vlterius ex quo dicta bona Plinius non amplius, vt administrator possidebat cum de anno 1580. post obitum Antonij cessasset illius administratio, vt in alia decisione 3. Iunij præteriti coram me dictum fuit per hanc petitionem bene declarata videtur eiusdem voluntas, & credulitas, quod ista bona penes ipsum dimissa fuissent animo nõ reluendi tanquã pro æquiualenti summa hypothecata, dum non solũ pro eius parte petita fuisset illorũ adiudicatio, sed reseruata ēt fuissent iura consequendi residuũ crediti pro summa, quæ dd. bonorũ valorē excedebat; Vnde tanto magis intrat cõclusio, quod ab illa die Plinius licet creditor suos fecerit fructus, ex quo creditũ valori bonorũ æquiualebat, quã conclusionem in his proprijs terminis pro limitatione regulę l. 1. & 2. C. de pign. act. ponit Alex. in l. 1. §. p seruum corporaliter. n. 7. vers. vna tũ datur limitatio, qui regulã posuerat. n. 5. & ibi Socin. n. 11. & 12. in fi. dicit cōem & in iudicando sequēdam. ff. de acquir. pos. Neguf. de pign. in primo mēb. tertiæ partis nu. 29. & 30. Ita quoque ad similem effectum consideratur interpellatio debitoris, vt de pignore

gnote creditor disponere possit l. si conuenerit. ff. de pignor. act.

6 Nec videtur posse cōtrouerti Plinium qui sciebat adiudicationem petitam sibi deberi tanquam summæ æquiualentis & fortasse maioris creditori, iustam habuisse causam dicta bona retinendi vti propria, de relicta, & sibi de proximo plene adiudicanda. Bal. in l. creditor. 28. nu. 2. ff. si cert. pet. Quæ sola quamuis erronea credulitas sufficeret, vt ille suos fructus effecisset. l. igitur. 12. vers. potest. ff. de liberal. caus. l. sed & si lege. 28. §. scire. ff. de pet. hæred. Alciat. reg. 3. præsumpt. 5. num. 2.

7 Hæc autem omnia etiam singula de per se videntur sufficere, si non pro titulo adiudicationis in solutum vt dictum est, saltem ad excludendam malam fidem Plinij, quod satis esset ad faciendos fructus suos, Bar. in l. sed & si lege. §. re, nu. 4. in fi. ff. de pet. hæred. Rot. decis. 577. nu. 15. par. 1. diuers. & vlterius ad inducendam bonam fidem, quæ sine aliquo titulo sufficit. §. si quis a non Domino. instit. de rer. diuis. cum qualibet causa etiam temeraria, & bestialis possessorem excuset a fructuum restitutione. Bart. & alij in l. Celsus. ff. de præscript. late Bece. conf. 95. nu. 15. & qualis qualis occasio possidendi, Bald. in l. irritum. num. 3. C. de vsucap. pro don. Surd. decis. 211. nu. 7. & late fuit deductum in Auximana spolij 3. Decembris 1610. & 4. Martij 1611. coram R. P. D. meo Pirouano.

8 Nec valet dicere fructus deberi pro suis portionibus puellis de Guidalottis, pro quarum parte fuit postea iudicium vniuersale petitionis hæreditatis intētatum, in quo fructus veniunt, Afflict. decis. 240. nu. 2. & seq. hoc enim procedit, quādo possessor suos fructus non fecit, vt in casu Afflicti, in quo vt ipse dicit mala fides defuncti obstabat hæredi possessori, secus quando possessor illos fecit suos vt hic ex prædictis conclusum fuit l. 1. vers. vsuras, C. de pet. hæred. l. Itē veniunt. §. præter. vers. eos autem, & l. sed & si lege 28. §. consuluit. ff. eod. An autē Plinius ab initio suos fructus fecerit, quia tam coram bon. me. Penia quam coram me negatiue fuit resolutū DD. placuit vt hoc particulariter videretur.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Ferrarien. pecuniaria. Veneris 14. Martij 1614.*

### ARGVMENTVM.

Statutum prohibens appellationem dicitur respicere decisoria iudicij eoque propterea forenses gaudere non debent.

### SVMMARIVM.

*Statutum prohibens Appellationem, seu nullitatem, & restitutionem in integrum dicitur respicere decisoria iudicij, & non ordinatoria. nu. 2.*

*Statuto respiciente decisoria iudicij forenses gaudere nō debent. nu. 2.*

*Aequalitas maxime in iudicijs seruanda est. nu. 3.*

*Appellare vbi licuit, vel non licuit vni ex partibus, ita & alteri parti licere, vel non licere debet. nu. 3.*

*Appellatio a nouo grauamine non deducto in primis sententijs, conedenda est. nu. 4.*

### DECISIO DXXIX.

1 Litis Ferrariæ duabus sententijs ad fauorē Cæciliæ relictæ, quondam Ioannis Mariæ Baroni Veneti, contra Riccios, & litis consortes, super prioritate, & potioritate pro recuperatione eius dotis, in quibusdam orizijs, seu illorum pretio, per dictos conuentos eidē Cœciliæ restituendæ, ac alijs duabus super illarum exequutione vti conformiū, & ex dispositione statuti, rem iudicatam facientiū, Claudius pupillus de Banizatis, cōtra cuius authores fuerant in dictis sententijs reseruata iura condemnatis, pro releuatione, seu indemnitate, timens, ne per exequutionem sententiarum omne damnum in se retorqueretur, obtinuit in signatura sanctissimi, cōmissionem causarum prædictarum in Rotā, cum clausula de procedendo ad legitimam exequutionem ad fauorem hæredum Cæciliæ, pendente lite, defunctæ, & dato dubio, an esset locus exequutioni, fuit, nemine pro hæredibus prædictis Informante, negatiue resolutum.

2 Quia licet ex statuto, lib. 2. cap. 66. a sententia in causa appellationis lata, siue in totum confirmatoria primæ, siue in parte, pro parte, in qua illi conformis est, non liceat appellare, de nullitate dicere, vel restitutionem petere: tamen cum videatur respicere decisoria, Franc. c. si duobus col. mihi 16. in fin. vers. sed statutum de appellat. Aret. in c. quod clericus nu. 11. & seq. de foro compet. Soc. conf. 195. numer. 2. lib. 2. Decius in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 157. de cōstit. Gozadin. conf. 76. num. 15. non potest illo gaudere Cæcilia Forensis, licet Ferrariæ fuerit litigatum, cum in diuisorijs, non attendatur locus iudicij, Bald. in l. 1. num. 58. & 59. C. de summa Trinit. Alex. conf. 164. nu. 3. in 6. Marzar. conf. 9. nu. 9. & in hoc ipso statuto Ferrariæ Deci. conf. 97. in prin. Hippol. Rimi. cōsil. 450. nu. 9. lib. 4. & Bertazol. conf. 15. in princ. vol. 1. crimin. Tantoque

3 Minus locum habere debet, quod nec contra Cæciliam, seruatum fuit, quæ secundo prouocauit, licet prius per duas conformes succubuisset, vnde si deinde duas pro se fauorabiles reportauit, aduersarijs quoque permitti debet appellatio, vt in iudicijs seruetur æqualitas, c. non licet. de regul. iur. in 6. l. final. vbi Bald. C. de fruct. & lit. expens. idem Bal. consi. 486. col. 2. vers. 4. ponc. lib. 2. & eo casu, quo licet vni ex partibus appellare, vel non, debet licere, vel non alteri. cap. secundo, de mut. petit. Ruin. consilio 85. in fin. versic. sicut ergo lib. quinto. Bertazold. conf. 15.

in princ.& conf.469.numero.13.vol. 2.crim.

4 Præterea certum est, secundam sententiam declaratate pondus, valorem, & quantitatem oriziorum ad quam, quilibet ex reis conuentis, teneretur, quod in prima factum non fuerat. Vnde ab hac liquidatione tanquam nouum grauamen inferente, permitti debet appellatio, Rota diuers.decis.100.in princ.par.1. Ex quibus resolutum fuit, locum non esse vlteriori exequutioni sententiarum.&c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Tiburtina Calcarearum. Veneris 14 Martij. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Dominus subditis suis non potest prohibere constructionem calcarearum, etiam si eas ab antiquissimo tempore solus habuerit, nisi doceat se alias prohibuisse, & subditos acquieuisse eum decursu temporis legitimi.

## SVMMARIVM.

*Aedificare, fodere, ex cauare permissum est vnicuique in suo ad libitum nu. 1.*

*Dominus subditis non potest prohibere constructionē calcarearum, sicut non potest prohibere constructionem furnorum, & molendinorum. nu. 2.*

*Præscriptio seruitutis inducitur tempore legitimo prohibitione subsecuta, & subditis non reclamantibus. numero 2.*

*Seruitutes negatiuæ non præscribuntur nisi sequuta prohibitione. nu. 3.*

*Aedificandi in suo facultas nullo tempore præscribitur. num. 3*

## DECISIO DXXX.

1 Resolutum fuit licere communitati facere calcareas in proprijs locis sitis in Territorio Montis Cælij, ex vulgari regula permissū esse vnicuique in suo fodere, ex cauare, & ædificare ad libitum.l.altius.C. de seruit. & aqu. l. Imperatores.13.ff.de seruit. vrb. præd. Etiam si alteri noceat, dummodo principaliter nocendi animo id nō faciat, sed vt sibi prosit l.cum eo.8.ff.de seruit.Vrb. præd. l. Proculus.26.& l. fluminum 24.§.fin.vbi Bald.ff. de damn. infect.l. 1. §. denique Marcellus. ff. de aqua pluu. arc.Aym.cons.94. nu. 2. quod in dubio præsumitur.gl.in d.l. fluminum.§. fin.in ver. nō teneri vbi Oldrad.nu. 17.vers.sed in dubio.Alberic.n. 2.versic. si est dubium.Bar.in prima oppositione.ff. de damn. infect.Ias.in l.quo minus.nu. 33.vbi Rip. nu. 29. ff. de flum. Andr. Gayl.obseru.69.nu.30. lib. 2. Surd. cons.127.nu. 19.& cons.154.nu.14.

2 Neque potest D. Dux vti Dominus Calcarearum constructionem subditis prohibere sicuti non posset furnorum, vel Molendinorum. Iacobin. in sua in uest.feud.vers.& cum Molendinis, nu. 4. Rip.d.l.quo minus nu. 134.ff.de flumin. Neuiz.cons.43.nu.7.& 8.Boer.decis. 125.nu.4.& 5.Alb. Ruin.cons.56.nu. 2.Surd.cons. 127. nu. 23.& 54. Et etiam si ab antiquissimo tempore solus habuisset Calcareas ad quas subditi pro calce accessissent, nihilominus non fuisset illi quæsitum ius ne nouæ fierent, nisi tentassent subditi alias construere, & propter prohibitionem factam destitissent, atque ab inde citra tempus ad præscriptionem requisitum cucurrisset. Bald. quem Veronen.de seru.vrb.præd.c.50.de furno.nu. 2.Afflict. decis. 288.nu. 1.& seq.Capyc.decis.209.nu.26.Rip. in c.cum ecclesia Sutrina.numer.45.de caus.poss. & propriet. Neuiz.d.cons.43.nu. 10.Alb.Ruin.d.cons. 56.nu.2.Balb.de præscript in 4.par. 5.part. principa lis.q.5.qui de communi. Surd.d.cons.127.num. 23.

3 Et regulate est in seruitutibus negatiuis, vt non aliter præscribantur, quam præcedente prohibitione glos.in l.qui luminibus. in iure prohibendi ædificare in suo loquens.ff. de seru. vrb.præd. ibique Bart. Florian.& Ang.sub nu.3.vers.ex quo conclude. Vbi quod facultate ædificandi in suo nullo tempore præscribitur, nisi alius sit in possessione seruitutis negatiuæ ædificandi Bald.in l. 1.nu.8. C. de seruir. & aqu. post glos. 1.ibi circa princip. Bart. in l. si priusquam, sub nu.4.in 7.oppositione, vers. Restat. ff.de nou. oper.nunciat. Abb.in c. Abbate.nu. 8. de verb. signif. Ripa in d.c.cum Ecclesia Sutrina. nu. 50. Afflict.decis.388.nu.2.Aym.cons. 111.nu.22.Andr. Gayl.obser. 59. nu.9.lib.2 Surd.cons. 127. nu. 22.

4 Hic vero tantum abesta D. Duce probari ipsum solum Calcareas in Territorio Montis Cælij habuisse, alijsque constructionem illarū prohibuisse acquiescientia, & præscriptione subsequuta, vt potius constare videatur alios quoque in eo Territorio Calcareas habere, dum ipse Calcareas in eo sitas ab alijs conduxit, vt fuit in alia decisione ponderatum. An autem id liceret in loco la fossa di Ciccotto alle Caprine nuncupato, super quo pendet lis retractus quę prætenditur præiudicialis ex eo quod fundus per cal carearum exercitium immutaretur, & destrueretur, reseruarunt Domini, vt particulariter videretur.

## R. P. D. BVRATTO.

*Hispalen. Cappellaniæ. Veneris. 14. Martij. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Regula de subrogando habet locum mortuo col litigante tam naturaliter, quam ciuiliter per ingressum Monasterij. Hæc subrogatio datur autho-

authoritate propria intruso, & vbi collitigans tempore litis motæ pacifice per triennium possedit.

*SVMMARIVM.*

*Subrogatio in beneficijs litigiosis datur per decessum collitigantis. nu. 1.*
*Subrogatio datur in beneficio litigioso per mortem ciuilē collitigantis ingredientis Monasterium, & in eo professi. nu. 1.*
*Intrusus in possessionem beneficij propter mortem collitigantis indignus est subrogatione, & quando quis dicatur intrusus. nu. 2.*
*Subrogatio denegatur, vbi collitigans tempore litis motæ pacifice per triennium possedit. Declara, vt n. 3. & 4.*
*Possidere vno, & eodem tempore duo non possunt. nu. 3.*
*Possessor Triennalis, vt quis dicatur, quæ requirantur. num. 4. in fine.*
*Infans est incapax beneficij nu. 4.*

## DECISIO DXXXI.

1 IOanni Fernandez informanti, subrogationem in ius Didaci, in Religione Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Professi, concedendam esse, decisum fuit. Datur enim hæc subrogatio per decessum collitigantis c. 2. vt lit. pend. in 6. & reg. 28. de subrog. collitig. & ita ad ius morientis interpretatiue, & ciuiliter, sicut vere mortui, Archid. d. c. 2. versic. cedant, decedant, vbi. Anchar. numero 1. in 2. not. Franc. sub numer. 5. vers. in ea gl. in fine, vt lit. pend. cũ vacent beneficia Professi prout naturaliter mortui. c. beneficium, vbi Doct. de reg. iur. in 6. & consequenter in hoc mors ciuilis naturali æquipararetur. can. placuit. il 2. vbi glos. verbo mortuus. 16. quæst. 1. Et quocunque modo beneficium vacet, militat ratio subrogationis concedendæ, ne per nouos collitigantes in ecclesiarum dispendium litigia prorogari contingat, de qua in d. cap. 2. & in Regula prædicta, quæ propterea procedit, quocunque modo beneficium vacet, vt tradit etiam Glos. ibi in principio.

2 Non obstat, quod Ioannes ex possessione adepta videretur intrusus, atque ita ex verbis ipsius Regulæ subrogatione indignus. Quia cum intrusio debeat esse de tempore petitæ subrogationis ad illam denegandam. Sarnen. in regul. de subrogand. collitig. q. 18. num. 3. Gigas de intruso. nu. 82. Rebuf. in prax. pat. 2. reg. de subrog. collat. gl. 4. nu. 3. de illa non constare visum fuit, ex quo fuit in Partibus concessa manutentio Didaco eius aduersario, vt in histerminis tenuit Rota in Barchinon. Parochialis de Mataro 20. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Decano. Præsertim cum supponatur, fructus Cappellaniæ nunquam a Ioanne, sed a Patre prædicti Didaci perceptos fuisse, intrusus autem dici non potest ad hoc, vt cesset Regula, qui fructus non habuit, Gigas de intruso a nu. 70. ad num. 77.

3 Minus obstare existimarunt, quod ex verbis eiusdem Regulæ denegetur subrogatio, vbi collitigans tempore litis motæ pacifice per triennium possedit. Tum quia cum indubitatum sit, Laurentium de Gatica fuisse Beneficij possessorem, & de anno tantum 1609. Defunctum, neque constet illum in Religione Societatis IESV professionem emisisse, & sic amisisse possessionem, in qua existebat, excludebatur posterior possessio Didaci, cum duo eodem tempore in solidum possidere non possint, l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. Mohed. dec. 15. 20. de restit. spoliat.

4 Tum quia cum Didacus nullam habuerit prouisionem beneficij, de quo agitur, sed tantum decretum ab Ordinario, vt illi in sexto ætatis anno existenti, (& sic incapaci tam tituli beneficii. c. 3. de ætat. & qualit. ordin. 5. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 6. quam possessionis l. 1. §. 1. ff. de acquir. possess.) responderetur de fructibus, & postquam ad legitimam ætatem peruenisset, fieret collatio, vtique cessare videbatur, tam possessio, quam color alicuius tituli, cum tamen vtrumque copulatiue requiratur, vt quis dici possit triennalis possessor ex vulgaribus.

## R. P. D. BVRATTO.

*Romana Grani. Veneris 11. Aprilis. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Paupertas respectu certi effectus non probatur, nisi per veras & concludentes probationes, nõ præsumptiuas, maxime quando adest clausula constito.

*SVMMARIVM.*

*Clausula constito, requirit veras, & concludentes probationes, nec admittit præsumptiuas. nu. 1.*
*Testes coarctantes negatiuam, quod quis habere non possit quin ipsi scirent, non probant. nu. 2.*
*Paupertas de Stylo Rotæ probatur ex communi reputatione. nu. 2.*
*Paupertatis probatio in genere est arbitraria. numero secundo.*
*Paupertatis probatio non est arbitraria quando est respectu certi effectus. nu. 2.*
*Pauper potest esse quis, & nihilominus soluere expensas litis. nu. 3.*
*Paupertas ad certum effectum non dicitur sufficienter probata, quando quis potest aliquid operando lucrari. num. 4.*

DECISIO DXXXII.

1 PAupertas Dominici ad effectum reseruandi ex pensas, in quib. est condemnatus in fine litis, non fuit visa Dominis côcludenter probata, vt erat probanda tanquã posita in conditione per clausulã constito requirente veras, & concludentes probationes, nec præsumptiuas admittente. l. Lucius Titius 82. ff. de cond. & demonstr. Bald. in l. in bonæ fidei. n. 28. vers. vnũ restat, & ibi Salyc. n. 28. vers. Quæro tertio. C. de reb. cred. Felin. in rubr. de probat. nu. 3. vers. & ideo prout de clausula constito in Breui apponi solita tenet passim Rota.

2 Nam omissis primis tribus testib. nihil dicentibus quartus & quintus deponentes iuxta 18. & super 3. bona a Dominico nô haberi, vel possideri, non côcludunt veluti non coarctãtes negatiuam quod haberi non possent, quin ipsi scirent, vt ex gl. in §. si vero ad sunt. in vers. & vidisse. in fi. auth. de hær. & Falc. Et in l. i. in princ. ff. de itin. act. priu. Roman. cons 245. n. 9. Couar. var. resol. li. 2. c. 6. n. 8. vers. ceterũ. Dum vero de cõi reputatione deponunt, quamuis illa sufficiat ex stylo Rotæ vbi agitur de probanda paupertate in genere. Veral. decis. 293. n. 2. p. 2. Tñ cum hic agatur non de probanda paupertate in genere, quo tñ casu probatio est arbitraria, sed respectu certi, & determinati effectus restituendarũ expensarũ litis, probandũ erat ipsum esse adeo pauperem, vt eius bona solutioni non sufficerent. § sed neque auth. de fideius. Bal. in auth. præterea. n. 4. vers. quæro ergo, vbi Salyc. nu. 4. C. vnde vir & vx. Ias. in l. si constante. n. 145. vers. sicut causa. ff. solut. matr. Afflict. decis. 179. n. 3. Rot. decis. 48. nu. 3. & 4. par. 2. diuers. & in rescripto de quo agitur, requiri talem paupertatẽ, vt expensæ solui nõ possint seutit Staphyl. de liter. grat. par. 2. in clausula, & per Breue S. V. num. 14 & fuit dictum in Portalegien. spolij 5. Iunij 1589. coram bo. me. Grano.

3 Et facit ratio, quod stant hæc simul Dominicũ haberi pro paupere & esse, & tamen soluere posse expensas de quib. agitur, quæ sunt modicæ, ex quo êt sequitur non releuare sententiam latam pro collocatione dotis in tutum vxoris, & sic inter alios.

4 Ex quibus cum agatur de probãda paupertate in conditione posita, & ad certũ effectum, atque expensæ sint modicæ ita vt potius verisimile sit solui posse a Dominico, qui habuit dotẽ Scut. 800. vel circa vt deponit secundus iuxta 19. & quintus iuxta 19. qui de Scut. mille habet partem sufficiẽtem ad victum a D. Duce Lagaroli, vt dicit secundus iuxt. 20. & est iuuenis annorum 30. qui potest se in aliquo exercere, prę sertim in arte agraria vt deponit 2. iuxt. 18. Visũ fuit DD. non constare sufficienter de paupertate.

R. P. D. PAMPHILIO.

*Burgen Iuris præsidendi. Veneris 11. Aprilis 1614.*

ARGVMENTVM.

Iurisdictio potest competere, & censetur concessa cumulatiue non autem priuatiue quo ad superiorem item Decanus vbi est prima dignitas in ecclesia habet assistentiam iuris communis quo ad præ eminentiã in alios presbyteros ecclesię, & qñ Decanus dicatur prima dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictiones quæ a pluribus inferioribus possideri possũt nũquã cẽsẽtur priuatiue quoad superiorẽ cõcessæ. n. 1*

*Mandatum de manutenendo potest dari vtrique parti cumulatiue. nu. 1.*

*Iurisdictio quæ competit fauore cultus diuini non censetur concessa priuatiue quoad ordinarium vbi omnes simul ad cultum diuinum aggregantur. nu. 2.*

*Incompatibilitas quæ non potest considerari inter tres iudices non poterit etiam considerari inter quatuor. n. 2.*

*Testes qui sunt uiri insignes præferuntur alys licet numero pluribus. nu. 3.*

*Iurisdictio specialis censetur potius concessa cumulatiue, quam priuatiue. nu. 4.*

*Decanatus dicitur dignitas in Ecclesia. nu. 4.*

*Archipresbyter decanus presbyterorum appellatur. n. 5.*

*Decanus vbi non adest archipresbyter succedit in locum ipsius. nu. 5.*

*Decanus vbi non adest archidiaconus succedit in locum ipsius. num. 5.*

*Dignitas maior in Ecclesia habet assistentiam iuris communis quo ad præeminentiam. nu. 5.*

*Decanus quando succedit in locum Archipresbyteri, & Archidiaconi illorum etiam iure vti potest. nu. 6.*

DECISIO DXXXIII.

1 CEnsuerunt Domini standũ esse in secundo loco decisis nempe mandatum de manutenendo, dandum esse cumulatiue Decano & iudicibus quatuor temporum quia non minus constat de quasi possessione Decani ex testibus pro eius parte examinatis, quam ex alijs examinatis pro parte Capituli de quasi possessione Iudicum quo casu in similibus præeminentijs, & iurisdictionibus, quæ a plurib. in solidum possideri possunt & inferioribus nunquã priuatiue in dubio ad superiorem concessæ cẽsentur. Burs. cons. 391. nu. 1. & seqq. Couar. in c. alma mater §. fi. n. 3. de sent. excom. p. 1. Rota in Rota in causa Pisscien. Iurisdictionis 15. Iun. 1590. coram bon. me. Card. Platto, vtrique cumulatiue dandum est manutentio. Io. Faber. in §. retinendæ. n. 19. vers. si vero oĩa ista effent inst. de interd. Menoch. de retinẽd. remed. 3. n. 756. vers. procedere êt pôt cũ alijs ĩ decis. adduc.

2 Nec aliqua incôpatibilitas ĩ casu isto visa fuit Dñis côsiderari posse, ex quo possess. vtriusque partis tendit ad eundem effectum silentij in choro seruandi vt in specie de iurisdictio quæ competit fauore cultus diuini quod nõ cẽseatur concessa Decano priuatiue ad ordinarium, vbi omnes simul ad cultum diuinum aggregantur post Aret. cons. 102. n. 1. trad. Burs. d. côs.

391.sub nu.27.vers.nec quartum,& ponderarūt Domini quod sicut non cadit incompatibilitas inter ipsos iudices qui sunt tres ita cadere non potest si addatur Decanus pro quarto qui sua quasi possessione vti poterit. Rim.iun.§.1.nu.181.& seq.inst.de don.Bur fat.d.cons.391.nu.26.

3 Nec refragantur testes Capituli qui conantur deponere de quasi possess. iudicum priuatiue ad quasi possessionem Decani,quia præter illos actus qui dederunt causam liti de quibus fuit dictum in alia decisione in aliis non discrepant a testib. Decani ex quo deponunt de quasi possessione iudicum simpliciter qui propterea intelligēdi sunt de quasi possessione cumu latiua non autem priuatiua ad Decanum nisi illud exprimantur ex supradictis. Et ex his visum fuit cessare quod testes Capituli sint numero plures & propterea,in cōcursu præferendi quia vltra quod supradicti testes sunt inter se compatibiles,ad trad.per Menoch.d.remed.3.sub nu.356.vers. verum hæc ratio. fuit ēr dictū quod testes Decani sūt oēs viri insignes, & sic ēt in cōcursu præferendi aliis, licet essent plures Gabr.de test.concl.4.n.34.& 56.cum aliis allegatis.

4 Cessat etiam quod possessio iudicum sit antiquior & titulatur ex dispositione iuris cōis quā statuti quia id procederet si possessio iudicum esse incōpatibilis, alias.n.donec causa terminatur in petitorio vnusquisque est in sua possessione manutenendus ex suprascriptis.Præterea placuit etiam responsio quo ad statutum quod illius dispositio non minus Decano quā iudicibus assistat ex quo vel in eo præseruatur authoritas & præeminentia Decani vel in dubio præseruata intelligitur nisi aliud exprimatur ex trad.per Ias.in l.quod in rerum.§.si quis nu.8.ff.de leg.1. Rot.in d. causa Pescien. iurisdictionis coram Plarto quo vero ad dispositionem iuris cōis licet in casu isto prævalere debeat dispositio statuti vel consuetudo ex adductis & in aliis decisionibus, placuit tamen Dominis quod ius cōe quatenus sit attendēdum magis assistat Decano quam iudicibus, & mouebantur ex eo quia Decanatus est dignitas in ecclesia c.innouamus.60. distinct.faciunt not.per gl.in rubr.C.de Decano lib.12.& ibi Lucas de Pen.Rot.distinct.17.ante fin.vers. ego vero allegabam. de concess.præben.in nou.

5 Imo cum in ecclesia de qua agitur non adsit Archipresbyter qui Decanus presbyterorū appellatur c.ad hæc de offic.Archid.d.c.innouamus.60.distinct. & illis præest in iis quæ Sacerdotalis Officii sunt c.1. & 2.de offic. Archipresbyt. Petr.Greg. Tholos.Syntagmat.iuris.lib.15.c.21. Decanus vtique succedit in locum ipsius,Rota decis. 4. post princ. de elect. in nou.Francisc.Marc.decis.1367.nu.5.p.1.prout ēt in locum Archidiaconi si ipse quoq. desit Cardin. cons. 62.n.1. & consequenter vti prima dignitas & caput in ista ecclesia quo ad præeminentiam,in aliis partibus habet assistentiam iuris cōis,iux.decis. Put.210. n.2.lib.3.faciunt trad.per Rot.d.decis.4.nu.1.circa med.de elect.in nou.& per Concil.Basilien. sess. 21. tit.quom.diu.offic.in eccl.sit celebr.§. si quis Principem ibi super his debite obseruandū aliisque ad diuini officii prosecutionem ac chori disciplinam spectantib. Decanus vel cui onus incūbit inuigilet &c. quæ verba vel cui onus incumbit glos. ibi exemplificat in Primicerio seu cantore,qui in ista ecclesia deest ita vt tanto magis superius deducta in hoc casu locum sibi vendicent.

6 Nec refragatur quod officiū Decani non nominetur inter alia officia ecclesiastica Archidiacon.Archipresbyter.& aliorum ex quo.n.in ecclesia de qua agitur desunt Archidiaconus, & Archipresbyter Decanus qui in illorum locum succedit illorum etiam iure vti potest Rota dist.17.post princ.de concess.præben. in nou.& ita decisum omissis aliis deductis pro parte Capituli quæ per Informātes pro Decano, & ex aliis supra deductis bene remanent sublata.

R. P. D. PAMPHILIO.

*Recanaten.Prædii.Lunæ 14.Aprilis.1614.*

ARGVMENTVM.

Transactio generalibus verbis, & clausulis contracta debet restringi ad id,de quo dubium, & lis erat.

*SVMMARIVM.*

*Sententia iniustitia est sufficiens causa restitutionis in integrum.nu.1.*

*Dominium spectat ad eum,qui ex secundo decreto immissus est in possessionem a iudice. nu. 2.*

*Actus restrictus ad certam causam non debet vltra illā operari.nu.3.*

*Verba generalia in transactione apposita restringantur ad ea,de quibus agebatur.nu.4.*

*Clausula pro omni eo &c.restringitur ad ea de quibus agitur.nu.4.*

*Transactio fit de re dubia.nu.5.*

*Pretii quantitas arguit quid in cessione veniat.nu. 5.*

*Restitutio pluries concessa,& iterum petita,et denegata, ex noua causa debet concedi.nu.6.*

DECISIO DXXXIV.

1 Fuit resolutum constare de causis restitutionis in integrum ex iniustitia sententiæ ad fauorem Fratrum S.Ioannis latæ,quæ ad istum effectum sufficiens reputatur. Rot. decis. 1. de restit.in integr. in nou.& decis.5.eod.tit.in antiqu.Mohedan. decis. 58.in fine,Caputaq. decis.94.par.3.

2 Iniustitia vero clare deducitur,quia sententia declarat prædiū,de quo agitur,pleno iure spectare ad supradictos fratres S. Ioann. tanquā donatarios Semideæ,cum tñ vere spectaret ad Franciscū Patrē Blōdæ, qui mediāte deliberatione pro vero credito Flor.375 ad instantiam Iulii per iudicē sibi vti maiori oblatori legitime facta in illius possessionem ex secundo decreto immissus fuit, & consequēter titulo emptionis dī illius dominus effectus,ad tex.in l.qđ vēdidi.ff.de con-

contrahen. empt. §. venditæ vero. Instit. de ter. diuis. cum similibus.

3 Nec obstare quod per transactionē de anno 1591 inter Iulium & Semideam initam supradictum credi tum Floren. 375. remissum fuerit, quia placuit Domi nis responsio, quod ista transactio fuit tantum facta occasione litis motæ super hæreditate Hieronymę, in qua prętendebat succedere tam Iulius, quam Semidea, & ad illam tantū restricta, vt colligitur ex illius lectura, & præcipue ex illis verbis ibi, vnde volentes super hoc lites dirimere &c. quæ nō possunt ad aliud referri nisi ad successionem in dicta hæreditate. Ideoque transactio vti restricta ad certam causam, non debet vltra eam extendi, ita vt comprehendat creditū quod Iulio competebat ex alia causā quam successionis. l. si de certa. vbi Castren. num. 1. vers. & pone casum. C. de transactionib. Natt. cons. 546. nu. 7. & seq. Surd. decis. 217. nu. 6. & seq. cum alijs late addu ctis per Gabr. de reg. iur. concl. 4. nu. 21. & tenuit Ro ta in causa Seguntina iurisdictionis 16. Iunij 1589. coram bo. me. Cardinale Platto.

4 Non obstat, quod in dicta transactione fuerit Iulio assignatum quoddam prædium pro omni & toto eo quod prætendere posset super dicta hæreditate, & Iulius pro eo quietauerit Semideam, & promiserat eam, eiusque hæredes non molestare quauis occasione vel causa, quia fuit responsum quod licet ista verba sint satis generalia; Tamen esse restringenda ad prætensiones super successiones ibi expressas, & de quibus agebatur in terminis clausulæ pro omni, & toto eo, &c. trad. Calcan. cons. 19. nu. 3. vers. & licet dicatur. Corn. in d. l. si de certa. nu. 1. versic. similiter, C. de transact. Gabr. de reg. iur. d. concl. 4. nu. 31. versic. vel si dictum sit. Surd. d. decis. 217. num. 15. & de clausula qua vis occasione vel causa, Bart. cons. 90. nu. 5. Corn. cons. 168. nu. 9. circa finem vers. Idcirco cum in casu nostro vol. 1. Socin. cons. 214. sub nu. 1. vers. confirmantur præmissa. Gabr. de reg. iur. d. conclus. 4. nu. 31. Nec ratio recti sermonis aliud suadere videbatur, quia cum ibi ageretur de successione tantum satis commode possunt supradicta verba generalia ad eam restringi, ita vt non possit Iulius ex vllo capite dictam successionem prætendere, & Semideam in ea aliqua ex causa, vel occasione molestare, ad tradit. per Castren. in d. l. si de certa. n. 2. vers. sed si subest. C. de transact. Corn. d. cons. 168. sub nu. 9. vers. & idem tamen velle. lib. 1. Surd. d. decis. 217. nu. 6. in fine. & seqq. cum alijs supra adductis.

5 Et hoc eo facilius suadetur in casu isto ex eo quia creditum Iulij erat clarum & liquidum ex publico instrumento, nec inter supradictas partes de eo aliqua poterat esse controuersia seu lis quo casu tanto minus potest illud dici comprehensum in transactione quæ de re dubia, & lite incerta fieri solet. l. 1. ff. de trāsact. Castren. in d. l. si de certa. num. 1. vers. Item possunt intelligi. C. eod. tit. & dixit Rota in causa Carpētoraten. Bonorum de anno 1576. vt in decis. relat. inter impress. 63. num. 2. par. 1. diuers. & aliter factum non valet Dec. cons. 351. nu. 3. Surd. decis. 185. nu. 10. Et fuit dictū in causa nullius Castri Montis Portij circa Rubeo, vt in decis. relat. inter impress. 582. num. 2. par. 1. diuers. Maxime quia creditum prædictum erat longe maioris valoris, quam prædium Iulio in transactione assignatum, ideo nullo modo censeri debet, quod Iulius præter iura sibi competentia quo ad successionem in prædicta hæreditate ex illis verbis generalibus voluerit etiam huiusmodi creditum remittere, ex quantitate enim pretij arguitur quid veniat in cessione. Bald. in l. liberti, libertæq. nu. 28. in fine. C. de oper. libert. & faciunt trad. per Bart. in l. cum taberna, versic. quod autem dixi. ff. de pignor. Alex. cons. 222. in fi. lib. 6. Aym. cōs. 234. nu. 3. vers. 4. An aliquid Paris. cons. 20. nu. 57. lib. 1. Afflict. decis. 68. nu. 2.

6 Ad id autem quod Blonda petierit alias restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam, & nihilominus coram diuersis iudicibus succubuit, & propterea non sit iterū audienda ad text. in l. 1. C. si sæp. in integr. restit. c. fin. & ibi Host. nu. 5. de in integr. rest. placuit responsio quod ex iniustitia sententiæ superius deduct. vti noua causa restitutio est conceden. licet fu rit alias denegata. iuxta textum in d. c. fi. de in int. gr. rest. in l. 2. C. si sæp. in integr. rest. post. & tenuit Rota in causa Re tina Castri Portæ 15. Nouembris 1585. coram bo me. Grano, & ita decisum.

## R. P. D. BVRATTO.

*Comen. Habitus. Lunæ 14. Aprilis 1614.*

## ARGVMENTVM.

Nobilitatis quando generica, & quando specifica probatio sufficiat & ex quo nobilitas probetur, & an nobilitas, vel ignobilitas, vnius fratris arguat nobilitatem vel ignobilitatem alterius.

### SVMMARIVM.

*Nobilitatis generica probatio regulariter sufficit. nu. 1.*
*Fallit vbi requiritur specifica probatio nobilitatis, vt in stabilimentis religionis Hierosolymitanæ. nu. 2.*
*Fallit secundo in probatione nobilitatis antiqua requisita a statuto. nu. 2.*
*Nobilitas probatur ex assequutione honorum, & dignitatum quæ nisi nobilibus non conferuntur. nu. 3.*
*Testis qui non est informatus non probat. nu. 4.*
*Testis in vno falsus est falsus in omnibus ratione iuramēti quod est indiuiduum. nu. 4.*
*Nobilitas non probatur ex eo quod quis sit de familia nobili, cum possit esse quod ex eadem domo aliqui nobiles reputentur alij non. nu. 5.*
*Nobilitas vnius fratris non probatur ex nobilitate alterius, nisi probata nobilitate ascendentium nu. 5.*

Nobi-

*Nobilitas tanquam priuilegium personale ad transuersalem non transfertur. nu. 5.*
*Sententia lata super nobilitate, vel ignobilitate contra vnum fratrem non praeiudicat alteri. nu. 6.*

## DECISIO DXXXV.

1 PRonunciatum fuit à Reuerendo Patre Domino meo Pirouano non constare de sufficienti nobilitate Domini Ioannis Antonij Lucini ad hoc, vt admitti deberet ad habitum sacrę Religionis Hierosolymitanæ, quam sententiam confirmandam esse Domini censuerunt. Nam etsi regulariter generica nobilitatis probatio sufficiat eo modo, quo tradit Bar. in l. 2. nu. 87. & 98. C. de dign. lib. 12. cum allegatis in decis. Reuerendi Patris Domini Pirouani 9. Iunij 1610. quæ nobilitas fuit admissa per Rotā in familia de Lucino ex testibus, instrumentis, historijs, insignijs, & armis, & alijs, vt late in dicta resolutione.

2 Tamen quia stabilimenta Religionis, tit. de recept. fratr. nu. 17. requirunt probationem nobilitatis specificam respectu parentum, quorum appellatione pater, & mater, aui, & auiæ ex vtroque stipite continentur, vt in tit. de signifi. verb. num. 37. non sufficit hoc casu probatio simplicis nobilitatis, sed talis probari debet, qualis a dictis stabilimentis desideratur, & etiam respectu auorum, & auiarum prout de statuto requirētur nobilitatem antiquam, tradit Rebuff. in tract. de nominat. q. 12. nu. 42. in fin. vers. si tamen requireretur, & Put. decis. 289. nu. 1. lib. 1. secundum nouiss. impress.

3 Huiusmodi autē probatio licet admitteretur respectu Benedicti Iunioris patris, qui fuit Vtriusq; Iuris Doctor, & de Collegio Ciuitatis Cornen. Decurio, Orator ad præsidem Mediolani, Fiscalis Regius in Patria, & alijs muneribus, & honoribus cohonestatus, quibus non gaudent, nisi Primarij nobiles. Et quicquid sit, an probata dicatur respectu aliorum ascendentium. Respectu Francisci Aui Paterni visa fuit non probari per testes, nec per instrumenta; non per testes, qui nihil omnino dicunt de nobilitate di-

4 cti Francisci ex natiuitate, seu origine sanguinis.

Quatenus vero deponunt de nobilitate ex communi reputatione. Dicebatur duos scilicet primum, & tertium fidem non mereri. Quia cum ex deductis in decisionibus coram Reuerendissimo Lugdunen. 13. Februarij 1609. & 4. Martij 1611. & coram Reuerendo Patre Domino Pirouano 9. Iunij 1610. & 11. Ianuarij 1613. cōstet, dictum Franciscum auum fuisse Notarium, & Notariatum exercuisse. Et tamen illi deponant Frāciscum nunquam fuisse Notarium, nec exercuisse negatiuam firmissime astruentes non probant, tum quia non videntur informati, tum etiam quia cum de contratio constet ex publicis instrumentis, de quibus in dictis decisionibus, & super quo nō fuit facta modo controuersia ex parte Domini Lucini. Nulla eorum depositionibus videtur adhibenda fides ratione iuramenti, quod est indiuiduū. Oldrad. cons. 37. num. 1. vers. verius tamen. Bal. in l. ex falsis. nu. 15. vers. ista est veritas. C. de fid. instrum. & in l. fin. nu. 18. C. de edict. Diu. Adria. tollen. Felin. in c. fraternitatis. nu. 21. de hæret. & fuit etiam deductum in decisione Domini mei Pirouani 14. Iunij 1613. Quartus vero testis deponit solum in genere de antenatis nulla facta specifica mentione dicti Francisci Aui, vt requiritur ex prædictis, qui etiam verisimiliter tanquam annorum 68. tempore examinis de anno 1604. & sic annorum octo in circa tempore obitus Francisci, qui decessit de anno 1544. Vt deponit secundus iuxta decimum septimum, non potuit de communi ista reputatione, & alijs respectu Francisci notitiam habere. Et sic remanet solus secundus, qui esset vnicus, necetiam videtur concludenter deponere de communi reputatione nobilitatis. Minus ex instrumentis nouiter exhibitis iustificatur nobilitas Aui, & aliorum ascendentium, quia non apparet ipsos descendere à Gabrio de Lucino, qui enunciatur nobilis in instrumento præsentationis factæ ad Cappellam Sanctę Mariæ Magdalenæ de anno 1361. sed verificatur solum eos descendere à Mafiolo Tritauo Ioannis Antonij, & à Beltramo ab auo, qui in eius testamento conditodel 1473. quarta Augusti, & in matricula Notariatus Benedicti Senioris eius filij, & proaui dicti Ioannis Antonij fuit enunciatus Ciuis, & habitator Comarum, & Scholarium Rector seu Grammaticæ Doctor, & nunquam dicti ascendentes fuerunt nuncupati nobiles, & consequenter ex dictis instrumentis non probatur nobilitas.

5 Nec ex enunciatiuis antiquis transuersalium dicti Benedicti Senioris proaui, qui habuit Theodorū fratrem enunciatum Magistrum in instrumentis antiquis præsentationum, & quandoque nobilem, & Magistrum, & Rectorem scholarium, resultare potest aliqua probatio nobilitatis respectu ascendentium dicti Ioannis Antonij, potest enim esse, quod ex eadē Domo aliqui nobiles reputentur, & aliqui non. Soc. cons. 246. num. 3. vers. quocumque autem dictorum lib. 2. & sic quatenus ex dictis enunciatiuis probaretur nobilitas Theodori, non resultaret probatio nobilitatis Benedicti eius fratris, nisi probata nobilitate ascendentium. Afflict. super Const. Regn. lib. 1. sub rub. 9. de illicita portat. armorum incip. intentionis. nu. 48. vers. sed quæro de quæstione sequitur Tiraq. de nobilit. c. 17. n. 2. 3. & 4. cum Theodotus potuerit nouiter nobilitari, quæ nobilitas tanquam priuilegium personale ad transuersalem non transfertur. Afflict. & Tiraq. in locis præallegatis.

6 Prout è conuerso aliæ enūciatiuæ exercitij artium non nobilium in fratribus Francisci aui non præiudicarent Ioanni Antonio, si probata esset nobilitas specifica parentum ex vtroque stipite iuxta formam à dictis stabilimentis præscriptam, sicuti sententia lata super nobilitate, vel ignobilitate contra vnum fratrē non præiudicat alteri. Franc decis. 523. numero 19. Cum itaque cesset specifica illa probatio nobilitatis in per-

in persona Franelsci aui à stabilimentis requisita, frustratorium est quęrere, an per Notariatum præiudicetur nobilitati, stante consuetudine Ciuitatis Comi, quod nobilitas per Notariatus exercitium non denigretur, à testibus ad hoc particulariter receptis comprobata, & per Rotam admissa, super quo late insistebant Informantes. Et ideo responsum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam.

## R. P. D. BVRATTO.

*Mediolanen. Processionis. Veneris 18. Aprilis 1614.*

## ARGVMENTVM.

An tutor vnius Parochialis possit rectorem alterius Parochialis prohibere ne faciat processionem Corporis Christi eodem die quo ipse illam facit, & quid stante illius quasi possessione.

### SVMMARIVM.

*Parochus non potest in sua Parochia prohiberi ab alijs intra parochialia exercere, & processiones facere obtenta maxime ordinarij licentia. nu. 1.*

*Testes deponentes super negatiua debent illam coarctare negatiuam actus non autem sensus concludendo. nu. 2.*

*Testes numero plures alijs praferuntur. nu. 2.*

*Testes habentes assistentiam iuris pro se praferuntur ijs quibus ius resistit. nu. 2.*

*Quasi possessio seu exercitium plurimorum iurium parochialium operatur etiam retentionem aliorum. num. 3.*

*Quasi possessio, & exercitium iurium parochialium non amittitur per non vsum nisi probetur prohibitio. nu. 3.*

*Praescriptio non cadit in facultatibus iuris. nu. 4.*

*Processiones qua fiunt in festiuitate Corporis Christi debēt iure Concil. Trident. fieri cum populi frequentia solennitate ac veneratione. nu. 5.*

## DECISIO DXXXVI.

1 IVstitia sententiæ Vicarij Mediolanen. declarantis licere Curatis locorum Bertatij, & Sancti Viti habita licentia ab Ordinario processionē, de qua controuertitur in die solennitatis Sanctissimi Corporis Christi, ac etiam in die dominico octauæ singulis annis facere alternis tamen vicibus, vt scilicet vno anno eam faciat Curatus loci Bertatij in die solennitatis prædictæ, & Curatus Sancti Viti in die Dominico Octauæ, & è contra Curatus Sancti Viti faciat dictam processionem die solēnitatis Corporis Christi anno proxime sequenti, & Curatus Bertatij die Dominico octauæ eiusdem anni, & sic deinceps, deinde ab Ordinario Papiense confirmatę, quatenus concernit interesse Curati Sancti Viti, videbatur Dominis resultare tam ex dispositione iuris communis, vt non possit Rector in sua Parochia prohiberi ab alijs iura Parochialia exercere, & processiones facere obtenta maxime Ordinarij licentia can. 1. & can. Episcopi 9. quæst. 2. Calcan. cons. 35. numero 10. vers. & etiam probatur, quam ex quasi possessione eiusdem ab annis supra 40. acquisita huiusmodi processionem singulis annis faciendi bene probata ex testibus deponentibus, nedum de visu, & interessentia tempore Curati Nidasij annis iam fere 40. defuncti, videlicet ex primo de annis 12. Quarto vltra decem cōtinuos, sexto per 15. annos cōtinuos, octauo spacio octo annorum, secundo, & quinto vna vice, septimo duabus, tertio pluries, sed etiam de auditu ab eorum maioribus ante acto tempore semper factam fuisse, & esse consuetudinem antiquissimam, quartus non concludit de die.

2 Non obstant testes pro Rectore Bertatij examinati deponentes non vidisse, nec audiuisse in loco Sancti Viti factam dictam processionem, pauci enim coarctant negatiuam, & alij nihil faciunt, tāquam solam negatiuam sensus, & vt non actus concludentes iuxta glos. communiter receptam, & a Rota semper approbatam in §. hinc nobis. vers. & vidisse. in fi. Auth. de hæred. & Falcid. illi vero non essent, cum testibus Rectoris Sancti Viti conferendi, tanquam numero pauciores. c. in nostra 32. de testibus. l. licet causam. 9. vers. ex præmissis. de probat. l. ob carmen. 21. §. si testes, vbi glo. verb. impari. ff. de testib. & habentes cōtra se iuris assistentiam. Bal. in dicta l. ob carmen. numero 7. vers. in glo. quæ super verbo. Atect. consil. 44. ad fin. cum alijs per Gabr. de testib. concl. 4. num. 23. & coarctant ex ratione minus concludenti, quia scilicet Nidasius Curatus se conferebat illa die cū Cruce, & hominibus loci ad processionem, quæ fiebat in loco Bertatij, cum tamen attenta loci vicinitate potuerit fieri processio ante, vel post, etiam in loco Sancti Viti.

3 Nec releuat, quod Rectores Sancti Viti cessauerint processionem facere per annos fere 30. Nam vltra, quod ab initio id accidit ob infirmitatem, ac senectutem prædicti Rectoris Nidasij, vt dicunt secundus, quartus, septimus, & octauus, nihilominus non potest dici amissum ius illas celebrandi, etiamsi maiori tempore destitissent, sed per exercitium aliorum iurium parochialium, istud dicitur retentum. Innoc. in c. dilectus. nu. 3. col. 2. vers. possessorium. de Cappell. Monach. quem sequuntur ibi Cardin. col. fin. q. 11. Henr. Boich. numero 11. vers. sequitur de secundo Io. Andr. num. 7. & 8. vers. ex prædictis, & num. 19. in fine. Butr. num. 15. Abb. num. 19. vers. nec obstat. Anchar. num. 21. præsertim cum nō probetur, vel acquisitum fuisse aduersarijs ius prohibendi, vel ipsos in loco Sancti Viti processionem celebrasse. Auch. vbi supra vers. quod intelligo verum, Io. de Anan. in fi. vers. si autem nullus vtitur.

4 Et licet Rector Sancti Viti interuenerit etiam interdum

terdum cum cruce in processione facta in loco Bertatij in dic solennitatis prædictæ. Non inde tamẽ quæsitum est ius Rectori Bertatij Rectorem pro tempore Sancti Viti compellendi, vt ad processionem in loco Bertatij faciendam accedat, nec illam in loco Sancti Viti faciat, cum in istis facultatiuis nulla currat præscriptio. l. 2. §. deinde Marcellus, & l. si eo fundo. ff. de aqua plu. arcenda. Ripa in l. quo minus. num. 132. ff. de flumin. Balb. de præscript. in quarta par. quintæ par. principalis. quæst. prima Menocb. de arb. casu. 160. numero sexto, & seq. Thessaur. decis. decima sexta, num. 3.

5 Nec visum fuit Dominis alicui ex partibus præiudicatum in eo, quod vtraque simul non posset quolibet anno in die solennitatis processionem facere, sed potius bene prouisum, vt in quolibet loco quolibet anno fieret, & ita, vt locorum exiguitas, & vicinitas non impedirent quo minus frequentia solennitate, ac veneratione a Concilio Trident. sess. 23. cap. 5. requisitis, & à Clement. 1. §. nos itaque. de reliquijs, & ven. sanct. consideratis, celebrarentur, mandando illas fieri, vt supra seruata etiam in hac æqualitate. Et tanto magis videbatur Ordinarij iudicio deferendũ cum secundum acta Ecclesiæ Mediolanen. par. 1. cõclus. 2. decr. 7. processiones istæ fieri non possint, nisi ab Ecclesijs, quibus ipse concesserit, quod etiam innuunt aliqui testes. Et ex his responsum fuit, sententiam prædictam esse confirmandam.

## R. P. D. B V R A T T O.

*Romana Resignationis Officij. Lunæ 28. Aprilis 1614.*

### A R G V M E N T V M.

Officia Romanæ Curiæ vendita ad vitam alicuius simpliciter dicuntur esse vendita non ad vsumfructum, quia hæc est natura dictorum officiorum.

*S V M M A R I V M.*

*Clausulæ ad habendum quid importet. nu. 1.*
*Venditio facta ad vitam alicuius restringitur ad vsumfructum. nu. 2.*
*Fallit in officijs Romanæ Curiæ. nu. 2.*
*Verba debent aliquid operari secundum naturam contractus. num. 3.*
*Solennitates ex cursu 30. annorum præsumuntur. nu. 4*

### D E C I S I O DXXXVII.

1 HAbuerunt Domini pro constanti officium ipsum fuisse per Archihospitale trãslatum in Ioãnem Baptistam, & non solum vsumfructum, & inter cetera in alia decisione consideratã, dixerunt verba esse clara tam instrumenti, ibi vendiderunt officium cum omnibus iuribus adiecta etiam clausula ad habendum, & ibi Ioannem Baptistam in eodem officio prætulerunt, vt in prohibitione de non alienando officium, ac in promissione de eodem in pacifica officij possessione manutenendo, quam literarum patentium, in quibus præsertim rogantur alij officiales, vt ipsum Ioannem Baptistam in locum Archihospitalis in eodem officio admittant, prout Archihospitalis custodes admittant; adeo vt etiam si esseut adiecta verba ad vsum, vel similia, diceretur cõcessa proprietas, cum præcedat datio rei. l. donationes. §. species vbi glos. 1. Alber. Bar. num. 1. ff. de donat. Bar. in l. 4. ff. de alim. & cib. quem Rota dec. 168. num... par. 2. diuers. sequitur Bal. l. qui in venditione in rub. C. de iure emph. nu. 12. vers. idem si decem cum alijs per Capic. decis. 188. & Surd. de alim. tit. 2. quæst. 1. num. 21. & responsum fuit in Bononien. alimentorum 4. Decembris præteriti coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

2 Et quamuis venditio sit facta durante Vita Ioannis Baptistæ, quo casu restringi solet concessio ad vsumfructum. Bal. in l. 1. sub nume. 3. vers. & quando aliquid C. de fructi. & lit. pend. quem relati per Menoch. lib. 4. præs. præsumpt. 133. num. 12. Tamen vltra quod multa repugnant hoc casu in alia decisione deducta id procedit in concessione rerum ad hęredes transmissibilium, non autem illarum, quæ de sui natura non sunt ad hæredes transitoriæ prout sunt officia Romanæ Curię, licet simpliciter vendantur Castr. in l. omnimodo. §. imputari, in fin. C. de inoffic. testam. & alij in præcedenti decisione cumulati, quibus addi potest. Crot. in l. frater à fratre. quæst. 13. num. 93. ff. de cond. indeb. tunc enim expressio veluti, quod tacite ex natura contractus inerat nõ auget, nec minuit. Bal. in c. 1. §. si. nu. 25. vers. quæro quid si curauit, de prohi. feud. alien. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 12. nu. 25. vers. & ideo.

3 Nec concessioni proprietatis repugnat reseruatio directi dominij, & caducitatis, sed potius ostendit translationem vtilis, vt fuit apposita ad cautelam, ne Ioannes Baptista venderet titulum officij sine cõsensu Hospitalis, & eo irrequisito ideo non debet immutare naturam ipsius officij, quin sit resignabile, sed intelligenda est, vt operetur supra naturam cõtractus. Bal. in rub. C. de contrahen. empt. q. 9. num. 16. & in l. 1. nu. 11. C. commod. Alex. cons. 22. nume. 9. lib. 5. Card. Mant. d. tit. 12. nu. 25.

4 Et propterea non recesserunt Domini à resolutis 11. Decembris præteriti officium non immutasse naturam, sed esse resignabile, iuxta stylum Datariæ in alijs, & quo ad alia pro Hospitali deducta placuerunt responsiones datæ in alia decisione, & per Informantes addito pro responsione deductæ nullitatis venditionis vti factæ absque beneplacito Sanctissimi, & alijs solennitatibus in alienatione bonorum Hospitalis requisitis adesse cursum triginta, & vltra annorũ cum

cum obseruantia, ex quibus omnes solennitates præsumuntur, vt passim seruat Rota.

5 An autem Archihospitale teneatur continere vel possit cõsensum denegare, & subsit iusta causa illum denegandi ex allegata Ioannis Baptistæ senectute Domini nihil firmauerunt, sed dixerunt seruandum stylum Datariæ.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Narnicen. Fideicommissi de Cardolis. Veneris 2. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Substitutus vulgariter, quando ex coniecturis sit vocatus per fideicommissum, & quando filij positi in conditione censeantur ex coniecturis vocati.

### SVMMARIVM.

*Substitutioni primæ, vbi non sit locus cetera quoque sequentes euanescunt. num. 1. & 5.*

*Substitutus vulgariter stantibus coniecturis censetur vocatus etiam per fideicommissum. nu. 2.*

*A voluntate testatoris expressa non debet ex qualibet coniectura recedi. nu. 2.*

*Coniecturæ ad inducendum grauamen debent esse necessaria, & concludentes, & ex verbis testamenti inducta. nu. 2.*

*Agnationis conseruanda rationem excludit vocatio feminarum in qualibet parte testamenti. nu. 3.*

*Agnationis conseruandæ rationem excludit facultas alienandi concessa institutis, seu substitutis. nu. 4.*

*Agnationis conseruandæ ratio habita per testatorem debet intelligi in casu, quo fiet locus substitutioni. numero quarto.*

*Fideicommissum perpetuum censetur inductum, quando testator processit ad plures gradus substitutionum. numero 5.*

*Contrarium vero quod id non sit sufficiens ad inducendum fideicommissum. nu. 5.*

*Grauati non censentur, qui non sunt vocati. nu. 6.*

*Filius succedit in bonis liberis Patri ab intestato defuncto. nu. 6.*

*Filij positi in conditione, vt ex coniecturis censeantur vocati coniecturæ debent esse necessariæ, & vrgentes præsertim in extraneis, & non descendentibus à testatore. num. 6.*

*Filij positi in conditione cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis censentur vocati. nu. 7.*

*Fallit quando dicta qualitas potest intelligi adiecta fauore substituti. nu. 7.*

*Filij positi in conditione non censentur vocati etiamsi testator processerit ad plures gradus substitutionum. n. 7*

*Filij positi in conditione quando sunt actiue vocati, non censentur passiue grauati. nu. 8.*

*Hæredum appellatione veniunt omnes directe vel indirecte substituti, & omnis gradus successionis. nu. 9.*

## DECISIO DXXXVIII.

1 AD instantiam Quintiliani Cardoli, contra quem die octaua Nouembris præteriti, fuerat decisum non esse factum ad eius fauorẽ locum fideicommisso Petronij Cardoli, causa de nouo coram me proposita, non obstantibus alijs in cõtrarium adductis, Domini steterunt in decisis. Fuit enim dictus Quintilianus, vt habetur in alia decisione, substitutus Neruæ filijs a testatore vocatis in casu, quo illorum pater ipsi testatori prædecessisset, quæ conditio purificata non fuit, cum Nerua superuixerit, Vnde tam eius filiorum institutio, quam substitutio Quintiliani, cum alijs postea subsecutis euanuit.

2 Nec valet dicere, stantibus coniecturis, dicti Neruæ filios per vulgarem vocatos cẽseri vocatos etiam per fideicommissum, ex Socin. iun. consi. 1. lib. 3. Cum enim claram hic habeamus testatoris intentionem, qui tantum supetuiuentię casum expressit, non ita de facili ex qualibet coniectura, venit ab illa recedendum. Bal. consi. 174. ad fin. lib. 2. Cr auct. cons. 47. numero 2. & cons. 102. nu. 5. Menoch. cons. 399. num. 4. Cum præsertim ad inducendum grauamen, illæ debeant esse cõcludentes, & necessariæ. Ias. Bal. & Paul. de Castr. in l. poteſt. nu. 8. ff. de vulg. Alciat. cons. 46. col. 1. & consil. 71. col. 1. & cons. 74. nu. 2. lib. 9. Alba. cons. 31. lib. 9. Cephal. cons. 447. n. 14. & cons. 482. num. 16. Menoch. cons. 339. num. 5. & quæ ex testamenti verbis inducantur. l. cũ proponebatur. de leg. 2. & ibi communiter Doct. Bald. & Paul. de Castr. in d. l. poteſt. nu. 8. ff. de vulg. idem cons. 28. nu. 2. lib. 2. Ias. cons. 143. num. 3. lib. 2. Alciat. cons. 494. & cons. 71. col. 1. & d. cons. 74. num. 2. lib. 9. Cagnol. in l. prima, numero 55. de pactis. Cephal. dicto consil. 447. numero 14.

3 In casu autem nostro coniecturæ ex aduerso relatæ, non fuerunt visæ releuantes. Et prima, quod testator rationem habuerit conseruationis agnationis, cũ exclusetit filias feminas Neruæ, non solum propter illius filios masculos, sed etiam propter ipsum Quintilianum, & eius filios masculos, Vnde istas Neruæ filias in defectum masculorum vocãdo, videbatur eiusdem filios masculos, non tantum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam vocasse Soc. iun. d. consil. 1. lib. 3. Fuit tamen responsum testatorem nullam hic rationem habuisse conseruationis agnationis, cũ illæ Iustinianum fratrem suum exclusetit, vocando Neruæ filias, in defectum aliorum hæredum sine filijs masculis, quæ vocatio feminarum in qualibet testamenti parte sufficit ad excludendam rationẽ agnatis. Alex. cons. 111. nu. 10. lib. 2. Bal. cons. 473. lib. 5. Socin. in l. cum auus. num. 82. vers. secundus casus. ff. ff. de condit. & demonstr. Dec. cons. 370. nu. 30. Gozzad.

zad.conf.29.num.3.Soc.iun.conf.6.nume.20. verf. nec etiam obstat, & conf.118.nu.5.lib.1. Curt.iun. conf.172.nu.4.& 5.Aym.conf.180.nume.1.& conf. 306.nu.5.& fuit dictum in Viterbien.Fideicommissi coram R.P.D.meo Mãzanedo.10.Maij 1613. Quod tanto magis procedit, quãdo testator super agnatione conseruanda non expressit, vt in casu nostro, voluntatem suam.

4 Præterea testator hic Neruæ Patri filios substituit, sicut substituit filios Quintiliano per vulgarem, si illæ non superuixisset; Vnde Nerua, & Quintilianus bona poterant in extraneos alienare, quod voto conseruandæ agnationis repugnat. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. sexto, tit. 15. numero 14. & seq.& dato etiam nec admisso, ex aliquibus coniecturis argui posse, testatorem habuisse rationem agnationis, hoc tamen esset intelligendum actiue tantum, respectu substitutorum, videlicet in euentum quod substitutioni locus fieret, & sic quatenus Nerua non succederet, vt tenuit Alex.conf.139.nu.3.& 4.lib.6. Menoch.conf.448.num.14.vol.4.Rota in causa Tudertina Fideicommissi.13.Aprilis 1587.coram Gipsio. Quod fundamẽtum etiam verum fatetur. Soc.d. conf.1.nu.13.vers.si dicat. Licet ex alijs coniecturis, & præsertim quia testator ibi voluit, hæredem vocatum plus vni ex filijs quam alijs legari posse, idem cẽ fuerit testatorem inducere voluisse perpetuum fideicommissum ad fauorem agnatorum, cum alias non fuisset opus hæredi talem facultatem impartiri, si bona penes ipsum libera remansissent, quæ coniectura, & aliæ per Socinum consideratæ in præsenti casu non militant.

5 Altera coniectura desumebatur, ex quo fuit hic deuentũ ad plures gradus substitutionis, vnde infertur testatorem voluisse perpetuum fideicommissum inducere, vt per Soc.d.conf.1.lib.3.& alios alleg.hęc tamen coniectura non visa fuit sufficiens ad inducendum fideicommissum. Soc.sen.in l.cum auus.n.113. in fin. ff. de condit. & demonstr. Ripa in l. centurio. num.165.de vulg.Alciat.consil.89.nume.5.lib.9.& conf.117.ad finem. Roland. consil.51.num.9.lib.3. qui de communi testatur. Ratio autem est, quia omnes istæ substitutiones, factæ videntur in casu euenientis primæ conditionis, videlicet si Nerua testatori nõ superuixisset, & sic illa deficiente, ceteræ omnes expirarunt, l.si mater.§.1.& l.qui habebat.ff. de vulga. cum alijs allegatis in prima decisione.

6 Non obstat filios Neruæ tanquam in conditione positos fuisse vocatos, & per consequens grauatos restituere; Nam vltra quod isti positi non fuerunt in conditione, sed filij tantum filiorum Neruæ, & consequenter vt non vocati, nec censentur grauati. l.ab eo.C.de fideicomm.l.sed & sic.§.1.de legat.3.Bar.& alij in l.centurio. de vulg.& pupill. Ias.conf.218.nu. 9.& 10.lib.2.Cephal.conf.268.nu.23. Cum in istis bonis tanquam liberis, ab intestato Patri ex iuris dispositione successerint, iuxta gl.in l.Lucius.la 2.ff.de hæred.instit. Couar.in c.Rainutius.§.3.nu.2.de testam.Molin.de primog.lib.1.c.6.nume.1. Capu.aq. decis.98.lib.2.in manuscriptis. Et dato etiam, quod isti positi fuissent in conditione, non tamen ex coniecturis, vt prætẽditur, dici possent vocati, cum illæ debeant esse vrgentes, & necessariæ, tanto magis quia non versamur in descendentibus, à testatore, sed potius in extraneis. Mantic. de coniect. vlt.volunt.lib. 11.tit.3.num.28.Cras.de succes.§.fideicommissum. quæst.14.nume.7.& dixit Rota in Bononien. Fideicommissi de Paunolinis. 10. Decembr.1610. coram Reuerendissimo Lugdunen. In casu autem nostro, tales coniecturæ, vt dictum fuit, non reperiuntur.

7 Nec valet dicere dictos filios fuisse in conditione positos, cum qualitate Masculinitatis, & legitimitatis, & sic censeri per fideicommissum vocatos, ex Mãtic.de coniect. vbi supra dato enim quod etiam cum dicta qualitate positi fuissent in conditione, illa tamẽ intelligeretur adiecta fauore substituti, nec per necesse posset inferri, eandem fuisse appositam, ad inducẽdum fideicommissum, vt de communi testatur Alex. conf.202.num.7. lib.7.Soc.iun. conf.277.nu.9.lib. 2.Ripa in d.l.centurio. nu.162. ff. de vulg. & pupill. & in l.1.nu.3.C.de pactis, & ibi Cagnol. nu.51. Ias. conf.143.num.4.lib.Mantua.conf.115.num. 18.& seq.Dec.conf.218.& 287.nume.9.& fuit dictum in præalleg. Viterbien. Fideicommissi, coram R. P. D. meo Manzanedo, quod procederet etiamsi deuentũ fuisset ad plures gradus substitutionum, quia nõ per hoc in conditione positi, censerentur per fideicõmissum vocati. Cephal.conf.268.in princip. & num.17. & seq.Gabr.de fideicomm.conclus.4.nume.9.Ruin. conf.101.num.3.& 4.lib.2.de communi testatur Alciat.conf.124.in fin.Roland.consil.51.num.tertio, lib.3.Bursat.conf.1.num.8.Pancir.consil.59.numero 7.& seq.

8 Præterea etiam quod dicti filij vocati essent, nõ tamen grauati censerentur, cum non inferatur, ex quo sunt actiue vocati, eosdem esse passiue grauatos. Ripa in d.l.centurio. nu.168. Paris. conf.31.num.28. lib.2.Soc.iun.conf.57.nu.4.& 5.lib.4. Crauet. conf. 98.n.5.Cephal.conf.514.per tot.Sfort.Oddus conf. 66.nu.97.& 106.& fuit dictum in alleg. Viterbien. Fideicommissi.

9 Non obstat Neruæ filios substitutos nõ fuisse per vulgarem, sed vna cum patre in eodem gradu institutos, ex quo testator vsus fuit verbis hæredes suos vniuersales instituit, &c. & per consequens eosdem fuisse grauatos hæreditatem restituere. Cessat enim obiectum, cum verbum hæredes comprehendat omnes gradus successionis, & omnes directe, vel indirecte substitutos per tex.in l.ex illa parte & l.sciendum.ff. de verb.signif.& l.id tempus.§.in re legata.ff.de vsucap.& propterea dictos filios non bene infertur, simul cum Nerua Patre, fuisse institutos. Alia quæ obijciebantur non fuerunt DD. visa releuantia, vel fuit eis responsum in prima Decisione à qua propterea dictum fuit non esse recedendum, &c.

R. P. D.

R. P. D. BVRATTO.

*Forolinien. Census. Veneris 2. Maij 1614.*

ARGVMENTVM.

Census impositio potest etiam post Bullam Pij V. super forma creandi census, probari per testes, neque obstat productio instrumenti contra quod multa possunt obijci, quando aliunde probationes haberi possunt.

*SVMMARIVM.*

*Testes duo contestes faciunt plenam, immo plenissimam probationem. nu. 1.*

*Census impositio etiam post Bullam Pij V. potest probari sine scriptura. nu. 1.*

*Defectus contra instrumentum census nō attenduntur quando census impositio aliunde probatur. nu. 1.*

*Solennitates in vno instrumento appositæ censentur repetita in alio instrumento in continenti facto. num. 2.*

*Negatiua non probatur per instrumentum quod fidem nō faciat. nu. 3.*

*Probatio affirmatiua in materia census non est ad instrumentum coarctata. nu. 3.*

*Producere quis præsumitur omnia meliora, & potiora iura, quæ quis habet. nu. 4.*

*Productio facta in vna causa, tanquam tacita confessio in alia non præiudicat. nu. 4.*

*Confessio facta per assertum procuratorem ad lites etiam expressa in alio iudicio non præiudicat. nu. 4.*

*Nemo potest vti iuribus à se alias impugnatis. nu. 4.*

*Productio instrumenti non excludit alias species probationis. nu. 4.*

*Error Notarij probatur ex omissione eius quod apponi debuit. nu. 5.*

*Specificatio facta à procuratore, non reuocata, necderrore docto præiudicat. nu. 5.*

*Protestatio contraria facto non releuat. nu. 6.*

DECISIO DXXXIX.

1 Veritas census de quo est controuersia, etiā sine instrumento impositionis visa fuit DD. concludentissime probata, ex antecedentibus, & subsequētibus, & ex duobus testibus de ipsa census impositione deponentibus de visu, & interessentia, vt in præcedenti decisione deductū fuit, qui duo cum sint cōtestes, plenam faciunt probationem. Bar. in l. admonendi. nume. 48. ff. de iureiuran. Bal. in l. fin. nu. 10. vers. & scias, & num. 14. C. de probat. Vbi quod plenissimam, quę est sufficiens, cum ad probationem census nō sit necessaria scriptura, etiam post Bullam felic. record. Pij V. secūdum opinionem quam Rota tenet vt in decisionibus in prima decisione citatis, & in Anconitana census. 28. Iunij 1610. coram Illustrissimo Cardinale Lācellotto, quicquid aliqui recentiores velint in terminis Bullæ esse necessariam quorū opinio nec procederet in isto casu, quo probatur per confessionem Artusini, & hæredum. Bero. in c. 1. num. 76. de probat. Grat. cons. 13. num. 49. lib. 2. facit tex. in auth. rogati. C. de testib. & per scripturas, & testes simul Butr. & Anan. in cap. auditis vterque. num. 8. de restitut. in integr. præsertim cum probationes istæ parte non contradicente receptæ, & admissæ fuerint. Bal. in l. certi condictio. num. 12. vbi Alex. nume. 7. ff. si cert. peta. cum allegatis per Asyn. in sua praxi. §. 19. cap. 4. dub. 12. Cum itaque probata sit aliunde census impositio, ad rem non faciunt defectus contra instrumentum deducti.

2 Qui nec etiam subsistunt cum Pontificatus, locus, testes, & clausula actum, quæ deficere videntur, tanquam in pręcedenti instrumento venditionis domus apposita censeri debeant in hoc postea in continenti celebrata repetita ex doctrin. Bart. & aliorum in priori decisione relatorū, nec impeditur repetitio, ex eo, quod secūdus testis dicat instrumentum census fuisse celebratum in domo illorum de Mangillis, cum tamen venditio celebrata fuerit in Palatio Prætoris, quia testis dubitatiue loquitur per verba, saluo il vero, nec colligitur, an loquatur de loco tractatus vel stipulationis instrumenti. Et licet dici non possit repetitus Artusinus testis in instrumento venditionis domus, deinde in instrumento census principalis, tamē coadiuuatur in hoc instrumentum ex dictis duobus testibus de interessentia ipsorum, & aliorum deponentibus. Et omnem fidem, & defectum supplet alias ponderata obseruantia tot annorum subsequuta. Ec eo magis excluduntur prædicti defectus, quia dubitari non potest de rogitu huius instrumenti, tam ex subscriptione Notarij dicentis si rogatum, quam ex attestatione Archiuistæ de extractione ex rogitibus eiusdem Notarij, quibus accedūt depositiones duorum testium enunciatiue eiusdem Notarij in instrumento solutionis Scut. 300. ex pecunijs receptis ad censum factæ per Artusinum Astio, & in alio solutionis fructuum per Artusinum factæ Mangillo, & aliæ in duabus quietātijs fructuum, per eundem receptis à Mangillis, & demum alia hæredum de Artusinis in instrumento diuisionis.

3 Nec defectus specificationis confinium super quo Artusini præcipuum fundamentum probatur ex inspectione instrumenti impositionis, nam aut illud fidem non facit, vt ipsi prætendunt, & non potest probare negatiuam. Seraph. decis. 889. nu. 5. Aut fidem facit vt firmatum est, & nihilominus ex eo non resultat negatiua, cum probatio affirmatiue non sit ad instrumētum coarctata, vt vltra relatos in alia decisione. Salyc. in l. finali. num. 2. C. de reb. credit. & in l. 2. numero 3. vers. Vnde dicit, & in fin. vers. & idem post Bal. ibi num. 6. vers. si autem. C. de error. Aduoc. &

in l.2.num.2.ff de probat.Butr. in c.auditis. num.3. in 2.nota.de restit.in integr.Barbat.consi.7. num.7. in fin.lib. 1.Herculan.de negatiu.nume.169. & seq. Honded.consi.78.nu.35.in 2.

4 Nec dici potest coarctata ad instrumentum ex illius productione ex qua cessat alius titulus ad Veral. decis.304.par.3.& tritissimum esse in Rota dicitur in in decis.731.num.19.par.1.diuers.quia productio facta fuit in alia causa, quæ propterea tanquam tacita confessio non præiudicat in ista Bal.in l.2.nume.25. vers.sed iuxta prædicta,vbi Dec. nu.64. Bologn.qui alios.num.71.C.de eden.Aret.in c.causam quæ.nu.26.vers.secundo limitatur,vbi Felin. nu.9.vers.item non procedit de testib. & in terminis productionis. Achil.decis.161.alias in 2.de confess.Rimin.iun.cōsil.203.nu.2.in 2.Honded.consi.66. num.58.in primo. Eoque minus quia facta per assertum procuratorem ad lites Mangelli,cuius nec expressa confessio in alio iudicio præiudicat.Specul.de confess.§.nunc videndum.num.4.Abb.in c.1.num.33.vt lit.non contest.præsertim,quia cum fuerit impugnata pro Artusinis, non possunt super ea facere fundamentum, ex c.ex eo.de reg.iur.in 6.cum simil.Surd.consi.151.nu. 93.& 94.in 2. Vltra quod productio instrumenti nō excludit probationem eiusdem cēsus alijs modis,seu alio genere probationum.

5 Immo potius ex instrumento probatur affirmatiua,dum post expressionem 30. tornaturarum possessionis Villæ Massæ subdit Notarius descriptis, designatis, & confinatis in calce præsentis instrumenti, quæ tanquam verba dispositiua necessario ostendūt confines fuisse à partibus specificatos, & Notarium illos in fine instrumenti describere debuisse, vt alias dictum fuit,& inde resultat error Notarij in omittenda ipsa descriptione, qui probatur ex omissione eius quod apponi debuit.Bal.in l.cum proponebatur. in princ.ff.de leg.2.Decian.consi.34.num.101. lib.3.& ex illis verbis inducitur præsumptio extrinsecæ huius solennitatis aliquo modo scriptæ licet non expresse,quæ conuenit scripturæ quamquam verisimile est interuenisse ad effectum, vt ex aduerso probanda sit negatiua. Alber.in l.actor.col.fin.vers.aut est extrinseca.C.de probat.Ias.in l.sciendum.nu.14.post Bar. ibi sub num. 5.ff.de verbor.oblig.Felin.in c.sicut.nu me.27. de sent. & re iud.concurrente maxime quasi possessione Mangelli decennali, & vltra, census. Ias. in d.l.sciendum.sub nume.17.late Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.132.nume.45. & seq.præcipue cōtra Artusinos negantes impositionem census, & de contrario conuictos. Ias.ibidem num.20.Crot. nu.20.Menoch.vbi proxime.nu.39.

6 Quæ confinium specificatio comprobatur ex depositione vnius testis,& ex illorum specificatione in partibus iudicialiter facta pro parte dictorum de Artusinis,vt alias dictum est. Et licet facta fuerit à Procuratore,tamen illa non reuocata nec docto de errore præiudicat. Rot.decis.373.alias 2. de confess. in antiq.præsertim cum potius vera, quam erronea appareat ex prædictis,& absq; dubio respectu Liuij, vnius ex fratribus de Artusinis,qui fuit præsens dictæ confessioni, cui obuenit cēsus in diuisione pro rata Scut. 400. Nec releuat protestatio adiecta tanquam contraria facto conformi solutionibus,& alijs actibus,ex quibus patet, & ipsi bonam fidem semper agnouerunt,& veritati ex pluribus comprobatæ. Ex quibus DD.in alias decisis permanserunt.

## R. P. D. VBALDO.

*Romana Exequutionis. Veneris 2.Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Laudum latum ab arbitris,& approbatum à partibus cum solenni iuramento, & obligatione Camerali nō impeditur exceptione vsurarum, nisi de eis clare,& perspicue constet.

### SVMMARIVM.

*Laudum latum ex falsa causa executionem non meretur. numero 1.*

*Prælationis, seu inquilinatus ius quod quis non habet, neque potest conductori concedere. nu.2.*

*Antecedentia declarant sequentia.nu.3.*

*Laudum,& transactio pari passu ambulant.nu.4.*

*Laudum fit de re dubia in litem deducta sicut transactio.nu.4.*

*Superflua in laudo non præsumuntur. nu.5.*

*Inquilinus proprie est qui inhabitat conductas ædes præd. Vrbani. num.6.*

*Auiamentum fit per artifices bene tractando aduentores.nu.7.*

*Auiamentum æstimari potest.nu.7.*

*Falsitas causæ non potest impedire executionem laudi, à partibus cum iuramento,& obligatione Camerali, nisi falsitas sit vera,& clara.nu.8.*

*Laudum etiamsi nullum sit, & adsit falsa causa valet in vim pacti,quando fuit à partibus approbatum. num.8.*

*Obligationis Cameralis executio, vt impediatur ratione falsæ causæ debet esse circa causam finalem obligationis.num.9.*

*Vsurariæ prauitatis exceptio dubia non impedit executionem instrumenti iurati.nu. 10.*

*Compensatio non inducitur de eo,quod requirit altiorem indaginem. nu.10.*

*Exceptio vsurarum,quæ non est clara non impedit executionem laudi obligatione Camerali vallati . nu.11.*

## DECISIO DXL.

1 Licet in hac causa emanassent duæ decisiones, in quibus fuit firmatum, Mandatū esse relaxandum iuxta tenorem Laudi, de quo agitur,non obstantibus pluribus exceptionibus quę opponeban-

ponebantur ad retardandam Laudi executionem, tamen quia pars non acquiescebat dictis decisionibus, & prætendebat non fuisse satisfactum omnibus per eam oppositis, volui iterum super eisdem causam proponere, & Domini perstiterunt in decisis ex responsionibus iam deductis in decisionibus, quibus nō obstare censuerunt allegatam falsitatem causæ, quasi Baratellus fuerit condemnatus in Laudo ad soluendum Scut. 315. D. Vrsulæ pro inquilinatu, & auiamento, quæ per tempus nouennij Baratello relinquebantur, & tamen cum neutrum istorum D. Vrsula haberet Laudum tanquam ex falsa causa latum nō mereatur executionem ex allegatis. Huic enim obiecto fuit responsum, & quo ad inquilinatum, Domini dicebant, neque partes intellexisse, neque Arbitros intelligere potuisse de iure inquilinatus cōcesso ex decreto Camerali, vt alijs in relocatione præferantur, quod ius vere non habebat D. Vrsula, cum in institutione locationis factæ Antonio eius patri, fuerit illi renunciatum, & locationes factæ D. Vrsulæ sint cum eisdem pactis, & cōditionibus, vt legitur in dictis instrumentis, sed intellexerunt de inquilinatu, seu iure habitationis competente conductori, durante locatione, & hoc ius habebat D. Vrsula ex dictis locationibus obtentis à Dominis domus.

2 Quod autem ita intellexerint, deducebatur primo, Quia dari non poterat ab Vrsula ius inquilinatus, id est, prælatio, quam non habebat. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & si habuisset, cedi non poterat ex decreto Camerali. Et fuit late deductum in Romana inquilinatus. 5. Iunij 1598. coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto.

3 Secundo, ex antecedentibus verbis Laudi, in quibus fuit dictum, che le locationi fatte per li noue anni di detta Hosteria restino libere, & assolute à esso Francesco, vnde cum postea subiungitur, & all'incōtro, &c. tanto per gli vtili, auiamento, & inquilinato, &c. Ille inquilinatus debet intelligi de illo vsu habitandi, qui liber remanebat penes Franciscum, & auferebatur à D. Vrsula, cuius, & aliorum expressorum respectu, Franciscus fuit condemnatus ad summam in Laudo contentam, vt suadet illud verbum, & all'incontro, iuxta tex. in c. 1. in princ. quæ fuer. 1. caus. benef. amitt. in vsib. feud.

4 Tertio, ex subiecta materia, quia lis inter D. Vrsulam, & Barattellum vertebatur non super iure inquilinatus, sed tantum super locationibus eiusdem domus ipsi respectiue factis, & quarnam earum esset attendenda, ideo dum Arbitri laudarunt circa inquilinatum, necessario videtur dicendum, eos intellexisse de inquilinatu, id est, iure habitationis prouenientæ ex locationibus, super quo lis erat, cum Laudum, & transactio, quæ pari passu ambulant, vt fuit firmatum in prima decisione huius causæ, intelligantur de re dubia, & in litem deducta l. 1. ff. de trans. l. si de certa, vbi Doct. C. eo. tit. Imol. in l. de pupillo. §. si in pluribus, ante fin. ff. de nou. oper. nunc. Corn. cons. 144. sub numero vndecimo, vers. & licet, lib. 3. Surd. decis. 176. num. secundo. Rota decis. 63. num. 2. par. 1. diuers.

5 Quarto, ex alijs verbis eiusdem Laudi, quod finito nouennio neutra ex partibus posset tractare, aut perficere aliam locationem dictæ domus, absque licentia, & consensu alterius, sed locatio quælibet intelligatur facta ad commodum vtriusque partis, nam si Baratello fuisset concessum ius inquilinatus, id est, prælatio, vt ex aduerso prætenditur, potuisse sine alia locatione continuare in cōductione dictæ domus, & consequenter prædicta pars Laudi esset superflua, contra l. si quando. ff. de leg. 1. cum similibus Rom. loquens de verbis Laudi. cons. 14. nu. 2.

6 Et supradicta interpretatio eo magis amplectenda est, quia non repugnat naturæ verbi inquilinatus, cum inquilinus proprie dicatur, qui conductis ædibus prædij vrbani inhabitat. l. 2. & l. 4. vbi gloss. ff. de vs. & habit. l. re, pignoris, ff. de acq. possess. l. vlt. ff. de migr. l. 4. §. pretor ait. l. qui bona, §. qui damni, l. damni infecti. 18. §. inquilino. l. si filiusfamilias. l. in hāc. ff. de damn. infect. glo. in §. item Seruiana institut. de act. & in l. emptorem. C. locat. & in l. si id quod. §. 1. ff. de acq. possess. & in l. habitatores, in princ. ff. locat. Alex. in l. quod pignori. nume. 2. ff. de acq. poss. Abb. consil. 275. nu. 3. Rebuff. in l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. signif. Alber. in dictiona in verb. inquilinus. Brisson. lib. 9. de verb. signif. in verb. inquilinus. qui alia iura allegat.

7 Quo vero ad auiamentum, pariter videbatur cessare falsitas causæ, quia siue istud proueniret ex ipsa domo Hospitij ex adductis per Informantes pro Baratello, certum est, quod illud D. Vrsula habebat ratione locationis sibi factæ à Dominis dictæ domus, siue proueniret ex persona Antonij patris D. Vrsulæ, qui per longum tempus exercendi Hospitium in dicta Domo, & vocando, & bene tractando Hospitis, effecerat concursum, & frequentiam in dicto Hospitio, quod vere videtur esse auiamentum, iuxta not. in l. 1. §. caupones, vbi gl. in verb. atriarij. ff. naut. caup. stab. Cephal. cons. 328. nu. 19. & seqq. lib. 3. & hoc etiam modo illud spectabat ad D. Vrsulam Antonij filiam, & hæredem, nec alio iure fuit translatum in Baratellum, nisi mediante declaratione arbitrorum, vt ipse durante nouennio domum inhabitaret, & sic bene potuerunt illud ius æstimare certo pretio, & ad illud condemnare Franciscum, prout fecerunt, prout tradit Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. p. 11. ptinc. numero 73.

8 Et prædicta circa falsitatem causæ eo facilius procedunt, cum simus in Laudo à partibus cum iuramēto, & obligatione Camerali approbato, & homologato, cuius executionem impedire falsitas causæ nō potest, nisi sit euidens, & clara. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 54. ff. de verb. oblig. Et fuit dictum in Romana executionis obligationis Cameralis. 2. Aprilis 1593. coram Orano, & in Romana census de Prouanis. 8. Aprilis 1598. coram eodem, ita vt nec etiam sufficiat, quod iudex de tali defectu causæ dubitate

bitare possit, ad hoc vt intret executio obligationis Cameralis, vt fuit dictum in Castren. Taxarum 16. Octobris 1585. coram Cardinale Seraphino, quæ est decisio 705. num. 3. par. 1. in impress. stante maxime, quod partes in acceptatione Laudi promiserunt non allegare nullitatem, sed adimplere contenta in Laudo, Alex. cons. 32. num. 5. & seq. lib. 2. Et fuit dictum in dicta Romana census de Prouanis, cum tunc etiamsi Laudum sit nullũ, & adsit falsa causa valeat in vim pacti, gl. in l. 2. C. comm. vtriusque iud. Surd. cons. 136. num. 54. lib. 1. cum alijs adductis in prima decisione, huius causæ coram me.

9 Quibus accedit, quod vt falsitas causæ impediat executionem obligationis Cameralis, debet esse circa causam finalem obligationis. Bar. in l. demonstratio falsa. §. quod autem. sub nume. 13. vers. quædam est causa. ff. de cond. & dem. Gab. cons. 146. nume. 6. & 7. lib. 1. Et fuit decisum in dicta Romana a executionis obligationis Cameralis, coram Orano. In casu autem proposito non apparet inquilinatũ, & auiamentum fuisse causam finalem, vt Arbitri condemnarent Baratellum ad soluendum Scut. 3150. quin potius ex eodem Laudo apparet non solum pro dictis causis, sed etiam pro qualibet alia prætensione D. Vrsulæ, Barattellum fuisse condemnatum ad dictam summam, vnde quatenus causæ expressæ essent minus veræ, quod tamen ex supradictis negatur, sustinetur tamen Laudum ratione aliarum prætensionum, quæ vel tempore Laudi iam in iudicium deductæ erant, vel postea deduci poterant.

10 Non obstant alia deducta contra secundam decisionem, cum verã, & recepta conclusio sit, in ea firmata, exceptionẽ vsurariæ prauitatis non impedire executionem instrumenti iurati, quando est dubia c. debitores, de iureiur. cum alijs late deductis in decisione. Quod Dominis videbatur procedere, siue agatur de impedienda solutione vsuræ promissæ cum iuramento, siue de compensanda vsura soluta cum sorte, cum vtroque casu militet eadem ratio, nec possit in executione induci compensatio de eo quod requirit altiorem indaginem. Rom. cons. 76. num. 2. vers. quo ad 3. Quod autem in casu isto exceptio vsuræ sit valde turbida, satis fuit deductum in d. decisione.

11 Nec obstat, quod condemnatio fuerit facta pro vsu rerum mobilium, quæ fuerant longe antea vendi ræ ipsi Baratrello, quia fuit responsum, quod condem natio fuit facta nõ pro vsu mobilum tantum, sed pro inquilinatu, auiamento, vtilibus, & qualibet alia prætensione, & sic pro quadam recompensatione quæ non est vsura, vt post Bal. & alios deducitur in d. decis. vltra quod cum super rescissione d. venditionis esset introducta lis ex capite læsionis D. Vrsulę, & d. lis fuerit comprehensa in compromisso, & inde secutum Laudum à partibus ratificatum, non videbatur amplius habenda ratio dictæ venditionis, & dato quod aliud solueretur pro vtensilibus, tamen non est expe ditum, adesse vsuram, ex allegatis per Borgnin. dec. 13. de contract. 2. pat. nume. 66. & per Hippol. Rim. cons. 177. per tot. præsertim. n. 2. & in omnem casum satis est, quod summa taxata non sit soluenda pro solis vtensilibus, sed etiam pro alijs prætensionibus, vt supra dictum est. Et quatenus etiam dicta prætensio pro vtensilibus esset iniusta, sufficit tamen quod non esset ita clara pro Bararello, vt super ea non posset transigi. l. 2. glos. in verb. nulla, & Ias. nu. 1. & 2. C. de trans. Olasc. decis. Pedem. 91. nu. 23. Et fuit decisum in Gerunden. Anniuersariorum 24. Nouemb. 1588. coram Orano, & in Romana vsusfructus 15. Martij 1601. coram Reuerend. D. meo Damasceno. Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

## REVE. P. D. ANDREA.

*Firmana iuris patronatus. Lunæ 15. Maij & 15. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Ius patronatus satis probatum censetur ex conti nuatis vltra centum annos, præsentationibus effectuatis, accedente præsertim publica voce, & fama. Quando ius patronatus dicatur laicale, quando ecclesiasticum, & quando mixtum ad effectum, vt subiaceat Regulæ reseruatoriæ.

*SVMMARIVM.*

*Sententia lata ad instantiam Procuratoris, qui procurator non est, dicitur nulla. nu. 1.*

*Ius patronatus dicitur plene probatum ex continuatis præsentationibus vltra centum annos. nu. 2.*

*Præsentationes ad beneficium patronatus eo ipso probantur effectuatæ quod per obitum, vel cessionem vnius alter fuit præsentatus, & institutus. nu. 2.*

*Ius patronatus censetur probatum per testes deponentes de publica voce, & fama iuncta longissima possessione præsentandi quando sumus in antiquis. nu. 3.*

*Ius patronatus laicale nõ cadit sub regula reseruatiua. nu. 3. vers. quibus omnibus.*

*Ius patronatus, quod deuenit ad monasterium, reputatur Ecclesiasticum, & propterea subiacet regula reseruatoriæ octauæ. Declara hanc conclusionem. numero 4. & quinto.*

## DECISIO DXLI.

1 Propofui dubium altera tantum parte informante, quia procedebatur per contradictas, an sententia Reuerendissimi Episcopi Maceraten. esset confirmanda, vel infirmanda. Et cum pro parte Theodori prætenderetur eam infirmari tam ex capite nullitatis, quam notoriæ iniustitiæ omisso capite iniustitiæ, super quo non satis inter Dominos conueniebat fuit vnanimiter resolutum

B ex ca-

ex capite nullitatis esse sententiam infirmandam. Cum enim dicta sententia fuerit lata instante Benedicto Ello, qui absque mandato comparuit, & reuocauit mandatum Venazoli, qui in actis reperiebatur Procurator, & non institerit pro sententia, & Benedictus, qui se pro procuratore gessit mandato carebat, & consequenter sententia fuit nulla, c. in nostra. in fin. de procur. l. licet. vbi Doct. C. eod. cum alijs per Vant. de nullit. sentent. & defect. inhab. seu mandat. num. 59.

2 Ceterum quia Annibal prouisus Apostolicus possidebat, & parum, vel nihil proderat Theodoro Palmisiano, qui fuerat præsentatus à Patronis reuocatio sententiæ ex capite nullitatis, nisi etiam illa fieret ex capite iniustitiæ, ideo re proposita causa di 15. Decembris stricte quo ad caput iniustitię Domini ex eo etiā capite pro infirmatione sententiæ respōderunt. Fundamentum solidissimum fuit, quia huiusmodi altare erat de iure patronatus, vt patet ex continuatis præsentationibus vltra centum annos, ex quibus dicitur probatum ius patronatus. Federic. consil. 234. nu. 3. ad fin. vers. quis enim diceret, quem sequitur. Dec. cons. 174. nu. 4. vers. & Federicus. Rot. apud Cassad. decis. 2. nu. 6. de probat. Than. decis. 84. in vna nullius Seraph. decis. 1141. nu. 1. lib. 2. & fuit dictum in alia Firmana iuris patronatus. 8. Martij 1591. coram Orano, & in Mediolanen. Clericatus septim i Maij 1610. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Quæ præsentationes eo ipso probantur effectuatæ, quod per obitum, vel cessionem vnius fuit alter præsentatus, & institutus, iuxta cons. Oldr. 229. nu. 2. sæpius canonizatum, & in specie in dicta decis. Seraph. nu. 1. vers. & istæ.

3 Accedunt testes de publica uoce, & fama, quæ iuncta longissima quasi possessione præsentandi optime probat ius patronatus cum simus in antiquis, & in personis non suspectis. Cassad. d. decis. 2. nu. 4. & seq. de probat. Achil. decis. 4. n. 9. & dec. 6. de iure patr. Put. decis. 60. in fin. & 140. n. 1. lib. 1. Rot. decis. 792. n. 1. & seq. par. 1. & 376. n. 2. vers. quod etiam par. 3. li. 3. diuers. & fuit dictum in Palestina Cappellæ. 12. Maij 1614. coram me. Quibus omnibus simul iunctis dubitari non potest huiusmodi altare esse de iure patronatus, quod cum sit laicale, non cadit sub regula reseruatoria iuxta glos. receptam in c. 2. in verbo collatio. de præb. in 6. Lap. alleg. 96. Fel. in tract. quand. lit. Apost. noc. patr. in princ. Couar. pract. c. 36. nu. 2. vers. his accedit. Cassad. decis. 1. nu. 3. de dilat. cum alijs per Modern. super reg. 8. glo. 18. nu. 2.

4 Nec obstat, quod ius patronatus huiusmodi postmodum deuenerit ad fratres, & monasterium Sancti Augustini Ciuitatis Firmi, & sic debeat ecclesiasticum reputari iux. tex. in c. vnic. §. fin. vbi gl. & Doct. de iure patr. in 6. & consequenter altare subiaceat reseruationi. reg. 8. adeo quod collatio Papæ sit valida absque alia mentione, & derogatione. Felin. vbi sup. nu. 11. lim. 3. Couar. d. cap. 36. nu. 2. Cassad. decis vlt. nu. 11. de probat. & decis. 4. nu. 2. de iure patr. Quia obiectum procedit in iure patronatus Ecclesiastico simplici, secus in mixto, vt in nostro casu, quod ad effectum derogationis sequitur naturam iuris patronatus laicorum. Federic. consil. 66. Rotch. in verbo ius. nu. 23. vers. contra istam conclusionem. Rebuff. de nominat. quæst. 15. nu. 7. Felin. & Couar. vbi sup. ille nu. 6. ampliatione 6. iste. nu. 5. vers. 3. opportune. Cassad. decis. 4. num. 10. in fin. de probat. & decis. 7. nu. 10. de iure patr. Achil. decis. 3. eod. tit. Put. decis. 157. lib. 3. Rot. decis. 574. num. 10. par. 1. diuers. & in alijs cumulatis per Modern. d. gl. 18. nu. 13. & 14. & hic per Informantes.

5 Quod autē simus in iure patr. mixto, & sic pro medietate laicorum patet ex quo tempore obitus Antonij Discreti vltimi possessoris, qui fuerat præsentatus à Monasterio per quendam fratrem Paulum pro medietate, & a quibusdā laicis pro altera medietate patronis, vt in institutione facta per Vicarium Firman. Summario nu. 3. aderant duo ex illis, qui præsentauerant eundem Antonium scilicet Rogerius ser Pauli, & Ioannes alias Vasitto eod. Summ. nu. 3. & in 2. Summario nu. 1. & similiter extabant hæredes aliorū, qui fuerant prædefuncti, vt Tholomæus Pelleus, & alij, qui omnes præsentarunt Ausonium, qui mox ius suum cessit Theodoro Palmisiano præsentato per fratres dicti monasterij, vt in 2. Summario. Vnde clare apparet tempore vltimæ, ac modernæ vacationis per obitum d. Antonij Discreti, quę fuit de mense 1591. extitisse, & extare compatronos laicos, & per consequens cessare reseruationem, & collationem Apostolicam ex prædictis. Felin. in d. tract. quan. lit. Apost. noc. patro. in princ. Rot. decis. 71. vers. Item dicebant de rescript. in antiq. Cassad. decis. 6. n. 5. de iure patr. & ita conclusum.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Virdunen. Abbatiæ. Lunæ 5. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Cumulatio petitorij in remedio redintegrandæ quando stante commissione cum clausula arbitrio admittatur, & qui dicatur titulus coloratus sufficiens ad obtinendam restitutionem in spolio, & quando quis dicatur cecidisse à possessione facto proprio ita vt non sit restituendus.

### SVMMARIVM.

*Cumulatio petitorij non admittitur in remedio redintegrandæ etiam si petitorium per viam exceptionis deducatur. nu. 1.*

*Cumulatio petitorij solet per Rotam admitti stante turbiditate possessoris. nu. 2.*

*Quod*

*Quod intellige procedere quando non est clara possessio actoris, vel Rota contra spolium inclinat. numero secundo.*

*Prouisio obtenta ab habenti facultatem conferendi licet nulla vel subreptitia sufficit ad effectum tituli colorati in spolio. num. 3.*

*Prouisio ordinarij nulla non præstat titulum coloratum ad effectum regulæ de triennali. num. 4.*

*Resignatarius dicitur fateri titulum resignantis. numero 4.*

*Titulus coloratus probatur ex confessione partis. numero 4.*

*Restitui non debet qui facto proprio à possessione cecidit. numero 5.*

*Correspectiui dicuntur actus facti eadem die coram eodẽ Notario, & testibus. nu. 5.*

*Resignans sub conditione non adimpleta conditione potest agere spolio etiam contra ipsum resignatarium. numero 5.*

*In correspectiuis agens ex vno capite non potest obtinere nisi probet adimplementum etiam in alio. numero quinto.*

*Restitutio in spolio non impeditur per concordiam correspectiuam, quando non docetur de adimplemento in alio capite. num. 5.*

*Monachus debet ali per Monasterium. nu. 6.*

*Solutiones vt dicantur factæ vigore transactionis præcedentis debent esse factæ secundum formam, & tenorem transactionis. nu. 6.*

*Concordia inita sub beneplacito Sedis Apostolicæ dicitur conditionalis. nu. 7.*

## DECISIO DXLII.

1 IN decisis pro non arbitrio DD. permanserunt. Repugnat enim iuris dispositio, ex qua remedium redintegrandæ non admittit cumulationem peuitorij, etiam per viam exceptionis deducti. cap. fin. de ord. cogn. & cap. primo, de restit. spoliat. cum allegatis in alia decisione, & dixit Rota in Mantuana bonorum. 16. Decemb. 1611. & 4. Maij 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo.

2 Non obstat, quod interdum Rota interposuerit arbitrium pro cumulatione visa turbiditate possessorij, vt in decisione 120. nume. primo, par. prima. diuers. in Romana Cottiuij, vigesima sexta Martij 1606. coram Reuerendissimo Domino meo Sacrato, & in Vicentina Parochialis 10. Decembris 1608. coram Reuerend. Pat. Dom. meo Manzanedo. Quia placuit responsio, de qua in alia decisione hoc esse strictissime intelligendũ quando non est clara possessio actoris, & sic primum extremum, vt in dicta Vicentina Parochialis, vel quando Rota contra spolium inclinat, vt in d. Romana Cottiuij. In proposito vero anterior possessio fratris Nicolai actoris, in qua consistit spolij fundamentum, controuerti non potest, & pro spolio DD. inclinarunt.

3 Neque illi obstare videbatur primo defectus tituli colorati prætextu, quod prouisio Apostolica ad fauorem Fratris Nicolai fuerit inualida, & subreptitia, ex eo quod haberet clausulam, dummodo monasterio non esset de alia persona canonice prouisum, & tamen adesset præcedens prouisio ad fauorem Claudij Lollier, & quod non esset facta mentio electionis de se factæ contra reseruationes Apostolicas fructuum perceptione subsecuta. Omissio enim prædicta non videri sufficienter iustificata, & altiorem indaginem requirere. Ad effectum tituli colorati in spolio sufficit prouisio obtenta ab habenti facultatem conferendi, licet nulla, vel subreptitia. Put. decis. 76. secundum vltim. impress. lib. primo, cum alijs in alia decisione allegatis, & fuit etiam resolutum in vna Leodien. Canonicatus vigesima octaua Iunij 1613. corã R.P.D. meo Dunozetto.

4 Nec in contrarium facit decisio in Seguntina beneficiorum prima Iunij 1592. coram Orano, quæ loquitur in prouisione Ordinarij nulla vt non præster titulum coloratum ad effectum regulæ de triennali, & sic in terminis longe diuersis. Tanto magis stante tacita cõfessione Caroli Lepougnant per cuius deinde resignationem fuit prouisus Episcopus Tullen. & per huius obitum D. de Liuron. Ille enim impetrauit Abbatiam ex causa resignationis fratris Nicolai, & sic fassus dicitur titulum resignantis. Vestan. decis. 180. quem refert, & sequitur Pont. de spol. lib. secundo, num. 140. vers. dicens insuper, ex qua confessione resultat probatio tituli colorati. Rot. decis. 19. de restit. spoliat. in nouis, quam esse in vitili obseruantia testatur. Cassad. decis. 3. ante nu. primum eod. tit.

5 Minus obstat secundo, quod Frater Nicolaus ceciderit à possessione facto proprio, & propterea nõ sit redintegrandus. Rot. decis. secũda, de rer. permut. in nou. Verall. decis. 172. par. 3. late Menoch. de recuperan. remed. 15. nu. 95. Nam aut hoc deducitur ex resignatione ab ipso facta, & cum mandatum de resignãdo fuerit correspectiuum mandato ad cõsentiendum reseruationi pensionis 1000. francorum ad eius fauorem, vt ex mandatis prædictis eadem die coram eisdem Notario, & testibus celebratis. Crescen. decis. 1. de Simon. Mohed. decis. 3. ante num. primũ, eod. tit. Imò sub ista conditione, vt deponunt duo testes instrumentarij neque subsequuta fuerit pensionis reseruatio non potest dici abdicata possessio à resignante, sed competit illi actio spolij. Paris. cons. 5. numc. 7. & 8. lib. 4. Achill. decis. 10. nu. 14. & 6. de restit. spoliat. Rot. decis. 471. num. 1. 2. & 3. par. prima, diuers. & in Romana Canonicatus. 17. Nouembris 1567. coram bon. mem. Cardinale Scraphino inter nou. impress. decis. 25. Modern. de resign. benef. lib. primo, quæst. tertia, nume. 10. & 11. etiam contra ipsum resignatarium. Put. decis. 15. de restit. spoliat. & fuit decisum in Abulen. ex Zamoren. beneficiorum decima septima Iunij 1594. coram bon. mem. Penia. & in Hispalen. & Corduben. Præstimoniorum. 14. Iunij 1600. coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, & in his terminis decisum fuit in Virdunen. Monasterij. 26.

Ianuarij 1589. coram bonæ mem. Cardinale Paleot to inter impress. diuers. 558. lib. tertio, parte tertia. Aut vero ex concordijs, quarum altera inita fuit, 26. Aprilis 1595. cum Carolo, Altera. 16. Aprilis 1598. cum Episcopo. Et cum vtraque facta fuerit correspectiue ad quasdam annuas conuentas præstationes fructuum, & pecuniarum illæ non prosunt nisi probe tur adimplementum & in totum, & successionis temporibus. l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demonstra. Bal. in l. inter Castellanum. numero primo. vers. in textu. ff. de recept. arbitr. Alexand conf. 53. numero duodecimo, lib. 6. Ias. in l. si quis. numero decimo quarto, in 4. limit. C. de instit. & subst. Bero. conf. vigesimo septimo, numero decimo quarto, lib. secundo. Et consequēter nō impediunt redintegrationem, vt in his terminis resolutum fuit in Comen. Præpositurae quarta Iulij, & decima quinta Octobris 1584. coram Bubalo, vbi idem firmatur etiamsi ab aliquo vti successore fuerint pro aliquo tempore pensiones receptæ. Huiusmodi vero integralis. Et successiui implementi probationem certum est non resultare ex quietantijs exhibitis. Immo absolute nullum probari adimplementum dicebant DD. cum nullum in eis verbum de concordia, & quietantia sub die 10. Ianuarij 1600. quę videbatur esse pro pensione concordara dicebatur verbum, accordè in illa appositum ex sui natura intelligi pro data, & concessa, non autem pro concordata, vt etiam D. meus Auditor Gallus testatus fuit.

6 Nec dici potest, præsumi factum in exequutionē obligationis præcedentis ex concordia, ex quo aderat etiam obligatio alendi Monachos, cap. cum ad Monasterium. §. porro. de stat. regul. qualis erat idem Nicolaus, & ex partitis compulsatis cōstat alijs quoque fuisse per Abbatem subministrata alimenta. Sūt prætereą difformes nec correspondere videntur summæ in concordia promissæ, cum tamen necesse fuisset probare solutiones secundum formam, & tenorem transactionis factas. Rot. decis. 262. nu. 1. par. secunda diuers.

7 Deinde secunda inita fuit sub beneplacito Sedis Apostolicæ, & sic conditionaliter. glos. in l. item habeo. in vers. si pure. ff. famil. hercisc. Pal. consil. 188. ad med thematis, & columna secunda, vers. modo, ita est. lib. tertio. Lotred. consil. decimo septimo, numero quinquagesimo quarto. vers. & tanto magis, & numero quinquagesimo quinto. Put. decis. secunda, de transact. Verall. decis. duodecima, par. tertia. Et tamen de eo non constat, & præsertim cum sub dicta reseruatione vnica verborum structura renunciatum fuerit iuri, & liti, vnde sicuti erat necessarium beneplacitum quo ad renunciationem iuris, ita ex indiuiduitate voluntatis, & conuentionis dicendum videbatur quo ad renunciationem litis. Et ita decisum.

## REVERENDISSIMO P. D. COCCINO DECANO.

*Ianuen. Officiorum. Veneris 9. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Officia Romanæ Curię per ingressum Religionis, & subsequutam professionem non vacant sed spectant ad illum, ad cuius fauorem cantat decretum, & hinc declaratur, an & quando mortis, seu obitus appellatione veniat etiam mors ciuilis. Est magistralis decisio.

### SVMMARIVM.

*Officia Romanæ Curiæ non vacant per ingressum Religionis, & emissam professionem. num. 1.*
*Mors ciuilis naturali non æquiparatur nisi in casibus à iure expressis. nu. 1.*
*Religionem ingressus non habetur pro vere mortuo. nu. 1*
*Mortis appellatione in dispositione hominis nō venit mors ciuilis, sed tantum naturalis. nu. 2.*
*Mors ciuilis non venit appellatione obitus. nu. 2. in fine.*
*Officia Romanæ Curiæ sunt in commercio, acquiruntur titulo oneroso, & conceduntur magis propter lucrum, quam propter exercitium. num. 3.*
*Bona emphyteutica si ad Ecclesiam peruenerint Ecclesia illa nō amittit, sed solum cogitur vendere ad euitandū præiudicium Domini directi. num. 3.*
*Beneficia Ecclesiastica per ingressum Religionis vacant post emissam professionem. num. 4.*
*Regulares Religiosi sunt incapaces beneficiorum sæcularium absque dispensatione. nu. 4.*

### DECISIO DXLIII.

1 Augustinus emit duo officia alterum militis Sancti Pauli in personam Francisci eius filij alterum vero portionis Ripæ in personā Polioxenę filiæ cum decreto ad fauorem ipsius Augustini. Cumque Franciscus ingressus fuerit Religionē Capuccinorum, & Polioxena Religionem Sācti Dominici, & vterque emiserit professionem, dubitaui, an dicta officia per talem professionem vacarent, & Rota censuit negatiue respondendum; quia in prouisione de dictis officijs fuit dictum, quod censerentur vacare per obitum, & propterea per emissam professionem nō vacant, quia licet ista sit mors ciuilis, attamē non comprehenditur sub dicta dispositione, cum in iure nō reperiatur cautū, quod in istis terminis mors ciuilis æquiparetur naturali. Anchar. cons. 273. n. 1. & 2. Io. Monachus in c. 5. Episcopus. num. 2. de supplenda negligēt. Prælat. in 6. & alijs relatis. Sequitur Alex.

Alex.conf. 139.numero quarto,lib.2.firmans,quod mors ciuilis resultans ex ingressu Monasterij non facit Monachum haberi pro vero mortuo nisi in casibus in iure expressis iux.glos. notabilem in c.placuit. il 2.in verbo mortuus. 16.quæst. 1. Oldradus.consil. 284.numero 4. tenens, quod nunquam mors ciuilis æquipararetur naturali, nisi in iure reperiretur hoc expressum.

2 Nec mors deducta ab homine in condictione intelligitur de ficta ciuili,sed tantum de vera naturali, vt pluribus relatis tradit Cephal. in cons. 395.n.31. & seqq. & in terminis ita respondet Modernus de Fano,de socier.offic.q.14. nume. 13. in fine vers. igitur per mortem ciuilem,& numero seq. Et hæc sententia absque scrupulo procedit in casu isto,quia in dispositione fuit dictum, quod officia vacent per obitum, non autem fuit dictum per mortem, obitum autem appellatione de sui natura non venit mors ciuilis, vt dicit egregie Rebuff. in praxi in forma signat.simpl. per vos. col.7. vers.& quamuis.fol.mihi 97.

3 Neque facit, quod per ingressum Religionis videtur effecti inhabiles ad prædicta officia;Quia fuit responsum,quod dato,quod hoc esset verum,non propterea sunt priuandi dictis officijs in præiudicium illius qui habet cum decreto ad sui fauorem, cum illa sint in cōmercio, & acquirantur tit.oneroso, & conceduntur magis propter lucrum,quam propter exercitium iux.notata in c.quamuis triste.7.q.1. Alciatus de præsumpt.reg.3.præsumpt. 19.nu.7.vers. puto distinguendum. Menoch.de arbitr.iudic.lib.1.q.55.nu mc.6.vers.extende,& propterea in hoc casu defectio non nocet,quia quatenus dici possent inhabiles,sunt cogendi ad vendendum dicta officia prout bona emphyteutica quando perueniunt ad Ecclesias illa non amittit, sed solum cogitur vendere ad euitandum præiudicium, quod obuenit domino directo.c.1.de alienat.feud. & ibi Afflictus in princ. & num.4.& 5. cum seqq. Isernia.nu.4.Bald.nu.5.Præposit.in §. inde potest.nu.3.per totum Specul.de emphy. alias de locato.§.fine aliqua.vers. 116.

4 Neque obstat, quod beneficia ecclesiastica post emissam professionem vacent, quia hoc prouenit ex eo, quod Regulares absque dispensatione sunt incapaces beneficiorum sæcularium. c. cum de beneficio de præbend.in 6. Bellamera.decis. 171. Felinus in c. in nostra. nu. 44. de rescript. & cum illa acquirantur tit.lucratiuo, nec sunt in cōmercio hominum, & vocent post emissam professionem nō agitur de aliquo præiudicio professi, & propterea ille ad quem spectat collatio statim post emissam professionem potest libere conferre, quod nō est in officijs, de quibus agitur, quæ acquiruntur titulo oneroso, & per consequens agitur de præiudicio obtiuentis cui est succurrēdum saltem per concessionem alienationis ex rationibus supra dictis.



R. P. D. BVRATTO.

*Romana Diuisionis Domus. Veneris 9. Maij 1614.*

ARGVMENTVM.

Res emphyteutica etiam debet diuidi inter socios nolentes manere in communione.

*SVMMARIVM.*

*Socius potest compelli ad diuisionem, quia nemo inuitus compellitur manere in communione.nu.1.*
*Diuisio inter emphyteutas præsertim si fiat æqualiter est permissa etiam domino irrequisito. num.2.*
*Diuisio dicitur alienatio necessaria.nu.3.*
*Diuisio rei emphyteuticæ non impeditur ex eo, quod alter sociorum possit facere conditionem alterius sua culpa deteriorem non soluendo canonem.nu.3.*
*Pœna caducitatis in locatione ad longum tempus, uel censu nunquam habet locum nisi id expresse sit actum.numero 3.*
*Locatio ad longum tempus, vel concessio facta duobus absque clausula in solidum, intelligitur facta cuilibet pro rata, & quilibet pro virili tenetur.nu.4.*
*Socius qui tenetur pro rata, & rem non habet in solidum cum alio socio si canonem non soluat, eius tantum pars incidit in commissum.nu.4.*

DECISIO DXLIV.

1 Ad instantiam illorum de Stanghellinis fuerunt per sententiam A. C. condemnati illi de Serenis ad diuidendas domos,de quib. agitur,alias de anno 1548.Marino de Angelinis, & Lucæ de Stanghellinis eorum authoribus in perpetuam locationem concessis,pro cuius sententiæ confirmatione Domini resoluerūt ex vulgari regulā neminem inuitum cogi in communione permanere.l. fin.vbi Doctores.C.comm.diuid. sed posse consociū ad diuisionem cōpellere.l.& si non omnes.8.vbi omnes, & l.antepenult. in fi.ff. eod. quæ procedit etiam in emphyteuticis.Alex.cons.7. num.3.lib. 5. Rolan. cons.80.nu.46. lib. 1. & in feudalibus. Soc.cons.68. nume. 45.in fin. & seq.lib.1.cum alijs per Schrad.de feud.par.8.cap.2.num.32.& seq. qui de verissima, & communi,& Rossent.in eodem tractatu. cap.9. conclus.53.nu.40.

2 Et in emphyteuticis est permissa diuisio etiam inrequisito domino inter comprehensos,vbi præsertim æqualiter fiat.Bar.in l.qui Romæ.§. duo fratres.numero vigesimo quarto,vers.ego dico.ff.de verb.obligat.quem ibi omnes sequuntur,& de magis communi testantur. Alex.n.60. Ias.nu.sepuagesimo quinto.

# Decisio DXLIV.

Crot.num.135.Rip.nu.86. Modern. Bononien.nu. 281.idem ius.in l.fi.num.114.C.de iur.emphyt.Felin.in c.quæ in Ecclesiarum.nu.89.vers.similiter dicitur.de constit. Clar.in §.emphyteusis.q.14. prout in feudo inferiori pluribus concesso habetur. c. 1. §. præterea ducatus de prohib. alien. per Feder. & tradunt Ias.in d.l.fin.nu.114.idem in d.§. duo fratres. nu.75.vbi Rip.nu.86. Schrad.de feud.lib.1.par.8. cap.2.nu.31.Idque ob eandem rationem,quod diuisio dicatur alienatio necessaria.Bart.in l. & ideo.in fi. Vbi Bal.vers. inducit hunc textum.ff.de cōdict.furt. Ias.in d.l.fin.nu.47.Alex.d.cons.7.num.5.lib.5. Redoan.de reb.eccl.non alien.q.11.ver.ista autē quinquagesima.n.18.bo.me.Card.Mantic.de tac.& ambig.lib.22.tit.38. num.49.

3 Nec impediri potest prætextu , quod vnus ex emphyteutis posset si alter deficeret in solutione Canonis absque propria culpa caducitatem incurrere . Nā vltra quod concessio de qua agitur,videtur potius cēsualis vel locationis ad longum tempus , quam emphyteutica,in quibus cessante pacto,vt hic,cessat caducitas,vt in censu.glos.penult.in c.constitutus. Vbi Innoc.& alij,de relig.domib. Natt.cons.3.& in locatione ad longum tempus. Late probauit Rota in vna Romana Casalium,de Maximis.20.Februarij 1576. & 14.Martij eiusdem anni coram bo.mem.Cardinale Seraphino relata par.1.diuers. decis. 139.& 174.

4 Cum simpliciter absque clausula in solidum fuerit prædictis Marino , & Lucæ facta concessio censetur cuilibet facta pro rata, & quilibet pro virili tenetur.l.eum qui ita.56.in prin.& l.si mihi,& Titio 110. ff.de verb.oblig.l.reos 11.§.cū in tabulis.ff. de duobus reis.Et in emphyteusi. Bart.in l.fraudati. ad fin. vers.& ideo si ponerem.ff.de publican.Bal.cons.116. nu.1.lib.1.Ctor.in d.§.duo fratres.num.145.Dec. cons.58.in fin.Gabr.cons.86.in princ.lib.1.Corbul. de caus.priuat.ob non sol.can.limit.36.nu.1. Ita vt solum pars soluere cessantis incidat in commissum. Bar.in d.l.fraudati,in fin. Bal.d.cons.116.Ias.in l.fi. nu.87.vers. secundo limita post Alber.ibi in 9. q.C. de iur.emphyt.Rip.in l.4.§. Cato. num.44.vers.primo casu.ff. de verb. oblig. Ronchegal. in l. eandē in princ.num.137.ff. de duob.reis Corbul.d.limit.36. num. secundo. Et ex his pro sententiæ confirmatione resolutum.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Romana Spolij. Veneris 9. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Spolium non inducitur per solutionem partis pecuniæ debitæ,vigore mandati,quia nouatio non inducitur quando aliquid consignatur vigore mandati,nisi id expresse sit actum.

## *SVMMARIVM.*

*Spolium inducitur propter excessiuam executionem. numero primo.*

*Spolium inducitur quando ante electionem, & æstimationem peritorum bona minorum deliberantur contra formam stat.Vrb.lib.1.tit.189.nu.1.*

*Spoliatus non dicitur qui possessione priuatur in vim instrumenti,seruatis seruandis, & iudicis decreto. numero 2.*

*Nouatio non inducitur per consignationem partis quantitatis eius pro quo est relaxatum mandatum. numero tertio.*

*Nouatio non inducitur quando aliquid consignatur vigore mandati. num.3.*

*Mandatum non nouatur,nisi expresse id fuerit actum,cū habeat vim sententiæ.nu.3.*

*Acceptilatio,vel solutio pro parte,non nouat pro aliā parte.num.3.*

*Fauore quod inductum est nō debet retorqueri in odium. numero 3.*

*Spolium non inducitur per simplicem pignoris apprehensionem per executorem factum,quia per eum quis nō priuatur sua possessione.nu.4.*

*Verba proœmialia, & enunciatiua,seu narratiua Notarij de præterito,non probant. num.5.*

*Notario creditur tantum de his, de quibus tunc quando facit instrumentum rogatus est à partibus. nu.5.*

*Excessus non consideratur , nisi quando decretum est vel pro indebito,vel partim ex vera,partim ex falsa causa. numero 6.*

*Subhastatio facta de re maioris pretij , pro summa tamen debita,valet,quia residuum restituitur debitori.numero sexto.*

*Tutores, & curatores recipiētes residuum pretij rei subhastatæ , & dantes cautionem de euictione ad fauorem emptoris, inducūt ratificationem venditionis quæ alias forsan esset nulla, ob non seruatas solennitates statuti. numero 7.*

*Ratificatio per tutores, & curatores facta retrotrahitur ad diem deliberationis. nu.7.*

*Tutor , vel curator realiter tradentes ex causa rem pupilli,vel minoris,saltem in ipsum accipientem transferunt possessionem.nu.7.*

*Tutoris,vel curatoris ratificatio in alienatione rei minoris,seu pupilli etiā sine solennitate statuti sufficit,quādo est ex causa necessaria. nu.8.*

*Tutor, & curator possunt consentire subhastationi pignoris sine solennitate statuti quando sunt capta iussu prætoris. nu.8.*

*Tutor tenetur bonam fidem agnoscere. nu.8.*

*Tutor dum facit id quod diligens paterfamilias fecisset etiam sine solennitate statuti recte facit.nu.8.*

*Minor regulariter non recuperat bona nulliter alienata, nisi restituto pretio, & fructibus in eius vtilitatem versis. num.8.*

DECI-

DECISIO DXLV.

1 MAgdalena prætendebat se spoliatam possessione domus deliberatæ ex tribus. Primo ex eo, quod mandatum exequutiuū Scut.717.Baioc.70. relaxatum ad fauorem Vincentiæ eius matris pro residuo dotis cōtra bona hæreditaria Augustini, olim eius viri, fuerit nouatum ꝑ consignationem Scut.17.Baioc.80.post illud factam, & sic opus fuerit nouo mandato. Secūdo quod exequutio fuerit excessiua in dictis Scut. 17.Baioc.70.& inde resultet spolium ad decisionem coram bo.me. Iusto in Romana spolij. 26. Februarij 1606. & similis. Tertio ex non seruata forma statuti Vrbis lib.1.tit. 184. circa electionem, vt æstimationem peritorum antedeliberationem.

2 His tamen non obstantibus dictum fuit, spolium non intrare; executio enim cum inde sequutis processit in vim mandati vigore instrumenti dotalis cū obligatione Camerali relaxati, & seruatis seruandis, & propterea possessio capta non fuit spoliatiua, sed iusta, vul.l. iuste possider. ff. de acqu. possess. Rot. decis. 641.nu... par. 1.diuers.

3 Ad primum fundamentum dicebatur hunc nouādi modum nullo iure probari, immo in contrarium esse vulg.reg.l.fin. C. de nouat.disponentis per diminutionem summæ debiti non fieri nouationem. Præsertim quia consignatio facta fuit vigore mandati, ꝙ nō potest dici nouatum, cum habeat vim sententiæ, quæ non nouatur nisi expresse agitur.l.4.§.si ex conuentione,& ibi glos. in ver.nouatio. Bart. & Ang.in princ.& circ.fin.vers.in gl.alias,& nu. 6.ff. de re iud. Neque acceptilatio vel solutio pro parte nouat. pro alia.§.item per acceptilationem vers. sicut autem instit.quib.mod. toll. oblig. alias si induceretur nouatio, solutio partis debiti, quæ non potest fieri nisi volente creditore,& sic eius fauore.l.tutor.§. Lucius.ff. de vsur.retorqueretur in eius præiudicium cōtra not. in d.l.4.§.si ex conuentione.ff.de re iudic.

4 Secūdum de excessu tollitur, quia quatenus deducitur ab executione, non constat domum captam fuisse pro maiori summa. Et licet exequutor dicat cœpisse vigore mandati sub diebus ibi adnotatis relaxati, quod continebat summam, nō tamen dicit pro dicta summa. Neque ex simplici apprehensione pignoris per exequutorem facta resultare potest spolium cum illa non priuauerit Magdalenam possessione, nec possessionem in Vincentium trāstulerit ex communi de qua per Alex. in l.à Diuo Pio.§. si super rebus.n. 12. & 16.Ias.num. 15.ff.de acq.poss. Neguf.de pignor. 3. memb.3.par.nu. 12.

5 Quatenus vero in deliberatione nō legitur, quod facta fuerit pro dicta summa Scut. 717. Baioc.70. & dum in instrumento dicitur domum fuisse subhastatam ad instantiam Vincētiæ creditricis in Scut.717. Baioc. 70. vltimo & plus offerenti pretio Scut. 825. monetæ. Verba illa sunt proœmialia & enunciatiua, seu narratiua Notarij de præterito, quæ non probant dictam subhastationem fuisse factam, quia in ijs tantum Notario creditur, de quibus est tunc rogatus à partibus Innoc.in c.quoniam cōtra.n.12. vers. quia hoc satis patet de probat.quē ibi alij cōiter sequūtur. Alex.cons.42.n.9.vol.4.Felin. in c.si cautio. nu. 69. de fid. instrum. Nec re uera præcedebat subhastatio & deliberatio pro certa summa, sed solum decretum de subhastando,& deliberando plus offerenti. Vnde verba illa Notarij nō sunt dispositiua, sed ꝓlata habita relatione ad tempus mādati, de quo non erat facta solutio. Scut.17.& Baioc.70. Præsertim quia in dispositiua eiusdem instrumēti dicitur, quod si loco inuestituræ Vincētia vellet pro Scut. 700. monetæ eius dotis præstare cautionem de euictioni dictæ domus, posset illam præstare prout Vincentia obtulit deinde inuestituram, & loco illius cautionem præstitit pro Scut.700.& habuit consignationem schedulę pro dictas summa,& non vltra.

6 Et ex prædictis excluditur excessus qui nou considetatur nisi quando decretū est vel pro indebito ad Bar.in l.Fulcinius.§.2.ff.ex quib.caus.in poss.eat.vel partim ex veta, partim ex falsa causa, idē Bar. Castrē. & alij in l.si non fortem.§.si centum. ff.de cōdict.indeb.Ruyn.cons.160.n.26. & 27.vol.2.gl.fi.in l.fi.ff. de iurisd.omn.iud.quā ibi tenent cōiter omn. Doct. vt per Alex.n. 11. & in istis terminis procedit decisio coram Iusto, de qua supra,& aliæ similes. In quibus nullitas subhastationis procedebat à radice infecta, videlicet vel decreto,& mandato relaxato, vel subhastatione pro maiori summa debiti, secus vero quādo subhastatio fit pro summa debita de re maioris valoris, quia tunc sustinetur, & residuum restituitur debitori. Bal.in l.fin.n.4.vers.& non plus. C.de iur.dom. impetr. Afflict.decis. 218. nu. 2. Ruin. cons. 160.nume.vigesimo quinto, vol. 2.Surd.de alim.tit.9.q.32. nu. 82.& 83.

7 Ad tertium de forma statuti Vrbis non seruata, responsum fuit (& hoc tollit etiam excessum si commissus fuisset) quod ex receptione residui pretij scienter, & prudenter facta per tutorem,& curatorem Magdalenæ, & præstatione fideiussionis pro euictione dictæ domus ad fauorem emptoris inducta est ratificatio subhastationis. Calcan.consil. vigesimo secundo, numero 4.circa fin. vers.& breuiter dicendum est. Cia. uet.cons.159.nu.5.& consil.237.num.2 Menoch.de recuperan.remed. decimo quinto, num.123. quæ ratificatio retrotrahitur ad diem deliberationis cap. ratihabitionem. de reg. iur.in sexto. Et saltē sufficit ad translationem possessionis, prout sufficeret venditio facta per tutorem, seu curatorem subsequuta reali traditione, quicquid sit de ficta. Alexand. in l. prima, numero nono. ff.de acquirend. possess. vbi Ripa. num.67.Ruin.in fin.& tenent omnes.Soc.iun.numero 462.Bolognett.nume.317. & seqq.& præsertim, num.325. Hormanoct.num.69.cum seq.Crot.num. 61.vsque ad fin. Rot.decis.93.num. 11. & 12.par.2. in nouis.

8 Et potuit tutor prædictus ratificare dictam venditionem sine solennitatibus, quia fuit ex causa necessaria solutionis dotis, & in vim iudicati ad tex. in l. 1. C. de præd. min. & in l. sed si pecunia. §. 1. & §. itē quæritur. ff. de reb. cor. in l. à Diuo Pio. §. fina. ff. de re iud. Menoch. de arbitr. lib. secundo, Centur. secūda, casu 171. num. 72. Prout etiam quando bona capta iure pignoris iussu Prætoris. l. 3. in princ. vers. pignori, & §. subsequenti. de reb. cor. Menoch. vbi supra nume. 71. Tenetur enim tutor bonam fidem agnoscere l. quoties. §. sicut. ff. de admin. tutor. & ibi Bart. l. non est, & l. bonam. C. eodem, eo magis, quia Magdalena sustinebat onus alimentorum dotalium cum matre ad rationem septem cum dimidio iuxta conuentionem factam ad fauorem statuti Vrbis, à quo interusurio expediens erat, vt si liberaret, cum ex d. domo nō extraheret pensionem ad dictam rationem, & sic factum fuit id quod diligens paterfam. fecisset. l. à tutoribus. ff. de administrat. tutor. & minor regulariter non recuperat bona nulliter alienata nisi restituto pretio, & fructibus in eius vtilitatē versis. l. prędium, & ibi Doct. C. de præd. min. decis. Pedemōtana 160. num. 6. Ex quibus resolutum fuit, sententias absolutorias à spolio intentato contra RR. PP. Sancti Blasij de Annulo dictæ domus possessores, extra Rotam latas, esse confirmandas.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Alerien. Beneficij. Lunæ 12. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Clausula quam, & quas operatur, vt iudex appellationis cognoscat, prout in prima prohibitio intelligitur iuxta formam commissionis.

### SVMMARIVM.

*Clausula quam, & quas operatur, vt iudex appellationis possit procedere prout iudex prioris instantia, numero primo.*

*Inhibitio iuxta formam cōmissionis non extat nisi in causa, de qua commissio loquitur. num. 2.*

*Delegatus non potest cognoscere extra causam sibi commissam. nu. 2.*

*Rescripta sunt stricti iuris. num. 2.*

*Iurisdictionis illius exercitium non competit ante præsentationem rescripti. nu. 3.*

*Absolutio ab excommunicatione ad cautelam non potest concedi absque speciali commissione. num. 4.*

## DECISIO DXLVI.

SEntentia à Reuerendo Pat. Domino meo Mãzanedo lata ad fauorem Andreæ super Ecclesia Sancti Petri visa fuit Dominis, non laborare defectu iurisdictionis, vt prætendebat Vincentius. Non ex eo, quod ille esset tantum iudex causæ nullitatis, & restitutionis in integrum primæ sententiæ Reuerend. P. Dom. mei Pamphilij, ad fauorem Vincentij super Ecclesia Sancti Saluatoris tanquam non vnita Ecclesiæ Sancti Petri, & quod expirasset iurisdictio per resolutionem Rotalem, quod non cōstaret de causis restitutionis, & ideo super Ecclesia Sancti Petri pronunciare non posset.

1 Nam potuit Reuerend. P. D. Manzanedus vigore clausulæ, Quam, & quas, pronunciare super dicta Ecclesia Sancti Petri, pro ut poterat R. P. D. Pamphilius iudex prioris instantiæ, cui causa super vtraque Ecclesia commissa fuerat. Samen. super reg. de infirm quæst. trigesima quarta, numero quarto. Achill. decis. trigesima, alias decimaquarta, de rescript. Lancellot. de attentat. appell. pend. secūda par. cap. quarto, limit. secunda, numero decimo septimo. Rot. decis. 254. in princip. par. prima, diuersor. & in Romana Saluiani, decimo quarto Nouembris 1598. coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, & quod ita quotidie practicatur, & fertur sententia, vt in prima testatur Put. decis. 74. par. tertia, lib. secundo. Inter impress. diuers. & de eodem stylo. Honded. cons. vigesimo octauo, numero quadragesimo quinto, & 63. vol. secundo.

2 Nec ex eo, quod fuerit lata ad instantiam eiusdem Andreæ post commissionem per eum obtentam à Sãctissimo mihi directam cum clausula parito iudicato. Nam cum dicta commissio non comprehenderet nisi causam nullitatis, & restitutionis super Ecclesia Sancti Saluatoris, quæ nihil habet commune cum Ecclesia Sancti Petri, nec est illi vnita, vt fuit resolutum coram D. meo Pamphilio subsequuta sententia inappellabili ex forma rescripti Sanctissimi, & quæ transitum fuit in iudicatum, nec non relaxatione exequutorialium, & censurarum, nō potest dici nulliter processum quo ad Ecclesiam Sancti Petri, & inhibitio iuxta formam commissionis decreta non arctauit nisi in causa Sancti Saluatoris commissa ad latissima tradita per Lancell. de attent. lit. pend. 2. par. cap. 4. limit. 2. & cap. 12. Appell. pend. limit. 2. & cap. 20. post inhibitionem. limit. 4. de qua solum iudex delegatus cognoscit c. cum olim, il 1. de offic. deleg. & ibi Inn. num. 2. Abb. num. 3. Imol. num. 11. Card. num. 3. rescripta enim sunt stricti iuris. c. significante. Et ibi gl. magna, circa med. & c. Rodulphus. de rescript. c. P. & G. de offic. delega. Verall. decis. 151. & 153. par. 3. Et consequenter nec possunt dici nulla post inhibitionem subsequuta.

3 Et quo ad validiarem sententiæ, res carere videbatur difficultate. Quia lata fuit 8. Mar. 1613. & sic nedum

nec dum ante inhibitionem emanatam 14. Maij, sed etiam ante præsentationem commissionis mihi directæ, quæ fuit 20. Aprilis sequentis antequam non cō petit iurisdictio, vel exercitium c. super eo. in fine il 2. de appell. Innoc. in c. ex conquestione, & ibi Hostien. Abb. & Card. de restit. spoliat. Felyn. in rub. de rescript. nu. 11. & in c. ceterum. nu. 3. in tertia limitat, eodem tit. Rot. decis. 242. alias 6. de off. delegat. in Nou. Veral decis. 324. nu. 4. par. 1. Lancellot. de attent. 2. par. c. 4. in præfat. nu. 147. & 148.

4 Quo vero ad absolutionem ad cautelam ab excōmunicatione quam incurrisse Andreas declaratus fuerat ob non paritionem respectu Ecclesiæ Sancti Saluatoris, quam prætenditur concedi non potuisse sine speciali commissione, Rot. decis. 810. alias 3. de sent. excommun. in anti. DD. nihil dixerunt, ideo de eo poterit alias videri, cum præsertim sententia D. mei Pamphilij transitum fecisset in iudicatum, prout etiam aduertendum erit, an clausula quam, & quas quæ legitur solum in corpore commissionis directæ D. meo Manzanedo intelligi possit repetita in secunda parte commissionis apposita per signaturam.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Romana retrouenditionis Scale, & Portus. Lunæ 12. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendēdo est cessibile, & emptor cum dicto pacto non debet præferri in cessione d. pacti facta per venditorem.

### SVMMARIVM.

*Pactum de retrouendendo cedi potest. nu. 1.*

*Emptor cum pacto de retrouendendo non præfertur in cessione d. pacti. nu. 1.*

*Emphyteuta finita emphyteusi præfertur vbicunque Dominus vult alteri de nouo in emphyteusim dare. numero 2.*

*Vasallus vbicumque Dominus vult de nouo infeudare præfertur alijs. nu. 2.*

*Dominus debet præferri in venditione fructuum facta per vasallum. nu. 2.*

*Conductor vbicumque Dominus vult vendere rem conductam, debet alijs præferri. nu. 2.*

*Rei suæ quilibet est moderator, & arbitor. nu. 3.*

*Pactum de retrouendendo minuit rei valorem. nu. 3.*

*Emphyteuta non præfertur vbi proprietarius vult directum dominium vendere. nu. 3.*

## DECISIO DXLVII.

1 DOmini steterunt in decisis coram me in hac causa die 20. Decembris proxime præteriti, quod scilicet Christophorus teneatur retrouendere portum, & scalam Ioan. Cessionario Hieronymæ in pacto de retrouendendo, cum certum sit, pactum de retrouendendo posse cedi ex alleg. in alia decisione neque ab aliquo iure cautū reperitur, quod emptor cum dicto pacto de retrouendendo debeat præferri cessionario retroemere volenti, vnde potuit D. Hieronyma venditrix cum d. pacto cedere hoc ius suum, cui magis voluit ex reg. l. in re mandata. C. mandati.

2 Nec facit, quod æquitas suadeat, quod ille, qui ita emit debeat pro æquali pretio præferri cessionario d. pacti, qui adhuc non emit, prout in simili videmus de emphyteuta, qui finita emphyteusi præfertur volēte Domino dare de nuo in emphyteusim, vt per Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. & æstiua. Clar. in §. emphyteusis q. 42. Gabr. de emphyt. conclus. 1. nu. 1. & sic de feudatario Domino volente denuo infeudare Bart. vbi supra Gabr. conclus. 1. num. 6. & econtra de infeudato volente vendere fructus, quod præferatur Dominus: Lucas de Penna, in l. 1. vers. itē facit hæc lex. C. de metallar. lib. 11. Rom. consil. 22. num. 5. versic. 3. hoc & de simplici conductore Domino volente vendere rem conductam; Affl. dec. 238. Vbi vrsil. in addit. Gabr. d. concl. 1. num. 5. & de inquilino in reconductione. Boer. decis. 107. num. 4.

3 Nam quicquid sit de veritate multarum ex prædictis conclusionibus si veræ sint erit quādo ita particulariter reperitur iure cautum in illis verbis secundum inductionem legum, quam pro hoc faciunt Doct. vnde cum in proposito casu nihil reperiatur iure cautū, non videtur, quod propter imaginariam æquitatem sit hoc nouum laqueum inijciendum, rebus priuatorum, cum potius æquitas suadeat, quod quis sit iurium suorum moderator, & arbiter. d. l. in re mandata, & docet experientia, quod res in quibus competit alijs prælatio minus venduntur, quādo multi non amant stare in suspenso, donec quis declaret an velit præferri, & emens cum pacto de retrouendendo releuatur ab incōmodo d. pacti, quādo regulariter propter d. pactum res minus venduntur, vt patet ex Soc. cons. 15. num. 57. lib. 1. Roland. consi. 58. num. 6. lib. 4. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 20. Decian. consil. 2. num. 170. lib. 1. Rot. in causa Romanā fideicommis 28. Ian. 1594. coram bon. mem. Cardinal. Seraphino cum alijs relatis in Auximana bonorum 1. Iulij 1613. coram me, ob quas rationes Rota alias denegauit prælationem emphyteutę aduersus proprietarium volentem vendere directum dominium, vt in Romana retractus 31. Ian. 1605. coram bon. mem. Iusto.

R. P. D.

R. P. D. ANDREA.

*Palentina Cappellæ. Lunæ 12. Maij 1614.*

ARGVMENTVM.

Ex probatione iuris patronatus honorifici multa notanda, de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

*Ius patronatus probatur leuioribus probationibus, quando non agitur inter Episcopum, et Patronos ad effectum conferendi seu præsentandi Rectorem, sed solum inter Laicos ad effectum præeminentiarum. nu. 2.*

*Ius patronatus censetur probatus per immemorabilem. num. 3.*

*Ius patronatus censetur probatus per testes deponentes de publica voce, & fama in antiquis. nu. 4.*

*Confessio probat contra confitentem, vbi agitur de probatione, iuris patronatus. nu. 5.*

*Ordinarij assertio multum probat in materia præeminentiarum. nu. 6.*

*Arma, & insignia familiæ reperta in aliqua Cappella inducunt præsumptionem iuris patronatus, & bonæ fidei in antiquis. nu. 7.*

DECISIO DXLVIII.

1 IN Parochiali Ecclesia oppidi de Nogales Palentin. diœces. adest Cappella maior, & ibi Altare sub inuocatione Sancti Ioannis, in quo asseruatur sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, & intra dictam Cappellam adest sepultura, in qua soliti sunt, & fuerunt sepeliri priuatiue quo ad omnes alios defuncti pro tempore de nomine de Ayala Ruiz. & de Calderon, & in vtroque pariete, & in tabula erecta supra altare, ac in quibusdam vestibus sacris videtur adhuc antiqua insignia, seu arma familiarum, de Calderones, Ruiz. & de Ayala, & in eadem Cappella soliti etiam fuerunt, & sunt tam prædecessores de illo nomine, quam modernus Patronus Dominus Alphonsus Marrique Ruiz. de Ayala, & Calderon. cũ vxore filijs, & propinquis sedere priuatiue quo ad omnes alios incolas dicti oppidi etiam iustitias, & gubernatores. Et vlterius in signum patronatus quoties Sacerdos ibi celebrat Missam, & descendit ad recipiendum oblationem, & aspergendum aquam benedictam ante omnes recipit oblationem a dicto Domino Alphonso, & eius antecessoribus, eosque primos, & ante omnes alios, vt supra aspersit, & aspergit aqua benedicta. Sed cum regimen, & vniuersitas dicti oppidi de Nogales cœpisset prætendere hanc Cappellam esse liberã prout alias eiusdem Ecclesiæ Hinc orta controuersia coram ordinario Palentin. & in cõtumaciam Domini Alphonsi obtinuit sententiam fauorabilem a qua Dominus Alphonsus appellauit ad Metropolitanũ Burgen. & Metropolitanus per suos prouisores dictam sentẽtiam reuocauit. Demum causa per regimen, & vniuersitatem commissa in Rota, dubitaui, an cõstaret de patronatu Domini Alphõsi, & effectus dubij erat, vt Dominus Alphonsus, & sui possent frui, & gaudere iure sedendi in dicta Cappella, & accipiendi primitus pacem, panem, & aquam bẽdedictam, ac alijs præeminentijs extra præsentationẽ patrono de iure debitis, & in dicta sententia Metropolitani expressis, & Domini constare de tali patronatu honorifico censuerunt.

2 Ratio Dominorum fuit, quia cum non ageretur inter Episcopum, & patronos ad effectum conferendi, seu præsentandi Rectorem, sed solum inter laicos ad effectum præeminentiarum, vtique sufficiebant leuiores probationes, vt notant Doct. in c. nobis. de iure patr. & fuit dictum in Calaguritana præeminẽtiarum. 26. Iunij 1591. coram Gipsio, & in Toletana iuris patronatus. 12. Iunij 1595. coram Cardinali Blãchetto. prout in simili videmus, quando est lis inter compatronos admitti leuiores probationes. Cassad. decis. prima. in fin. de probat. & fuit resolutum in Pãpilonen. Iuris patronatus 10. Aprilis, & 20. Nouembris 1595. coram Cardinali Mantica, & in Soran. Iuris patronatus 28. Aprilis 1603. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in aliis pluribus. Vnde neque est necesse, seruare formam Concilij, etiam si versaremur in potentibus, vt tenuit Rota in Portuen. beneficij. 9. Maij 1594. coram Corduba.

3 Tales autem probationes iuris patronatus honorifici uisæ fuerunt plus quam sufficientes. Quia primo aderant testes scilicet tertius, octauus, decimus tertius, super secundo interrogatorio, & articulo, qui bene deponunt de immemorabili circa patronatum honorificum, quæ immemorabilis sufficit ad probandũ ius pattonatus. Felin. in tract. quan. lit. Apost. noc. patron. ad fin. Put. decis. 58. nu. 9. & 10. & decis. 205. nu. 2. lib. 1. & dicti testes adminiculantur ab alijs testibus Domini Alphonsi. deponentibus de visu a 40. annis, & supra, & de auditu a senioribus, & a testibus incolarum idem attestan. circa iura, & præeminẽtias supra relatas.

4 Imo sufficit probatio de publica voce, & famã in antiquis iuncta præsertim longissima quasi possessione optime hic probata per testes Cassad. decis. 2. de probat. Achil. decis. 4. num. 9. & decis. 6. de iure patr. Put. decis. 60. In fin. & 140. num. 1. lib. 1. Rota decis. 792. num. 1. & seq. par. prima. diuers. etiam quod essemus in personis suspectis, quia præsumptio vsurpationis non habet locum, vbi constat de immemorabili. Achil. decis. 4. de iure patron. Rot. decis. 545. nu. 4. par. 1. diuers.

5 Secundo cum hac testium depositione concurrebat confessio pãrtis in concordia, & in responsione ad positiones, quę confessio in hac materia probat in præiudicium confitentis. Cassad. decis. 4. de prob. & decis. 7. de iure patr. Put. decis. 325. num. 3. lib. 2. & decis. 36.

cis.36.lib.3. Peregr.decis.63.libr.2. & fuit sæpissime resolutum.

6 Tertio de præfatis præeminentijs aderat quoque assertio ordinarij, cui Rota in hac materia plurimum semper deferre consueuit. Rot.decis.11. de iure patr. in nou.& 376.par.3.lib.3.diuers. Card. Seraph. decis.1232.num.2.par.2.

7 Concurrebant etiam in hac Cappella arma, & insignia DD. de Ayala Ruiz. & de Calderon. quæ nedum repræsentant, & conseruant memoriam dictarũ familiarum. Anchar.cons.113.num.4. verum etiam inducunt præsumptionem iuris patronatus, & bonæ fidei in antiquis. Idem Anchar. vbi supra, Anan. consil.86.num.2. Gabr.cons.196.nu.10.lib.2. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina.num.97. de caus. poss. & propriet. Menoch.præsumpt.130.num.31. lib. 3. & fuit dictum in Fesulana iuris patron. 7. Februarij 1558. coram Bubalo. Ex quibus omnibus simul iunctis, & alijs hic deductis per Informantes, visum fuit concludenter probatum dictum ius patronatus.

## R. P. D. BVRATTO.

*Meliten. Pensionis. Mercurij 14. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

De filijs illegitimis an, & quando sint incapaces pensionis, vt quid si fuerint infantes an in reseruatione sit faciẽda expressio infantilis ætatis.

### SVMMARIVM.

*Clericus illegitimus non est capax pensionis, nisi ad pensionem fuerit dispensatus. nu.2. Contra, n.3. Vbi quod sufficit; illum esse dispensatum ad clericatum, etiam quod non sit dispensatus super illegitimitate.*

*Filij Clericorum pensiones habere non possunt super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt. nu.4.*

*Pensio assignata alicui propter Vitæ, & morum honestatem, aliaque laudabilia si talis Vita, & morum honestas non probetur reseruatio dicitur nulla, & subreptitia. num.5.*

*Infantes sunt etiam capaces pensionis, & ideo in reseruatione est necessaria expressio infantilis ætatis. nu.6.*

*Pensionem assignandi facultas data alicui, & restricta ad certas personas non extenditur ad alias personas. num.7.*

## DECISIO DXLIX.

1 ASsignata per defunctum Commendatarium de Yeuenes in vim facultatis sibi, 19. Februarij 1603. a M. Magistro concessa, annua pensione, Ducatorũ 200. monetæ Castellæ Francisco de Quintela, super dicta eius commenda, illaq. a Sanctissimo 18. Iunij 1606. & a M. Magistro 20. Nouembris anni sequentis confirmata, & commissa pro Moderno Commendatario, pensionem minime deberi prætendente, causa in Rota, super iactationibus, ac pensionis inualiditate, in contumaciam partis aduersæ, dedi dubium, an pensio deberetur, negatiue resolutum.

2 Primo aliqui ex Dominis mouebantur ex eo, quia ex testibus, & alijs per Informantes ponderatis, satis constare credebant, Franciscum fuisse filium naturalem Commendatarij defuncti, & propterea vel fir incapax. Gigas de pens.quæst.16. vel saltem de hoc debuisset fieri mentio in literis. Gambar. de potest. legat.lib.6.nu.284. vel probandus sit ab ipso Clericatus cum dispensatione ad illum.

3 Sed alijs non placebat hæc ratio, quia illegitimus non est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus, super quo si sit dispensatus, non indiget dispensatione super illegitimitate, Sarmen. in reg.de ann.quæst.21.ad fin.vers.si verò non dantur. Quam opinionem perpetuo seruat Rota, vt in Legionen. pensionis 10. Octobris 1577. coram Robusterio inter.imp.decis.425. part. prima in Veneta pensionis. 10. Decembris 1572. coram eodẽ in Burgen. pensionis 19. Februarij 1596. coram bon.mem. Cardinali Blanchetto. & 16. Decembris 1596. corã bo. mem. Penia, in Cæsaraugustana pẽsionis 19. Februarij 1595. coram Gipsio, & in Colimbrien. pensionũ. 11. Februarij 1598. apud bo. me. Cardinalem Seraphinum, decis.1264.nu.2. part. 2. Paleot. de noth. & spur. fil.cap.58.

4 Vnde non credebant necessarium inuestigare, an esset probatum, Franciscum esse illegitimum, quia non videbatur ex hoc capite absolute firmari posse, pensionem non deberi, cum non sit pensionarius, qui agat pro pensione, sed titularis, qui super inualiditate causam commisit. Nisi obstaret dispositio Sacri Concilij Tridentini, sess.25.cap.15. de reform. prohibentis a filiis Clericorum haberi pensiones, super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alia obtinuerunt, quod cum deductum non fuerit, esset particulariter videndum, an scilicet probetur talis filiatio Francisci, ex Priore defuncto, vt ei obstet prædicta Concilii dispositio.

5 Secundo aliqui mouebantur ex eo, quod pensio fuit confirmata cũ narratiua, sub qua assignatur, maior videlicet Vitæ, ac morum, honestas aliaque laudabilia, &c. Quæ cum non cadat in Infante qualem probari prætendebatur, Franciscum tempore reseruationis, reddit confirmationem nullam, & subreptitiã. Veral.decis.318.par. secunda Guidob.decis. 138 alias 139. Paris.de resign.benef.lib.6.cap.2. nume. 82. & fuit dictum in allegata Burgen. Pensionis, 16. Decembris.1596. coram bon.mem.Penia.

6 Licet alias non sit necessaria expressio infantilis ætatis, cum illa non reddat incapacem pensionis, vt fuit resolutũ in Veneta pensionis 10. Aprilis 1573. coram

coram Robustetio, & in Catacen. pensionis, 14. Maij. 1583. coram Gipsio. Sed, vt alij aduertebant, minor ætas non rectè concludebatur ex testibus, qui fuerunt de mense Augusti præteriti Melitæ examinati, & dicunt, quod tunc temporis esse poterat annorum 14. in circa, imo octauus concludit, fuisse maiorem septennio, dicens de anno 1599. fuisse annorum trium.

7 Tertio itaque in hoc fere omnes conuenerunt, quod facultas assignandi pensionem, fuit restricta, vt posset illam concedere fratribus, & Religiosis Prioratus Castellæ, & Legionis, quod etiam est iuxta dispositionem Bullarum Fel. rec. Pij IV. & Gregorij XIII. in stabilimentis Religionis nouiter impressis, fol. 25. & 66. quod pensiones assignare non possint, nisi fratribus dicti ordinis, vel intra sex menses professionē emittenti, vnde licet Franciscus, 23. Septēbris 1604. fuerit à M. Magistro in gradu Cappellanorum dicti Prioratus absque onere probationes faciendi receptus, cum certum sit, Franciscum non fuisse eius ætatis, in qua potuerit ad professionem recipi iuxta formam Sacri Concilij Trid. sess. 25. de reg. cap. 15. ex hoc capite sequebatur, pensionem nō deberi, vt fuit, solo Priore informante, resolutum.

## R. P. D. BVRATTO.

*Reatina Terrarum. Mercurij 14. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Decretum factum de terminis amotis reponendis, effectum dicitur habuisse quoties ille contra quem agitur præstitit patientiam in eorumdem repositione.

### SVMMARIVM.

*Clausula parito iudicato, in amotis terminis reponendis verificatur ex instrumento publico repositionis, & fide expensarum factarum in ipsis reponendis. nu. 1.*

*Decretum quod termini reponantur verificatur in aliquibus repositis, si non continet certam quantitatem reponendorum. nu. 2.*

*Relatum debet attendi, & non referens. nu. 2.*

*Cessante supposito literarum, cessat etiam earundem dispositio. nu. 3.*

*Sententia debet exequi secundum eiusdem formam, et designationem. num. 3.*

*Patientia præstita sufficit quando sententia indefinite loquitur iubendo aliquid fieri. nu. 4.*

*Verba decreti indefinite prolata debent ad iuris intellectum referri. nu. 4.*

*Terminorum amotorum restitutio de iure non spectat ad partes, sed ad iudicem, qui emendat, quod male circa illos gestum est. nu. 4.*

*Actio terminorum amotorum habet peculiare, vt non concludatur aduersarium compelli. nu. 5.*

*Actio terminorum amotorum habet hoc, quod nihil petitur a parte, sed à iudice. nu. 5.*

## DECISIO DL.

1 Commissa pro parte D. Equiti Neuij causa appellationis in Rota cum clausula parito iudicato quo ad terminorum appositionem à decreto declarante illi non licuisse propria authoritate amouere terminos. Ideoque communitatem esse redintegrādam, & terminos sumptibus eiusdem Neuij reponendos. Dubitaui, an constaret de sufficienti paritione vel potius de excessu, & DD. de sufficienti paritione constare dixerunt. Nam de repositione terminorum apparet, tam ex publico instrumento, quā ex literis Gubernatoris Reatini, & de solutione expensarum in illa factarum ex quietantia Thesaurarij communitatis. Nec obstare visum fuit, quod tres tantum termini fuerint appositi, cum tamen Epistola Illustrissimi D. Cardinalis Burghesij mandaret apponi quatuor.

2 Quia omisso, an potuerit postea declarari, ac statui certus numerus terminorum quem decretum de cuius paritione agitur, non continebat, absque nouo decreto & d. Equiti Neuio non citato, de quo posse dubitari dicebatur, ad Bart. in l. ab executore. nu. 8. ff. de appel. Papien. in for. execu. sent. diffin. in ver. publico. nu. 13. constat mentem Illustrissimi D. Cardinalis in eius literis fuisse solum committendi Gubernatori executionem dicti decreti, quod transmittebat, vt ex verbis ibi, s'è fatto l'incluso decreto, per esseqution del quale douerà V. S. & quatenus eidē mandat, vt reponi faciat duos terminos prope lumen tellam (quorum tamen vnus tantum repositus fuit) exequendi sententiam Gambetelli, ad quā se refert, supponendo etiam illam ita statuere ibi conforme al la sentenza del Gambetelli quæ propterea magis attendi debet quam epistola ad eam relatiua. Alex. cōs. 9. nu. 12. in fine lib. 5. Dec. cons. 63. num. 6. versic. & licet Curt. iun. cons. 29. nu. 10. vers. & fortius. Rota diuers. decis. 40. nu. 7. par. 2.

3 Immo cum in sententia non contineatur aliquis numerus terminorum, sed designetur tantum locus, infra quem facienda erat terminorum appositio, seu forma quædam, videlicet per distantiam seu a terminatione cannarum decem, a forma nuncupata Lumē tella prope Ripam lacus, versus Montem Sancti Balduini per lineam directam ad columnellam lapideā existentem in pede Montis Marmaroli, inter duos Eschio cessante supposito literarum, cessat earundē dispositio in hac parte, vulgata l. mancipia. vbi omnes. C. de seru. fugit. Et propterea scripsit Gubernator Illustrissimo D. Cardinali, sibi visum non fuisse aliquē alium terminum apponere sine alio ordine, nec debebat in locum illius qui non continebatur in sentētia ex prædictis, & qui non erat designatus, nec reperie-

riebatur.l.testamento.ad finem.ibi quoniã, ad quod exemplum fieri iussisset, monumentum id nusquam extaret.ff.de conditionibus,& demonstrationibus.

4 Præterea non inde resultabat non paritio decreti, quod non compellit nec compellendum dicit Equitem Neuium ad terminorum repositionem, sed simpliciter terminos reponendos. Ideo sufficit Equitem præstitisse patientiam, & non contradixisse, vt constat ex epistola responsiua Gubernatoris illorum repositioni. Mohed.decis.9. de sent. & re iud. & tenuit Rota in Burgen. iurisdictionis. 10. Decembris 1597.coram Peregrino.in Maioricen. Sacristiæ. 24. Maij 1602. coram Cardinale Pamphilio, & in Barchinonen.cõfinium. 18. Decembris 1609.coram Reuerendissimo D.meo Damasceno. Cum præsertim, si verba decreti velut indefinite prolata ad iuris intellectum sunt referenda. Bart.in l.3.§.prætor ait.num. 13.vers. Item si.ff.de damn.infect.Butr.in c. si aduersarius.num.8.versic.per hæc.de eo, qui mitt. in possess.Roman.cons.310.numer.4.de iure terminorum amotorum restitutio non spectat ad partes, sed ad iudicem, qui emendat, quod male circa illos gestũ est. Bald.in c.cum causam.nu. 9. vers. si autem. de probat.Felyn.in c.quia indicante.num.4. vers. & dicit. de præscript.

5 Et peculiare est in actione de termino amoto, vt non concludatur aduersarium compelli, prout in alijs, in quibus petitur reum condemnari, & condemnatum iuris remedijs cogi, & compelli, sed terminos restitui in pristinum, & ita etiam iudex pronunciet. Salyc.in l.3.nu.1.post Bald.nu.2.C.fi.reg. Castren. ibi nu.1.vers.in glos.1.& nu. 4. vers. sed si peto. Vbi quod nihil petitur a parte, sed a iudice, Sichard.n.4. & 7.qui post Bald.practicam ponit, iuxta illum text. repositionis terminorum, vt fiat a iudice vel agrimensore de eius mandato.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Terrasinen. Saluiani. Mercurij 21. Maij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo debet concedi, quãdo constat de possessione actoris.

### *SVMMARIVM.*

*Confessio aduersarij probat possessionem ad effectum habendi mandatum de manutenendo.nu.1.*

*Cessionario competunt iura cedentis.nu.1.*

*Sententia lata contra aliquem ad possessionem dimittendam, probant eius possessionem.nu.2.*

*Possessio non acquiritur per cessionem.nu.4.*

*Clausula constituti operatur, vt possessio tam ciuilis quã naturalis censeatur translata in constitutarium.nu.4.*

## DECISIO DLI.

1 Domini dixerunt Aureliæ dandum esse mandatum de manutenendo, cum ipsa sit cessionaria Neapolionis, qui non solum in vim Saluiani fuit immissus in possessionem bonorũ, de quibus agitur, & postea in ea manutentus ab A. C. siue illius Deputato, sed etiam ab ipsomet Capitaneo Vincentio habitus pro possessore, dum in iudicio Saluiani obtulit soluere pretium cum confessione, quod Curtius filius Napolionis est adeptus possessionem domus, & cum protestatione, quod sibi debeant cedi iura crediti, & possessiones captæ, ex quo resultat tam confessio d. Vincentij de possessione Napolionis (quæ ad hunc effectum sufficit, Dec. consil. 125.num.1.) quam probatio, quod ipse se habuerit pro spoliato. Vnde cum constet de possessione Napolionis infertur, quod quemadmodum illi esset danda manutentio, ita & dari debeat Aureliæ eius Cessionariæ, & Constitutariæ. Fab. in §. retinendæ. nu. 7. vers. verum est. Bald.cons.436.num.4.lib.5.per glos. in l.2.§.Idẽ Nerua.ff.ne quid in loco publico. Aym. cons.191.num.2. vers. similiter ius recuperandi. Tiraquel.de retract.consang.§.26.gl.3.num.17.

2 Maxime quia ipsa Aurelia possedit, vt patet ex sententiis eam, tanquam possedítricem condemnantib. ad dimittendam possessionem iuxta tradita per Cranet.consil. decimo sexto. numero 5. vers. vndecimo priuatio.

3 Non obstat quod possessio fuit capta per Curtiũ, & ab eodem pariter facta cessio absque speciali mandato Napolionis, quia quoad cessionem adest expressa illius ratificatio, quo vero ad possessionem illam facto ratificasse videtur, dum obtinuit ea manuteneri.

4 Minus obstat, quod possessio non acquiratur per cessionem ad tradita per Natt.cons.398.num. 13. & multis seqq.& Syluan.cons.55.nu.8.Menoch. de retinend.remed.3.nu.267. & seq. Quia in casu nostro possessio non fuit acquisita per solam cessionem, sed virtute Clausulæ Constituti appositæ in d. cessione quæ operatur, vt possessio tam Ciuilis, quam Naturalis censeatur translata in Constitutariũ l. quod meo. in princip.& l. interdum. de acquirenda possessione Caputaquens.decis.14.num.8.Rot.decis.132.nu.5. par.1.Tiraquel.de iure constit.par.1. num. 2. Mantic.de tacic.& ambig.libro decimo tertio.tit.23. numero 14.

5 Nec obstat nullitas, & iniustitia mandati de immittendo, cum defectus citationis tollatur ex facto. Cetera vero per Informantes pro Capitaneo deducta requirant altiorem indaginem, &c. & ita fuit decisum.

REVER.

REVEREN. P. DOMINO MANZANEDO.

*Romana Donationis de Cagnis. Mercurij 21. Maij. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Donatio facta alicui semper intelligitur sine prę-iudicio creditorum donantis.

### *SVMMARIVM.*

*Donatio censetur facta sine praiudicio creditorum donātis. num. 1.*
*Debita noua facta pro extinctione antiquorum subrogātur in locum antiquorum. nu. 2.*
*Actio negotiorum gestorum non est in rem, sed in personam. nu. 3.*
*Executio antequam contra bona donata possit fieri prius debet fieri excussio contra bona donatariorum ad formam l. a Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. nu. 3*
*Excussio an quis habeat bona mobilia in quibus primo loco debet fieri executio non debet fieri, quando quis non habitat in loco, vbi fit iudicium, & ibi habet alia bona immobilia. nu. 4.*
*Donatarius qui non adimpleuit conditiones in donatione appositos, donatione non iuuatur. nu. 5.*
*Donatio est contractus nominatus. nu. 5.*
*Contractus nominatus non rescinditur propter non adimplementum, sed agitur ad adimplementum. nu. 5.*
*Donationis factæ vsus impeditur donatarijs quousque impleant conditiones in donatione appositas. nu. 5.*
*Donatio non præsumitur, & de iure debet capi omnis interpretatio per quam excludatur. nu. 6.*
*Principali non obstante, neque obstat accessorium. nu. 7.*

## DECISIO DLII.

1 FVit resolutum, creditoribus esse satisfaciendū in bonis, de quibus agitur, vsque ad quantitatem solutam per Blasium, quia illi qui habuerunt donationem a Blasio, & a quibus modo habent causam isti, qui negant soluere debita Blasij, tum de iure, quia donatio censetur facta sine præiudicio creditorum donantis, tum ex particulari pacto apposito per Blasium in donatione, quod solui deberent suā debita, ex hoc sequitur, quod cum donatarij debita minime extinxerint, sed immo Blasius donans illa extinguere coactus fuerit contrahendo ad istum effectum noua debita, quod hæc noua debita sint extinguenda de bonis donatis.

2 Tum quia ista debita censentur tacite subrogata loco illorum. Vnde sicut illa si extarent sine dubio essent soluenda de bonis donatis, ita & sunt soluenda ista ad regulam subrogatorum, de qua late per Gabr. de reg. iur. conclus. 2. per tot. Tum quia Blasius in hoc vtile negotium gessit pro donatarijs extinguendo debitum, cuius extinctio ad illos spectabat, vt alias in hac causa fuit decisum coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto.

3 Et licet actio negotiorum gestorum non sit in rē, sed in personam. l. negotijs. Vbi Alexan. & alij. C. de negot. gest. Vnde infertur, antequam contra bona donata experiri possit esse prius faciendam excussionē in bonis donatariorum. Primo in mobilibus, deinde in stabilibus, postremo in iuribus, & actionibus, iuxta text. in l. a Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. tamen pro parte creditorum dicitur satis constare de prædicta excussione, & relatione exequutoris referentis se fecisse diligentiam, & non potuisse exequi realiter, nec personaliter contra Ioan. Baptistam & fratres de Cagnis donatarios, quia non reperiebat nec personas, nec bona illorum.

4 Accedat, quod prædicti de Cagnis minime habitabant in Vrbe, & sic non habebant mobilia in quibus exequutio fieri possit. Vnde cessauit necessitas excussionis, vt post Ang. tradit in specie Benedic. de Plūbo. tractat. de discuss. num. 4. vers. Sexto fallit.

5 Placebat etiam aliquibus ex Dominis aliud motiuum, quod Donatarijs obstet exceptio non adimplementi. Nam creditores Blasij agunt contra bona Blasij, & quatenus contra ipsos excipitur de donatione, replicant ipsi de non adimplemento ex parte donatariorum, quo stante ipsi non possunt iuuari donatione iuxta notata in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. l. cū proponas. la secūda. C. de pact. quod motiuū non tollitur ex eo, quod cōtractus nominati qualis est donatio minime rescinduntur propter non adimplemētum, sed agendum sit ad implementum. Barto. in l. 2. nu. 7. C. de condict. ob caus. Socin. in l. qui Romæ. §. Seia. num. 6. ff. de verbor. obl. cum alijs allegatis, quia isti creditores minime agunt ad rescissionem donationis, sed dicunt vsum illius esse impeditum donatariis donec ipsi impleant.

6 Circa illud quod Blasius extinguendo debita post donationem videatur voluisse donare nepotibus, ad quos spectabat extinguere debita, fuit responsum quod donatio non præsumitur, & de iure capitur omnis interpretatio potius quam quis voluerit donare. l. si cum aurum. Et ibi Bart. nu. 1. vers. quare. ff. de solut. cum aliis per Tiraq. In l. si vnquam, verb. donatione largitus. num. 207. & seq. C. de reu. donat.

7 Minus placuit, quod dicebatur, non posse fieri exequutionem super bonis de quibus agitur, tanquam subiectis fideicommisso vigore donationis, quia si donatio nō obstat creditoribus per prædicta, minus obstabit fideicommissum, in donatione contentum, tāquam illius pars siue accessorium, ad not. in l. cū principalis. ff. de reg. iur. cap. accessorium. eod. tit. in 6. Sicut etiam nihil refert quod minime extet vinea donata, quia sufficit quod ex illius pretio empta fuerint loca,

ca montium,de quibus agitur,ad trad. per Surd.decis.206.num.5.

R. P. D. ANDREA.

*Meliten. Beneficij. Veneris 23. Maij 1614.*

ARGVMENTVM.

Arbores incidens in fundo Ecclesiæ cum notabili deterioratione, priuatur Beneficio illius Ecclesiæ iuxta terminos Extrauagantis ambitiosæ, secus si deterioratio non fuit notabilis, & quando deterioratio notabilis dicatur, est breuis decisio,sed Magistralis,& notabilis.

*SVMMARIVM.*

*Beneficio priuandus est Clericus, qui in Ecclesia beneficiata arbores in magna quantitate, & cum notabili deterioratione incidit, secus si deterioratio non erat notabilis.nu. 1.*

*Arbores vetustas,& corruptas incidere licet.nu. 2.*

*Emphyteota incidendo arbores in fundo emphyteotico nō priuatur iure suo, quādo ex hac arborum incisione fundus factus fuit fructuosior.nu. 3.*

DECISIO DLIII.

1 Solofisco curiæ Episcopalis Meliten. informan te contra ipsum fuit capta resolutio scilicet sententiam Vicarij,qua condemnabat Abbatem Ecclesiæ, seu beneficij S. Lucæ de Solano eiusdem diœcesis ad priuationem beneficij esse infirmandā. Licet enim de huiusmodi pœna minime esset dubiū iuxta dispositionem extrauagantis ambitiosæ.§. inferiores.de reb.eccles. non alteri,& ex testibus,qui dabantur pro Curia Episcopali,& ex confessione Abbatis probaretur incisio arborum in magna quantitate, & quod destinatæ erant ad afferendum fructum annuum,nec erant ceduæ tamen aliud requisitum,scilicet notabilis deterioratio nō probabatur, prout erat necessarium ad illum effectum priuationis,vt in emphyteuta,feudatario,vsufructuario, & similibus tradunt Bald. in auth.qui rem.num.2.vers.secunda nota.C. de sacros. Eccles. Redoan. de reb. Eccles. non alien. Rubr.de caduc. ob rei deter.nu. 9. Corbul. de caus.priuat.ob rei deter.nume.24.declar.1. Roland. con.49.num.20.lib. 2. Valasc.conf.50.nu.6.libr.1. Menoch.de arbitr.cas.78.nume.6. Ioseph.Ludouic. decis.Perus.22.num.21.& Lucen.decis.8.n.9.

2 Non enim probatur ista notabilis deterioratio respectu reditus cum simul esse possit, vt deponunt testes,quod Celsi,& Castaneæ locarentur pretio Scutorum circiter 19.sed non deponunt,quod excisis ijs, de quibus agitur,non remaneāt aliæ similes arbores, ex quibus eadem summa,vel paulo inferior possit exigi singulis annis. Præterea non deponūt testes, quod arbores prædictæ,si nō fuissent extirpatæ vtilius fuisset bonis ipsius beneficii illas ita antiquas prout erāt conseruari,quam in locum earum alias substitui,quia & hoc in arboribus vetustis,aut corruptis videtur licere, vt tradunt Angel. & alij relati per Tiraquel. de retract.conuent.§.3.gl.1. & vnic.nu.26. Redoan. in d.tract.de reb.eccles.quæst.79.cap.7.n.13. Corbul. vbi supra nu.28.vers. ideo quod supra dictum est.

3 Accedit ex huiusmodi arborum incisione fundū effici potuisse magis fructuosum, ex quo poterat ille ad culturam reduci,vt deponunt testes pro parte dicti Abbatis,& videmus in emphyteota,quod non priuatur iure suo quādo arbores incidit,dummodo fundus fiat fructuosior, Cæpol.in tract. de seruit. rustic. præd.tit.de montibus.cap.22. quæst. 5.num. 10. ad med.vers. Aut nulla est conuentio. Tiraquel.vbi sup. num.27.Corbul.de caus.priuat.ob mut.rei form nu. 6.& de caus.priuationis ob rei deterior. nu. 30. Valasc.d.cons. 50. nu. 9. vers. sed ad illā. Et ita conclusum,quo ad priuationem, de qua sola agebatur.

R. P. D. BVRATTO.

*Romana Domus. Veneris 23. Maij. 1614.*

ARGVMENTVM.

Peritorum in relatione an debeat pars citari, & quid sit faciendum,si tertius peritus cum nullo ex alijs duobus peritis concordet.

*SVMMARIVM.*

*Citatio vel præsentia partis requiritur in æstimatione periti.nu. 1. & num. 2. Vbi etiam si peritus sit extraiudicialiter a partibus electus.*

*Periti sunt loco arbitrorum,& debent partes monere, & ab eis informationem capere.nu. 2.*

*Peritus in discordia duorum electus si discordat ab ambobus,deueniendum est ad electionem aliorum peritorum.nu. 3.*

*Peritis duobus concordantibus magis creditur,quam tertio discordanti.nu. 4.*

*Periti relatio erronea debet retractari.nu. 4.*

DECISIO DLIV.

1 Aestimationem domus,de qua agitur, non esse rite factam,responderunt Domini, quia facta fuit a tertio perito,absque citatione, vel præsentia Grignæ, prout omnino requirebatur, cum potuisset illum trahere in diuersam sententiam, iuxta doctrinam Bart.communiter receptā in l. Theopompus. nu. 9. vers. quandoque statur eius declarationi.

tioni.ff.de dot.præleg.& in l.quibona. nu. 3. versic. sed ante.ff.de damn.infect.aduertens, id poni debere in actis, ne alias processus pericliteтur Felyn. in c. veniens. el 1.num.20.vers.adde etiam.de testam. Cagnol. in l.2.nu.260.vers.secundo nota.C.de rescind. vendit. Facit text.in l.3.C.fin.regund.

2 Quæ ex eadem ratione, & quia cognitio etiam extraiudicialis fine partium præsentia haberi nequit. l. fin.C.si per uim, vel alio modo.procedit etiam si periti extraiudicialiter a partibus electi sint. Crescen. decis.2.de arbitr.Alex.cons.33.nu.9.lib. 6. Aldobr. cons.59.num.6.Couar.var.resol.lib.2.cap.13.nu.5. in 9.conclus.vers.idem ipse. Sunt enim loco arbitrorum, & ideo debent partes monere, & requirere, & ab eis informationem capere. Salyc.in l.fin. nu. 10. vers. quid dicendum.C.de contrahen.empt.

3 Accedit, quod æstimatio tertii discordat ab aliis duabus præcedentibus, cum tamen alteram ex illis approbare debuisset,quo fit vt nulli stetur,sed deueniendum sit ad electionem aliorum.Salycet.in l. hac edictali.§.his illud.nu.10.vers.concludo igitur.C.de secundis nuptijs.Gabr.cons.168.num.106.lib.1.Rimin.iun.cons.535.num.11.vers.hæc sunt.lib.3.

5 Tandem constat de errore eiusdem periti circa mēsuram parietum in Cannis, 200. ex quo ipse retulit parietem esse cannarum 800.cum tamen alij duo cōcordent esse cannarum mille,& vltra, quibus propterea magis creditur,quam tertio discordanti. c. 1. de arbitr.in 6.Socin.cons.54.nu.1.lib.1.Cephal. consil. 540.num.88.Et consequenter eius relatio etiam tāquam erronea deberet retractari,ex doctrina Bartoli,in l.2.nu.7.& 10.C.de iure fisci.lib. 10. Et ita vna tantum parte informante resolutum,&c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Clusina Postæ Puteoli Veneris 23.Maij.1614.*

## ARGVMENTVM.

In hac decisione multa notanda ponuntur de cōfirmatione inuestituræ feudi facta per Papam, illiusque extensione,& interpretatione, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

*Confirmatio de sui natura non auget,nec extendit dispositionem substantiæ.nu.2.*

*Testandi facultas alicui concessa solum habilitat personam ad disponendum,quod suum,& proprium est,non autem ad acquirendum,quod alienum est.nu.3.*

*Relatiua approbatio intelligenda est secundum relatum. num.5.Declara,vt nu.6*

*Voluntas a potestate metienda est,& cedere nemo præsumitur,quod non habet.nu.6.*

*Dictio sicut,& dictio respectiue,qualificat dispositionem vt singula singulis referantur.nu.6.*

*Nemo præsumitur in alium voluisse transferre plus iuris,quam ipse habeat.nu.6.*

*Cedere nemo præsumitur ius quod non habet.nu.6.*

*Voluntas a potestate mensuratur.nu.6.*

*Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.nu 7.*

*Dispositio non dicitur superflua,aut elusoria, quæ potest in aliquo operari.nu.8.*

*Confirmatio etiam cum clausula, & certa scientia non trahitur ad ignorata.nu.9.& seq.*

*Princeps non præsumitur absque expresso consensu voluisse præiudicare sua Cameræ.nu.10.*

*Verborum inuolucro prolata recipientia iuris disputatio nem facile Principem decipiunt.num.10.*

*Inuestituræ,& concessiones subsequentes in dubio interpretandæ sunt, ne priores censeantur alterata.nu.11.*

*Confirmatio Papæ in feudis quando habeat vim nouæ inuestituræ,ipsaque sola attendenda sit,& non prima.numero 11.*

## DECISIO DLV.

1 SEquendo ordinem in hac causa per Dominos definitum,vt scilicet videretur,An D.Marchio a Cornea fundatam haberet intentionem,& exinde,an eius intentioni obstarent Breuia Iulij Tertij,Pij Quarti,& Gregorij XIII. & resoluto D. Marchionem fundatam habere intentionem, & postmodum Breue Iulij Tertij non obstare,proposui sequentem disputationem super Breue Pij Quarti, sed Domini eam restrinxerunt attingendo magis in specie difficultatem, & videre voluerunt, an Breue prædictum comprehendat respectu Postæ nouas personas non comprehensas in anterioribus concessionibus, & sic D.Ducem modernum, & hodie super prædictis habita disputatione,censuerunt Breue Pij Quarti nō comprehēdere nouas personas, tam inspectis verbis ipsius concessionis, quam mente Pontificis concedentis.

2 Verba enim,quæ leguntur in prima parte Breuis, non continent nouas personas diuersas ab eis,quę in prioribus concessionibus fuerunt nominatæ,sed tantummodo sunt expressiua confirmationis donationum,& conuentionum initarum inter bo.me. Cardinalem Guidonem Ascanium Sfortiam,& Paulum eius fratrem, quæ confirmatio de sui natura non auget,nec extendit dispositionem substantiæ,vt dicunt Dec.in l.more.nu.31.ff.de iurisd.omn.iud.& in rubr. de confirm.vtil.vel inutil.nu.1.Menoch.consil.704. nu.36.Alex.cons.122.nu.20.lib.4.

3 Secunda vero pars continet facultatem testandi eidem Cardinali concessam de Statibus, & Castris in pactis enūciatis, & de omnibus alijs bonis in quascunque personas, quæ nihil tribuit in ipsius concedētis,vel tertij præiudicium, sed solum habilitat personam ad disponendum,quod proprium est, non autem

tem per dispositionem ad acquirendum, quod alienum est, vt in specie tradunt Butr. in cons. 10. nu. 4. vers. Item dato, Castr. cons. 285. nu. 1. in princ. & con sil. 273. num. 1. vol. 2.

4 In tertia parte ex eadem Breuis dispositione obligantur adinuicem omnes fratres ad obseruationem conuentionum, donationum, & testamentorum, & instrumentorum, pro quibus confirmatio fuerit petita, quæ obligatio non infert maiora expressis in præcedentibus facultatibus.

5 Neque visum est obstare, quod nedum verba ipsius Breuis ad hunc effectum sint attenden. sed etiã relationes, vt ideo si approbatio refert se ad priuilegium, vel aliam scripturam, approbatio relatiua sit intelligenda secundum relatum, l. asse toto. ff. de hæred. Instit. Dec. cons. 47. nu. 20. Rom. cons. 294. num. 1. quod etiam in terminis confirmationis videntur affirmare, Paris. cons. 43. n. 39. & cons. 63. nu. 3. lib. 3. Becc. cons. 55. n. 9. lib. 1. & inde cum Breue contineat confirmationem pactorum initorũ inter fratres prædictos, & licentiam de disponendo iuxta formam dd. pactorum, & in pactis Paulo, qui cum Alexandro fuerit de huiusmodi Posta inuestitus, præmoriente sine filijs, omnes filij aliorum fratrum fuerint substituti, satis videtur apparere alias personas esse cõprehẽsas.

6 Ad prædicta enim respondebant Domini, quod & si confirmatio relatiua sit intelligenda secundum relatum, & relata substitutio sit apta comprehendere nouas personas, tamen quia non simpliciter fuerunt vocati omnes filij fratrum ipsius Cardinalis, sed additis verbis, Respettiuamente, si come, & nel modo ch'è disposto di sopra, & ordinato per le concessioni, & instromenti sopra ciò fatti, & fatte, satis videtur restricta vocatio filiorum ad ius, & facultatem, disponentis secundum concessiones Apostolicas, ponderãdo dictionem relatiuam, si come, & dictionem, respettiuamente, per quam qualificatur tota dispositio singula singulis congrue referendo, l. quoties C. famil. ercisc. Rimin. iun. cons. 244. numero 307. lib. 2. vt scilicet Castra & Casalia sint reditura ad fratres, & eorum filios libere, & absolute. Posta vero ad fratres, & eorum filios durante concessione in vita Alexandri, & hic sensus nedum est ad Cameram, sed & iuri conformis, vt quis transferat ius tãtum quod habet, demetiendo voluntatem a Potestate, prout de cedente tradunt Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. num. 11. Fabian. de Monte eod. tract. q. 6. princ. num. 6. de donante Specul. de loca. §. nunc aliqua q. 109. in fin. num. 133. Crau. cons. 112. numero 11. de vendente Card. Mantic. post alios de contract. lib. 4. tit. 9. numero 33.

7 Nec placuit responsio data per Informantes D. Ducis ad illa verba, si come & nel modo che è disposto di sopra, vt tantum importent ordinem succedendi datum in concessionibus, quod sicuti Paulus, & Alexander, & eorum filij erant vocati ad tertiam generationem in anteriotibus cõcessionibus, ita in hac noua, non superexistentibus Paulo, vel eius filiis, alij fratres eius, & eorum filij similiter ad tertiam generationem vocati censeantur. Quia vltra quod defectus potestatis taliter contrahendi inter ipsos fratres semper obstare videtur, fuit etiam dictum relationis effectum diuidi non posse, vt scilicet taxatiue referatur modus succedendi, & forma substantiæ concessionum omittatur, quæ esset contraria naturæ relati, quod dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, vulgata l. asse toto. ff. de hæred. instit. & retenta vtraque forma relata tam modi succedendi, quam temporis præscripti ad succedendum, cessat intellectus comprehensionis nouarum generationum, quia partes contrahentes noluerunt ad inuicem sibi ipsis plus iuris transferre, quam haberent ex antiquis concessionibus, quod etiam clarius expresserunt in retrodatione, seu retrocessione anni 1555. de Mẽse Februarij facta per Cardinalem ante d. Breue Pij Quarti, dum in ea assignantur Paulo eius fratri eadem met bona assignata in instrumẽto anni præcedentis de Mense Nouembris cum particulari expressione, scilicet, durantibus tamen quo ad Castrũ Proceni, & Postam Clusij dd. Castri, & Postæ concessionibus Apostolicis, & idem in supplicatione porrecta Gregorio XIII. per Cardinalem, & Paulum pro obtiuenda prorogatione ad alias generationes fuit repetitum, dum narrauerunt, quod ob defectum eorum prolis intendebant in hac Posta nominare Ioan. Baptista, & D. Ducem modernum.

8 Et ex prædictis patet responsio ad replicationẽ superfluitatis, quia, vt dictum est, durante vita Alexandri in inuestitura comprehensi potuit esse locus substitutioni filiorum aliorum fratrũ, & sufficit dispositionem in aliquo posse operari, ne superflua, aut elusoria iudicetur, l. 1. in princ. ff quod met. caus. l. 1. in fin. ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. de iureiur. Surd. consil. 127. nu. 9. lib. 1.

9 Ex mente etiam Pontificis concedentis fuit dictũ nouas personas non esse comprehensas: Nam cũ neque in scriptura referente, neque in scriptura relata facta fuerit mẽtio de inuestitura huius Postæ, nec de generationibus in ea comprehensis, aut de tempore finituro, sed tantummodo de translatione iuris in Paulum fratrem habiti per Cardinalem ab Alexandro altero fratre de medietate Postæ Clusij, & de trãslatione Iurium facta per Paulum in Cardinalem reseruata Posta Clusij, ex eo inferri non potest ad petitionem nouæ qualitatis, quia de sola confirmatione respectu translationis Iurium petita intelligi potest, neque ad intentionem concedentis vltra confirmationem, cum ignoret factum, super quo confirmatio etiam cum clausula, ex certa scientia, nihil operatur, Bel. in l. fin. num. 9. C. sententiam rescindi non posse. Alex cons. 122. nu. 21. vers. nisi Papa confirmet factũ proprium, lib. 4. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 1. nu. 18.

10 Non enim præsumitur, quod Princeps absque expresso consensu intendat præiudicare suæ Cameræ, Castr. consil. 84. numero quarto, libro secundo, & in decis. in hac eadem causa fuit dictum 23. Ianua

rij 1613. nec sub inuolucro verborum recipiente iuris disputationem, per quam Princeps facile posset circumueniri, vt dicunt Roman.consilio 326.numero decimo secundo, versic. & huius.Felin. in cap.dilectus,libr.1.de rescript.numer.10.Gram.consil.66.num.19.

11 Et propterea cessare videtur ponderata confirmatio Pij Quarti, vt habeat vim nouæ inuestituræ in pactis respiciendi successionem, & ipsa sola sit attendenda,non autem prima, a qua prætenditur recessum per contrarias facultates ex Parif.consilio quadragesimo tertio numero decimo, libro primo. Gabr. de dilat.conclus.2.numero vigesimo sexto, & alijs allegatis per Cardinalem Seraphin. decis. 1362. numer. tertio,quia prædicta possent procedere, quando clare constaret de substantia verborum, ex quibus contrariæ facultates desumerentur; secus vero quando clare de contrario liquet, vel dubitabilis esset eorum verborum interpretatio, vt in præsenti, quia in dubio subsequentes concessiones ita videntur interpretandæ, ne priores censeantur alteratæ, Curt.de fud. primo, parte secunda, princ. numero 44. Menoch. de præsumpt.lib. 3. præsumpt.92. numero secundo, & quarto Gerad. de fud. part. 5. cap. 2. numero 44. Corbul.de iur.emphyt.tit.de priuat. ob lin.nu. 8. & 29. Et ita fuit resolutum.

## R. P. D. VBALDO.

*Mediolani pecuniaria,seu Cambiorum. Mercurij 28. Maij. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Vsura non est dare mercatori pecunias, vt eas retineat in cambijs, & quid si mercator in se assumat periculum dd. pecuniarium.

### SVMMARIVM.

*Mercatori dare pecunias,vt eas retineat in cambijs licitis,& realibus non est vsura.num.1.*
*Mercator potest in se suscipere periculum pecuniarium sibi ad trafficandum in cambijs datarum,nisi ex alio capite hoc pactum reddatur illicitum.nu.2.*
*Mercatori pecunias dare,vt eas retineat in cambijs licitis & realibus,quis nam contractus sit.nu.3.& 4.*
*Contractus in dubio præsumitur qualis designatur ex verbis.nu.4.*
*Obligatio de restituendo capitale quomodo intelligenda, & interpretanda sit.nu.5.*
*Pactum in dubio semper iudicandum est ab vsura suspicione alienum.num.5.*

## DECISIO DLVI.

1 Lata sententia in Rota pro validitate, & iustitia contractus, de quo agitur, iuxta decisionem in causa factam die 25.Iunij 1610. coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, tunc Rotæ Auditore, & propter transitum sententiæ in rem iudicatam, commissa mihi causa restitutionis in integrum. Dubitant, An constaret de causis restitutionis in integrum, & Domini negatiue responderunt, quia nedum non doceatur de iniustitia rei iudicatæ prout requireretur, vt fuit dictum in causa Sabinen. pecuniaria 19.Martij 1610. corā R.P.D.meo Pamphilio, sed constat de clara, & euidenti iustitia, ex copiose, & luculenter deductis in prædicta decisione Illustrissimi Cardinalis Lancellotti ex quibus apparet nullam subesse in prædicto contractu vsuræ suspicionem,cum dare pecunias mercatori, qui eas retineat,& trafficet super cambijs licitis, & realibus sit in re permissum,c. per vestras.vbi Abb. numero sexto, & alij de donat. inter vir.& vxor.cum alijs in decisione allegatis.

2 Neque obstat, quod Mercatores susceperint in se periculum,quia neque talis conuentio est in se prohibita,nisi ex alio capite reddatur illicita, vt est text. in l.decem.ff.de verbor.oblig. l. periculi. ff. de naut. fœnor.l.cum proponas.C.eod.tit.& late tradit Petr. Santerna,de assecurat.& sponsion.mercat.part. 1.numero quinto, & seqq. vbi numero 8. & 9. Declarat text.in cap.vlti. de vsur. qui videbatur facere in contrarium, quod procedat in mutuo extra quem contractum dicit contractum assecurationis sub promissione pretii periculi valere. Et hunc contractum esse frequentem,patet ex traditis per Dec.cons.7.

3 Hic autem contractus, vel fuit locatio operarum, vel quædam institoria, vt in dicta decis. vel fuit contractus mandati,gratia tam mandantis, quam mandatarij iuxta text.in §.1. Instit.de mand. vel innominatus ex mente Bald.in l. cunctos populos. mihi.nu. 33.C.de Sum.Trinit.& fid.Cathol. Santern. vbi supra.num.7.In his autem cadit quædam mutua recompensatio,quæ non est vsura,vt per Bald. loco allegato,& fuit dictum in causa Romana exequutionis lau di 2.Decembris præteriti coram me.

4 Et quod non esset contractus Societatis, Domini habuerunt pro constanti,tum quia in eo nullum verbum de societate,& contractus in dubio præsumitur, qualis designatur ex verbis. Oldrad.cōs.159.in 1.dubio.Abb.cōs.15.in fi.lib. 1. Alex.cons.3.sub n.1.lib. 1.Decian.cons.2.nu.62.lib.1.Tum quia in eo non leguntur aliqua pacta,ex quibus arguatur fuisse cōtractam societatem, & præsertim cum nulla adsit communicatio capitalis,aut lucri.l.coiri,cum l.seq.ff.pro soc.cum simil.

5 Nō obstat,ꝙ D.Pirrouanus voluerit assecurare capitale,quia talis assecuratio ex verbis apochæ nō bene colligitur,

colligitur,& in oẽm euentum obligatio de restituendo capitale debet intelligi non de toto capitali, sed de capitali remanente, vt fuit dictum in causa Ferrarien. societatis 28. Ianuarij 1569. coram Illustrissimo Cardinale Mellino, & quatenus res esset dubia debet sumi interpretatio, per quam actus iudicetur alienus ab omni vsuræ suspicione. Bald. in l. Rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. pet. & conf. 154. nu. 2. & seq. lib. 2. & firmatur in d. decisione huius causæ, coram Illustrissimo Lancellotto, in qua etiam ad alias obiectiones dantur congruæ responsiones, quæ Dominis placuerunt. Et ita fuit decisum Dominis Pirrouanis solum informantibus post diuturnam aduersariorum contumaciã, qui sæpissime citati informare noluerũt.

## REVE. P. D. ANDREA.

*Beneuentana Bonorum. 28. Maij. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo non datur nisi probata possessione tempore motę litis. Cetera videas in Summario.

### SVMMARIVM.

*Mandatum de manutenendo non datur illi, qui non probat possessionem tempore motæ litis. nu. 1.*

*Possessio data a Iudice expulso alio possessore valida est quando ipse Iudex iuridice processit. nu. 2.*

*Ratificatio, & homologatio confirmat actum alias nullum prout ex nunc. nu. 3.*

*Exequutio fieri non potest super bonis stabilibus non facta excussione super mobilibus. nu. 4.*

*Minor dicitur indefensus si eius Curator citatus nunquam comparuit. nu. 5.*

## DECISIO DLVII.

1 Dominis pro maiori parte visum fuit non esse dandum mandatum de manutenendo Dominis de Vitellis, quia non constat de illorum possessione tempore motæ litis, & manutentio non datur non possidenti. Alex. conf. 92. num. 4. lib. primo. Guido Papæ. conf. 13. nu. 1. & fuit dictum in Casertana, beneficij. 17. Iunii 1605. coram Reuerendissimo Lugdunen.

2 Quod autem de tempore motæ litis, non essent Vitelli in possessione, constat ex immissione DD. de Galeatijs facta per Vicarium Beneuentanum, qui iuridice immittens, potuit Vitellos omni possessione priuare iuxta Doct. Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fine. de acquir. possess. quam ibi Doctores communiter sequuntur, & pluries canonizauit Rota in decisione 802. num. 7. par. 1. & decis. 62. numero tertio, parte secunda, diuers. & alias sæpe.

3 Non obstant deductæ nullitates contra mandatum iudicis, & immissionem vigore illius factam. Prima enim nullitas circa obligationem minorum, quę dicitur facta contra formam statuti Beneuentani, multipliciter ponderati, pro parte DD. de Vitellis, hic cessat, quia immissio in vim deliberationis factæ bonorum, de quibus agitur, non fuit facta vigore instrumenti, impositionis census de anno, 1603. Sed vigore instrumenti ratificationis, & homologationis eiusdem de anni 1612. In quo interuenerunt oẽs solennitates, quæ ratificatio, & homologatio confirmat actum alias nullum, prout ex nunc licet non ex tunc. Bartol. in l. obseruare. numero 4. ff. de offic. procons. Dec. consilio 367. numero quarto, & in l. semper, qui non prohibet. numero 16. de regul. iur. Paris. consil. 49. num. 20. & 61. libro 1. Ruin. consil. 72. num. 10. in fine, lib. 3. Cephal. consil. 51. num. 43. & seq. lib. primo Osasc. decis. 119. numer. 26. versic. sed tantum Surd. decis. 70. num. 17. & latius decis. 245. num. 4. versic. fuit tamẽ conclusum, & numero quinto, & seq.

4 Aliæ vero nullitates circa processum visæ fuerunt parum releuantes. Prima enim, quod fuit facta executio super bonis stabilibus, non facta excussione super mobilibus, contra textum in l. 1. §. si forte & l. magis. §. non passim. de rebus eorum, cum alijs adductis in causa Romana de Olphis 25. Octobris 1613. coram R. P. D. meo Decano, & hic per Informantes ipsa quoque remouetur, ex quo Vitellij non docent de inuentario, ex quo appareat, adesse bona mobilia, & cum ipsi sint hæredes Patris, vt constat ex eorum confessione medio iuramento facta, de qua in instrumento ratificationis, vtique si non ex propria, saltem ex paterna obligatione tenentur l. cum a matre. C. de rei vendicatione, l. ex qua persona. ff. de regulis iuris.

5 Secunda nullitas quod curator, esto, quod fuerit citatus, nunquam tamen comparuit, & ideo minores semper remanserunt indefensi cum ad hunc effectum paria sint non habere curatorem, & habere illum, qui legitimas defensiones non facientes ex deductis in dicta Romana satis superque videbatur sublata ex serie ipsius processus, cum nullitas census fuerit apposita coram Vicario Beneuentano, qui pro validitate pronunciauit a qua sententia, cum appellatum fuerit, obtentaque inhibitio, A. C. ea postmodum hic vigore rescripti signaturæ Sanctissimi, fuit moderata, deinde opposuerunt Vitellij de donatione reiectique fuerunt per sententiam. R. P. D. Burattitunc A. C. locum tenentis, ex quibus actibus clare apparet, ipsos non fuisse indefensos.

6 Et ex his fuit capta resolutio pro denegatione mãdati de manutenẽdo, omissa pro nũc inspectione illius articuli, an bona minorum debeãt subhastari per 20. dies iuxta Auth. hoc ius porrectũ. C. de Sacrosanct. Eccle-

Eccles. quæ inspectio non fuit visa necessaria stantib. supradictis. Illa autem ratificatio primæ obligarionis, non fuit facta ex causa necessaria, vel vtili requisita per statutum Beneuentanum, vt late hic per Informantes pro Vitellis, qui alia etiam deducunt non modicæ considerationis, ideo libenter eos readiré.

## R. P. D. PIROVANO.

*Bononien. Laudi. Lunæ 2. Iunij 1614.*

### ARGVMENTVM.

Libri sociales, vt probent, quæ requirantur, breuis, sed Magistralis est decisio.

*SVMMARIVM.*

*Libri mercatorum non dicuntur legales, si in vna, duabus, vel pluribus partits calculus non verificatur. numero 1.*

*Actus imperfecti natura est, vt aliquid deficiat, aut addi possit. nu. 1. in fine.*

*Libri mercatorum vocati memoriales non obligant, nec inducunt certam solutionem, nouationem, nec promissionem nu. 2.*

*Libri mercatorum vocati memoriales non obligant, nec inducunt certam solutionem, nouationem, nec promissionem. nu. 2.*

*Liber mercatoris non facit fidem si non fuit confectus, seruata forma iuris, aut statuti. numero 2. in fine.*

*Adminicula non suffragantur, vbi non procedit aliquis gradus probationis cui coniungi possint, nu. 3.*

DECISIO DLVIII.

1 Firmato per particulares Decisiones, quam fidem mereantur libri sociales, & liber nuncupatus Il Matto, exinde dubitaui, An ex folio in actis vltimo loco producto, videlicet die 26. Martij, & 29. Aprilis 1613. sit sufficiéter reddita ratio pro DD. de Grimaldis cum præsupposito tamé, quod partitæ in folio annotatæ, & ad libros relatæ concordét in quantitate expressa. Et DD. censueruut non esse sufficienter redditam rationem. Ex folio. n. nihil inferrur nisi in quantum partitæ relatæ habeanr fundamentum verum, & reale ex libris, quibus fides sit adhiben. pro ratione concludendi libri auté ad quos se refert Grimaldus in suo follo, non omnes habent fidem indubitatã, ideo sufficit quod in vna, vel duabus, vel pluribus partitis calculus non verificetur, nõ iustificata librorum legalitate vt inde dici possit, rõnem esse imperfectam, cum hoc sit de natura actus imperfecti vt aliquid deficiat, aut addi possit l. penult. C. ad Sylanian. Rim. Iun. conf. 189. nu. 19. lib. 2. Cephal. conf. 674. n. 6. vol. 5. Recc. conf. 13. nu. 7. lib. 1.

2 Libri autem ex quibus sunt extractæ partitæ in folio relatæ, vel nullam fidem merentur, vel diminutã, vel si aliqui legales sunt, non omnia ad perfectã reddi tioné rõnis necessaria continent. Nam libri intitulati Vacchetta, Strazzo, Secreti, & similes, sunt de ijs, qui nullam fidé merentur, cũ non contineant initiũ, & exitũ per librum formalem qui concordet cum Magistro, in quo de eodem formali referantur ad concordan. partitas debiti, & crediti, & potius vocãtur libri memoriales, qui non obliganr, nec inducunt certã solutionem, nouationem, nec promissioné. Soc. sen. cõs. 267. ad fi. li. 2. Rota Ianuen. decis. 1. n. 19. & 20. Menoch. prædictos referens cons. 269. nu. 26. lib. 3. Præterea cum non fuerint confecti seruata forma inter ipsos socios in Capitulis societatis conuenta, scilicet vt in foro Mercatorum Bononien. approbarentur, quod etiam est de forma legis principalis eiusdé Ciuitatis. Inde tãto magis deficit eorum fides. Paris. cõs. 58. n. 54. li. 4. Rota Ianuen dec. 83. n. 1. Surd. cõs. 361. n. 8.

3 Liber nuncuparus il Matto pro plena probatione deseruire non põt, quia cum fuerit decisum non probare. sed posse pro adminiculo seruire, quæ adminicula non suffragantur, nisi præcedat aliquis gradus probationis cui iungi possit, vt ex imperfectis plena probatio reddi possit. Gab. de probat. post alios conclusione prima in princ. Sociales aũt libri quib. fidé esse adhibendam ad probandã veritatem partirarum iã fuit decisum, & illi pro partieis respectiue cõtentis folium iustificabant, sed cum non omnes partitas contineanr, remanent manca, & imperfecta conclusio rationum deduct. in fol o, & consequenter insufficienter reddita, & ita fuit resolutum.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Romana, Seu Florentina pecuniariæ. Lunæ. 9. Iunij. 1614.*

### ARGVMENTVM.

Cambia debentur ab eo, qui ordinem dedit, si sint realia.

*SVMMARIVM.*

*Mandans accipi cambium tenetur de suo. nu. 1.*

*Cambia quæ non sunt realia non approbantur. nu. 2.*

*Assertioni partium non est standũ, ne aperiatur via fraudibus. num. 2.*

DECISIO. DLIX.

1 Domini censuerunt deberi cambia vsque ad diem solutionis Scutorum 4000. Cũ enim Pisorus indigens pecuniis dederit ordinem Antonio Rembo accipiendi dicta Scuta 4000. ad cãbium, & Antonius illa acceperit, tenetur Pisottus ex lege conuentionis ad oía cambia, etiamsi non dedisset mandatum expressum pro sequétibus cambijs, ex quo Antonius non tenebatur de proprio extinguere, nec prima, nec secunda Cambia, Dec. conf. 562. n. 1. & seqq. Cagnol. in l. 1. nume. 45. & seqq. C. de sent.

quæ

quæ pro eo. Stracha de mercatur. tit. mandat. nu. 20. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limitation. 6. nu. 8. ideoque eo magis procedit hoc casu, stante consuetudine in Ciuitate Florentiæ, vt semel datus ordo accipiendi pecunias ad cambium duret donec, & quousque per ordinantem fuerit facta solutio, secundum quam consuetudinem censetur Pisottum ordinem dedisse, Roman. conf. 114. nu. 5. vers. Quo ad secundum. Dec. conf. 441. nu. 9. & seqq. Strachia loc. al leg. num. 19. Quod vero Antonius habuerit in mani bus pecunias redactas ex mercibus Pisotti ex quib. potuisset extinguere prius d. summam nullibi iustificatam, & contrarium colligitur ex literis eiusdem Pisotti, & ex computis per ipsum approbatis.

2 Verum quia in hac positione non videbatur iustificatũ, cambia fuisse realia, & propterea reprobata tam ex constitutione Pij V. quam de iure, vt fuit resolutum in Mediolanen. pecuniariæ 27. Martij 1602. coram Litta, ex qua tollitur fundamentum, quod fiebat super approbatione Pisotti in computorum solidatione, non enim standum est assertioni partium, ne aperiatur via fraudibus, & vsurariæ prauitati, Bart. in l. si forte. de castr. pecul. Ias. in l. donationi. C. de Collat. licet posset etiam dici approbationem intelligendam esse, quatenus Cambia sint realia. Ideo Domini resoluerunt Cambia deberi, & illa probabuntur realia. Et ita decisum, &c.

R. P. D. VBALDO.

*Mutinen. Canonicatus. Veneris 13. Iunij. 1614.*

ARGVMENTVM.

De materia authoritate propria se intrudentis in possessionem secundi beneficij incompatibilis cum primo, iuxta text. in c. eum, qui. de præben. in 6. & de virtute clausulę, seu quo vis alio modo vacet.

*SVMMARIVM.*

*Impetrans beneficium cum clausula generali, quouis alio modo vacet, venire potest ex quacunque vacatione, etiam quod ante dictam clausulam vnum vacationis modum specialiter expressi rit. nu. 1.*

*Gratia beneficij conditionalis obtenta quatenus scilicet supplicans beneficium vacans ex causa delicti commissi per Beneficiatum accusauerit, & accusationi se inscripserit, quando locum habeat, non verificatis conditioni bus. num. 2.*

*Possessionem beneficij propria authoritate occupans dicitur intrusus, & ipso iure beneficio priuatur. numero tertio.*

*Gratia in forma dignum concessa nullum tribuit ius in re, sed solum importat mandatum de prouidendo, quatenus idoneus fuerit repertus. nu. 3.*

*Parochialis Ecclesiæ possessio censetur probata per exercitium spiritualium actuum ad curatum pertinentiũ num. 4.*

*Testes nulliter examinati deseruiunt pro adminiculo. nu. 4. in fine.*

*Actus possessorij præsumuntur facti ex præambulo titulo. num. 5.*

*Beneficium secundum incompatibile cum primo assecutus ipso iure amittit primum beneficium. numero quinto.*

*Clericus ordinatus ad titulum beneficij ille renunciare non potest. Declara, vt nu. 6.*

*Beneficij secundi incompatibilis cum primo possessionem assequutus, vt primo beneficio priuatus censeatur necesse est probare non solum possessionem secundi beneficij, sed etiam maioris partis fructuum dicti beneficij. Declara, vt nu. 7.*

*Ignorantia iuris regulariter non excusat eum præsertim, qui authoritate propria se intrusit in aliquod beneficium. num. 8.*

DECISIO DLX.

1 Proposito pluries dubio reseruato in Decisione huius causæ 11. Martij 1613. quod erat, an Annibali Burellæ obstaret dispositio cap. eum qui. de præb. in 6. illud propter varias Dominorum Sententias, non fuit resolutum, sed cum pro eius parte prætenderetur, gratiam Bernardi aduersarij non comprehendere vacationem inductam in terminis dicti cap. eum qui, ideo Domini voluerunt informari super dubio ita concepto, An gratia Bernardi suffragetur quoad dispositionem cap. eum qui. de præb. in 6. fuit resolutum affirmatiue. Nam quod gratia suffragetur, & sic quod capiat prædictam vacationem, deducebatur, quia licet Bernardus impetrauerit Canonicatum tanquam vacantem per sacrilegium, tamen virtute clausulæ generalis, seu quouis alio modo vacet, venire potest ex quacunque vacatione. Quia dicta clausula, quouis alio modo comprehendit omnem modum vacandi, Rota decisione prima, numero secundo, de rescrip. in nou. Felin. in capit. in nostra, numero trigesimo septimo, versic. fallit 4. eodem titul. Saruen. in reg. de infirm. quæst. 34. numero secũdo, dummodo iustificetur narratiua gratię, saltem de facto, vt fuit resolutum in Aurien. parochialis 26. Iunij 1606. coram Reu. D. meo Damasceno, in Oueten. Beneficij, 5. Iulij, 1610. coram R. P. D. meo nunc Decano in Virdunen. Canonicatus 25. Maij, 1596. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & sæpe in aliis: Sacrilegium autem satis visum fuit iustificatum ex ipsius Annibalis confessione, qua nulla melior probatio, l. generaliter. C. de nõ num. pec. cum similibus.

2 Neque obstare videbatur, quod gratia Bernardi esset

fet conditionalis, quatenus scilicet, si dictus Bernardus eundem Annibalem super relatis huiusmodi accusare, seq; in forma iuris inscribere voluerit, &c. & aliæ conditiones apponuntur consideratæ per Informantes, quib. non verificatis non videatur esse locus gratiæ, ēt virtute clausularū generalium, tanquā dependentiū a dispositione principali ex allegatis, quia fuit responsum, quod hæc procederent, si tractaretur de canonizanda gratia ex capite Sacrilegij, tunc.n. esset necessaria inscriptio, diligens inquisitio Ordinarij, & Sentētia priuatoria cum formali amotione Annibalis a Canonicatu, & aliorum narratorum iustificatio, secus videtur esse ad effectum obtinēdi ex alio modo vacandi præter expressum, vigore clausularum generaliū, quo casu videtur sufficere simplex probatio illius facti narrati ex supra allegatis, cum talis probatio requiratur solum ad effectum tollendi dolū, & calumniā impetrantis, vt fuit dictum in Tirasonen. Canonicatus de Alfarò 24. Maij, 1602. coram R.P. D. meo Decano.

3 Quod aūt intret dispositio c. cum qui. de præb. in 6. dicebant Domini cōstare ex eo, quod Annibal propria auctoritate se intrusit in possessionem Parochialis Ecclesiæ sine aliquo Canonico titulo, quo casu dr intrusus. Innoc. in c. Nihil est, n 4. de elect. cum alijs per Rot. decis. 2 t. n. 5. p. 2 diuers. & priuatur ipso iure beneficio, vel Canonicatu, quem antea obtinebat dicto c. eum qui. gl. in Clem. Si plures in vers. vacare in fi. de præb. Rota dec. 3. eo. tit. in nou. & fuit resolutum in causa Toletana Cappellaniæ. 14. Iunij, 1599. coram bo. me. Cardinali Mantica, licet. n. obtinuisset dictam Parochialem titulo permutationis cū Bernardo factæ de Canonicatu Mutinēsi de quo agitur. Tū gratia Annibalis erat in forma dignum, quæ nullum tribuit ius in re, sed solum importat mandatū de prouidēdo, quatenus idoneus fuerit repertus, Cassad. de cis. t. n. 6. vt lit. pend. Mandos. in reg. de annal. q. 55. n. 3. Rebuf. in prax. in tit. de refer. in form. dign. n. 2. & 3. Modern. ad reg. & gl. 15. §. 2. n. 56, immo stante clausula apponi solita in literis in forma dignū, si per diligentēm examinationem idoneum esse repereris, sequitur, quod ante purificationem dictæ cōditionis idoneitatis nullum ei fuerit ius quæsitum, neque etiā ad rem, Bellam. decis. 667. Gabr. consil. 186. num. 26. lib. t. poterat enim non approbari in examine, prout euentus docuit, cum fuerit reiectus.

4 De intrusione autem videbatur doceri per plures actus, de quibus deponunt testes in Curia formiter examinati, nam vltra quod Annibal locauit terras, possessiones dictæ Ecclesiæ Parochialis, seq. Rectorē in instrumento locationis asseruit, constat ex instrumento sub die 4. Ianuarij, 1600. ipse celebrauit Missas, Baptizauit, & alia sacramēta administrauit in d. Ecclesia, exercuit oēs Spirituales actus ad Curatum pertinentes, per quorum actuum exercitium censetur apprehensa possessio Ecclesiæ Abb. in cap. in genesi. nu. 5. de elect. deinde percepit fructus videlicet decimas, primitias, & oblationes, ex quibus probatur possessio quo ad temporalia ad text. in l. Titia. ff. de so lut. l. 2. Vbi Bar. C. de acq. poss. cum alijs per Menoc. de retin. rem. 3. nu. 564. vt latius per eosdem testes, & per alios examinatos vigore Remissoriæ qui licet nul liter examinati, deseruiunt tamen pro adminiculo, Bart. in l. admonendi. sub nume. 41. ff. de iureiuran. Aym. cons. 198. nu. 11. Caput. decis. 206. n. 6. par. 2. & fuit dictum in Hispalen. legitimitatis. 11. Maii. 1612. coram me, & sæpè alias.

5 Non obstat, quod isti actus potuerint fieri ēt ab extraneo de permissione Rectoris, Quia de tali permissione, vel licentia non apparet, & e contrario constat ex prædictis Annibalem locasse prædia Ecclesiæ, & fructus percepisse vti Rectorem, & cum præcesserit beneficiorum permutatio, expeditio literarum, & accessus vtriusque ex permutantib. ad Ecclesias permutatas, vtique actus præsumuntur facti ex prætenso titulo præambulo. l. 2. C. de acq. poss. gl. in l. Quadam mulier. ff. de rei vend. & cum Bernardus iam assecutus fuisset possessionem Canonicatus incompatibilis cum Parochiali, desijt esse Rector ipso iure ex dispositione Conc. Trident. sess. 7. c. 4. late Modern. ad reg. 8. glos. 15. nu. 15. & seq. vnde Annibal non potuit alieno nomine munera parochialia exercere, & per consequens illa censetur exercuisse noie proprio.

6 Non obstat, quod Annibal fuerit ordinatus ad titulū Canonicatus de quo agitur & propterea illi non possit renunciare, ne mendicare cogatur in dedecus Ordinis Sacerdotalis, Quia hoc intelligitur in renunciatione voluntaria, non autem de priuatione prouenicnte ex dispositioni Iuris ob iniustam intrusionem absque Canonico titulo, qualis est ista ex dispositione dicti cap. eum qui. alioquin hoc modo ordinatus ex nullo delicto priuaretur beneficio, quod est absurdum.

7 Non obstat, quod intret cap. Eum qui, sit necessarium probare non solum possessionem, secundi beneficij, sed etiam maioris partis fructuum ex allegatis, Quia vltra quod talis possessio videtur probata ex su pradictis, eum tam spiritualia. quam temporalia Annibal possederit, Bald. in cap. Ecclesia, in fin. de elect. respondebatur, quod allegata procedūt in terminis, cap. de multa. de præb. in quo consideratur pacifica possessio, cum fructuum perceptione, vt declarat Sarnen. in reg. de trienn. q. 53. nu. 2. vers. sed quo ad cap. de multa, vbi de communi, secus videtur esse in terminis, cap. eum qui, in quo consideratur sola occupatio, vel intrusio scienter facta in 2. beneficio, vt patet ex eius lectura.

8 Demum non obstat, quod Annibal potuerit credere se habere aliqđ ius in dicta parochiali vigore gratiæ, in forma dignū, & ideo videatur excusandus a pena, dicto c. eū qui, iuxta decisionē Bellam. 562. Quia vltra quod hęc est ignorātia iuris, q̄ regulariter nō excusat l. iuris ignorātiā. C. qui admit. dicebatur in specie, eā in terminis dicti c. eum qui, non posse allegari, sed solam facti ignorantiam, gl. in dicto c. eum qui. in ver. Scienter, & ita intelligit dictum text. post relatos,

relatos, Rota in dicta Toletana Cappellaniæ cotàm bo.me. Mantica; immo eo magis mouebantur Domini ad non admittendam talem excusationem. Quia die 28. Iulij, Annibal tanquam non idoneus fuit ab examinatoribus reiectus, & nihilominus perseuerās in intrusione per totum Mensem Augusti, & Septembris, fructus percepit, sacramenta administrauit, & alia similia fecit prout deponunt testes nouissime examinati, quo tempore ille color præsumptæ ignorātiæ omnino cessabat.

9 Ex quibus & alijs adductis, præsertim in dicta Toletana Cappellaniæ, vbi alia obiecta remouentur circa dispositionem dicti cap. cum qui. Domini concluserunt, gratiam suffragari Bernardo, ita vt intret dispositio dict. cap. cum qui. de præb. in 6.

R. P. D. BVRATTO.

*Fauentana Beneficij, Veneris 13. Iunij. 1614.*

ARGVMENTVM.

Patronus an possit in erectione beneficij apponere conditionem, quod presentetur certa persona.

*SVMMARIVM.*

*Patronus non potest præsentare ad beneficium vacaturū nu. 1. Vbi limita.*

*Patronus potest in limine euictionis iuris patronatus apponere conditiones etiam contra ius. nu. 1.*

*Secus postquam beneficium est erectum quia nec etiam de consensu Episcopi potest. nu. 2.*

*Ius patronatus non sumit initium ante consensum Episcopi. nu. 3.*

*Beneficium non dicitur nisi adsit confirmatio Episcopi. num. 3.*

*Relatio operatur, vt in referente omnia dicantur expressa nominatim. nu. 4.*

DECISIO DLXI.

1 IN hac secunda causæ positione, non videbatur DD. aliquid deduci, ex quo decisio pro confirmatione sententiæ de partibus emanata lædere tur. Nam quod non potuerit Io. Baptista præsentare seu nominare Centellum ad beneficium vacaturum, ex c. fin. vbi omnes. de conc. præb. cum allegatis, erat sublatum in decisione ex eo, quod hæc facultas fuerat sibi in testamento paterno concessa, qua dispositione specifice narrata fuit cum ordinarij consensu viso testamento ius patronatus erectum, ideoque et si esset contra ius tanquam in limine erectionis appo si sustinetur ex deductis in decisione.

2 Nec obstare dicebatur, quod hæc conditio non legitur in instrumento assignationis bonorum factæ, per Io. Baptistam 17. Nouembris 1610. in qua consistere prætendebatur, erectionem, fundationem, & dotationem beneficij postquam nec de cōsensu Episcopi apponi potest. glos. in c. cum dilectus. in ver. constitutum. in fin. Vbi Abb. numer. 5. Imol. numer. 21. de consuet.

3 Quia cum expresserit se bonorum prædictorum assignationem facere in executionem mentis ac voluntatis paternæ, & cum reseruatione iuris patronatus ad formam traditam per eius patrem in testamento rogato 26. Octobris 1589. Cum ordinarij authoritate erigen. duo sequuntur. Primo, quod ista bonorum assignatio fuerit conditionalis, pendens a consensu Episcopi antequam ius patronatus non potest initiū sumere, Rocc. de iure patron. in ver. pro eo quod de Diœcesaui. in primo vers. hinc alias. Lamberr. in eodem tract. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 11. num. 3. vers. quarta elicitur, & consequenter facultatem confirmatam ab Episcopo, dum viso testamento, & sibi in specie narrata hac facultate Ioanni Baptistæ concessa, præstitit consensum ad mentem, & dispositionem testatoris, dici in limine fundationis adiectam, cum præsertim beneficium non dicatur nisi sequuta approbatione Episcopi. Calderin. cons. fin. de iure patron. Felyn. in c. ex parte. 5. nu. 2. de rescript.

4 Secundo quod ex relatione ad formam testamenti dicantur expresse apposita conditiones in testamē to contentæ. l. ait prætor. §. 1. Vbi Doctor. Et præsertim Ripa. nu. 1. ff. de re iudic. Et sic ista perinde, ac si nominatim expressa fuissent. Bald. cons. 212. libro 5. Alex. cons. 80. nu. 9. lib. 1. Paris. cons. 122. nume. 3. & seq. lib. 1. Rot. decis. 115 a. n. 2. lib. 3. par. 3. diuers. Et præsertim vt sustineatur nec reddatur inutile mandatum datum per eundem Io. Baptistam ad obtinendam confirmationem iuris patronatus, & deinde nominandū pro eius successore in beneficio Centellū, iuxta opinionem Rotæ, de qua bo. me Cardinalis Seraphinus in eius decis. impres. decis. 616. nu. 5. In alio etiam capite, quod ex forma testamenti debuisset nominari Hercules vti descendens a sorore testatoris, non autem extraneus placuerunt DD. responsiones datæ in alia diuisione, quod onus præsentandi aliquem de agnatione, & in defectum ex descendentibus ex sorore non respiceret nominationem faciendam per filium viuentem ex facultate illi specialiter attributa, sed præsentationes ab aliis patronis per mortem Rectorum faciendas. Et quod etiam si idem in hac nominatione filii diceretur, tamen cum non constet aliquem ex agnatione, vel descendentem sororis tempore præsentationis factæ de Centello coram Episcopo habuisse primam tonsuram, immo contrarium respectu Herculis potuerit Centellus nominati ex alias allegaris, cum quibus DD. transiuerūt, & in decisis permanserunt &c.

R. P. D. BVRATTO.

*Foroliuien. Fideicommissi Lunæ 16. Iunij 1614.*

ARGVMENTVM.

Attentata an dicatur exequutio mandati expediti antequam iudex detulerit appellationi, licet post dilationem fuerit facta exequutio. Et an fideicommissario debeat concedi immissio pro indiuiso, vbi per hæredem sunt faciendæ detractiones certæ.

SVMMARIVM.

*Attentata cessant, cessante appellatione. num. 1.*
*Iudex deferendo appellationi abdicat a se iurisdictionẽ illam transferendo in iudicem ad quem. nu. 1.*
*Attentata non possunt considerari respectu iudicis, qui post de lationem appellationi nihil innouauit. nu. 1.*
*Attentata non possunt considerari respectu partis, quæ ignorauit, quod iudex detulerit appellationi. numero secundo.*
*Sententia interlocutoria exequutioni demandata non potest per iudicem in præiudicium partis appellatæ renocari. nu. 2.*
*Appellationis relationi consentire videtur pars appellata per impetrationẽ commissionis causæ appellationis. num. 3.*
*Attentata non possunt causari a procuratore absque speciali mandato. num. 3.*
*Filius quando possidet, est legitimus contradictor ad impediendam immissionem fideicommissary ratione legitimæ sibi debitæ, nisi tamen fideicommissarius velit concedere retentionem pro legitima. nu. 4.*
*Hæres petens se immitti contra fideicommissarium excluditur, quando quarta, quam vult detrahere, est certa, quia sufficit illam sibi a fideicommissario restitui. numero 4.*
*Fideicommissario potest concedi immissio pro indiuiso, quando hæres debet detrahere legitimam, & Trebellianicam. num. 5.*
*Attentata in terminis Aegidianæ non causantur ex iniustitia, nisi sit notoria. nu. 5.*

DECISIO DLXII.

1 Conclusum fuit pro nõ attentatis, quia possessio fuit capta in vim mandati pro fideicõmissarijs expediti, vigore sniæ Rotalis super immissione ad eorũ fauorẽ latæ. Et ideo intrat Aegidiana prohibẽs appellationẽ, qua sublata cessant attẽtata ex vulgar. Et licet post expeditum, ante tamen exequutum mandatum fuerint Oliuerijs appellantibus dati reuerentiales, tamen ex hoc non fuit effectã causa appellabilis, nec causata attentata, quia iudex, qui per delationem abdicauit solum a se iurisdictionem illam transferendo in iudicem ad quem c. cum appellationibus. §. si vero. Vbi Doctor. de appellat. in sexto. Marant. in suo spec. 3. par. 6. par. principalis. quæst. 2. num. 146. cum allegatis per Lancell. 2. par. c. 12. de attent. appel. pend. limitat. 6. & limitat. 1. nu. 66. & seq. nihil vlterius innouauit.

2 Et ideo possessionis adeptio respectu iudicis non fuit attentata, nec respectu partis, quæ delationem ignorauit, & cui post expeditum mandatum iudex dando reuerentiales præiudicare non potuit cum expeditio mandati sit interlocutoria executioni demandata quam iudex in præiudicium partis appellatæ reuocare non potuit. glos. vlt. ad fin. in l. 1. §. fin. ff. de præt. stipul. Vbi Bart. num. 4. Castren. num. 2. versic. Tertio modo. Roman. consil. 226. in princ. Ias. in l. quod iussit. numero. 32. ibique Rip. num. 33. dicens, glossam illam ab omnibus approbatam. ff. de re iudic.

3 Non obstat commissio causæ appellationis interposita pro parte Elisabethæ, & Armellinæ impetrata per appellatos, ex qua videntur consensisse delationi ad notat. per Lancellot. d. parte secunda. capit. 12. numero vigesimo septimo, cum seq. Quia fuit obtenta per procuratorem generalem ad lites, qui non potuit sine speciali mandato actũ facere ex quo causarentur attentata. Rot. decis. 81. alias 7. vt lit. pend. in Nouis. cum alijs per Lancell. de attentat. par. 1. c. 1. nu. 13. & seqq.

4 Minus facit prætensa iniustitia sententiæ ex eo, quod cum esset detrahenda legitima iuxta decisionẽ factam 9. Maij 1611. coram R. P. D. Pamphilio non potuerit dari immissio pro duabus ex tribus partibus pro indiuiso ne appellantes inuiti inciderent in communionem. Quia licet filius sit legitimus contradictor quando possidet ad impediendam immissionem ratione legitimæ sibi debitæ. Zuccar. in l. final. num. 429. & 430. C. de edict. Diui Adrian. tollendo. Menoch. de adipiscen. remed. 4. numer. 642. & 643. Tamen sicuti hæres petens se immitti contra fideicommissarium possidentem, vt detrahat quartam, excluditur, quando quarta est certa, quia sufficit illam sibi a fideicommissario restitui. Corn. consil. 232. nume. 15. lib. 4. Zuccard. d. l. fin. nu. 428. Menoch. d. remed. 4. numero 641. Surd. decis. 333. numero septimo in quarto volum. consil. Ita non potest impediri immissio fideicommissarijs volentibus concedere retentionem pro legitima.

5 Et hanc opinionem vti valde æquam seruat Rota concedendo immissionem fideicommissario pro indiuiso nõ obstãte detractione legitimæ, vel Trebellianicæ, vt in Interamnen. de Paradisijs. 1. Iulij 1607 coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Cesenaten. de Aldinis. 24. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Decano. Et ita excluditur prætensa iniustitia, quæ deberet esse notoria ad causandum attentata, vt sunt verba eiusdem Aegidianæ. Et late declarat Contardus de momen-

mentanea possess. limitat. 9. tatione notoriæ iniustitiæ. Cessat etiam motiuum non præstitæ cautionis refectionis meliorarmentorum, quia illa fuit præstita in partibus ante adeptam possessionem. Et ita conclusum non constare de attentatis.

REV. P. D. BVRATTO.

*Romana Domus. Lunæ 16 Iunij 1614.*

ARGVMENTVM.

Hypothecæ ius quando possit tolli per debitorem, & quando creditor ex cuius pecunijs fuit facta emptio, præferatur in re empta creditoribus anterioribus.

*SVMMARIVM.*

*Contractus ex conuentione legem accipiunt. nu. 1.*

*Consentire non compellitur, qui habet iustam contradicendi causam quicquid sit vbi nulla subest causa dissensus. nu. 1.*

*Hypotheca nõ extinguitur per alienationem rei, sed rem ipsam sequitur. nu. 2.*

*Emptor in re empta ex propria ipsius pecunia si res fuit specialiter hypothecata ceteris præfertur. nume. 2. & num. 4.*

*Debitor non potest tollere creditoribus ius hypotheca. numero 3.*

*Hypotheca specialis ex interuallo adiecta ad fauorem creditoris, nihil operatur in præiudicium hypotheca anteriorum creditorum. nu. 3.*

*Debitor potest in quærendis præiudicare creditoribus. numero 4.*

*Pactum de redimendo æstimatur in sexta parte valoris rei vendita. nu. 5.*

DECISIO DLXIII.

EX pretio domus 24. Ianuarij anni præteriti renditæ Christopharum Perardum, Bernardo Orlando fuerunt Scut. 740. penes Montem pietatis deposita ad effectum inuestiendi de scientia, & consensu prædicti emptoris in alijs bonis stabilibus, censibus, siue locis Montium non vacabilium, qui stent, & permaneant loco fideiussionis de euictione, ac loco cautionis in casum cuiuscumque molestiæ. Prætendente venditore posse illa reinuestire in redemptione alterius domus prius ab eodem venditæ cum pacto redimendi Stephano Tusco; emptore autem contradicente lata fuit in Curia Capitolina pro emptore sententia, quam hodie confirmandam DD. censuerunt.

1 Fundamentum fuit in dissensu emptoris, cuius tamen, nedum scientia, sed consensus requirebatur ex forma conuentionis, à qua certum est contractus legem accipere. Cum præsertim habeat emptor iustã contradicendi causam. Vnde non potest ad consentiendum cõpelli quicquid aliud sit, vbi nulla subest causa dissensus. l. cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim. cap. nullus. de iure patron. Mandos. in reg. de impetran. benef. per obitum famil. Cardin. q. 32. nu. 2. Et tenuit Rota in Romana exequutionis, seu non adimplementi 25. Iunij 1593. coram bon. mem. Card. Mantica.

2 Causa autem præcipua contradicendi consistere visa fuit in eo, quia si pretium reinuestiretur in redẽptione supradictæ domus creditores anteriores Christophori, quorum hypotheca non remansit extincta per venditionem subsequutam, sed rem venditã concomitata fuit. l. distractis. & l. pignoris. C. de pign. l. res. C. de remiss. pignoris. semper agere possent contra domum retro emptam, & sic non esset emptori pretium, in hac domo redimenda inuestienti prospectum, quod inconueniens cessat, vbi emitur res, quæ nunquam fuit venditoris, quia potest exprimi in instrumento quod illa fuit empta de pecunijs Bernardi, eidem specialiter hypothecati, quo casu præfertur creditoribus anterioribus, iux. tex. in l. licet. vbi Doctores omnes. C. qui pot. in pig. hab.

3 Cuius legis dispositio applicari non potest vbi redimitur res propria debitoris, in qua creditores habẽt ius hypothecæ radicatum ex prædictis, quæ propterea tolli non potest per debitorem, nec in ea illis præiudicari. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. debitorum. C. eod. vbi Bal. Salic. & Ias. Surd. decis. 286. numero 1. & magis in specie text. in l. 1. C. debitor. vend. pign. imp. non posse, vbi Bal. & Salic. Negusant. de pignoribus in 3. memb. 6. par. nume. 11. qua ratione etiam in emenda re, quæ nunquam fuit debitoris ex pecunia alterius si post emptionem ex interuallo adijciatur pactum, quod res sit illi specialiter hypothecata, illud nihil operatur, quia iam quæsitũ est ius hypothecæ anterioribus, vt ex tex. in d. l. licet, in ver. statim aduertit. ibi Bellapertic. in fin. & Sich. num. 7. vers. præterea procedit.

4 Sed solum vbi res noua acquiritur, quia debitor potest in quærendis creditoribus præiudicare, neque illis fit iniuria quorum ius in aliquo non læditur. ad l. qui autem. in prin. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. nõ fraudantur. de reg. iur. quam rationem considerat. Franc. decis. 97. nu. 6. & bene explicat Hugo Donell. in d. l. licet. nume. 1. vers. sed nonne iniquum, dicens æquum esse posteriorem, de cuius pecunia quid emitur anteriori proferri, dummodo id fiat sine aliorum iniuria, prout in casu illius textus, in quo, dum posterior præfertur, nihil anteriori adimitur, qui nullum ius habiturus erat, si nemo pecuniam ad rem emendam credidisset.

5 Addebatur etiam quod Bernardus emptor hypothecatum habet pro defensione domus ius luendi domum primo venditam, quod ius capiendo minimam æstimationem, quam seruat Rota, æstimari debet in parte

parte pretij rei venditæ, in Romana residui dotis 31. Ianuarij 1611. coram Illustrissimo Lancellotto quæ hypotheca tolleretur, si in eadem domo fieret inuesti mētum, salua autem remaneret, si in alijs stabilibus. Ex quibus resolutum fuit pretium in redemptione domus reinuestiri non posse, & propterea sententiam Capitolinam esse confirmandam, &c.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Illerden. Portionis. Lunæ 16. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Sententia lata perempta instantia est nulla, & appellatio dicitur deserta perempta instantia, & an defectus transportationis actorum excusetur propter irreleuantiam actorum.

### SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur deserta vbi instantia fuit perempta, & fatalia, non fuerunt prorogata. nu. 1.*

1 *Instantia perempta videre debet solum pronunciare super peremptione instantiæ, & desertione appellationis. numero 1.*

2 *Sententia nulla & iniusta non transit in iudicatum. numero 2.*

3 *Acta quæ non fuerunt producta non debent transportari. num. 3.*

4 *Actorum irreleuantia excusat à transportatione. nu. 4.*

5 *Contrarium numero 5. Licet sibi postea firmetur prima opinio.*

6 *Testes dicuntur falsi, quando deponunt contra confessionem partis. num. 6.*

## DECISIO DLXIV.

1 Proposui dubium an sententiæ Rotales venirēt confirmandæ, & affirmatiuam Domini fuerunt amplexi, cum de dictarum sententiarū Iustitia satis constet ex decisionibus in prima, & secū da instantia factis, coram Domino meo Pirouano. 22. Aprilis 1613. & coram Domino meo Buratto. 11. Decembris eiusdem anni. Quo vero ad nullitates, in quibus potissime pro parte Domini Ludouici fundamentum fiebat illas non obstare visum fuit. Prima enim desumpta ex eo, quod sententia per Dominum meum Pirouanum fuisset lata perempta instantia, cum fatalia non fuissent prorogata, & sic appellatio esset deserta, clement. si appellatum. de appellat. quo casu partes iudicis sunt tantum in pronunciando super peremptione instantiæ, & desertione appellationis. l. 1. & secunda. C. vt infr. cert. temp. Crauett. consf. 270. n. 7. ex qua nullitate inducebant alias duas nempe ex examine testium coram eodem Domino Pirouano, & productione iurium coram ipso in eadem hc perempta instantia.

2 Quibus fuit responsum dictas nullitates non intrare, non enim docetur de dicta desertione, nec fuit vnquam oppositum de illa præsertim in causa appellationis coram Domino meo Pirouano. Vltra quod stante probatione iuris patronatus laicorum, vt in prædictis decisionibus fuit dictum, sententia Auditoris Cameræ super reseruatione fundata fuit deserta iniqua, & nulla, & non potuit transire in iudicatum, & sic nec appellatio ab illa interposita potest dici deserta, nec instantia perempta, & Dominus meus Pirouanus potuit tanquam suffectus in locum bo. me. Peniæ, pronunciare, prout in prima stante clausula commissionis quam, & quas. Et quamuis in eadem cōmissione adsit clausula parito literis arbitrio Rotæ cum fuerit disputatum arbitrium, & resolutum pro sequestro dictæ clausulæ parito amplius non operatur tanquam iam sortita suum effectum, & remansit iurisdictio Domini mei Pirouani firmata adhoc, vt posset procedere ad vlteriora, prout processit. Quibus stantibus cessant aliæ nullitates examinis, & productionis iurium coram eodem D. Pirouano.

3 Alia nullitas desumebatur ex eo, quod non fuerat transportatus actus dimissionis possessionis factus p Ioannem. Respondebat autem, quod prędictus actus non potuit transportari coram Domino meo Buratto, quia nunquam fuit productus prius, sed solum in hac vltima instantia coram me.

4 Ad illud vero, quod acta facta corā Auditore Cameræ non fuerunt integre transportata in Rota, nempe processus compulsorialis fabricatus coram eodem Auditore Cameræ fuit responsum, quod omnia acta Auditoris Cameræ fuerunt posita in actis statim cōmissa causa in Rota coram bon. mem. Penia, & cum illis fuit disputatum dubium, an intraret arbitrium, & alia postea. Vltra quod ille processus compulsorialis non continet, nisi probationem obitus Martini in mense Aprilis, quod confessus fuit Ioannes in Monitorio, cuius confessione stante satis apparet de clara irreleuantia prædicti processus compulsorialis, quæ excusare videtur ab illius non transportatione.

5 Et quamuis in illa Mauricen. officij pænitentiariæ 21. Iunij 1591. coram bon. mem. Blanchetto fuerit dictum irreleuantiam actus non esse admittendam pro excusatione non transportationis illius, nam cū transportatio sit inducta à lege, nō potest omitti, nec excusari per irreleuantiam, nihilominus in alijs decisionibus, prout in vna Albanen. Beneficiorum 4. Nouembris 1609. coram Illustrissimo Lancellotto, & in alia Placentina de Malpartida 4. Martij 1611. coram Reuerendissimo Bononien. Rota ex capite irreleuantiæ excusauit, non transportationem actus irreleuantis, ac ex eo censuit intrare arbitrium pro sanatione nullitatis non transportationis actorum, quod & videtur æquitati consonum, nec præsumitur quod lex exposcens actorum trāsportationem, intellexerit de superfluis, & non releuantibus, vltra quod ad maiorem

rem

rem cautelam in casu nostro iste processus compulsorialis fuit transportatus in secũda instantia, coram Domino meo Buratto. Ad aliam nullitatem, quod fu prædicta iura producta non essent in forma probanti fuit responsum originalia fuisse exhibita, & recognita coram Domino meo Buratto.

6 Tandem opponitur contra testes, quatenus videntur testificasse istud ius patronatus esse ex dotatione, & fundatione, & sic contra confessionem partis nempe iurato, qui cõfessi fuerunt esse ex priuilegio, & indulto Apostolico, vnde non videbantur attenden. iuxta DD. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. Aym. consil. 171. nu. 10. Vcrall. decis. 283. nu. 6. & seq. p. 3. Sed respondebatur iuratos non se restrinxisse ad priuilegium, & sic non exclusisse fuisse ex dotatione, & fundatione prout esse resolutum fuit. Vltra quod illa confessio procedit ex eo, quia Paulus Tertius confirmauit reformationem istius Ecclesiæ, & in particulari istud ius patronatus, & in literis productis, de quibus etiam fit mentio in dicta decisione, coram Domino meo Pirouano, non tamen ex eo negarunt ius patronatus istud esse ex fundatione, & dotatione. Ex quibus sic resolutum fuit.

## R. P. D. PIROVANO.

*Sabinen. Vnionis. Lunæ 16. Iunij 1614.*

### ARGVMENTVM.

Habes ex Summario Argumentum.

### *SVMMARIVM.*

*Vnio, quæ vigore Concilij Tridentini sess. 24. cap. 15. potest fieri præbendis Ecclesiæ Cathedralis debet fieri præbendis distributiuæ, & non mensæ Capitulari, alias est nulla. num. 1.*

### DECISIO DLXV.

Vicarius Illustrissimi Cardinalis de Ioiosa Episcopi Sabinen. Sacri Concilij auctoritate sess. 24. cap. 15. de reform. mensæ Cathedralis Ecclesiæ Malcani ad commodum, & commoditatem Archipresbyteri, & Canonicorum eiusdem vniuit sex beneficia in euentum vacationis illorum, vel alicuius eorum Vacante postmodum vno ex prædictis, nempe beneficio Sanctæ Luciæ terræ Putealeæ. Idem Vicarius illud cõtulit Matthæo Angeletto, qui possessionem illius est assecutus. Vnde orta lite cum Capitulo innitente validitate vnionis, & causa per viam appellationis à sententia A. C. corã 1 me introducta dubitaui, an vnio suffragetur Capitulo. Et Domini vnionem non suffragari censuerunt, quia, & si cautum reperiatur ex dispositione Sacri Concilij in prædicto cap. 15. licere ordinario cum consensu Capituli vbi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis aliquot beneficia ijs vnire, vnioque in hac parte etiam valida dici possit, tanquam habens sua requisita: Tamen quia vnio non est facta præbendis distributiue, sed mensę Capitulari, ideo facta fuit auctoritate Papæ defectu potestatis corruit glos. in clem. fin. in verb. mensæ, de rebus eccl. non alien. Oldrad. consil. 262. nu. 3. nunc ita est. Rota decis. 3. de rebus eccles. non alienan. in antiq. quod etiam fuit resolutum in Perusina beneficij. 9. Martij 1607. coram bon. me. Penia, & firmant Caccialup. de vnion. art. 6. num. 5. vers. nam cum ex prædictis Petr. de Vbald. eod. tract. cap. 5. num. 2 t. vers. demum quæritur, & num. 27. in princip. Et ita Concilium esse intelligendum dixit Gabr. consl. 188. num. 3. & 4. lib. 2. & ita intellexit sacra Congregatio, vt refert glossator regul. 8. glos. 37. numero 25.

## R. P. D. VBALDO.

*Romana Literarum Cambij. Lunæ 16. Iunij 1614.*

### ARGVMENTVM.

Stylus Mercatorum, & negotiantium est, quod solutiones fiant eorum iuuenibus, & quietantię ab eis factæ liberant debitores.

### *SVMMARIVM.*

*Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio. numero 1.*

*Solutio facta mandatario, seu negotiorum gestori, liberat. num. 1.*

*Liberationem consequitur qui soluit ei qui communiter habetur pro ministro creditoris. num. 2.*

*Mercatorum stylus est recipere quietantias in calce literarum à iuuenibus mercatorum, & negotiantium absque alio ordine principalium. nu. 2.*

*Testes deponentes se habere notam manum alicuius, si illam recognoscant sufficit de stylo curia. nu. 3.*

*Dispositio non alteratur ex nominis suppositione, si constat de corpore persona. num. 3.*

*Maxime quando persona est in præsentia, & potest demonstrari ad oculum. nu. 3.*

*Literarum cambij debet attendi tenor. num. 4.*

### DECISIO DLXVI.

1 Fuit resolutum, non esse relaxandum mãdatũ contra Betellos, quibus fuerant directæ literæ cambij pro summa Scutorum mille, soluendæ Appaltatoribus Aluminum, & pro ipsis D. Horatio Sabello,

Sabello, quia constat de solutione facta à Butellis ex quietantia, facta à Iacobo Cugino Horatij ministro, seu iuuene, vt appellant, cuius opera vtebatur in exactionibus, & præsentationibus literarum cambij, de m̃e mensis Maij 1610. vt constat ex testibus, & literis cambij, quæ fuerunt datæ, quo tempore propriè cadit solutio, de quo agitur, & ideo per solutionem illi factam Butelli consecuti sunt liberationem, perinde ac si soluissent Horatio per ea, quæ in fortioribus terminis de emphyteuta soluente negotiorum gestori, seu receptori Domini, de cuius mandato vel ratihabitione non constat, tradit Guid. Pap. q. 173. què sequitur Apostill. ad Magõ. decis. Luc. 9. in ver. procuratores, & Apostill. ad Alex. cons. 120. in ver. incipiente, circa fin. lib. 5. idem in simili tradit. Bart. in l. cum qui. §. sed & si dum. nu. 3. vers. aut dubitatur. ff. commod. & cons. 79. lib. 1. Mandell. in puncto cons. 462. nu. 1. Rota Ianuens. decis. 121. nu. 4.

2 Cum enim Iacobus haberet in manibus literas cãbij, & eas præsentaret Butellis, & insuper solitus esset eiusmodi negotiã expedire pro D. Horatio, & publicè pro eius ministro haberetur, vt ijdem testes deponunt, ipsi habuerunt iustam causam credendi, quod haberet mandatum, quod solum sufficit ad effectum, vt dum ipsi Iacobo soluerunt, liberationem fuerint consecuti. Alex. cons. 120. num. 7. vers. nisi habuisset. lib. 5. Mandell. d. cons. 462. num. 1. & 3. Quod eo magis procedit, stante stylo mercatorum probato per testes, vt sufficiat recipere quietantias in calce literarũ, à iuuenibus mercatorum, & negotiantium, absque alio ordine principalium, qui stylus sine dubio est attendendus. Sec n. iun. cons. 27. nu. 21. & seq. libro 2. Rota Ianuens. decis. 6. nu. 5. bene Guid. Papæ d. decis. 173. sub num. 3. vers. sed si communiter. cum alijs adductis in Anconit. Assecurationis. 4. Maij 1602. coram Reuerendissimo Bononiens. & in terminis nostris, quod stante dicto stylo valeat solutio facta iuueni, & ministro. Rota Ianuens. d. decis. 121. nume. 4. Mandell. dicto cons. 462. nu. 12.

3 Non obstat, quod quietantia sit sub nomine Francisci Canuti, quia ex testibus constat illam fuisse scriptam à Iacobo, qui testes deponunt habere notã manum, quod sufficit de stylo curiæ, de quo per Rot. decis. 572. nu. 2. par. 1. diuers. & decis. 224. nu. 2. par. 2. per Modern. discept. Forens. c. 235. nume. 26. & seq. par. 2. & fuit decisum in Romana successionis. 15. Nouembris 1610. corã Reuerendissimo Atrebatens. & alias suppositio nominis constito de corpore persone non alterat dispositionem. §. si quis in nomine. Instit. de legat. l. si in nomine. C. de testam. l. demõstratio falsa. in princip. ff. de cond. & dem. cum similibus præsertim, quãdo persona est in præsentia, & ad oculum demonstratur. l. quæ extrinsecus, & ibi glos. in ver. appellationè. ff. de verb. oblig. Socin. in regulis litera E. reg. 11. Fallent. 1. & facit doctr. Bart. in l. pen. nu. 1. ff. de reb. dub.

4 Nec ex eo, quod Butelli forte ignorabant nomen Iacobi Cugini inferri videbatur, quod ignorarẽt eius personam, & quod esset minister Horatij, &c. Denique nõ obstat, literas cambij fuisse soluendas Appaltatoribus, quorum non erat minister Iacobus, sed solum ipsius Horatij, & pro particularibus eius negotijs. Quia fuit responsum, obiectum cessare ex facto, quia literæ cantant solutionem fieri Dominis Appaltatoribus, & per loro signorie al Signor Oratio Sauelli vno di essi. Vnde cum solutio fuerit facta Iacobo ministro Horatij, & solito exigere literas cambij pro Horatio, vt supra dictum est, intrãt omnia supra allegata. Ex quibus fuit resolutum mandatum non esse relaxandum.

## REVERENDISS. P. D.

## COCCINO DECANO.

*Tirasonen. Pensionis. Veneris 20. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Arbitrium an intret ad retardandam solutionem pensionis reseruatæ super beneficio vnito, quando fuit lata sententia, & res iudicata super validitate vnionis contra beneficiatum.

### SVMMARIVM.

*Pensio reseruata super beneficio vnito nulla. nu. 1.*
*Collatio beneficij vniti nulla est. nu. 1.*
*Clausula arbitrio inserta clausulæ sine retardatione solutionis pensionis operatur, vt videatur data facultas examinandi validitatem pensionis. nu. 1.*
*Literæ reseruationis pensionis habent exequutionem paratam quando sunt iustificatæ, & quando quis est in possessione exigendi etiam contra antecessorem. num. 1.*
*Vbi quod non possunt dici iustificata, quando eius validitas est turbida.*
*Ius solet metiri ex parte possessoris. nu. 1.*
*Sententia & res iudicata beneficiatum licet non afficiat pensionarium non citatum, tamen operatur vt intret arbitrium ad effectum supersedendi in solutione pensionis. nu. 2.*

## DECISIO DLXVII.

1 PIus Quartus vniuit Canonicatum, quem tũc obtinebat Martinus de Mezquita Capitulo Tirasonen. pro officio Lectoris in Theologia eligendi per Capitulum, cum hoc quod illum obtinens esset etiam Canonicus. Cumque dictus Canonicatus vacasset, illum à Sede Apostolica impetrauit Franciscus Nauarro reseruata pensione centum Ducatorum ad fauorem Petri Ximenez; Capitulum autem nominauerit Petrum Cabannas ad cuius fauorẽ cessit ius suum dictus Franciscus, & nihilominus dictum

ctum Capitulum fuit prosequutum litem coram bo. mem. Gipsio, coram quo 12. Decembris 1593. fuit resolutum pro validitate vnionis, & lata sententia quę transitum fecit in iudicatum, & cũ vltimo loco obiecit dictus Cabannas, fueritque per Capitulum nominatus Gaspar Gil, qui recusat soluere pensionem, fuit commissa causa in Rota siue retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ, quæ resoluit dictum arbitrium intrare, donec gustetur de validitate dictæ pẽsionis, quia attenta ista serie facti, apparet vnionem fuisse validam, & propterea reseruationem pensionis non sustineri, cum nec prouisio Apostolica sustineatur, & cum signatura rescripserit arbitrio Rotæ videtur dedisse facultatem examinandi validitatem reseruationis pensionis, & ideo in hoc casu non obstare, quod literæ reseruationis pẽsionis habeant exequutionem paratam, quando sunt iustificatę, vel quando quis est in possessione exigendi etiam contra antecessorem, quia metimur ius ex parte possessoris, iuxta vulgat. decis. Guid. Pap. quia iustificatio cessat cum non adsit, & si adesset validitas pensionis inturbidatur ex prædictis. Quasi possessio autem exigendi non videtur probata, & ita in istis terminis fuit resolutũ in causa Compostell. pensionis. 12. Octobris 1584. coram bonæ mem. Cardinale Seraphino, quæ est sub num. 674. lib. 1.

2 Non obstat, quod literæ vnionis Canonicatus nõ sint iustificatæ, neque super eius iustificatione aliquid fuerit actum coram bon. mem. Gipsio, quia licet hoc sit verum, non tamen tollit quin nnn adsit res iudicata super validitate dictæ vnionis, quæ licet non afficiat Petrum Ximenz Pensionarium nõ citatum, operatur tamen vt intret arbitrium ad effectum supersedendi in solutione pensionis, vsquequo Petrus aliquid docuerit contra validitatem vnionis. Et ita conclusum, &c.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Firmana Altaris. 20. Ianij 1613.*

## ARGVMENTVM.

Patronus pręsentans scienter indignum, an possit alium præsentare, & an si maior pars patronorum pręsentat scienter indignum, totum ius deuoluatur in præsentatum à minore parte.

### SVMMARIVM.

*Subrogatio vt possit denegari ex capite calumniæ, lis debet à principio probari calumniosa. nu. 1.*

*Præsentatione indigni scienter facta à maiori parte patronorum, totum ius deuoluitur ad præsentatum à minori parte. nu. 2.*

*Declara procedere, vbi præsentatio fit à pluribus patronis, vti singulis, non autem à Collegio & vniuersitate. numero 2.*

*Vniuersitatis integra potestas residet penes totam vniuersitatem, vel saltem maiorem partem. nu. 2.*

*Scientia statuti, & consuetudinis loci in ciue, & incola præsumitur. nu. 3.*

*Ennunciatiua, vbi de ennunciato principaliter agitur, non probat. nu. 4.*

*Patronus præsentans scienter indignum nõ potest alium præsentare. nu. 5.*

*Lis post rem iudicatam præsumitur calumniosa. num. 6. Vbi maxime concurrentibus alijs de quibus ibi.*

## DECISIO DLXVIII.

1 Proposito per me dubio, vtrum standum esset in decisis coram me die 31. Ianuarij præteriti in hac eadem causa Domini censuerunt recedendum esse, non quod reuocauerint in dubium cõclusionem in dicta decisione firmatam, ad hoc vt possit denegari ex capite calumniæ subrogatio, debere litem à principio probari calumniosam ex decisionibus Cassad. in dicta decisione allegatis, verum re maturius discussa ideo à decisis recedendum existimarunt, quia ex facto colligitur Ricciottum non posse se etiam à causę limine à manifesta calumnia excusare, dum falsum narrauit se præsentatum à maiori Patronorum parte, Coriolanum vero à quibusdam tantum Patronis, cum tamen totum contrarium appareat ex scrutinio de vtroque facto, nam ex 34. suffragijs, Ricciottus habuit solũ 18. Coriolanus vero 25.

2 Et licet vera sit in iure conclusio in decisione firmata, vbi maior pars Patronorum præsentauit scienter indignum, tunc totum ius deuolui ad præsentatũ à minori parte. cap. dudum. il primo, & ibi not. DD. de elect. tamen plures fuerunt datę à Dominis respõsiones. Quarum prima est, prædictam conclusionem procedere, vbi præsentatio fit à pluribus Patronis vti singulis non autem à Collegio, & vniuersitate, vt in his terminis fusè declarat Lambert. de iur. patr. p. 3. lib. 2. ar. 5. quæst. 4. nume. 1. vers. quod tu intellige ea maxime ratione, quia in vniuersitate non attẽditur, nisi quando fit à maiori parte eum illius integra potestas resideat penes totam vniuersitatem, vel saltem maiorem partem. Ant. Butr. in cap. 3. nu. vndecimo, vers. & est ratio. de iur. patr. Abb. consil. 57. nume. primo, vers. sed si Episcopus, argument. cap. Ecclesia, il primo, de elect. D. Lambert. dicta quæstione 4. art. 2. num. 3. Quo posito fundamento cum constet præsentationem non fuisse factam à Patronis vt singulis, sed ab vniuersitate, & appareat ex depositionibus testiũ, dispositione statuti, consuetudineque in hoc loco recepta, nihil posse dici gestum per Communitatem, nisi concurrant duę ex tribus partibus suffragiorum, necessario sequitur Ricciotum qui ab ea parte quæ non potest constituere vniuersitatẽ, fuit pręsentatus, à nemine fuisse præsentatum, cum non possit dici maior pars stante prædicto statuto, & consuetudine, si non ascendit ad duas ex tribus partibus, vt superius dictum, & probatum est.

3 Nec

3 Nec visum fuit Dominis Ricciottum posse se excusare sub prætextu ignorantiæ statuti, multoque minus consuetudinis, cum sit ciuis, & incola illius loci, ex cumulatis per Menoch. præsumpt. 3 num. 2. lib. 2. Fuit etiam responsum non fuisse pro parte Riccioti, prout requirebatur satis concludenter doctum de tali indigna præsentatione Coriolani, nam non probatur in præsentatione facta ad fauorem Coriolani interuenisse eius cōsanguineos, nisi ex testibus, cū quibus tanquam falsi damnatis lege actum est, illisque nullam esse fidem adhibēdam iam fuit resolutum coram bon. me. Penia 30. Octobris 1602.

4 Nec suffragari potest mandatum procuræ ad præsentandum per plures dies postea factū à Prioribus, in quo enunciatur præsentia Damiani asserti consanguinei Coriolani, quia dictum mandatum est quid diuersum ab actu electionis factæ in publico Consilio, cum dicta electio facta in publico Consilio fuerit sub die 25. Septembris 1591. & dictum mandatum fuit datum sub die 14. Octobris, tunc immediate sequen. & quidem non à tota vniuersitate quæ electionem fecerat sed à Prioribus tantum, ad quos spectat exequi facere resolutiones in publico Cōsilio factas, & propterea non probatur existentia personæ Damiani in electione facta in dicto Cōsilio, etiam si interuenerit in confectioni dicti mādati, & licet in mādato enuncietur Priores, & alios Consiliarios Terræ iudicantes Coriolanum pro magis idoneo eundem præsentasse, tamen ista assertio non probat Damianū fuisse præsentem dictæ electioni factæ diuerso tempore, tum quia potest verificari in tribus tantū Prioribus, & nō in omnibus Prioribus cum sint quatuor, & ideo mandatum fuit concessum tantum à tribus, Tum etiam quia cum sit enunciatiua de præterito ac de tempore recenti, & hodie de enunciato principaliter dubitetur, nihil probat. Paris. consf. 94. num. 19. lib. 1. Put. decis. 381. num. 3. lib. 1. Card. Seraph. decis. 1278. num. 3. p. 2. & fuit sæpe decisum.

5 Quæ vero obijciebantur contra capacitatem Coriolani optime fuerunt sublata per informantes pro Conuentato, quorum responsiones Dominis placuerunt. Denique dixerunt Domini quod etiam si constaret de indigna præsentatione, tamen dictam narratiuam non posse saluari à calumnia, quia si verum est Patronos præsentasse scienter Coriolanum indignum, sequitur præsentationem postea factam ab eisdem de persona Riccioti non posse subsistere, cū per primam præsentationem nullam, amiserint ius præsentandi dicto cap. dudum. ibi DD. sicque per consequens ipse falso narrauit se à maiori parte Patronorum præsentatum. In quam sententiam eo libentius ierunt Domini, quia hodie Ricciottus petit subrogationem post iuramentum ab eo præstitum de stando vnicæ, post tres sententias Rotales, post rem iudicatam, post commissam causam restitutionis in integrū, & illam desertam, ne dum per vnum quadriennium, sed per longiora tempora quæ maximā inducunt calumniæ suspicionem, Clem. vt calumnijs. de re iudicat. Maxime quia Coriolanus ab inde citra possedit per tātum temporis spacium, vt Rota die sexta Iunij 1611. coram Reuerendiss. Lugdunen. resoluerit ipsum effectum esse triennalem possessorem. Ex quibus ita vtraque parte informante fuit decisum.

## REVERENDISSIMO P. DOMINO DAMASCENO.

*Baren. seu nullius Prioratus. Veneris 20. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Regula octaua reseruans Papæ menses ad conferendum beneficia, comprehendit etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ. & plura de vi, & natura confirmationis Papæ, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

*Regula octaua reseruans Papæ menses ad conferendum beneficium comprehēdit etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ. nu. 1. & 2.*

*Confirmationis natura non est aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est, roborare. nu. 2.*

*Confirmari non potest id, quod non est. nu. 3.*

*Confirmatio, & noua concessio differunt inter se. numero tertio.*

*Proœmij, seu præfationis narratiua denotant causam finalem. nu. 4.*

*Comparatiuum præsupponit positiuum. nu. 4.*

*Ipse dictio denotat relationem præcedentem. nu. 5.*

*Confirmatio restricta, seu limitata non extenditur vltra casus restrictos, & limitatos. nu. 6.*

*Verba generalia restringuntur secundum subiectam materiam, & à Præcedentibus, præsertim vbi agitur de præiudicio disponentis. nu. 6.*

*Papa non præsumitur sub inuolucro verborum voluisse sibi praiudicare. nu. 6. in fine.*

*Iuri conferendi in mensibus Papæ reseruatis, Papa non præsumitur derogare voluisse, nisi specialiter derogasset. nu. 7.*

*Clausula quorum tenores, & aliæ similes tanquam accessoria non ampliant principalem dispositionem, sed tantum tollunt subreptionem. num. 8.*

*Clausula decreti irritantis dicitur accessoria, nec ampliat principalem dispositionem, sed tantum tollitur subreptionem.*

*Clausula sublata, &c. non impedit quo minus index possit videre, an allegata Priuilegia habeant locum, nec ne.*

DE-

DECISIO DLXIX.

1 Dubitaui, an Prioratus, de quo agitur, cadat sub regula octaua. Et pro affirmatiua fuit tentum, quia verba regulæ sunt adeo prægnantia, vt possint comprehendere etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ, quauis est iste Prioratus, vt in specie prosequitur Modernus Glossator super dicta regula. gloss. 8. numc. 61. cum sequentibus, & faciunt allegata in decisione vlt. loco in hac causa facta.

2 Non obstat, quod priuilegia huius Religionis fuerunt per S. D. N. post editionem regulæ confirmata, cum derogatorijs derogatoriarum. Vnde infertur, vigore huius posterioris dispositionis priuilegia Religionis fuisse reposita in suo esse primæuo, perinde ac si regula, quo ad illa non emanasset, quia respondetur, naturam confirmationis non esse aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributū est roborare. l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. legat. l. ex verbis, vbi gloss. verb. cui. Bald in summ. C. de don. inter vir. & vxor. gloss. in c. 1. verb. confirmat. de confirmat. vtil. vel inutil. Castr. cons. 178. nu. 1. lib. 2.

3 Etenim quod non est, confirmari non potest. Bal. in l. falsus. nume. 3. vers. nam confirmatio. C. de furt. Abb. in c. inter dilectos. num. 8. in fin. Felin. nu. 6. de fid. instrum. Card. cons. 33. num 2. vers. item & alia. Dec. in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. num. 3. Alias non esset confirmatio, sed noua concessio, quæ duo inter se differunt. c. inter dilectos. §. ceterum, de fid. instrum. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. Abb. cons. 57. col. fin. lib. 2. Dec. in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. nu. 1. vers. & ad idem.

4 Quod præcipue colligitur ex narratiua procemij præsentis confirmationis, quæ denotat causam finalem. l. final. vbi Bar. nu. 3. ff. de hæred. instituen. Bald. in l. nostram. nu. 1. vers. Tu dic. C. de restam. Roman. cons. 180. nu. 6. Alex. cons. 7. nume. 5. lib. 2. cum concord. ibi. Vt ipsa Priuilegia, exemptiones, & gratiæ eo firmius subsistant, quo sæpius confirmata extiterint, &c. si igitur Papa facit confirmationem, vt firmius subsistant, ergo præsupponit, quod Priuilegia, quæ vult confirmare, aliquo modo subsistant, quia comparatiuum præ se fert suum positiuum. l. vbi autem. §. 1. ff. de verb. oblig. Abb. in c. peruenit, il 2. nume. 1. de iureiuran. Anchar. consil. 215. num. 6. vers. decimo. Dec. consil. 143. numero sexto. Surd. decis. 65. num. 8.

5 Et ex prædictis concludebant Domini, quod cum Priuilegia Religionis conferendi in mensibus reseruatis (quatenus Religionem posset dici illa vnquam habuisse) cessauerint per editionem Regulæ octauæ, factam à S. D. N. non possunt dici confirmata per generalem confirmationem Priuilegiorum Religionis. Et quod S. D. N. non intellexerit aliquid innouare ad fauorem Religionis circa ius conferendi in mensibus reseruatis, patet ex toto procemio Cōfirmationis. Etenim in dicto procemio Papa narrat exemptionem à solutione decimarū, Iurium Synodalium, Canonicarum portionum, &c. concessam à suis Prædecessoribus Religioni Hierosolymitanæ, & per alios confirmatam. Item narrat facultatem vniendi & dismembrandi eidem Religioni per eosdem Prædecessores concessam, & successiue per alios confirmatam, seu ampliatam, postea subiungit, quod attendens præclara Religionis merita, & cupiens, vt ipsa Priuilegia firmius subsistant, & omnia, & singula Priuilegia, indulta, facultates, &c. Magno Magistro, & Cōuētui quomodolibet concessa, cōfirmat. Ecce ergo q Papa non loquitur de iure conferendi, tum ex dicta narratiua restricta ad solam exemptionem, & facultatem vniendi, quæ quidem narratiua denotat causam finalem ex supra allegatis, tum specialiter ex modo loquendi, nam ideo Papa cōfirmat, vt scilicet, Priuilegia per se narrata, firmius subsistant, ibi, cupientes vt ipsa Priuilegia, &c. verbum enim, ipsa, denotatat relationem præcedentium. Bald. cons. 304. nu. 2. lib. 4. Geminian. cons. 108. nu. 2. & 3. Dec. consil. 71. nu. 1. vers. similiter dum statutum. Roland. cons. 67. nu. 82. lib. 2. Tiraquell. de retract. conuention. glo. 6. numero 25.

6 Ergo Confirmatio vltra roborationem Priuilegiorum quo ad decimas, & facultates vniendi, non debet operari, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. l. age cum Geminiano. C. de transact. l. cum seruo. ff. de cōtrahend. empt. l. 2. ff. de seru. exportan. & verba quātumuis generalia restringuntur secundum subiectam materiam. l. si vno, in princ. ff. locat. l. si de certa. C. de transact. glos. in c. 1. de constitut. Gemin. cons. 29. nume. 3. in fin. Alex. cons. 40. nu. 3. vers. quod verbum. lib. 4. & secundum præcedentia. l. fin. §. fin. ff. de tritic. vin. & olc. legat. l. quoties, vbi Bar. in Summ. C. famil. erciscun. Oldrad. cons. 8. num. 1. Bal. consil. 37. num. 2. lib. 2. Geminian. cons. 65. nu. 4. vers. Nec obstat. Alex. cons. 248. nu. 1. vers. 2. principaliter. lib. 6. Multo magis vbi agitur de præiudicio confirmantis, & sic collationis Papæ, qui non censetur sub inuolucro verborum voluisse sibi præiudicare, vt per Bal. in c. veniens. nu. 4. vers. sed quid si Princeps, de iureiur. Castr. consil. 129. in princ. lib. 1. Menoch. præsumpt. 44. nu. 12. lib. 3. Rota in causa Viterbien. Archipresbyteratus. 6. Iunij 1607. coram Reuerend. Pat. Domino Decano.

7 Prædictis addendum videbatur, quod quatenus prætenderetur concessum ius conferendi in mēsibus reseruatis, fuisset necessaria specialis derogatio Regulæ, vt pluries resolutum fuisse in Rota testatur Sarnen. in procemio Regularum. quæst. 5. nu. 2. Ad idem Felin. in c. nonnulli. nu. 7. de rescript. Rebuff. in prax. de form. nou. prouis. verb. Non obstantibus, vers. & de hac clausula. Cassad. decis. 38. num. 11. super Regul. Mandos. reg. 26. q. 2. n. 6. & 7. Rota in causa Leodien. hæreditatis. 28. Martij 1569. coram Aldobran. relata inter diuers. impress. decis. 250. p. 2.

8 Non

8 Non obstat clausula, quorum tenores, & aliæ ex aduerso ponderatæ, quia sunt clausulæ accessoriæ, quæ non ampliant principalem dispositionem, sed tantum tollunt subreptionem. Calder in.consil. 1.de rescript. Roman.cons. 330.num. 13.in fin.Put. decis. 1.num. 2.lib. 1.cum alijs per Gab. concl. 10. num. 1. de clausul. Idem respondetur ad decretum irritans ex decis.Rot. 2.numero 2. de concess.præben.in nou. Crescen.decis. 7.nume. 11. eodem tit.Put.d.decis. 1. nu. 2. & 3.lib. 1. & decis. 156.nu. 7.lib. 2. Rota in causa Arboren. Archipresbyteratus, coram Fabio, relata inter diuers.impress. decis. 300.nu. 6.lib. 3.par. 3.

9 Ad clausulam sublata, &c. respondetur per illam non impediri quo minus iudex possit videre de comprehensione priuilegiorum, ad decis.Put. 48.num. 6. lib. 1.in nou. Rota in causa Ciuitatis Castelli bonorum. 17. Augusti 1583. coram Robusterio, incipien. obtinuerat, & in Licien. Beneficij. 26. Iunij 1587. coram Comitulo. Alias posset quis cum vno priuilegio habente dictam clausulam, allegare omnia iura de mundo, nec posset ex aduerso opponi de non comprehensione.

## R. P. D. BVRATTO.

*Asculana Fideicommissi. Veneris 20. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Fructus bonorum stabilium, & dotis quomodo debeant taxari.

### SVMMARIVM.

*Fructus bonorum stabilium regulariter taxantur ad rationem quinque pro centenario. nu. 1.*

*Fructus dotis taxantur iuxta statuta, vel consuetudinem loci. nu. 2.*

## DECISIO DLXXI.

1 STante resolutione in hac causa facta vigesima nona Nouembris 1601. coram bo.mem. Cardinale Seraphino, Constantiæ deberi fructus dotis Pacifico primo marito solutæ, & legitimæ ex persona Candidi ex eodem viro filij debitæ. Dubitaui ad quam rationem illi deberentur, & DD. censuerunt fructus legitimæ deberi ad rationem quinque pro centenario, prout taxantur regulariter fructus stabilium, & hoc dicitur iustum interesse. gl. fin. in auth. Præterea. C. de sacrosanct. eccles. Ias. in l. si fundum per fideicommissum. numero quinto, vers. Item adde. de leg. primo Paris. cons. 60. num. vigesimo nono, lib. primo, cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 19. & Couar. lib. 3. var. resol. cap. 9. nu. 5.

2 Fructus vero dotis pro tempore secundi matrimonij, quos taxandos esse iuxta loci statuta vel consuetudinem, dixit Rota in præcitata decisione coram Cardinale Seraphino ad rationem septem cum dimidio, prout ita solere taxari in illis partibus dixit, & approbauit Rota in alia Asculana Prædij decima septima Martij 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Pro tempore Viduitatis nihil DD. resoluerunt, sed mandarunt, vt de reliquis videatur, &c.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Virdunen Abbatiæ. Lunæ 23. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Remissoria an soleat concedi spoliatori, & ex quibus præsumatur calumniose petita.

### SVMMARIVM.

*Remissoria non datur spoliatori ad diutius se confouendum in spolio. nu. 1.*

*Fallit concurrenti fumo, & calumnia. nu. 2.*

*Remissoria petita in vltimis audientijs ad impediendam causæ expeditionem præsumitur calumniose petita. numero 2.*

## DECISIO DLXX.

1 VIsum fuit DD. non esse concedēdum remissoriam, quia cum spolium fuerit iustificatum, vt ex decisionibus corā me factis non erat danda spoliatori ad se in illo diutius confouendum. Cassad. decis. 2. de dilat. Verall. decis. 63. nu. 2. par. 2. Et quotidie seruat Rota, vt fuit vltimo loco resolutum in Nicien. spolij 16. huius coram Reu. P. D. meo Decano.

2 Et licet soleat interdum cōcedi remissoria spolianti concurrente fumo, & cessante Calumnia. Cassad. decis. 4. in princ. Put. decis. 405. in vlt. impress. lib. 2. Tamen videbatur Dominis potius in hoc casu cōcurrere suspicio calumniæ, tam ex eo, quod petita fuit in vltimis audientijs, & sic ad impediendam causæ expeditionem, vt fuit dictum in alia Virdunen. Canonicatus. 4. Iulij 1597. coram Reuerendissimo Pacen. & in Cæsaraugustana Cabimentorum. 1. Iulij 1602. coram bo.mem. Cardinale Seraphino inter impress. 1450. quam ob facultatem quam habuit spoliator petendi remissoriam anno præterito, dum ad eundē effectum compulsoriam obtinuit, & demum ex eo, quod sæpe sæpius citatus, neque adhuc Articulos exhibuit. Et ita DD. tenuerunt.

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

*Toletana seu Almerien. Decimarum. Lunæ 23. Iulij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Sententia nulla, quando confirmanda sit, si non fuit oppositum de nullitate, & quid si opponatur de nullitate in genere, non expressa nullitatis specie.

### SVMMARIVM.

*Sententia nulla potest per secundum iudicem confirmari, & transit in iudicatum, si non fuerit oppositum de nullitate, & appellatum. nu. 2. vbi ampliatur hæc conclusio etiamsi vitium non sit remissibile per partes. num. 1.*
*Sententia quæ transit in iudicatum facit ius, & habetur pro veritate. num. 2.*
*Sententia nulla non confirmatur, quando oppositum fuit de nullitate in specie, secus si in genere tantum dictum fuit de nullitate. numero 3. & 4. Declara, vt numer. 7. & 8.*
*Iudex non tenetur impertiri officium suum, nisi expressa causa, de qua cognoscenda est. num. 4.*
*Sententia nulla confirmanda non est, quando fuit oppositum de nullitate in specie, & tali, quæ possit subsistere, & iuris effectum habere, alias secus. nu. 5. & 6. Vbi de eadem materia.*
*Nullitatis exceptio, non auditur a iudice, nisi sit talis, quæ possit subsistere, & iuris effectum habere. num. 5.*
*Iudices duo insimul deputati quando vnus, altero absente, pronunciare possit, & quod si absens redierit. num. 8. & 9.*

### DECISIO DLXXII.

1 PRopofui dubiũ in decisione diei 14. Maij præteriti reseruatum, an sufficienter in tertia instantia fuerit oppositum de nullitatibus. Et pro faciliori resolutione Domini præmiserunt tres conclusiones, quarum

2 Prima est, quod sententia nulla potest per secundum iudicem confirmari, & transit in iudicatum, si non fuerit oppositum de nullitatibus, & appellatum. Hanc partem firmarunt Innoc. in cap. 1. nume. 2. de confirmat. vtili, vel inutili. Alex. consilio 111. vol. 5. quod consilium dicit per Rotam esse canonizatum Achill. de Graff. decisione quarta, de senten. & re iud. Idem Alexand. consilio 181. numero 15. libro 6. & Cæs. de Graff. decisione 37. numero 8. & 11. de cauf. possess. & propriet. Gabriel consilio 48. In ordine tamen 49. numero 1. volum. 1. qui multos cumulat hoc affirmantes, etiamsi vitium non sit remisibile per partes. Put. decisione 60. libro 3. Lancellot. de attent. in 3. part. capitul. 29. numero 66. & alios refert Granut. theorem. 17. numero primo, & sequenti, & quando non fuit oppositum, & appellatum, Vant. tit. quibus mod. null. proposi. numero decimo sexto, quod etiam fuit firmatum in causa Foroliuien. census. 1. Iulij 1613. coram Reuerendissimo nostro Decano, & ideo si transit in rem iudicatam, præcluditur via agendi, & excipiendi de nullitate sententiæ confirmatæ, quoniam ipsa sola facit ius, & habetur pro veritate. l. 1. ff. de re iud. cap. cum interd. eodem titulo. Innocent. & alij in cap. 1. de confirmat. vtil. & inutil.

3 Secunda est, quod obiectio nullitatum in genere non sufficiat, sed nuncupatim proponenda sit species nullitatis, & formanda oppositio, per quam Iudici constare possit de inualiditate sententiæ; alias tanquam generalis, & indistincta, nulla expressa causa, in iudicio deducta erit informis, nec per eam confirmatio prioris sententiæ erat impedienda. Innoc. in capitulo, cum Berthold. numero quinto versiculo, tamen satis videtur. de sentent. & re iud. Bald. ibidem. in finalibus verbis, & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. numero trigesimo tertio, ff. de pact. referens se ad dicta in dicto capitulo, cum Berthold. Alberic. in l. si expressim. numer decimo. de appell. Aegid. decisione 97. versiculo, aut in genere ratione iniquitatis. Rot. in antiquit. de libell. oblat. decisione 1. sequens dictum Innocent. & decisione 70. de appellat. vbi dicitur dictionem nullitatis non esse admittendam, nisi quis dicat, & monstret in processu causam nullitatis, & hoc seruari per Rotam. Vant. de nullit. tit. quibus mod. sentent. null. defend. quem sequuta est Rota in Toletana parietum. 5. Nouembris 1605. coram Reuerendiss. Archiepiscopo Damasceno, & in Ripana Parochialis 10. Decembris 1608. coram Reuerendiss. Attrebaten.

4 Rationes huius conclusionis sunt claræ, quia nullitatis plures sunt species, & ex pluribus causis oriri possunt. Ideo non generaliter, sed specificè sunt proponendæ, & ad hoc implorandum est iudicis officium, capitulo vltimo, de libell. oblat. Bald. in l. vnic. C. ne liceat in vna ead. caus. ter. prouoc. Lanfranc. de Oriano in capitulo, quoniam contra, numer. 609. de probatio. qui iudex non tenetur illud impendere, nisi causa expressa de qua est cognoscenda, vt dicit idem Innocentius in dicto capitulo, cum Bertholdus. numero quinto, & maximè necessaria est illa cognitio, quia nullitates possunt esse friuolæ, aut ineptæ, aut calumniosæ, quibus non obstan. potest Iudex ad vlteriora procedere, & erit locus rei iudicatę, vt nunc dicetur.

5 Tertia est, quod non sufficit nullitates exprimere, & eas in processu monstrare, nisi etiam probentur tales, quæ possint subsistere, & iuris effectum habere, alias iudex potest non audire exceptionem nullitatis, siue per viam actionis, siue incidenter oppositam, Innoc. in cap. post electionem. in fin. de concess. præbend. Bal. in l. peremptorias. in pen. col. in fin. C. sen. rescind.

rescind. non poss. Alex. consil. 65. num. 5. lib. 1. Marsil. singul. 686. Vant. eod. tract. cod. tit. quibus mod. sent. null. defend. & de nullitat. in iure non subsisten. quod non impediat confirmationem sententiæ fuit firmatum in causa Elboren. iuris conferendi, 8. Februarij 1599. coram bon. me. Corduba, in 1. decisio. huius causæ 15. Nouembris 1613. versic. Primam dixerunt non obstare.

6 His sic præmissis. Censuerunt non fuisse sufficienter in tertia instantia oppositum de nullitatibus vltra duas expressas, quarum primam dixerunt non releuare, de alia reseruarunt particulariter videre. Nam a prima sententia quæ dicitur Prouisoris Almerien. fuit appellatum saluo iure nullitatis, nec vltra repetitur proposita aut formata species nullitatis aut nullitatum, vt exinde per relationem talis specificatio in tertia instantia deseruire possit; à sententia verò Cantoris Granaten. fuit pariter appellatum saluo iure nullitatis, & coram Molina altero Iudice Synodali dictū de Notoria nullitate in genere, & petitum super ea pronunciari, & causa reassumpta per Nuncium in tertia instantia fuit repetitum quod sententia Cantoris continebat notoriam nullitatem, & vlterius fuerunt specificatæ duæ principales nullitates, à quarum veritate & subsistentia pendet validitas sententiarum, quia si veræ sunt & effectum iuris habere possunt, nulli dubium quod secunda est nulla ex causis expressis, tertia verò qui a parte opponente & petente pronunciari super nullitate fuit lata. Cæs. de Graff. decis. 37. num. 8. & 11. de caus. pos. & propr. cum alijs alleg. in prima concl. secus verò si non releuent quia per succumbentiam in prædictis rediri non potest ad alias in generalitate comprehensas, sed in omnibus præiudicatur per rem iudicatam, Bart. in l. si expressim. num. 16. ff. de appell. l. 1. num. 19. C. quand. prouoc. non est necess. Imol. in d. l. si expressim. num. 17. & in cap. cum contingat. num. 38. de offic. deleg. But. in cap. dilecto, num. 13. circa fin. de appel. dicens hoc etiam tenere Io. Andr. de offic. deleg. Paul. de Castr. cons. 232. in fin. vers. animaduertendum par. 1. quicquid senserint, Cuman. in d. l. si expressim, & Franc. in cap. dilecto. nu. 49. vers. si verò libellus fuerit generalis, de appell. cum hoc seruet Rota, vt omnes causæ nullitatis sint monstrandæ Iudici, & processu alleg. decis. 70. in fin. de appell. in antiq.

7 Non obstat quod Inno. & alij alleg. in 2. concl. loquantur de nullitate quę venit per libellū proponenda, & debet esse certa, vt aduersarius possit deliberare, vt vel cedat, vel contendat, secus verò quando nullitas incidenter & excipien. proponitur, vt in præsenti, quo casu deficit ratio certitudinis, quæ in reo non requiritur, qui potest niti pluribus exceptionibus, & cōsequenter auctoritates prædictæ non contradicūt, quin nullitas semper ex actis possit iustificari, vel si causæ sunt ab initio exprimendæ, id fieri debet parte altera instante, & petente, vt dicunt Præposi. & Frāc. in c. dilecto. ille, nu. 38. iste, nu. 46. de appell. quæ instantia in pręsenti non iustificatur. Ad prædicta enim fuit responsum quod cum simpliciter non agatur de nullitate generaliter proposita, sed de causis etiam expressis, sufficit si in prædictis succumbatur, vt exinde in omnibus generetur præiudicium, vt supra dictum est, sed præterea non videtur verum, quod incidenter fuerit oppositum de nullitate sententiæ Cantoris Granaten. sed principaliter, dum fuit appellatum cū clausula, saluo iure dicendum de nullitate, quæ facit vt seorsum ab appellatione sit cognoscenda, & principaliter dicatur intentata. Couarr. pract. q. c. 24. num. 7. Vant. de nullit. tit. quot & quib. mod. nullit. propon. poss. affirmantes communiorem esse opinionem.

8 Nec dicatur prædictas nullitates expressas, & eas, quæ in decisionibus in hac causa factis fuerunt firmatæ virtualiter esse comprehensas propter clausulam generalia contra secundum extensionem praxis del Paz. tom. 1. part. 6. in proœmio in libell. appell. Quia Dominis visum est in facto non iustificari veritatem illius clausulæ. Ex prædictis igitur causis, quæ in processu tertiæ instantiæ fuerunt specificatæ dixerūt Domini primam non releuare, dum deducebatur ex eo, quod sententia Cantoris lata fuerat post reditum primi Iudicis, ob cuius absentiam aditus fuerat Cantor. Qui attēto valido absentiæ impedimento potuit pronunciare etiam post eiusdem primi iudicis reditū gl. in cap. cum in plures. vers. recusaret. de offic. deleg. in 6. quem sequuntur Archid. Io. Andr. & Franc. & alij in d. cap. cum in plures. & fuit firmatum in decis. diei 15. Nouembris 1613. in hac causa facta.

9 Nec defecit impedimenti probatio in contrarium ponderata in decis. diei 14. Maij præteriti ad sustinēdum nullitatem, quia sufficit quod secundus Iudex sit certus de absentia primi, & quod in Iudicio non fuerit reuocata in dubium absentia, vt dicunt Archid. in d. cap. cum plures. num. 1. & Gemin. nume. 8. prout in præsenti non fuit ignorata, nec in dubium reuocata.

## R. P. D. ANDREA.

*Mediolanen. Decimarum, & Primitiarum de Carlatio Lunæ 23. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi decimas quomodo, & ex quibus probetur, & præsertim ex locationibus, decimarum, & in præiudicium tertij.

### SVMMARIVM.

*Mandatum de manutenendo dari debet possessori tempore motæ litis. num. 1.*

*Quasi possessio exigendi Decimas probatur per confessionem partis. num. 2.*

*Confessio*

*Confessio superat omnes alias probationes. num. 2.*
*Possessio exigendi decimas probatur ex locationibus factis de decimis, sed an istæ locationes probent contra Tertium. num. 3. & 4. & 5.*
*Libris visitationum standum est in ijs, quæ pertinent ad officium visitantis, & concernunt statum Ecclesiæ. numero 4.*
*Confessiones Rectoris ecclesiæ, & Parochianorum, quando praiudicent ecclesiæ. num. 6.*

## DECISIO DLXXIII.

1 Dubitaui, cui esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi Decimas, & primitias in Territorio, & pertinentijs loci de Carlatio; An Rectori dicti loci, An vero Præposito, & Canonicis Ecclesiæ de Porletio, & an constaret de attentatis. Et quo ad primam partem Domini esse dandum mandatum Præposito, & Canonicis censuerunt, de quorum possessione, seu quasi constabat tempore litis motæ. §. Hodie. instit. de interdict. Bart. in l. 1. §. quod ait prætor. num. 14. & 18. ff. vti possidet. Et in puncto fuit dictum in Beneuentana Decimarum. 16. Maij 1597. Coram Litta, & 23. Ianuarij 1602. Corã Seraphino in impress. decis. 1417. par. 2.

2 Possessio, seu quasi exigendi, vltra quod in hoc iudicio sufficiunt leuiores probationes, vt sæpe tenuit Rota, visa fuit concludenter probari, tum ex confessione ipsiusmet Rectoris, & Parochianorum, qui in visitatione Illustrissimi Cardinalis ordinarij petendo confirmari, seu de nouo fieri erectionem dictæ Ecclesiæ de Carlatio in Parochialem fatentur Præpositum, & Scholasticum exigere dictas Decimas, & primitias in Summario Præpositi, num. 1. Quæ confessio probat possessionem Cardinalis Seraphini, d. decisio. 1417. numc. 2. & superat omnes alias probationes. l. cum te. C. de transact. Roland. consilio 75. num. 23. lib. 2. Grauim. decis. 36. num. 66. Veral. decis. 107. nu. 2. part. 3.

3 Tum ex locationibus factis per Præpositũ de Decimis, & primitijs huiusmodi, eod. summario. num. 6. quæ licet regulariter non probent possessionem contra tertium. c. inter dilectos. vbi Felin. num. 8. de fide instrum. Alex. consil. 10. num. 3. lib. 4. Gabr. de locat. conclus. 4. num. 1. Cassad. decis. 20. num. 2. super reg. Hoc tamen fallit concurrentibus adminiculis. Felin. vbi supra, versic. item secus. Socin. consil. 187. nu. 16. ad fin. lib. 2. Grat. consil. 50. nu. 49. & seq. lib. 1. Gab. vbi supra, nu 16. Cardinalis Seraphinus, decis. 896. num. 2. par. 1. & fuit dictum in causa Bononien. Datij 27. Ianuarij proximi præteriti, coram Reuerendo Patre Domino meo Verospio.

4 Adminicula autem hic dantur, & quidem vrgentia, scilicet plures locationes, vt post Socin. vbi supra, considerauit Rota in dicta Bononien. Decretum Illustrissimi Archiepiscopi in erectione dictæ Parochialis, in quo omnes Decimæ, & primitiæ de quibus agitur, Præposito, & Scholastico reseruantur, cum narratiua, quod in possessione illas exigendi hactenus extiterunt, & existunt, eod. summario. nu. 2. Nec non alia decreta in Visitatione facta, & signanter de an. 1600. eod. summario. num. 4. in quibus inter alios redditus Præpositura referuntur istæ Decimæ, & Primitiæ, quę omnia decreta probantur ex libris visitationum, quibus in hac materia standum est in ijs, quæ pertinent ad officium visitantis, & concernit statum Ecclesiæ. Verall. decis. 158. par. 2. & fuit dictum in alia Mediolan. Decimarum Sancti Donati 19. Martij 1612. Coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano, cũ alijs allegatis per Informantes.

5 Accedat, quod illæ locationes nõ omnino possunt dici inter alios, cum fuerint factæ Consuli, & hominibus dicti communis Carlatij, qui sunt in causa eo. summario. nu. 6. ita quod ipsi non sint tertij, sed partes formales. Non obstat quod non probetur possessio ex locatione dum non apparet effectuata, quia stantibus adminiculis illa sufficit ad probandum possessionem absque alio effectuationis documento, vt tenuit Rota in Bononien. conseruationis indemnitatis 25. Maij 1607. coram Reuerendissimo Bononien. & in illa Bononien. Datij, de qua supra coram Reuerendo Patre Domino meo Verospio.

6 Neque obstat, quod illæ confessiones Rectoris, & Parochianorũ præiudicare non possint Ecclesiæ, quia quicquid sit ad effectum præiudicij diffinitiui, secus tamen est, ad probandum factum, de quo solum agitur in hoc intermedio, & summarijssimo iudicio manutentionis. Vltra quod dictæ cõfessiones plurimum adminiculantur ex decreto reseruationis, & alijs decretis, & locationibus supradictis.

7 Vltimo non obstat sententiam Auditoris Cameræ fecisse transitum in iudicatum, & sic Præpositum non audiendum, quia ex facti serie, contra potius colligitur, cum in tempore fuerit appellatum, siquidem intimatio facta fuit 20. Nouembris, & appellatio inter posita 30. eiusdem mensis. Vltra quod decretum Auditoris Cameræ non concernit Decimas, de quib. agitur, cum in illius vim Rector Parochialis manuteneatur solum in iuribus, & pertinentijs ad illum spectantibus. In istis autem decimis manuteneri non poterat, cum ex supradictis non constet de illius quasi possessione decimandi, nec quod ipse vllum ius in illis habeat. Et ex his patet responsio ad secundam partẽ dubij, non constare videlicet de attentatis ex parte Præpositi. Et ita conclusum, &c.

## REV. P. D. ANDREA.

*Maceraten. Dotis Veneris 27. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Dote non soluta, & viro sustinente onera matrimonij debetur interesse sex pro centenario.

*SVMMARIVM.*

*Dotis non soluta interusuria ad rationem Scutorum sex pro quolibet Centenario debetur viro sustinente onera matrimonij. num. 1. & 2. vbi quod huiusmodi interesse non dicitur excessiuum.*

## DECISIO DLXXIV.

1 Dominis visum fuit sententiam Auditoris Cameræ esse confirmandam, quia de solutione doris constat ex apocha matrimoniali, & de solutione residui non docetur. Quo vero ad interusuria constat ex solidarione facta a partibus in Scutis 105. ad rationem Scutorum sex pro quolibet centenario, quæ interusuria tanquam proprium interesse deberi non videtur dubitandum, cum Franciscus sustinuerit onera matrimonij, vt tradunt Canonistæ in c. salubriter. de vsur. & declarat Bart. in l. in insulam. §. vsuras. nu. 3. ff. solut. matrim. quem ceteri cōmuniter sequuntur. Capic. decis. 183. nu. 2. Ossasc. decis. 132. num. 1. Surd. alios referens, de alim. tit. 1. quæst. 42. nu. 1. & seq.

2 Nec videri debet huiusmodi interesse excessiuum ad rationem sex, cum vt dicitur in ista ciuitate adsit consuetudo soluendi ad rationem octo pro centenario, quæ consuetudo in hac materia attenditur. Ruin. cons. 224. nu. 14. lib. 1. Couar. lib. 3. var. cap. 1. nu. 3. vers. septimo ab eadē ratione. in fin. Io. Baptista Lup. de vsur. comment. primo. §. 4. nu. 91. post princ. vers. vel secundum communem. Surd. vbi supra, nu. 27. in fine. Card. Seraph. decis. 1406. nu. 3. par. 2. & fuit dictum in Asculana Prędij. 17. Martij. 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Ex quibus ita fuit conclusum.

## R. P. D. VBALDO.

*Bononien. de Poetis 27. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso particulari, præsertim vbi adest prohibitio alienandi extra familiam.

*SVMMARIVM.*

*Trebellianica non detrahitur de fideicommisso particulari. num. 2.*

*Trebellianica censetur prohibita, quando testator prohibuit alienationem, eo quia voluit bona sua deuenire, & perpetuò transire ad descendentes masculos. nu. 3. Vbi præsertim quando est facta prohibitio alienandi rem aliquam particularem fauore familia.*

*Confessio, sicut præiudicat confitenti, Ita etiam præiudicat habenti causam ab eo. num. 4.*

## DECISIO DLXXV.

1 Coepta disputatione super detractionibus reseruatis in sententia de partibus, quam Rota dixit, esse confirmandam die 17. Iunij: 1611. coram me, & resoluto dubio super detractione debitorū Testatoris, & legatorum ab eo relictorum, vt in decisione 31. Ianuarij præteriti, hodie proposui dubium, An sit locus detractioni legitimæ, & Trebellianicæ, & Domini informante tantum D. Annibale. negariue responderunt. Equidem cūm duplex a Testatore esset relictum fideicommissum, alterum in domo magna; alterum vniuersale in omnibus bonis suis, quorum vtrumque fuit Canonizatum in decisione 17. Iunij.

2 Quo ad primum Domini habebant pro constanti, quia nulla competebat detractio ratione Trebellianicæ, tum quia illa non detrahitur de fideicommisso particulari, vt per Doctores in l. in quartam. Vbi Rip. numero tertio, & quarto. ff. ad leg. Falcid. Cardinal. Mantica de coniecturis vltim. volunt. libro septimo, titulo vndecimo, numero secundo, Crass. in §. Trebellianica, quæstione quinta numero primo.

3 Tum, quia domus fuit relicta cum expressā prohibitione in totum, vel in partem quomodolibet alienaretur, eo quia Testator voluit, eam deuenire, & perpetuo transire ad descendentes masculos, & per lineam masculinam, legitimam & naturalem Virgilij, & eius filij, & hæredis in infinitum, quo casu videtur prohibita Trebellianica. Authen. sed & in ea. vbi Bald. C. ad legem Falcid. & est recepta opinio, vt per Gabr. ad Trebell. conclus. nona, numero primo. Mantic. dicto libro septimo, titulo duodecimo, numero decimonono. Cras. vbi supra, quæstione octaua numero octauo, præsertim cum sit facta prohibitio alienandi rem particularem. Roland. consilio nono, numero decimoquinto, libro quarto. Et fauore familiæ Crass. dicta quæstione octaua, numero octauo, in fine, quæ conclusio procedit, etiam in liberis primi gradus, secundum opinionem, quam Rota sequitur. Cassad. decisione quarta, de restamen. Crescent. decisione secunda, eodem titulo. Rolandus decisione trecentesima decima tertia, numero primo, parte secunda diuers.

4 Secundo principaliter, quia tam legitima, quam Trebellianica ex vtroq. fideicommisso fuit detracta, vt probatur ex confessione tum Alexandri iun. Patris D. Franciscæ aduersariæ, tum Virgilij, Patris D. Annibalis in trāsactione inita cum Liuia ipsius Alexandri vxore, in qua Alexāder, & Virgilius fratres expresse fatentur per successores Alexandri Senioris, fuisse factas alienationes absorbentes detractiones, quæ cōfessio sicut præiudicaret Alexādro iuniori, si viueret, ita præiudicat habenti causam ab eo. l. si superatus. in prin.

in princ. vbi Doct. ff. de pign. Bald. consil. 364. numero secundo, vers. tertio, quia. lib. secundo. Ruin. consil. quinquagesimo, nume. decimo tertio, lib. primo. Rom. decis. 776. numero primo, par. prima, diuers. & fuit dictum in Romana Dotis. sexta Maij 1611. vbi aliæ decisiones allegātur, & in eadem causa vigesima quinta Maij, anno millesimo sexcentesimo vndecimo, coram me.

5 Et licet in dicta transactione assignetur Liuiæ certa pars bonorum fideicommisso suppositorum, rationelegitimæ, & Trebellianicę debitæ Virgilio, & Alexandro, tamen apparet, id fuisse factum ad fauorem ipsius Liuiæ, quæ prætendebat, detractiones nō fuisse factas, sed tamen ex hoc non eliditur superior confessio detractionum. Et hinc est, quod in instrumento diuisionis factæ inter eosdem fratres anno 1558. loco bonorum datorum Liuiæ, fuerunt per Alexandrum maritum subrogata, & supposita fideicommisso bona propria ipsius, quod certe non fecisset, si ratione legitimæ, & Trebellianicæ competijsset sibi detractio, quia in eam potuisset imputare bona Liuiæ assignata, & prædicta confessio iustificatur, & vera ostenditur calculo facto, & statu hæreditatis testatoris alias dato pro parte D. Franciscæ, in quo apparet, bona testatoris fuisse valoris 212862. Bona autem alienata ascendere ad summam lib. 5500. Et sic alienationes fere absorbent detractiones, vt prædicti fratres sunt confessi, quæ confessio est satis clara, quamuis alias status prædictus non esset firmatus.

6 Quibus accedit, quod Virgilius senior filius testatoris habuit duos filios, Annibalem auum vtriusque colligantis, & Herculem, qui ambo fratres successerunt pro virili in legitima, & Trebellianica debita Virgilio seniori eorum Patri, quæ constituunt dimidiam partem hæreditatis testatoris, iuxta notata in capit. Raynutius, & in cap. Raynaldus de testament. cuius dimidiæ medietas, & sic quarta pars hæreditatis absque dubio pertinet ad Ann. iun. ex testamento Herculis expresse vocati, remanet alia quarta pars, quæ obtigit Ann. sen. à quo condescendant. Annib. & Francisca ex duobus filijs nepos, & neptis, successiue sequitur, vt Francisca ratione detractionum non possit prætendere, nisi octauam partem hæreditatis, quam fuisse detractam vltra prædicta constat ex alienatione Prædij Casaliæ, quod Alexander eius Pater suppofuerat fideicommisso loco bonorum datorum Liuiæ, vt supra dictum est, & ex alienatione alterius prædij Peuetariæ suppositi fideicommisso pro dotanda eadem Francisca filia Alexandri iunioris, pro summa Scutorum sex millium auri, quæ sine dubio videtur apta consumere quamcumque pensionem detractionis. Et ita fuit decisum.

## REVEREN. P. DOMINO MANZANEDO.

*Romana Domorum. Veneris 27. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Remedium l. finalis. C. de edict. Diui Adriani tollendo, non datur ex scriptura rasa, cancellata, & cum additionibus in margine, nec etiam ex testamento ratione voluntatis imperfectę.

### SVMMARIVM.

*Immissio ex l. final. C. de edict. Diui Adr. toll. non conceditur ex scriptura rasa, cancellata, & cum additionibus. nu. 1.*

*Testamentum, quando dicatur imperfectum, ita quod sit potius quadam præparatio ad testandum, quam testamentum, ex quibus hoc cognoscatur. numero secundo.*

*Testamentum imperfectum ratione voluntatis sustineri non potest, nec etiam ad pias causas. num. 3.*

*Clausula, & non alia, &c. denotat conditionem, qua deficiente nihil operatur. nu. 4.*

## DECISIO DLXXVI.

1 Petita immissione in bonis, de quibus agitur, per Venerabilem Confraternitatem Spiritus Sancti Neapolitanorum, coram Reuerendo Patre Domino Triuultio, & obtenta sententia fauorabili pro immissione, fuit ab illa pro parte Arsenij Caratellis, & litis consortium appellatio interposita, & causa mihi commissa, dubitaui, an prædicta sententia veniret confirmanda, seu potius reuocanda, & Domini pro illius reuocatione responderunt, moti ex eo, quia scriptura producta, cuius vigore fuit petita dicta immissio in vim. l. fin. C. de edict. Diui Adriani toll. quasi esset testamentum Leonardi, in quo dicta Confraternitas fuit hæres instituta, visa fuit cancellata, & rasa, interlineata, & cum additionibus in margine, ita vt in illa non possint verificari verba. d. l. fin. ibi. nec abolitum, nec cancellatum, & clare appareat ex illius inspectione de ipsius vitio visibili, ex quo dicta immissio impeditur, teste Bar. in d. l. fin. numero tertio. Dec. nume. trigesimo septimo. Zuccard. numero nonagesimo quarto, quos refert, & sequitur, & de communi testatur. Menoch. de adipiscend. remed. 4. nu. 699. cum sequent.

2 Vlterius, quia ista scriptura testamenti Leonardi non videtur, quod sit testamentum, sed tantummodo quædam præparatio ad illud, ita vt sit imperfectum, non ratione solennitatis deficientis, sed ratione

tione voluntatis non perfectæ, & nondum redactæ ad actum, sed potius permanentis in præparatorijs tantum, quod satis desumitur ex eo, quod nec testes interfuerunt, nec Notarius fuit rogatus, nec adsuit isti scripturæ, nec continet mensem, nec annum, nec de manu testatoris reperitur facta ex relatis per Decian. respons. 86. num. decimo quinto. lib. 2. & confirmatur ex verbis eiusdem scripturæ in margine ibi, vedi se sono trecento, &c. & in alia margine ibi Auertite che di sopra dice, & clarius deprehenditur ex illa clausula. Item che il Notaro si rogarà del detto testamento sia obligato, &c. quæ omnia indicant istam scripturam non suisse testamentum ex imperfectione voluntatis, sed quandam præparationem ad testandum argumento tex. in l. secunda, in princip. C. de sent. & breuicul. recitan. In illo enim non fuit perfectum, & absolutum quicquam, cũ in aliud tempus esset remissus rogitus dicti testamenti per Notarium faciendus, sicque fuerit solummodo quædam præparatio ad futurum testamentum. Oldrad. cons. 119. Dec. cons. 159. colum. prima, vers. quibus tamen non obstantibus. Ruin. cons. 7. nume. 6. & seq. lib. 3. Couar. in c. relatum. nu. 9. de testam. Clar. in §. testamentum. q. 7. nu. 20.

3 Et in tantum hoc procedit, quod nec talis scriptura potest sustineri quasi testamentum ad pias causas iuxta magis communem, de qua per Socin. iun. consil. 189. numero 73. lib. secundo, plures referentem, Couar. vbi supra plures congerens, Deeian. vbi supra, & eandem sequitur, & dicit magis communem. Clar. d. quæst. 7. num. 2. & 3. & Ruin. vbi supra. num. septimo, vbi quod nec etiam tale testamentum sustinetur inter liberos. glos. vnic. in l. is qui. ff. de testam. quam omnes sequuntur teste Rimin. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & Ruin. cons. 15. nume. 2. lib. secundo, attestan. de communi post Paul. de Castr. in d. §. ex imperfecto. nu. 3. Alexand. etiam de communi cons. 76. num. 13. lib. 3. & plures pro hac sententia, & de communi testantes refert, & illos sequitur. Clar. vbi supra q. 9. nu. 1. idem Ruin. d. cons. 7. nu. 3.

4 Si vero dicta immissio in dicta sententiã fuit cõcessa in vim declarationis, & cessionis factæ per Liuiã, & Corneliam ad fauorem Confraternitatis, & sub prætextu quod Leonardus ita confecisset suum testamentum pariter fuit responsum pro infirmatione sententiæ. Dicta enim cessio, & declaratio apparet facta intuitu, & prætextu testamenti Leonardi ad quod expresse se referunt pluribus in locis dictæ cessiones, & potissime in fine ibi quia earum intentio fuit, & est iuxta d. testamenti formam, in fine, & non alias, &c. quæ clausula denotat conditionem. Abb. in cap. insinuante. num. 6. quod Cleric. vel vouent. Rota decis. 446. nu. 5. par. 1. vnde deficiente isto testamento, vt re vera deficit, cum nullum non sit testamentum, sed præparatio ad illud, vt dixi, corruit etiam dicta cessio, & per consequens immissio illius vigore obtenta.

Quibus non obstat supradictum cons. 7. Ruin. ex aduerso adductum, illud enim retorquetur, cum quicquid in motiuis in princ. dixerit postea. num. 6. & 7. pro hac parte tenet, vt apud ipsum videre licet, & superius dicta Ruin. ibidem ponderata relinquo. Ex quibus pro infirmatione sententiæ resolutum fuit.

## REVEREN. P. DOMINO MANZANEDO.

*Lauretana bonorum. Veneris 27. Iunij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Debitor promittens soluere in loco, in quo creditor ordinabit, non dicitur in mora, nisi creditor doceat de ordine prædicto, & vbi non adest mora, nõ intrat caducitas, quę est materia odiosa, & ex leui causa à Rota excusatur.

### SVMMARIVM.

*Debitor promittens soluere in loco iuxta ordinem creditoris non dicitur in mora constitutus, si creditor non doceat ad soluendum dato. num. 1. & seq.*

*Caducitas ob non solutionem non incurritur sine mora. num. 1. in fine.*

*Mora in caducitate purgari potest ante declarationem creditoris. nu. 2.*

*Emphyteuta non soluens Cappones, quos soluere promisit, non operatur caducitatem emphyteusis. nu. 3.*

*Caducitas est materia odiosa, & Rota solet illam excusare etiam ex leui causa. nu. 4.*

## DECISIO DLXXVII.

1 Sententiam Auditoris Cameræ absolutoriam ab impetitis contra Rodomontem per Monasterium dixerunt Domini venire confirmandam, quia quamuis in instrumento locationis fuerit appositum pactum, quod nisi debito tempore solueretur pensio conuenta, ipso facto intelligeretur locatio resoluta, attamen quia in eodem instrumẽto paulo superius adest pactum, quod solutio debeat fieri in terra Montis Luponi in loco vbi per Abbatem, vel eius legitimos agentes ordinaretur, & non cõstet de aliquo ordine Abbatis, seu alterius nomine illius, nec pro parte Monasterij de illo doceatur, nõ potest dici conductor constitutus in mora. Natt. cons. 258. nu. 6. in fin. Alex. cons. 92. n. 9. & seq. lib. 1. Mandos. de signat. grat. in verbo pensiones. vers. quæro, destinata erat, vbi refertur plures decisiones Rotæ. Cotbul. de caus. priuat. ob non solut. Canon. limitat. 9. nume. primo, & seq. & sine mora non potest incurri caducitas ob nõ solutionem canonis, vt notant DD. in locis præcitatis.

2 Quibus

2 Quibus non obstat, quod in dicta terra Mõtis Luponis adesset quidam Carus procurator Abbatis, cui alias conductor soluerat responsionem, & cui intima uerat vltimo loco tanquam procuratori Abbatis se esse paratum soluere, & consignare responsionem, hoc enim non sufficit, cum conductor non teneretur simpliciter iuxta dictum instrumentum soluere in terra Montis Luponis, sed in loco per Abbatem, seu eius legitimos Agentes ordinato. Vnde cum locus loci esset incertus, & penderet à voluntate Abbatis, & ab illius ordine, illo non dato non potuit dici conductor constitutus in mora absque tali ordine, seu interpellatione. Ruin. cons. 42. num. 25. lib. 1. & licet vltimo loco ipse intimauerit solutionem dicto Caro, attamẽ id fecit ad maiorem cautelam, quod eo magis illum debet excusare, præcipue cum postea deuenerit etiã ad depositum integræ quantitatis grani. Vltra quod vltima Septembris 1611. fuit facta oblatio duorum annorum decursorum, & sic ante acceptam caducitatem, quæ fuit 7. Nouembris eiusdem anni, certum est autem moram ante declarationem purgari posse, imò etiam post, si celeriter. Gabr. cons. 75. nu. 4. & 7. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. nu. 35. & prædictum depositum, & comparitio, & facta oblatio fuerunt Caro intimata, licet domi.

3 Non etiam obstat, quod non deposuit etiam cappones, & paleam, pœna enim caducitatis est tantum apposita ob non solutionem grani, vt in instrumento locationis, vbi post iam appositam dictam pœnã promittitur solutio paleæ, & capponum, vltra quod defectus consignationis capponum non operatur caducitatem. Benintend. decis. 6.

4 Tandem nec obstare videbatur, quod Abbas institerit inspici, & mensurari dictum frumentum depositatum, & quod conductor, & depositatius se opposuerint. Quia fuit responsum huiusmodi oppositiones, seu protestationes continere, quod ipsi erant parati mensurare illud ad effectũ soluendi facta quietantia, non autem ad effectum inspiciendi, & vtcumque sit, cum caducitas sit materia odiosa, & Rota solcat illam excusare, etiam ex leui causa, videtur in casu nostro excusanda, licet dictum depositum ex dictis primis instantijs per Abbatem factis, & protestationibus conductoris, & depositarij potuisset aliqualiter dubitari, fuisset realiter factum. Ex quibus pro confirmatione dictæ sententiæ fuit resolutum.

REV. P. D. BVRATTO.

*Terdonen. Archipresbyteratus. Veneris 27. Iun. 1614*

ARGVMENTVM.

Ad iustificandam prouisionem Apostolicam maxime quando cessat calumnia debent concedi literæ remissoriæ.



SVMMARIVM.

*Remissoria ad iustificandam prouisionem Apostolicam, debet concedi maxime quando cessat omnis calumniæ suspicio. nu. 1.*

*Remissoria ob præsumptam calumniam à Rota de facili denegatur. nu. 2.*

*Testificata non didicita, & summarium parti non datũ, non impedit concessionem remissoriæ. nu. 3.*

DECISIO DLXXVIII.

1 PRo Informante, & concessione remissoriæ decisum. Tum quia petebatur ad iustificandam prouisionem Apostolicam, & ita nedum pro iusta, & rationabili, sed necessaria causa. Ideo denegãda non erat. l. iudices. in princ. ibi, si hoc perspexerint, & in fine ibi, & hoc si iuste peti iudex inuenerit. C. de fide instrumen. Vbi Bald. nu. 1. in 5. notab. Salyc. in princ. vers. item nota, quod hæc, & Castren. nu. 3. Verall. decis. 56. par. 3. Cæsar. de Graff. decis. 1. nu. 9. & seq. de dilat. Tum quia cessabat omnis calumniæ suspicio. Cassad. decis. 3. de dilat. Verall. dec. 59. par. tertia.

2 Tum ex eo, quod non erat ad retardandam expeditionem causæ, neque pro possessore beneficij, quam ex testibus in curia examinatis, & a me ordine DD. meorum visis. Ex quibus licet non bene probantibus oriebatur sufficiens fumus pro exclusione calumniæ, & cõcessione remissoriæ, quæ præsertim non solet de facili ob præsumptam calumniam à Rota denegari, vt ex decis. Bellam. 625. in fin. in pluribus causis seruatum fuit, & dictum in Leodien. Canonicatus 10. Iunij præteriti coram me.

3 Nec impediri potest propter examen factum ã curia super ijsdem articulis in effectu. Quia nõ fuerunt didicita testificata neque parti datum Summarium, adeo vt nõ possit nouum examen impediri, neque applicetur materia Auth. at qui semel. C. de probat. desumptę ex. §. quia vero. vers. illud tamen. Auth. de testib. & c. ex tenore. 35. ad finem. de testibus cum similibus. Vnde conclusum pro remissoria.

REVERENDISSIMO P. DOMINO COCCINO DECANO.

*Vlixbonen. Concursus. Lunæ 1. Iulij 1611.*

ARGVMENTVM.

Constitutio Pij V. super collatione parochialiũ, & concursu, an habeat locum in parochiali vnita, & quando in Vicarium parochialis vnitę dicatur translata totalis cura vel exercitium curæ tantum.

SVMMARIVM.

*Constitutio Pij V. super collatione, & concursu parochialium habet locum etiam in parochialibus unitis, quotiescumque in Vicarium transfertur non solum exercitium curæ, sed etiam cura. nu. 1.*

*Cura beneficij uniti dicitur translata in Vicariũ, quando in unione illi fuit reseruata congrua. nu. 2.*

*Cura beneficij uniti dicitur translata in Vicarium, quando in Ecclesia sæculari Vicarius deputatur perpetuus. num. 2.*

*Obseruantia subsequuta declarat, an cura beneficij uniti transferatur in Vicarium, vel ne. nu. 2.*

*Cura beneficij uniti an sit translata in Vicarium, vel exercitium curæ, etiam quod Vicarius sit perpetuus debet attendi quis percipiat fructus, quia si percipit Vicarius, & soluit aliquid illi, cui fuit facta vnio, est translata cura, alias exercitium tantummodo. nu. 3. & ibi declara, duobus modis.*

*Concursus non habet locum in parochialibus de iure patronatus laicorum. nu. 4.*

*Fallit quando Ecclesia iuris patronatus fuit vnita beneficio libero. nu. 4.*

DECISIO DLXXIX.

1 DOmini resoluerunt, non constare de vnione, quæ impediat concursum. Nam cũ ista parochialis, vna cum suis fructibus fuerit per ordinarium vnita Canonicatui, excepta tamen decente portione, & sustentatione pro Vicarijs perpetuis, &c. quæ vnio fuit confirmata per Clementem VI. & denuo datum mandatum de vniendo per Sixtum IV. cum eisdem conditionibus, quatenus vnio facta per ordinarium, vel per dictũ Clem. VI. qui fuit Antipapa, sustineatur, vel mãdatum de vniendo Sixti IV. habuerit effectum, adhuc est faciendus concursus, quia quotiescumque in Vicarium transfertur cura, non autem solum exercitium curæ, intrat constitutio sanctæ me. Pij V. 32. in ordine, & dispositio sacrosanct. Conc. Trid. sess. 24. c. 18. quæ loquuntur de cõcursibus faciendis in collatione Parochialium. Ita declarauit Cõgregatio Illustriss. Interpretum, & sequendo hanc sententiam dicit Rota in causa Vlixbonen. iuris conferendi. 2. Decembris 1605. coram bo. me. Litta. Et in eadem 13. Iunij 1607. coram Illustrissimo D. meo Card. Lancellotto.

2 Quod autem in casu isto fuerit in Vicarium translata cura, imò & ipsam in vnione fuisse præseruatam, satis patet, quia in ipsa vnione disponitur, quod præseruetur congrua pro Vicario perpetuo, immo illa congrua excipitur ab vnione, vnde fit, quod manifestissime appareat in dictum Vicarium fuisse translatam curam, quam etiam esse translatam ex eo solum, quod Vicarius sit perpetuus in Ecclesia sæculari voluerunt Innoc. in c. cum non. nume. 20. vers. si autem perpetuo daretur. de præbend. Card. in Clem. vnic. num. decimo, quæst. 9. vers. in contrarium facit. de officio Vic. & in cons. 30. colum. prima. in fine, paulo ante num. 1. vers. Et hoc videtur certum, & nume. 1. Roman. consil. 356. nume. 4. vers. sin autem possedit, vt Vicarius perpetuus. Fely. in c. postulasti. colum. 1. circa med. vers. & vide Cardinalem Nauar. cons. 13. de electione. quod etiam declarauit obseruantia subsequuta. Nam post Concilium Archiepiscopus est in quasi possessione faciendi cõcursum iuxta notat. per Calder. in cons. 23. de præben.

3 Neque obstat, quod ad effectum cognoscendi an sit translata cura, vel exercitium curæ, et quod Vicarius sit perpetuus, attendi debet, quis percipiat fructus, quia si percipit Vicarius, & soluit, quod illi cui fuit facta vnio, est translata cura, alias exercitium tãtummodo, vt fuit Originale d. n. Laudentijs, & dicit Host. in c. exposuisti. in fi. vbi etiam Io. And. & Abb. pariter. in fi. de præb. Fely. in d. c. postulasti. n. 1. vers. aut percept. fruct. de rescript. Rebufque de congrua, nu. 108. & dixit Rota in alleg. causa Vlixbonen. Cõcursus coram bo. me. Litta. Nam huic motiuo responderur, quod decisio in causa Vlixbonen. concursus, loquitur in Ecclesia vnita monasterio, in qua non sufficit ad cognoscẽdum, an in Vicarium sit translata cura vel exercitium curæ, quod Vicarius sit perpetuus, quia de iure talis esse debet in istis Ecclesijs vnitis Monasterio, vt in c. 4. de Cappell. monac. in 6. & notant ibidem omnes. Doct. vero in d. c. exposuisti. videtur loqui, quando aliqua pensio soluitur per Vicarium, tunc certum est in ipsum fuisse translatam curam, & in hoc ipsi faciunt fundamentum ad tollendũ omnes difficultates, sed circa hoc dictum videtur cessare omnis difficultas, quia vt bene dicit Card. in d. Clem. vni. de off. Vic. n. 11. vers. solutio. quando reseruatur fruct. illi cui vnitur Ecclesia ista reseruatio operatur quo ad actiones competentes beneficio. Nam quando solum certa portio datur Vicario pertinent actiones ad principalem, non autem quo minus dicatur curam residere debere penes ipsum Vicarium, cũ sit perpetuus, hæc ille.

4 Minus etiam releuat, quod ista Ecclesia erat de iure patronatus laicalis in quibus Ecclesijs non fit cõcursus, quia cum fuerit vnita Canonicatui de consensu Patroni, imò & ipse Episcopus Patronus vniuit habita ratione ad vnionem prædictam, ista Ecclesia remanet libera, & non potest amplius dici de iure patronatus, ita vt non sit faciendus concursus. Et ita conclusum, non constare de vnione, quę impediat concursum.

REVERENDISS. P. DOMINO COCCINO DECANO.

*Bremen. Præpositura. Veneris 4. Iulij 1614.*

ARGVMENTVM.

In hac decisione agitur de quadam præpositura, an esset Sedi Apostolicæ reseruata, & inde sumpta

sumpta occasione declaratur, an & quando verba enunciatiua, & narratiua Papæ præsertim probant, vel non.

*SVMMARIVM.*

*Concordata inter Sedem Apostolicam, & Germanicam nationem seruanda sunt, quia habent vim pacti, & contractus. nu. 1.*

*Exceptio debet esse de regula. num. 2.*

*Dictio vero est aduersatiua inducitque repetitionem omnium qualitatum expressarum in præcedenti dispositione. nu. 2.*

*Beneficium vbi est reseruatum Sedi Apostolicæ conferri non potest a Capitulo. nu. 2.*

*Enunciatiua de præterito, & quando super ea principaliter agitur, non probat. nu. 3.*

*Confirmatio non trahitur ad id, de quo actus confirmandus non disponit. nu. 3. in fine.*

*Enunciatiua emanata ab eo, qui disponere potest, habet vim dispositionum, Declara dummodo de præsenti sint prolata, & principaliter propter se, aliter secus. nu. 4.*

*Enunciatiua verba de præterito nullo pacto important dispositionem. nu. 4.*

*Beneficia debita certo generi personarum cadunt sub reseruatione cum sua causa, vt scilicet conferantur personis de illo genere. nu. 5.*

*Breuis, seu literarum executio non requirit aliam iustificationem, quam eorum quæ continentur, sub clausula constito.*

*Narratiua Papæ etiam facta Motu proprio recipit probationem in contrarium. nu. 6.*

*Relatum est attendendum, & non referens, quia referens errasse censetur. nu. 6.*

*Beneficij status non mutatur per prouisionem Apostolicam, vel Ordinarij. nu. 7. Vbi declaratur, quando hæc conclusio procedat.*

DECISIO DLXXX

1 DE mandato S.D.N. mihi significato per Illustrissimos & Reuerendissimos Dominos meos Cardinales Mellinum, & Lancellotum proposui dubium in Rota, an præpositura Ecclesiæ Bremen. esset Apostolicæ Sedi reseruata, ita vt prouisio facta ad fauorem Vuesselli Bruggenei sustineatur non obstante prouisione facta per Capitulum sub prætextu, quod dignitas esset electiua, & quod vigore statuti deberet conferri Canonico, ac non obstantibus quibusdam alijs adductis, & omnes DD. negotio mature considerato, atque discusso concordi voto affirmatiue responderunt, stantibus concordatis inter S. Sedem Apostolicam, & inclytam nationem Germanicam olim initis, quæ sunt seruanda cum vim pacti & contractus habeant. Put. decis. 45. nu. 1. lib. 2. Crescent. decis. 2. de priuileg. Mohed. decis. 23. in fin. de præbend.

2 Cum enim ista dignitas sit prima post Pontificalem vigore eorundem concordatorum, est reseruata Sedi Apostolicæ, etiam si esset electiua, vt prætenditur, quod tamen minime probatur, quia cum supra in concordatis in principali dispositiua fuerit facta mentio, etiam de beneficijs electiuis, & postea in exceptione subijciatur. De ceteris vero &c. intelligendum est de electiuis, quia exceptio debet esse de regula. glos. in rubr. de reg. iur. in 6. ante medium. vers. subtilitatibus tamen Paul. de Castro. consil. 79. nu. 3. lib. 1. & accedit, quia adest dictio vero, quæ est aduersatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatum expressarum in præcedenti dispositione. Alex. in l. si filius a Patre. nu. 6. ff. de lib. & posth. Ruin. consil. 111. num. 6. lib. 3. Socin. iun. consil. 83. nume. 10. lib. 1. Vnde fit quod cum agatur de reseruatione contenta, in ipsis concordatis versamur in casu claro, quod Capitulum non potuit prouidere de hac præpositura, vti Apostolicæ Sedi reseruata, & ita in puncto fuit resolutum in alia causa Paderbonen. Præposituræ 9. Martij, & 30. Maij 1588. coram bo. mem. Bubalo, cuius verba trãscribere nõ placuit, quæ quidẽ decisio refertur inter concordata Germaniæ, notab. 3.

3 Neque obstat, quod vigore statuti confirmati a Gregorio XIII. huiusmodi præpositura debeat, vt prætenditur per Capitulum, conferri Canonico, qua is non est Vuesselus, nam fuit responsum, istud statutum non obstare, cum disponat principaliter super administratione bonorum Præposituræ, & quod Præpositus, sicut ceteri Canonici possit optare bona ibi expressa, & super hoc venit principaliter confirmatio Apostolica, & licet incidenter, & per parenthesim dicatur, quod ab isto iure optandi hactenus Præpositi erant exclusi, quanquam ij tenerentur esse Canonici, tamen non ideo sequitur, quod prædictum statutũ disponat, quod Præpositus debeat esse Canonicus, sed enunciat actum de præterito, quod Præpositi tenebantur esse Canonici. Alex. consil. 153. in principio, & per totum lib. 5. Castrens. consil. 407. nume. 2. vers. sic. 2. quæro. lib. 1. quod non probatur ex ipsa enunciatiua, cum principaliter super ea agatur, an scilicet Præpositi tenean tur esse Canonici, Alexand. consil. 136. num. 11. lib. 1. Dec. cons. 348. in fine Aymon cõsil. 29. num. 3. & per consequens confirmatio Apostolica nihil operatur, quia dat solum robur statuto, quo ad ius, non quo ad factum, & ideo si dictũ statutum nihil disponit super eo, quod Præpositus sit Canonicus, vt dictum est, confirmatio Apostolica non prodest. Bald. consil. 181. in princ. lib. 1. Roman. cons. 12. num. 4. & cons. 371. num. 3. vers. nec confirmatione.

4 Neque hæc responsio tollitur, ex quo si enunciatiua emanat ab eo, qui potest disponere, habet vim dispositionis. Bart. in l. gerit. num. 15. ff. de acquir. hæred. Matthesil. singul. 34. Quia quicquid dicendum sit, an Capitulum haberet facultatem statuendi, hæc conclusio procedit, quando verba enunciatiua de præsenti sunt prolata principaliter propter se, quando scilicet non terminantur ad aliud, nec respiciunt alium

alium finem, nisi fese, & tunc talia verba disponunt, si talis est actus, qui possit tunc geri sola voluntate, vt si hæres tanquam talis constituat procuratorem, vt in exemplis Bart. & Mathesil. Hic autem verba fuerunt prolata vltra principale propositum, quod erat super administratione bonorũ, & optione, & important quandam adiectionem verborum, & sunt etiam de præterito, vnde nullo pacto important dispositionem, ita elegantissime declarat. Bald. in consil. 263. nu. 3. lib. 1. Paris. conf. 127. in fine lib. 1. Afflict. decis. 83. num. 2. & per totam. Aymon. conf. 911. num. 15. & consil. 832. num. 2. & 3. vers. 4. Bero. consl. 170. in princ. lib. 2.

5 Et ex abundanti fuit dictum, quod quatenus illud probaretur in d. statuto non releuaret ad effectũ de quo agitur, quia non ideo cessaret reseruatio Apostolica, ita vt Capitulum potuisset cõferre etiã quod Præpositura esset electiua, quod tamen non probatur, nam beneficia debita certo generi personarum cadunt sub reseruatione cum sua causa scilicet, vt conferantur personis de illo genere. Veral. decis. 313 in manuscript. lib. 1. & negotio mature discusso ita fuit resolutum in causa Vlixbonen. Prioratus 1. Februarii 1602. coram bo. me. Cardinale Seraphino. Nec obstaret, quod Præpositura non fuerit collata Canonico, cum de hoc non esset agendum in hoc iudicio executiuo vigore Breuis, in eo namque sufficit iustificare clausulam constito, quod Præpositura sit prima dignitas post Pontificalem ad effectum vt Breue debeat exequi, reliqua autem sunt reijcienda ad iudicium ordinarium Anchar. conf. 297. nu. 8. vers. & proxime dicta, & fuit dictum in causa Papien. Præposituræ 30. Maij 1611. coram Reuerendissimo Attrebaten.

6 Non obstat, quod in vltima prouisione Sixti V. facta de huiusmodi præpositura habeatur mentio, quod per statutum confirmatum a Gregorio collatio debet fieri Canonico, quia fuit responsum istam fuisse narratiuam partis, & vltra alia fundamẽta, ex quibus potest tolli istud obiectum, de quibus supra in responsione ad aliam enunciatiuam, placuit alia respõsio, quod cum hic constet de contrario enunciato cessat omnis difficultas, etiam quod illa fuisset narratiua Papæ, quæ tamen non est. Alex. in consil. 9. num. 12. vol. 5. Dec. consl. 63. num. 6. vers. nec obstat, quod verba transactionis. Bellon. conf. 23. num. 3. qui tenent, quod relatũ est attendendum, & non referens, cum censeatur referens errasse, & ita etiam declarat Dec. in auth. si quis in aliquo. nu. 34. & Alciat. num. 6. C. de eden.

7 Tandem non releuat, quod dicta vltima prouisio Sixti V. facta fuit Canonico, qui vltimus status est attendendus in probanda qualitate beneficii. Dec. cõsil. 126. nu. 1. Rota decis. 2. de præb. in nou. Quia fuit responsum, quod prouisio Apostolica, vel Ordinarij, nou mutat statum beneficij. Dec. consil. 126. in fine. Achilles decis. 7. de iure patr. quæ conclusio licet sit vera, quando constat de contrario anteriore statu. c. cum de beneficio, de præb. in 6. Dec. d. conf. 126. nu. 1. cum seqq. Fedet. de Senis conf. 240. num. 1. & fuit resolutum in Tudertina Prioratus. 5. Maij 1595. coram Orano, hic satis cõstat de veritate negotii, quia statutum prætensum non adest, & ex prædictis apparet in quo sit fundata intentio Capituli, & vt supra dictum est, hæc deducuntur ex abundãte pro iustitia causæ in iudicio ordinario, quia in hoc iudicio executiuo sufficit iustificare clausulã, si constiterit, quod Theodericus a Galen. Præposituræ huiusmodi possessor obierit & c. de quo non dubitatur, quia cũ constet de reseruatione præposituræ nullum fit præiudicium, Ordinario Collatori, et quod Præpositura fuerit collata non Canonico, sed si quis prætendit male fuisse impetratam, obtineat gratiam certo modo, & experiatur iura sua in iudicio ordinario, sed veritas est ex prædictis, quod prouisio non debet fieri Canonico, & sic iura Vuesseli subsistunt tam in iudicio ordinario, quam executiuo. Alia non egent responsione, &c.

## R. P. D. ANDREA.

*Mediolanen. Decimarum. Veneris 4. Iulij 1614.*

## ARGVMENTVM.

De fide instrumentorum, & quando instrumenta dicantur in forma probanti.

### SVMMARIVM.

*Iura producta censentur approbata a parte contra quã producuntur eo ipso, quod citata ad dicendum contra, nihil opponit. nu. 1.*

*Instrumenta publicata a Notarijs rogatis, habentur loco originalium, & probant absque alia solennitate. numero 2.*

*Instrumenta leuata, & transumpta ab habentibus facultatem illa extrahendi ab Ordinario probant. nu. 3.*

*Instrumenta subscripta a Cancellario, & Archiuista successoribus in officio plene probant. nu 4.*

*Notarius successor in officio potest absque alia solennitate sui Prædecessoris scripturas publicare. nu. 4.*

## DECISIO DLXXXI.

1 Licet iura, & instrumenta, de quibus in dubio, vno excepto fuerint producta in partibus cũ citatione ad dicendum contra, & pars nihil opposuerit saltem generaliter. Vnde eo ipso videbantur plene probare. Felin. in c. fin. num. 7. in secunda fallentia de fid. instrum. Aegid. decis. 539. Pur. decis. 155. lib. 1. in nou. Caputaq. decis. 5. num. 5. par. 3. Nihilominus ex aliis fuit dictum, illa esse in forma probanti.

2 Siquidem primum secundum, & tertium, fuerunt publi-

publicata ab ipsis Notarijs togatis, vnde habentur loco originalium, & absque alia solennitate probabant. Bart.communiter receptus in auth.si quis in ali quo.nu.3.C.de eden.Bald. in l.publicati. num.9. & ibi Ias.nu.4.C.de testam.Felin.vbi supra.nu.5.Lap. alleg.77.Anchar. in c.Albericus.nu.13.de test.Aret. in c.quoniam contra.num.12.notab.13. de probat. Couar.pract.cap.19.num.3.in princ. versic. nam ea scriptura, Rot.decis.1.de fid.instrum.in nou.& 4.eo. tit.in antiq. Veral.decis.170.num.1.par.1. & decis. 351.in princ.par.2.& fuit firmatum in pluribus cau sis,& signanter in Farsen.Territorii.12. Iunii 1606. coram bo.me.Penia,& in Mediolanen.Iuris patrona tus 1.Iulii 1611.coram Reuerend issimo Damasceno,& in Hispalen.Legitimitaris 12.Decembris eod. ann.coram Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo, & in alia Mediolanen.Decimarum Sancti Donati. 23.Ianuarij coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano.

3 Quartum, quintum, sextum, septimum, octauum, & nonum fuerunt extracta ab habentibus facultatẽ ab ordinario, quod sufficit, vt sit eis plena fides adhibenda.c.cum P. Tabellio.vbi Ab.n.2.Felin.in princ. de fid.instrum.Alex.in d.Auth. si quis in aliquo. nu. 5.in fin.vers.faceret etiam. & ibi Dec.num.16. Fall. 9.C.de edend. Veral.decis.351.num.2.vbi nume.3. redditrationem par.2.cum aliis adductis in illa Mediolan. coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano. Et in hoc statur eorum assertioni de facultate, sibi concessa, iux.decis.Veral.245.& 266.par. 2. qui Stylus in Rota est tritissimus, & receptissimus, vt in decisionibus allegatis in dicta Mediolanen. & hic per Informantes.

4 Decimum,& vndecimum fuerunt subscripta a Cãcellario,& Archiuista successoribus in officio, quod præstat eis integram fidem. Bart.in l.si quis ex argentariis.§.cogentur. nu.3.ff.de eden. Veral.decis. 244. num.3.& decis.351.nu.2.& 3.part.2. Nec dubium est, quin successor in officio possit prædecessoris sui scripturas publicare absque aliqua solennitate, vt in his terminis fuit firmatum in Vrgellen.Parochialis. 29.Nouembris 1602.coram bon.me. Cardinali Pãphilio,& in Tarraconen.præpositurarũ 14.Ianuarij. eod.anno coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano,in quibus, & aliis Rota etiam dixit sufficere se talem nominare in sua subscriptione. Ex quibus omnibus vna tantum parte Informante resolutum fuit iura, & instrumenta, de quibus in dubio, esse in forma probanti.

## R. P. D. BVRATTO.

*Senen. Bonorum. Veneris 4. Iulij. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Rescriptum subreptitium non est ipso iure nullum, nisi non fuerit causę auocatorium, non faciens mentionem de pendentia litis.

### SVMMARIVM.

*Attentata, appellatione pendente, renocanda sunt. numero 1.*

*Rescriptum subreptitium non est ipso iure nullum. numero 2.*

*Rescriptum subreptitiũ auocatorium causa non faciens mentionem de pendentia litis, est ipso iure nullum. numero 2.*

## DECISIO DLXXXII.

1 FVit dictum, constare de attentatis commissis per Venturam, in capienda possessione bonorum, de quibus agitur, vigore sententiarum ad eius fauorem latarum, pendente appellatione monialium. Deinde in Rota commissa, atque inhibitione ab hoc Tribunali expedito, & in partibus, in præsentia eiusdem Venturæ, præsentata, quæ propterea veniunt in primis, & ante omnia reuocanda ad regulas vulgares, & ex facultate in vltimo rescripto a Ventura impetrato attributa.

2 Non obstat, possessionem fuisse captam in vim mãdati Archiepiscopi Florentini delegati Apostolici pro execqutione sententiarum ad fauorem Venturæ latarum, super successione ab intestato sororis Reinillæ, excluso monasterio, ex quo rescripto Apostolico tributa fuit iurisdictio, cum non fuerit coram eo iudice oppositum de obreptione, & litis pendentia, in Rota. Innoc. in c.cum M. Ferrar. in fine de constit. & rescriptum subreptitium non sit ipso iure nullum, sed ope exceptionis annullandum. c.ceterum.c.ad audientiam. il 2.cum ibi not.de rescript. Late Paris.cõsil. 134.nu.17.& seq.lib.4. Nam id posse forsan procedere, Domini dixerunt, nisi rescriptum fuisset auocatorium causæ a Rota, quia tunc est ipso iure nullum. Bisign.decis.13.de rescriptis. Cassad.decis.1.eodem tit.& decis. 2.num. 6. de Appell. Vestr. in prax. lib.3.c.6.nu.3.Mandoz.comm iss.7. in prin. Rota apud.bo.me.Cardinalẽ Seraphinum decis.763.nu.6. & in Vrgellen. Archidiaconatus de Andona 13.Aprilis 1592.coram bo.me.Penia, in qua fuit dictum, possessionem captam vigore Breuis, obtenti non facta mentione litis, in Rota pendentis, esse prorsus nullam.

3 Mouit etiam DD.quod commissio, pro execqutione sententiarum, fuit clam extorta, postquam reiecta fuerat similis commissio in signatura monialibus, etiam tunc Informantibus, proposita. Et ita conclusum.

R.P.D.

R. P. D. BVRATTO.

*Romana Annui legati. Veneris 4. Iulij 1614.*

ARGVMENTVM.

Annuum legatum restrictum ad certam quantitatem debetur, si non sufficiũt fructus ex bonis testatoris relinquentis.

*SVMMARIVM.*

*Legatum annuum regulariter debetur ex fructibus bonorum. num. 1.*

*Legatum annuum debetur velut a fructuario vniuersali, non tanquam ab hærede. nu. 1.*

*Legatum annuum relictum ex fructibus, & redditibus certorum bonorum taxatiue non debetur cessantibus fructibus, secus e contra. nu. 2.*

*Legato annuo alimentorum si fructus non sufficiant hæres non cogitur alienare bona. nu. 3. Declara, vt num. 4. & 5.*

*Alimenta vt præstentur, possunt bona distrahi. nu. 3.*

*Legatum annuum alimentorum simplex, & indeterminatum, quod liquidatione eget, ex coniectura mente testatoris restringitur secũdum quantitatem fructuũ. num. 4.*

*Legatum annuum pro alimentis, in quo est taxata certa summa a testatore, si non sufficiunt fructus, debent bona vendi. num. 4.*

*In claris non est opus coniecturis. nu. 4.*

*Statutum vrbis lib. 1. cap. 159. quomodo intelligatur. num. 6.*

DECISIO DLXXXIII.

1 PRætendente Ven. Societate Sanctissimæ Annunciatæ hærede testamentaria q. Tarquinij Vberti non teneri ad solutionem annui legati Iacobo relicti his verbis, Iacobo eius Germano fratri legauit annua Scuta 48. minutæ singulis Mensibus Scuta 4. Et de mẽse in mensem soluenda ipsius Iacobi vita durante a die mortis testatoris 4. Septembris 1585. vsq. ad mensem Maij 1592. Prætextu quod dicto tempore nullos ex hæreditate fructus percepisset fuit me proponente dubitatum, an legatum pro dicto tempore deberetur, ita vt sententia extra Rotã lata esset confirmanda. Et Domini affirmatiue respõderunt. Nam licet regula sit, Annuum legatum deberi ex fructibus bonorum. l. libertorum. §. 1. ff. de ann. legat. l. Firmio. §. pater. ff. quand. dies. leg. ced. cum aliis per Surd. decis. 28. nu. 2. qua ratione ad illud tenetur, vt fructuarius vniuersalis tanquam fructus percipiens, & non hæres. l. final. §. sin autem legata. C. de bon. quæ lib. quem text. in patre vsufructuario loquẽtem ad omnes alios extenduut ibi communiter Doct. Mathes. not. 5. Ias. in l. t. uum. 16. ff. ad Trebel. Late Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 7. vers. 3. considerandum. Et Surd. decis. 193. de magis cõmuni. Andr. Gayl. pract. obser. lib. 2. obser. 146. nu. 8.

2 Tamen id procedit, quatenus extent fructus, non autem ita quin illis non sufficientibus debeant vendi bona pro satisfactione. Text. est in d. l. fin. §. sin autem æs alienum. Vbi præsertim Fulgos. & Castrens. C. de bon. quæ lib. Nisi tamen esset relictum ex fructibus, vel redditibus certorum bonorum taxatiue, non demonstratiue. Tunc enim verum est cessantib. fructibus non deberi, & in his terminis loquuntur text. in d. l. liberto. & in d. l. Firmio.

3 Non obstat, quod in legato annuo alimentorum, si fructus non sufficiunt, non possit cogi hæres ad alienanda bona, iuxta opinionem Bart. in l. penult. ff. de aliment. & cib. leg. secũdum quam ita se Arimini cũ Baldo fratre consuluisse dicit. Ang. in l. 1. nu. 5. C. de lega. Idem Ang. Bart. Castren. & Alex. in l. Imperator. ff. ad Trebell. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 9. nu. 1. 6. & 7. Quia data ista opinione pro vera, quam impugnat Pic. in l. Titia. §. Titia. nu. 157. ff. de leg. 2. Ea ratione, quia non minor, sed maior videtur ratio vendendi bona in annuo legato alimentorum, quam in alijs, in quibus tamen possunt distrahi bona, iuxta d. l. fin. Natt. cons. 48. nu. 6. vers. præterea illud. Bart. in l. maritum. nu. 20. vers. denique infertur. & 21. ff. solut. matr. Et admisso etiam nos versari in legato alimentorum ex eo, quod in hanc causam intelligendũ sit, tanquam factum pauperi, (quod tamen non probatur) l. Stichus. §. Titia. ff. de alimen. legat. l. Titia. in princ. Et glos. in l. codicillis. in princ. Vbi Bart. in secunda opposit. ff. de ann. legat. & cõgest. per Surd. de aliment. tit. 2. quæst. decimo secundo. numero 1. & seq.

4 Illa tamen procedit in legato annuo alimentorum simplici, & indeterminato, quod liquidatione eget. Tunc enim ex coniectura testatoris voluntate secundum quantitatem redditum restringitur, prout ita expresse loquitur text. in d. l. penult. in princ. ff. quando dies leg. ced. & Doct. pro ea citati, qui adducunt text. in l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educ. deb. in l. 1. §. mulier. ff. de ventr. in poss. mitt. Et in l. Imperator. 50. ff. ad Trebell. loquentes in alimentis ex iuris dispositione debitis, & a iudice taxandis, secus vero est, quando ipse testator taxauit certam annuam summam relinquendo, quia in claris non est locus coniecturis. text. est in d. l. fin. §. sin autem æs. & in his terminis Berttan. cons. 268. vol. 2. par. 1. Surd. d. q. 9. num. 28. & 34. Vbi etiam, si hæres confecerit inuentarium, illud enim fuit, ne teneatur de proprio, non autem quin ex bonis hæreditarijs, & Coler. de alim. lib. 2. cap. 2. num. 38. Et præsertim cum non reliquerit certam summam ex certa re præstandam ita vt non possit applicari materia prædictarum ll. liberto &, Firmio.

5 Præterea non procedit, quando hæreditas est de futuro vtilitatem allatura, vt ex l. filiusfamilias. 118. §. apud

§.apud Marcellum ff.de legat.1.Castren.consil.405. in 2.dub.ver.Nam illud esset,lib.1.Surd.d.tit.9.nu. 35.Et faciunt in fortioribus Tex.in l.legatum.17.§. 1.ff.de ann.legat. Et in l.ex co.13.ff.de trit.vin.& ol. leg. Hanc autem fuisse talem satis videbatur Domi- nis apparere ex inuētario bonorum hæreditariorum, in quo etiam nōn sunt descripta bona fundacalia ma ximi valoris, & ex alijs deductis per Informantes.

6 Opposita vero præscriptio decennalis vigore statuti,lib.1.cap.159.applicari non potest,quia illud est restrictum ad præscriptionem pensionum Canonum, & censuum contra dominum rei,vel census,vt ex verbis rubri, & nigri apparet, & fundatur in præsumpta satisfactione, contra quam vigent libri eiusdem societatis,in quibus adnotati solent omnes solutiones, & adnotatæ repetiuntur factæ in causam huius legati. Ex quibus apparet, non fuisse pro dicto tempore solutum Bart.in l.fina.num.3.C.de reb.cred. Et in l. Titiæ textores.nume.2.ff.de legat.1.Bal.in l.iustum. nume.2.C.de eden.Natt.consil.627.num.4.libro 3. Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

REV. P. D. BVRATTO.

*Ferrarien. seu Rauennaten. Bonorum. Veneris 4. Iulij 1614.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata non vocatis interesse habentibus, in libello nominatis, redditur nulla, alias si in libello non sunt nominati,non est necessaria citatio, sed sententia tantum reuocatur, quo ad præiudicium citati.

SVMMARIVM.

*Citationis defectus inducit nullitatem sententiæ. numero 1.*
*Interesse habentes in libello nominati debent citari,alias sententia redditur nulla. num.2.*
*Citatio eius, qui in libello non est nominatus, non est necessaria, nisi ratione sui praiudicij. num.3.*
*Sententia lata non citatis interesse habentibus, reuocatur,quo ad præiudicium tantum. num.4.*

DECISIO DLXXXIV.

1 PEr Sententiam Vicarij Illustrissimi Archiepiscopi Rauennæ confirmata fuerat declaratio caducitatis,& deuolutionis facta nomine mēsæ Archiepiscopalis contra Io.Baptistam Mellam, & filios quorundam bonorum, quæ à dicta Ecclesia in Emphyteosim retinebāt ad commodum, & fauorem D.Antonij Nigrelli de eisdem bonis per Archiepiscopum vti deuolutis inuestiti, quæ cum fuerit in gradu appellationis reuocata commissa pro hæredibus Nigrelli lite pendente defuncti, causa appellationis in Rota DD.visum fuit, vltimam sententiam esse nullam, ex defectu citationis dicti de Nigrellis.

2 Iudicium vero nomine, & ad Instantiam Ecclesiæ super dicta deuolutione factum,fuit in gratiam,& ad vtilitatem Nigrelli nominati, & inuestiti,quem propterea causa tangebat, & qui nominabatur etiam in libello, ideoque necessario erat illius citatio ad validitatem ipsius sententiæ,quę alias redditur nulla. Innoc.in c.humilis.col.2.in principio versic.vbi autem. de maior.& obed. Ibique Card.in 3.quæst. Butr.nu. 29.versi l. quando agitur Anchar.in 2.opposit.versi. Si autem proponitur. Imol.num.14.versic.Secundo casu Fel.num.3.versic.quædam verba.

3 Licet secus fuisset, si Nigrellus non fuisset nominatus in libello, Tunc enim necessaria non fuisset citatio nisi ratione præiudicij. Bald.in l.ab eo num.17. C.quomodo, & quando Iudex. Castren. in l.in concedendo. nu.1.ff.de aqua pluu.arcen. Et in l.de vno quoque num.2.versic. Item ista lex. Et ibi Alexand. num.178. iterum num.62. ff.de re iud. Roman.in l. peregrè.§.quibus num.4. ff.de acquir.possess. Socin. Tractat. Citat.art.1.colum.1.& 2.facit doctrin. Bar. in l.si eo tempore. C.de remiss.pignor.

4 Tanto magis quia Nigrelli possident bona vt supponitur, & erat eis ius quæsitum ex inuestitura Antonio facta vltra sententiam confirmatoriam illius ad vulg.reg.d.l.de vnoquoque. Vnde non videbatur opus indagare, An sententia lata inter illos de Mella & Ecclesiam non citatis Nigrellis, illis præiudicaret. In qua etiam DD. non probata scientia litis inclinabant pro Nigrellis.ex not. per Alex. in l.sæpe.num. 107.ff.de re iudic. Vbi Alex.de Neu.num.54. Et per Cyn.in l.2.num.8.& seq.& ibi Alber. num.4. C.vbi in rem actio. Et an hoc sufficeret pro reuocatione sententiæ respectu eorundem, sed ex prædicto capite conclusum fuit,dictam sententiam reuocandam,quo ad præiudicium tantum dd. DD.de Nigrellis, altera parte non informante &c.

R. P. D. BVRATTO.

*Romana Domus. Veneris 4. Iulij 1614.*

ARGVMENTVM.

Arbitrator extraordinarie procedens, non debet arbitrari sine partis citatione, nisi vbi fuit præmissa matura discussio, quæ non potest fieri sine partis citatione, vel præsentia.

SVMMARIVM.

*Citatio requiritur in declaratione arbitratoris extraordinarie procedentis. Fallit vbi plena negotij discussio præuia*

*praua citatione, vel præsentia partis facta fuit. numero 2.*

*Citatio non requiritur in relatione facienda ab electo ad æstimandum valorem domus. num. 3. Declara, vt nu. 4.*

*Citatio facta ad vnum actum, nō operatur quo ad actum diuersum. num. 5.*

*Iudicis factum rite procedentis dicitur factum partis. num. 6.*

*Pretium principale, quando est certum, & purum, licet augumentum sit conditionale potest agi ad rei traditionem. num. 6.*

*Excipiendi ius transit in singularem successorem. nu. 7. Maxime concurrente detentione ex parte singularis successoris. num. 7.*

## DECISIO DLXXXV.

1 Siue sequamur opinionem Bar. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. quod necessaria sit citatio ad declarationem arbitratoris extraiudicialiter procedentis, quam sequuntur relati per Socin. vbi num. 29. Ias. num. 21. Opizon. nu. 55. Bolognet. num. 190. dicens esse communem Canonistarum, & per Bocr. decis. 283. nu. 34. siue contrariam, (quæ receptior videtur) Guilielmi, quam tenuerunt congesti a Socin. eodem loco. vers. sed Guglielmus. Ias. versic. Contrarium. Bolognet. versic. Contraria. Socin. iun. qui de veriori, & communiori. num. 53. versi. in hoc. Nunquam æstimatio domus, de qua agitur sustineri potest, quia non solum declaratio facta fuit sine præsentia vel citatione partis, sed etiam æstimatio & mensuratio.

2 Posterior autem opinio negatiua procedit, si partes fuerint plene auditæ in discussione negotij, secus vbi non fuit præmissa matura negotij discussio, quæ sine partium vocatione vel præsentia haberi nequit, Florian. in l. 1. §. fina. num. 3. ff. si mens. fals. mod. &c. Vbi quod ita declarauit Florentiæ Roman. in d. l. si quis arbitratu. numer. 7. versic. aut arbitratorem vbi Castren. nume. 3. versic. Bald. autem Alex. num. 11. versic. Roman. Sic Opizon. num. 67. Optimè Socin. iun. num. 53. versi. in hoc difficili. referens pro eadem opinione Bald. Cuman. Socin. & Ias. Et ita sentire omnes antiquos, & modernos dicit Barbat. cons. 18. nu. 11. versic. facit etiam. lib. 1. Bene Cutt. iun. consi. 33. sub num. 10. Bocr. d. decis. 283. num. 35.

3 Et in specie nostra æstimationis tenent Salyc. in l. fin. num. 10. versic. aut est arbitrator. C. de contrah. empt. Aldobr. Alexan. & Couarr. in alia decis. citati. Cagnol. in l. 2. num. 260. & 261. C. de rescind. vend. Et secuta est Rota in alias allegata decisione 2. Crescen. de arbitr. quæ approbatur in illa Romana Domus ad Pasquinum. 29. Maij 1602. Coram bo. me. Litta. Quo fit, vt vel non subsistat opinio Bal. consil. 64. li. 3. qui generaliter velle videtur, non esse necessariam citationem in electo ad pretium arbitrandum ea ratione, quia præsentia non traheret arbitratorem ad aliud, quam sibi videatur, quem Ias. in d. l. si quis arbitratu. nu. 22. in 2. limit. Bolognet. num. 196. in 4. limit. Gozad. consil. 100. num. 17. quæ ratio militari potest in relatione, non in cognitione negotij, in qua trahi potest penitus ad declarationem maioris, vel minoris pretij, ex informatione partis, vt per Salyc. Cagnol. & alios supra citatos.

4 Vel non procedat, vbi declaratio pretij fit per accessum ad locum, & mensurationem, præsertim vbi periti sunt plures. Tunc enim moueri possunt ex informatione partium, & sine illis non possunt plenè scire qualitates rei, quod apparet etiam ex euentu cum longe inter se discordauerint in mensuratione, & numero Cannorum, quo casu, necessarium esse partis informationem admittit Bald. d. consil. 64. nu. 1. versic. quando ergo, & Bolog. d. limit. 4.

5 Nec faciunt decreta de mense Iulij, & Augusti, 1610. Citato Gregorio, quod periti referrent, quia Citatio pro die 14. Augusti est expresse facta pro relatione duorum prius electorum, nec decreta possunt intelligi de tertio, cum primi duo nōdum retulissent, sed de mense Septembris, & sic non venisset casus discordiæ, in quo tertius referre debebat. Minus dici potest approbata æstimatio ex citatione ad instantiā Gregorij 31. Iulij 1611. facta perito ad faciendam relationem magis distinctam, quia fuit facta impugnatiue, prout semper a Gregorio impugnata fuit, Et propterea DD. quo ad nullitatem æstimationis steterunt in decisis.

6 Quo vero ad manutentionem in possessione domus Gregorio concedendam non esse dixerunt, non obstante æstimationis nullitate, Nam licet venditio vti facta pro pretio arbitrando sit conditionalis, & consequenter talis dici etiam possit traditio per clausulā constituti: Tamen cum post relationem tertij iudex in exequutionem præcise rescripti signaturæ residuo pretij prius iuxta illius formam penes Montem depo sito processerit ad relaxationem mandati immissiui, cuius vigore sequuta fuit realis apprehensio, videtur amissa possessio, & translata in moniales, cum factum iudicis rite procedentis dicatur factum partis. l. 1. C. si in caus. iudic. cum similibus. prout non obstante pendentia conditionis potuit transferri. l. dotis fructus. §. fina. ff. de iur. dot. Rimin. Sen. consil. 464. nu. 22. libro 3. Cæs. de Graff. decis. 44. num. 4. Honded. cons. 86. num. 48. lib. 2. Sicuti enim, quando pretium principale est certum, & purum, licet augumentum sit conditionale, agi potest ad rei traditionem. Bald. in l. hæc venditio. §. fina. in addit. ff. de contrah. emp. Ita signatura voluit certificando pretium ad traditionem possessionis deueniri, licet illud (quatenus relatio non esset rite facta) posset deinde augeri, vel minui ex alia relatione.

7 Præterea Gregorius de tempore venditionis non erat in naturali possessione, sed censuarij immissi ex Saluiano pro fructibus, vt dicitur in instrumento venditionis, contra quos sicuti non potuisset prætendere manutentionem tanquam authore Prætore eiectus. Ita, nec Moniales ab eis causam habentes, cum ius excipiendi

excipiendi transeat in singularem successorem Bar.& alij in Lait Prætor.ff.de iureiu.Surd.decis.163.nu.7. Maxime concurrente detentione ex parte Monialiũ, Surd.decis.264.num.25.& 26.Imò etiam si non haberent causam,possent excipere contra petentem ma nutentionem non ipsum. Sed alium possidere,vt in his terminis decisum fuit in Maceraten. hæreditatis. 27.Nouembris 1587.coram bo.me. Card.Pamphilio. Ex quibus ita decisum,&c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Palentina Beneficij. Veneris 4. Iulij 1614.*

## ARGVMENTVM.

Attentata an reuocentur post rem iudicatam, & an attentatis renunciasse dicatur, qui patitur discuti de iustitia sententiæ, & coram quo iudice attentata debeant proponi, & an attentatorum reuocatio impediatur per exceptionem excommunicationis incursæ ob recursus ad iudices laicos.

## SVMMARIVM.

*Institutio seu collatio facta pendente termino ad appellandum est attentata. num. 1.*
*Sequestrari debet possessio beneficij vacans.num. 2.*
*Attentata reuocantur per viam nullitatis etiam post rem iudicatam. num 3.*
*Attentatis renunciasse videtur,qui passus fuit pronunciari super iustitia sententia. num. 4.*
*Dic procedere vbi quis prius opposuit de attentatis, & postea passus fuit cognosci de bono iure. nu. 4.*
*Attentata proponuntur coram solo iudice appellationis cuius est læsa maiestas.nu.5.Vbi nisi sit commissa etiam causa attentatorum.*
*Attentatorum reuocatio non petita in prima instantia potest peti in secunda. nu. 5.*
*Attentatorum reuocatio non impeditur per exceptionem excommunicationis ob recursus ad iudices laicos incursa. num. 6.*

## DECISIO DLXXXVI.

1 DOminis visum fuit,apponendum esse sequestrum. Nam dubitari non potest,quin institutio, & collatio cappellaniæ, de qua agitur, facta per Ordinarium Petro 17. Decemb. 1605. pendente termino ad appellandum a sententia,eadẽ die lata,qua pronunciatum fuit,cappellaniam illi debitam esse, spectare,& conferendam, sit attentata,cũ a sententia daretur appellatio, tãquam lata Andrea existente in lite,vt ex verbis illius,ibi non obstantib. his,quæ opposuit Andreas,cui perpetuum silentium imponimus, ex trad.per Lancell.de attentat. appell. penden.limit.49.a nu.2. Et resolutum fuit in Camerinen.iuris patronatus. 15. Nouembris 1599. coram Reuerend. D. meo Damasceno, & in alijs per Informantes allegatis.

2 Et consequenter esset etiam attentata possessio postea capta, prout de hoc datur magnus fumus ex confessione dicti Petri. 21. Decemb. 1605. dum respondendo protestationi sibi factæ, quod non deberet dicere Missas dictæ cappellaniæ,stante quod fuerat appellatum a sententia ad eius fauorem lata, donec lis in gradu appellationis introducta terminaretur dixit se existere in possessione dictæ cappellaniæ, & quod ipse tenetur dicere Missas, & illas dicet. Quatenus autẽ ante institutionem capta fuisset,satis esset,quod lite pendente. Et vbi etiam capta non fuisset, concedendum esset sequestrum,ne interim possessione vacante fructus beneficij dilapidentur. Archid. in Can. quia res.col.3. ad finem.vers. secundo modo. 11.q.1. Fely.in c.olim.in princ.vers.subdit etiam de rescript. Rota apud bo.mem.Card. Seraph.dec. 1403. in fine.

3 Non obstat, quod dicatur secundam sententiam confirmatoriam transitum fecisse in iudicatum, ob non interpositam ab ea appellationem, saltem legitimam, & coram iudice. Nam vltra quod commissa fuit causa appellationis,& nullitatis in Rota,cum facultate restituendi in integrum,prout iuris fuerit,ad uersus quamcunque rem iudicatam,id non facit,quominus possessio reuocanda sit, saltem per viam nullitatis,& sequestranda, iuxta obseruantiam Rotæ, de qua Cæs. de Graff.decis. 2.nu.4.& 5.de appellat.

4 Minus obstat,quod Andreas passus fuerit pronunciari super iustitia primæ sententię,& sic videatur attentatis renunciasse,ad latè notata per Felin.in c. Inter monasterium. nu. 29.& seq.limi.8. de re iudicata. Quia id procederet, si Andreas prius dedisset de attentatis, vel illorum causam commisisset, & postea passus fuisset cognosci de bono iure,vt declarat Lancell.de attentat.par.2.cap.4. limit. 15.nu.17.

5 Et licet attentata regulariter coram solo iudice appellationis,cuius lęsa est maiestas,proponãtur. Fran. in c.non solum in 2. notab.de appell. in 6. tamen videbatur de ijs dari posse in Rota, vbi causa in tertia instantia commissa fuit, etiam attentatorum quorsicumque,quę verba apta sunt alia comprehendere attentata, quam in spretum iudicis appellationis commissa. Et sic ista in quibus tantum verificari possunt, prout etiam petitur in secunda reuocatio attentatorum non petita in prima. Lancellot.par. 2. de attent. cap.4.in præfat.nu.486.& 487.

6 Exceptio excommunicationis ob recursus ad iudices laicos, vltra quod illi non videbantur in facto verificari, non obstat petenti reuocationem attentatorum ex cumulatis per Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12.ampliat. 13. Et par. 3.cap. 24.quæst. 3.nu. 10. Et dixit Rota in Abulen. Cappellaniæ. 5. Iunij 1598. coram bo.me. Gipsio. Et ita dictum,&c.

R.P.D.

R. P. D. CAVALERIO.

*Calaguritana Decimarum. Veneris 7. Nouemb. 1614.*

ARGVMENTVM.

Arbitrium quando intret pro Sanatione examinis testium nulli ex defectu iuramenti ipsorum testium.

*SVMMARIVM.*

*Clausula arbitrio regulatur à iure. num. 1.*
*Clausula arbitrio remittit aliquid de rigore iuris. nu. 1. Vbi de arbitrio ad effectum sanandi examen testium ex aequitate, & maximè quando directa est iudici, alias iurisdictionem habenti.*
*Iuramentū in sacerdotibus sufficit, quod praestetur manu in pectore, absq; eo quod tangantur scriptura. nu. 1.*
*Iuramentum testium non probatur per attestationem Notarij dicentis testis iuratus, etiam si dicat iuratus tactis scripturis. num. 2. Vbi, nisi aliquid addatur, ex quo comprehendi possit testem coram Notario iurasse.*
*Notario attestati de actu praeterito, de quo non est rogatus, non creditur. num. 2.*
*Iuramentum per testes minus solenniter praestitum, suffragatur, quando adest huiusmodi stylus. num. 3.*
*Examen testium nullum sanatur per commissionem cum clausula arbitrio, quando testes fuerunt examinati cū interrogatorijs partis aduersa. nu. 3.*
*Interrogatoriorum datio in examine testium inducit consensum. num. 3.*
*Testes nulliter examinati, si propter mortem repeti non possint, plene probant. num. 4.*

DECISIO DLXXXVII.

1 Stante commissione sanatoria, quod adhiberetur fides testibus arbitrio Rotae, Domini informante tātum Rectore de Septimo, & de Sinai, resoluerunt esse locū arbitrio, licet enim clausula arbitrio reguletur a iure. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo videbitur. Tamen remittit aliquid de rigore iuris, vt in puncto arbirrij ad effectum sanandi examen testium ex aequitate Crescen. decis. 4. nu. 3. de testibus. praesertim quando dirigitur iudici alias iurisdictionem habenti, vt fuit dictum in Romana Cottiuij 6. Martij 1606. coram Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Damasceno. Vnde in proposito casu DD. multa suadere dicebant, vt aliquid de rigore iuris remitteretur quo ad solennitatem iuramenti, quę praetendebatur omissa ex eo, quia in testium depositionibus non legitur ipsos iurasse tactis scripturis. Nam considerabant multos ex his testibus esse sacerdotes, qui iurarunt manu in pectore more sacerdotū, quod iuramentum est sufficiens absque eo, quod tangantur scripturae. Guido Pap. decis. 615. num. 1. Vbi dicit, hoc esse receptum ex cōsuetudine omnium Curiarum. Thessaur. decis. 47. num. 12.

2 Quo vero ad alios testes Notarius non scripserat simpliciter testis iuratus, quo casu non creditur Notario tanquā attestanti de actu praeterito de quo forte non est rogatus. Caputaq. decis. 285. & 295. p. 3. etiam si diceret iuratus tactis scripturis. Idem decis. 246. p. 2. Sed quādo Notarius addit aliquid aliud ex quo possit cōprehendi testem iurasse coram ipso, tunc licet nō addatur tactis scriptutis creditur ei. Seraph. decis. 857. nu. 25. p. 1. Et fuit dictum in Veneta praetensae legitimitatis. 8. Iunij 1598. corā bo. me. Penia, & in Ianuen. Pecuniariae. 24. Februarij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo. In praesenti autem casu Notarius non enunciauerat simpliciter testis iuratus, sed insuper addiderat, qui iurauit dicere veritatem, vel per iuramentum, quod praestitit. Et ideo, stante praesertim commissione sanatoria, Rota solet adhibere fidem testibus, vt in dictis decisionibus.

3 Accedebat praedictis, quod testes per alteram partem inducti simili modo fuerunt examinati. Vnde arguebatur stylus, vt in dicta Ianuen. & in simili, ne innumeri processus irritarentur, Seraph. decis. 857. num. 26. Tanto magis autem videbatur intrare arbitrium, quia testes fuerant examinati cum interrogatorijs partis, ex quorum datione inducitur quidam consensus. Vt in terminis sanatoriae est decisio Put. 700. lib. 3. Crauett. decis. 1. de Fer. Et dictum fuit in Romana de Rusconibus 16. Martij 1612. coram Reuerendissimo Domino meo Archiepiscopo, Et in dicta Ianuen.

4 Tandem consideratum fuit, plerosque ex his testibus esse mortuos & sic repeti amplius non posse. Vnde etiam sine vllo iuramento probare videntur, cum mors suppleat vicem iuramenti. Cephal. consil. 225. num. 8. Et quod mors augeat fidem testium faciunt congesta per Farinac. de opposit. contra exam. testiū. quaest. 74. num. 101.

R. P. D. VBALDO.

*Firmana laudi. Veneris 7. Nouembris 1614.*

ARGVMENTVM.

Laudum a partibus acceptaum transit in vim pacti, & quid si quis ex eo fuerit enormissime laesus.

*SVMMARIVM.*

*Laudum a partibus acceptatum, & homologatum transit in vim pacti, & transactionis. num. 1.*
*Laudum etiam homologatum numquid possit rescindi ex capite enormissima lesionis. num. 3.*

*Lesio*

*Læsio enormissima in transactione stante dubio litis euentu, quomodo considerare debeat. num.3.*
*Sententias, & lauda extra Rotam lata, Rota non exequitur, nisi constet de eorum iustitia. num.4.*

DECISIO DLXXXVIII.

1 POst diuturnam litium agitationem coram diuersis iudicibus, & plures sñias in hac causa latas, fuit inter partes factum compromissum, & ab arbitro laudum latum, de cuius cõfirmatione, vel infirmatione, cum hodie ageretur in Rota, fuit dictũ esse in omnib. ftandũ laudo. Fundamẽtum fuit, quia laudum dicebatur, a partib. fuisse acceptatum, & homologatũ, & ideo transiuit in vim pacti, & transactionis, imò dicitur vera transactio, gl.in l.2.& ibi DD. C.com.vtriusq. iu. Caccialup.in trac.de trãs.q.3. sub nu.8.vers.aduerte nu.6. l.4. Alex.cons.72.n.3.lib.1. Paris.cons.46.nu.16.lib.1.& fuit dictum in Romana executionis laudi, 26.Iunij 1613.coram me.

2 Et licet Daganellus ab hoc laudo appellauerit, cuius hæredes postea illud approbarunt, & pretendunt, Scæuolam posse hodie vti eadem appellatione, q̃uis statim laudo acquieuerit, iuxta textum in l.ampliorẽ. in princ.C.de appel.cum allegat.per Alex.cons. 183. nu.4.lib.6. tamen dicebant Domini, prætensionem Scæuolæ, esse minus legitimam, cum laudum contineret diuersa capitula, vt patet ex ipsius lectura, & Daganellus appellauerit in parte, & partibus sibi præiudicialibus, iuxta tradita per Imol.in c.cum Ioannes. & ibi Abb.nume.27. de fid.instru. limitata enim appellatio limitatum producere debet effectum. Decius in c.bonæ.num.36. de appell. Paris.cons.66. num.6. & seq.lib.2.

3 Et dato, quod trãsactio, & sic laudum etiam homologatum possit rescindi ex capite enormissimæ læsionis, attento tamen dubio litis euentu, iuxta Bar.in l.2.numer.7. C.de rescind.vendit. & in l.si quis cum aliter.ff.de verb.oblig.num.5.Cagnol.in d.l.2.num. 80.& 85.Paris.consi.89.num.55.lib.1.& tenuit Rota in causa Bononien.transactionis de Capacellis. 2. Decembris præteriti, coram R.P.D. Pamphilio. Ex deductis non videbatur Dominis constare, de tali enormissima læsione Scæuolæ.

4 Quæ dicebantur circa confirmationem dicti laudi, fuit dictum requirere altiorem indaginem, licet enim pro laudo præsumatur, iuxta Specul.in titul.de arbitr.§.sequitur cum latissime congestis, per Menoc. præsumpt.76.num.2.3.& seqq.libro 2.Tamen notus Stylus huius Tribunalis, vt aliorum sententias, vel lauda non exequatur, nisi constet de eorum iustitia. Put.decis.204.num.2. libro 1. Et ideo circumscripta pro nunc laudi confirmatione, vel infirmatione, fuit vt supra conclusum, esse standum laudo, tanquam a partibus approbato. Et ita decisum, &c.



REVER. P. D. MANZANEDO.

*Ianuen.Domorum. Veneris 8. Octobris 1614.*

ARGVMENTVM.

De concessione, seu denegatione remissoriæ non nulla notanda, de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

*Remissoria non conceditur, vbi articuli non sunt releuantes. num.1.*
*Remissoria non conceditur, vbi agitur de probando id, quod per scripturas probari potest. num.1.in fine.*
*Testes deponentes de indicio suo non probant. numero 2.*

DECISIO DLXXXIX.

1 CVm Patres Societatis Iesu ciuitatis Ianuen. emissent pro fundando eorum collegio quasdam domos cõtiguas Monasterio Sancti Siri Patrum Clericorum Regularium, fuit per eosdem Patres Sancti Siri motum iudicium, quod pendet in Rota coram me, contra dictos Patres Societatis Iesu, vt cogerentur sibi vendere dictas domos pro ampliatione dicti Monasterij Sancti Siri, iuxta dispositionem tex.in l.si quis sepulchrum. ff.de relig.& sumpt.fune. in cuius causæ diuersis propositionibus Domini 6. Februarij 1612.& 25. Februarij 1613.& 8. Martij eiusdem anni resoluerunt, Monasterio Sancti Siri esse dandas officinas, nempe Nouitiatum, Infirmariam, Hospitium, Bibliothecam, Capitulum, & duas Scholas pro legendis casibus, & pro Philosophia, & Theologia, domum Parochi, & Barberiam, cum declaratione numeri cellarum tam Nouitiatus, quam Infirmariæ, & Hospitij, & quantitatis palmorum, quibus vnaquæque ex dictis officinis, & cellis constare deberet, ex eo, quia apparuit, prædictis omnibus dictum Monasterium egere, ex post facto fuit discussum, An prædictæ officinæ possent dari intra situm eiusdem Monasterij, absque eo, quod opus esset ad hunc effectum prædictas domos Societatis Iesu occupare, super hoc Architectis electis a partibus de ordine Rotæ, & per ipsos visa Planta, & Modello dicti Monasterij, & facta relatione in Rota quamuis in discordia, & sæpius inter Dominos discussõ isto articulo, & non capta super illo resolutione propter difficultates in facto hinc inde occurrentes, & diuersas relationes Architectorum, visum fuit 22. Iunij prędicti, quod circũmscripto pro tunc situ vialium Cæmeterij, & Gallinarij disputaretur dubium principale, an Patres Societatis Iesu possent cogi ad vendẽdas domos, de quib. agitur Monasterio Sãcti Siri.

Sed antequam proponeretur, fuit per Patres Societatis Iesu dictum, posse Monasterium Sancti Siri ampliari, & consequi commoditatem pro construendis dictis officinis per Rotam declaratis, emendo a quibusdam sæcularibus domos eidem Monasterio vicinas, in quo tamen Patres Sancti Siri se opposuerunt, ex eo potissime, quod nunquam Religiosi in iudicio 2 cõpulissent laicos Ianuæ inuitos ad vendendas suas domos pro ampliandis Ecclesijs, seu Monasterijs, ita quod si illud tentassent, nunquam obtinuissent, quin summa molestia afficerent non solum dictos laicos conuentos, sed etiam omnes ciues, & totam ciuitatem Ianuæ, qui non permitterent priuari sua libertate, ne inuiti cogantur vendere. Vltra quod si Patres Sancti Siri pro dicta ampliatione agerent contra dictos laicos ad dictas suas domos sibi vendendas ad æstimationem non solum non obtinuissent, sed etiam redderentur odiosi dictis vicinis, & omnibus alijs ciuibus cum damno, & irreparabili præiudicio ipsorum Patrum, & eorum Monasterij, cum iuxta sui institutum nequicquam possideant, nec quærant, sed viuant ex eleemosynis ab ipsis vicinis, & ciuibus sibi sponte oblatis, & cum super prædictis petijssent remissoriam pro testibus examinandis Ianuæ, & articulos supradicta continentes dedissent, ex aduerso fuit contradicta dicta remissoria. Vnde proposui hodie dubium, an illa esset concedenda, & Domini negatiuam partem sunt sequuti, ex illo potissimo fundamento, quod non esset verisimile, Senatum Ianuæ permissurum, quod laici iuxta Iuris dispositionem, & in casibus a iure permissis non compellantur vendere domos contiguas Monasterijs pro illorum ampliatione præcipue, cum ex aliquibus actibus datis per Patres Societatis Iesu appareat, per Senatum prouisum fuisse in casibus occurrentibus ad fauorem eorumdem Patrum Societatis Iesu, pro ampliatione Ecclesiæ Sancti Ambrosij, & ad fauorem Monialium Sanctæ Catharinæ de Senis pro ampliando illo Monasterio, quibus in occurrentijs ad instantiam illorum Religiosorum Senatus mãdauit compellere quosdam sæculares ad vendendum dictis Religiosis aliquas domos pro pretio iuxta ordinem Senatus æstimando. Vnde cum per dictas scripturas apparere videatur totum contrarium, quod Patres Sancti Siri per testes probare conantur, & in quatuor suis primis articulis dederunt, visum fuit articulos non esse releuantes, nec per consequens ad illorum probationem Remissoriam esse concedendam, cum frustra sit probare, quod probatum non releuat. Cæsar. de Graff. decis. 2. de dilat. Caput. decis. 14. num. 3. & decis. 66. part. 3. & quod non datur Remissoria ad probandum, quod per scripturas probari valet. Aegid. decis. 9. Rot. deci. 10. num. 6. de officio delegati, in nou. & decis. 46. de test. in ant. & eo minus conceditur, cũ scripturæ contrarium continent, quod per testes probari intenditur. Seraph. decisione 1460. num. 3. & fuit dictum in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram Illustrissimo Lancellotto in fin. in quam sententiam facilius Domini venerunt viso statuto Ianuæ lib. 6. cap. 4. de Priuileg. Cleric. quo disponitur, quod causæ Religiosorum contra laicos decidantur secundum Iura Romana tam in procedendo, quam in iudicando, & non secundum formam statutorum Reipublicæ.

Quo vero ad quintum articulum circa maiorem commoditatem circa ampliationẽ Monasterij Sancti Siri resultantem illi ex Domibus Patrum Societatis Iesu, quam ex laicorum domibus vicinis visum fuit hoc Rotæ visa planta, & modello posse per inspectionem oculorum diiudicari; & quod testes super hoc deponẽdo esse potius suum Iudicium dare, quod non spectat ad ipsos. Bart. in L. qui testamentum. §. final. ff. de testam. Paris. consilio 152. num. 15. lib. 4. Gabr. consilio 168. num. 9. lib. 2. Ex quibus ita fuit resolutum.

## R. P. D. PIROVANO.

*Calaguritana de Branteuilla. Veneris 7. Nouembris 1614.*

### ARGVMENTVM.

Gratia non dicitur iustificata non probato tempore vacationis, & valore beneficij in ea expressis, prouisioque beneficij facta à Papa, tanquã vacantis in mense reseruato, si beneficium in dicto mense non vacat, non præiudicat collationi ordinarij.

### SVMMARIVM.

*Ordinarij prouisio non impeditur, quando beneficium non vacauit in mense reseruato. num. 1.*
*Gratia dicitur subreptitia non iustificato valore expresso in ea. num. 2.*
*Gratia expedita in forma dignum nihil ponit in esse, quando non fuit exequutioni mandata. num. 3.*
*Papa in conferendis beneficijs concurrit cum quolibet ordinario, & praueniendo conferre potest. num. 4. Declara, vt num. 5.*
*Papa conferendo beneficium vti vacans in mense reseruato, si de dicto mense beneficium non vacauit, non censetur voluisse præiudicare Ordinario, nec cum eo concurrere. num. 5.*

### DECISIO DXC.

1 IN hac causa dubitaui, an gratia Francisci sit iustificata, vel alias obstet Gaspari, & Domini quo ad vtramque partem negatiue responderunt, scilicet neque esse iustificatam, nec alias obstare. Fundamentum primæ partis fuit, quia narratur vacatio in mense Maij non excessa scutorum

24. &

24.& quod ex tempore gratiæ Franciscus perciperet quartam partem fructuũ,quæ tamen non probantur, prout necessarium est, quia cessante vacatione in mẽse Maij,& sic reseruato,prouisio Ordinarij non impeditur. Put.decis.265.in noua impres.li.3.Mohed.decis.2. de probat. quòd etiam fuit firmatum in Calaguritana beneficij de Occon.30. Ianuarij 1608. coram Archiepiscopo Lugdunensi.

2 Et non iustificato valore, postquam fuerit expressus,gratia remanet subreptitia. Abb.iu cap.fin.nu.1. & 9. de præsumptione, & in c.constitutus. vbi etiam Butr.num.11.de rescript. Pute.decis.339.num.1.in nouã edit.lib.1. maximè propter confessionem ipsius Francisci in commissione,quòd excedit scuta 24.quę magis aggrauat præsumptionem falsæ narratiuæ, ac demum cessante Iustificatione perceptionis quartæ portionis fructuum eodem vitio laborat: quia Papa prouidendo de dimidia Francisco, qui habebat quartam intellexit facere gratiã de alia tantum quarta,& nulli dubium,quòd Papa facilius moueri potuit ad concedendum quartam, quam dimidiam, quòd Principi non erat reticendum, si prætendebatur gratiam non posse de subreptione impugnari.

3 Non obstat,quòd vacatio per assensum & in mense Maij habetur ex confessione partis, & ex edictis appositis a prouisore Calagurirano,in quibus dicitur,ꝙ hoc beneficium per talẽ assensum vacauit: quia fuit responsum, quòd edicta emanarunt die 5. Iunij,nec in eis ponitur,ꝙ beneficium vacauerit de mense Maij ideo tanquam suppositum, quòd æquiuocæ interpretationi subiacet,non videtur releuare,vulgato.cap.in præsentia.de probat. Vltra quod deficit etiam iustificatio quæ fuerunt narrata. Rationes vero secundæ partis fuerunt, quia gratia reperitur expedita in forma dignum, quæ cum executioni non sit demandata,nihil ponit in esse. Cassad.decis.1.numc.6. vt lite pen.Mand.in regula de annal.quæst.55.num.3.Rota in d.Calaguritana de Occon. 30. Ianuarij 1608. in qua fuit dictum non suffragari, vt illius occasione suffragari debeat sententia Rotalis.

4 Non obstat, ꝙ exceptio Francisci non consistat in mense reseruato,sed in eo,ꝙ Papa contulit præueniẽdo prout poterat,cum concurrat cum quolibet Ordinario.c.dudum. c.si a Sede. de præben.in 6.ꝙ etiam dicitur fuisse decisum in similibus beneficijs,in Calaguritana de Oliuar.15.Decembris 1601.coram bon. mem. Penia. Et de præuentione dicebatur non posse dubitari, quia data gratiæ est anterior cuicũq; actui, per quem possit Gaspar prætendere ius sibi quæsitum in re, aut ad rem.

5 Ad prædicta enim fuit responsum,quæstionem nõ esse de potestate Papæ in præueniendo, sed de voluntate quæ non colligitur,sed cõtraria ex narratiua vacationis in mense Maij cum clausula dudum,&c. per quam colligitur Papam noluisse præuenire vel concurrere cum Ordinario,sed tantum præuidere de reseruato, prout fuit resolutum in Taurinensi 14. Octobris 1569. coram Ordinario,& in Romana Cappellæ Sancti Petri 9.Decembris 1602.coram Illustrissimo Mellino, & in Paderbonen. canonicatus 29. Martij 1610. coram Reuerendissimo nostro Decano, & ideo si reseruatio non subsistit, cessat præuentio, vel concursus, vt expresse tenuit Rota in Romana Clericatus. Sancti Petri. 27. Octobris 1602. coram bon. mem. Pamphilio, & cessant consequentur, quæ dicuntur de affectione per appositionem Manus. Quia si confertur tanquam de reseruato, Papa non intelligit afficere vacationem si alias beneficium nõ est reseruatum,Rota in Valentina Cappellæ 1. Decembris 1606. coram Reuerendissimo Damasceno. Et ita fuit decisum,&c.



## REVERENDISSIMO P. D.

## COCCINO DECANO.

*Cæsaraugustana pensionis. Veneris 14. Nouembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi pensiones probatur per quietantias, & confessiones de recepto adminiculatas,& factas per manus Notarij, & quæ requirantur, vt declaratoria ob non paritionem literarum exequutorialium eam petenti concedatur.

### SVMMARIVM.

*Manutentio denegari non potest, vbi constat de possessione eius, qui manutenerí petit. num.1.*

*Quasi possessio exigendi pensiones censetur probata per quietantias, & confessiones de recepto adminiculatas, & factas per manus Notarij. num.2.*

*Mandatum præsumitur ex actu, qui sine mandato expediri non solet. num.3.*

*Manutentionem petenti obstat exceptio rei iudicatæ. numero 4.*

*Causa nullitatis durat per 30. annos etiam deserta causa appellationis. num.4.*

*Declaratoria ob non paritionem literarum exequutorialium danda est, seruatis quatuor terminis, de stylo Curiæ seruari solitis. Ex quibus etiam probatur negatiua non paritionis, quæ nihil aliud est quam voluntaria inobedientia. num.5.*

## DECISIO DXCI.

1 Die 1.Iulij huius anni dubitaui,an esset danda declaratoria,& cum plura opponerentur contra iustitiam mandati de manutenẽdo, placuit Dominis super ea audire partes,& repropositа

ta causa supradicta die fuit resolutum, mandatum de manutenẽdo fuisse iustum, & dandam esse declaratoriam. De possessione enim Ludouici exigendi pensionem satis constat, & ideo non potest denegari in anutentio. §.hodie. Instit. de interdict. & de possessione constat ex pluribus quietantijs factis per matrem d. Ludouici eius procuratricem, vt constat ex mandato quæ quidem quietantiæ fuerunt factæ Arrendatario Abbatiæ, & fuut adminiculatæ, quatenus continent exactionem factam ab Arrendatario ex alijs quietantijs factis per Dominicum Salam, tanquam procuratorem substitutum per matrem ipsimet Abbati.

2 Imò ex quietãtijs ipsius Salæ cõstat de possessione d. Ludouici. Et quãuis istæ sint quietantiæ, & confessiones de recepto, quæ regulariter non videntur probare possessionem: attamen cum sint adminiculatę ex ipsa reseruatione pensionis, ex mulriplicitate ipsarum, & ex quo fuerũt factæ per manus Notarij, satis probant possessionem iuxta notata per Tiraquel. in l. si vnquam. versic. donatione largitus. num. 100. cum seqq. C. de reuocat. donat. & fuit resolutum in causa Cæsaraugustana pensionis. 30. Ianuarij 1588. coram bo. meu. Gypsio.

3 Neque releuat, quod non constat de mandato Arrendatarij, qui soluit, neque de mandato Dominici, qui exegit, quia cum istæ solutiones adminiculentur ex prędictis, maxime quia solutio fuit facta ab Arreudatario, & ab ipsomet Abbate, satis præsumendũ est, ĩnteruenisse mandatum sufficiens, quia sumus in actu qui verisimiliter absque eo expediri non solet. Rota decis. 2. de caus. possess. & propr. in antiq. Cassad. decis. 3. num. 4. de procur. Felin. in c. sicut. num. 35. de re iudic. Socin. consil. num. 3. lib. 3. Aym de antiqui. temp. part. 2. nu me. 65. & ponderatis omnibus prædictis adminiculis, ita fuit resolutum in causa Pacen. pensionis 1. Iulij 1596. coram bon. men. Cardinale Pamphilio, & in alia Cæsaraugustana pensionis 30. Ianuarij 1588. coram bon. men. Gypsio. Quæ omnia optime procedũt, etiam quod ex præsumptione oriatur præsumptio, quia cum vna venit in consequẽtiam alterius admittitur. Christoph. Castillioneus in repe. l. sciendum. num. 9. ad finem. ff. de verb. oblig.

4 Non obstat, quod per sententiam A.C. fuerit declaratum pensionem fuisse extinctam ob non declarationem habitus, quæ sententia transitum fecit in iudicatum, ob nõ prosecutam appellationem, & ideo res iudicata obstat petitæ manutentioni. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 34. ff. de acqui. possess. vbi etiam Rip. num. 97. Bologn. num. 60. & 62. versi. limitatur. Menoch. de retin. remed. 3. numero 685. & seqq. Nam fuit responsum, quod cum fuerit commissa causa appellationis, & nullitatis, æque principaliter deserta causa appellationis durat causa nullitatis, quæ durat per 30. annos. Franch. in cap. dilecto. quæstione 58. de appellat. Couar. de communi pract. quæst. ca. 24. in fine. & interim potest dari manutentio vt in puncto fuit resolutum in causa Romana census 15. Iunij 1607. coram bon. men. Penia. & in alia Carthaginen. pensionis 14. Martij 1600. coram Illustriss. D. Card. Lancellotto, quicquid dicat Achil. decis. 15. de rescript.

5 Quantum attinet ad declaratoriam, visum fuit nõ posse denegari. Nam executoriales fuerunt legitime intimatæ, & productæ, fueruntque seruati quatuor termini seruari soliti de stylo curiæ, ad docendum de paritione, de quibus Felin. in c. Rodulphus. num. 4. de rescrip. Vestr. in prax. c. vlt. lib. 8. num. 19. Ex quibus satis probatur negatiua non paritionis, vt dixit Rota in causa Corduben. Decimarũ. 27. Iunij 1595. coram bon. men. Cardinale Seraphino, & in alia Valentina emolumentorum 30. Maij 1597. coram bo. mem. Cardinale Pamphilio, quę quidem non paritio nihil aliud est, quam voluntaria inobedientia, qua quis monitionem iudicis implere contemnit, ob quã datur declaratoria. Marian. Socin. in c. nulli. num. 7. de sentent. excommun. Abb. in c. r. num. 10. de iudic. Cassad. decis. 5. num. 7. de const. cap. absit 11. quæst. 3. Concilium Tridentinum sess. 23. c. 1. de refor. vers. quod si. Et ita conclusum, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Palentina Cappellaniæ. Veneris 14. Nouembris 1614.*

Attentatorum reuocatio coram quo iudice debeat peti, & an executio facta pendente appellatione reuocetur, tanquam attentata appellatione deserta, & quid de exequutione facta ante obtentam restitutionem in integrum.

### SVMMARIVM.

*Possessio capta pendente termino ad appellandum dicitur attentata, & priuilegio attentatorum est reuocanda. num. 1*

*Attentatorum reuocatio debet peti coram iudice appellationis, cuius fuit læsa maiestas, nec per alium fieri potest. num. 2. & num. 3. Amplia etiam stante commissione cum facultate reuocandi attentata, quia intelligitur prout de iure, & hi non nisi per iudicem appellationis.*

*Commissio debet intelligi prout de iure. num. 3.*

*Executio facta pendente appellatione non reuocatur, tanquam attentata appellatione deserta, si executio fuit directa. num. 3.*

*Attentatis renunciasse dicitur, qui passus est discuti de iustitia sententiæ. num. 4.*

*Appellatio nulla non causat attentata. num. 5.*

*Restitutio in integrum non datur aduersus rem iudicatam post lapsum quadriennij. num. 6.*

*Exequutio facta ante obtentam restitutionem in integrũ non reuocatur tanquam attentata. num. 6.*

DE-

## DECISIO DXCII.

1 Licet possessio Cappellaniæ capta per Petrum pendente termino ad appellandum à Sententia Ordinarij Palentini ad eius fauorem lata subsequuta Andreæ eius aduersarij legitima appellatione fuerit attentata.c.non solum.de appella.in 6. Et ibi glos. & priuilegio attentatorum reuocanda. Franc.ibi num.7.Seraph.decis.1583.num.1.Tamen contrarium concluserunt Domini in præsenti casu.

2 Primo quia dicta reuocatio attentatorum pendente tempore ad appellandum erat peten. sicut etiam attentatorum post appellationem coram Metropolitano iudice appellationis,dicto.c.nō solum.ibi,Ante omnia per appellationis iudicem,&c.vt post Io.And. notat ibi Francisc.& Anchar. in 2.notab. & Gemin. 5.num.4. Et sic per iudicem cuius fuit læsa maiestas. Rot.decis.10.nu.4.vt lit.pend. in nouis. Et est decis. Illustrissimi Cardinalis Lancellot.in Vlixbonen.Beneficij. 24.Nouembris 1597. cum allegat. per Lancell.de attentat. qui de communi, 2.par.cap.27. nu. 32.& seqq.& præsertim num.35.& 36.

3 Non obstat commissio cum facultate reuocandi quæcumque attentata, quia intelligitur prout de iure. Cresc.decis.1.de rescript. Et sic non nisi per iudicem appellationis. Secundo: quia post rem iudicatā non est locus reuocationi attentatorum. Executio enim facta pendente appellatione illa deserta conualescit, quando exequutio est directa, vt beneficij controuersi possessionis adeptio. Sublata enim appellatione tollitur suspensio iudicati iam inducta, & executio firma manet,& licet male facta non reuocetur, cum de nouo fieri deberet, & firmato principali, videlicet sententia,firmatur accessorium,quod est ipsa exequutio, vt post Io.Monach. quē refert Io.And. & vtrumque Franc.cap.licet nu.4. vers.quod autem. de senten. excommu. in 6.Anchar. capit.non solum. numer.7.de appellat. Milis in verbo exequutio facta pendente. Lancell.de attent.at.appell.penden.2.par. cap.12.ampl.1.num.14.& seqq. Ad quod facit optimè tex. a contrario sensu in l.cum ex causa, ff.de appell.quem adducit Monach.d.cap.licet.num.1.vers. Sed quæro in principio.

4 Et inde etiam cum Andreas non dederit de attentatis coram iudice appellationis, sed eo non contradicente Petrus obtinuerit sententiam confirmatoriā primæ,videtur tacitè renunciasse attentatis, & ab eis exclusus Bart. in l.1.§.Sed & si is, Cui.num.2. ff.de nou.oper.nunc. Paris. consil.41.num.37. volum.1. Lancell.2.par.cap.12.de attent.appell.penden.nu.3. limit.24.

5 Vnde cum Andreas non appellauerit a sententia Metropolitani confirmatoria primæ, prætensa enim appellatio est interposita coram Notario illam intiman. non autem coram iudice, ideo est nulla. cap.vt debitus. de appellationib. Nec causat attentata Lancell.d.cap.12.limit.50.nu.184.

6 Et quatenus fuisset legitimè interposita, fuit deserta ob lapsum, nedum biennij,sed etiam quinquennij, Et sic non potest iuuari commissione causæ restitutionis in integrum. l.fina.C.de temp.in integrum. rest.c.1.de restitutione in integrum. Vltra quod exequutio facta ante obtentam restitutionem in integrum non reuocatur tanquam attentatā. Lancell.d. cap.12.limitat.50.num.23. Ex quibus dixerunt Domini, non applicari huic casui decisionem Cæsar.de Grass.2.de appellat. Et propterea recedendum esse a decisis.

## R. P. D. VBALDO.

*Romana de Arrouijs. Lunæ* 10. *Nouembris* 1614.

## ARGVMENTVM.

Prohibitus alienare bona hæreditaria sub pœna priuationis non incurrit pœnam, si prohibitionis scientiam non habet certam, & specificam. Item si alienata redimit, & in parte alienās non cadit a toto.

### SVMMARIVM.

*Fideicommissum, seu substitutio alicui facta si sine filijs decesserit, non dicitur purificatum, donec, & quousque sit spes, quod ille, cui quis substituitus est, possit filios procreare. num.* 1.

*Testatoris voluntas maxime attendenda est. num.* 2.

*Interpretatio verborum testamenti capienda est in dubio illa, quæ primo facet nominatis in eo. num.* 2.

*Ius successionis non debet remanere in suspenso. num.* 3. *Vbi declaratur, hoc non procedere stante aliqua causa, vel contraria testatoris voluntate.*

*Scientia requiritur certa, & indubitata, nec sufficit præsumpta, quando agitur de amissione iuris iam quæsiti, Imo requiritur specifica cum omnibus suis qualitatibus. num.* 4.

*Hæres alienans bona hereditaria contra volnutatem testatoris non incurrit aliquam pœnam, nisi probetur, quod habuerit scientiam prohibitionis alienandi. nu.* 4. *Declara, vt num.* 5.

*Hæres extraneus numquid præsumatur habere notitiam contentorum in testamento. num.* 5.

*Scientiæ præsumptio non cadit in Pupillari ætate. num.* 5. *vers. In proposito autem.*

*Productio testamenti facta a Procuratore nō arguit scientiam contentorum in eo in præiudicium principalis. num* 5.

*Prohibitus alienare, si partem alienat, non cadit a toto. num.* 6.

*Prohibitus alienare sub pœna priuationis, si alienata redimit excusatur a pœna. num.* 6.

## DECISIO DXCIII.

1 DOMINI recesserunt à decisione in hac causa facta die 20. Iunij præteriti, tribus potissimum fundamentis. Primo, quia Lucilius in casu alienationis non simpliciter fuit vocatus, sed eodem ordine, quo fuit vocatus in casum mortis, vt colligitur ex illis verbis testamenti, & voluit, quod liceat substitutis ordine prædicto vocatis bona alienata, & illorum corporalem possessionem propria auctoritate apprehendere, &c. Vnde cum in casum mortis, substitutio Lucilij sit solum facta post Fabiũ, eiusq; filios, & descendentes ex linea masculina, eodem modo pleriq; ex Dominis intelligebant substitutionem eiusdem Lucilij in casum alienationis, videlicet, post Fabij filios, & descendentes, & licet Fabius de præsenti filios masculos non habeat, tamen cum habeat vxorem, non est spe destitutus illos suscipiẽdi, quæ spes quamdiu durat (durat autem vsq; ad extremum vitæ spiritum) interim non videtur purificatum fideicommissum ad fauorem Lucilij, sed est expectandum, quousq; prædicta cõditio filiorum Fabij deficiat, l. cum in testamento. in principio. ff. de hær. instit. l. si mater, §. fin. ff. de vulg. l. quamdiu tertia. ff. de acq. hær. l. vnica in principio, C. de caduc. toll. l. Lucius, ff. de hær. instit. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Treb. Et fere in his terminis Roman. cons. 134. in quarto dubio, quem sequitur Paris. consil. 71. nu. 26. & seq. lib. 4. Surd. cons. 125. sub nu. 28. vers. 6. & nu. 30. vers. quibus sic firmatis. lib. 1. & cons. 403. nu. 11. lib. 3. Menoch. cons. 500. nu. 9. in fin. & nu. 10. lib. 5. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. c. 1. num. 29. & seq. Franch. decis. 169. nu. 25. Et fuit dictum in Romana legati de Bubalis 4. Maij 1607. coram bon. me. Iusto.

2 Neque obstare videbatur, quod testator in casu alienationis per eum prohibitæ, voluerit substitutos admitti perinde ac si mors naturalis alienantium accidisset, & proinde cum Fabius alienauerit, perinde habendus sit, ac si mortuus fuisset sine alijs masculis, ex testatoris voluntate, quæ maximè attendenda est. l. in conditionib. ff. de cõd. & dem. §. disponat, Auth. de nupt. Quia respõdebat vnus ex Dominis, quod ea verba, perinde ac si mors naturalis, &c. debẽt intelligi quo ad effectum caducitatis, & priuationis ipsius alienantis, non autem quo ad effectum, & casum successionis, quasi ab eo tempore spectanda sit existentia filiorum Fabij quo ad ordinem succedendi, quæ interpretatio videtur capienda, tùm quia fauet primo nominatis, & ideo in dubio capienda, l. qui soluendo nõ erat, ff. de hæred. instit. l. 1. C. de edict. Diu. Adr. toll. l. quoties. ff. de vsufr. Surd. dicto consil. 125. num. 27. tùm quia conuenit verbis testamenti, ex quibus substituti vocantur in casu alienationis ordine prædicto expresso in substitutionibus in casum mortis, & tanto magis, quia prohibitio censetur facta respectu substitutionum præcedentium, Honded. post relatos, consil. 42. num. 34. lib. 2.

3 Item nec obstare visum fuit, quod alias dominiũ bonorum alienatorũ, siue ius successionis remanerct in suspenso, contra l. fin. in fin. ff. comm. præd. & ibidẽ Baldus, & Alberic. Molin. loco supra cit. num. 6. cum Fabius ceciderit per alienationem, quæ ita ex prohibitione testatoris est nulla, iuxta not. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. primo nec filijs Fabij adhuc nõ natis, nec conceptis applicari potest, & interim Lucilius non est vocatus ex supradictis. Quia respondebatur id non esse absurdum subsistente aliqua causa. Bal. in l. fin. nu. 8. C. de sent. pass. Petr. de fideic. q. 11. nu. 586. præsertim, quando constat de voluntate testatoris, Roman. dicto cons. 134. num. 6. Paris. dicto cons. 71. nu. 26. lib. 4. Surd. d. cons. 125. nu. 43. lib. 1. Et eo magis cum talis defectus existentis filiorum sit huiusmodi, qui cessare speratur. Ruin. cons. 22. nu. 15. lib. 2. Natt. cons. 675. nu. 8. Surd. vbi supra num. 42.

4 Secundum fundamẽtum decisionis fuit, quia cum agatur de amissione iuris iam quæsiti Fabio, requiritur in eo certa, & indubitata scientia prohibitionis alienationis, nec præsumpta videtur sufficere, Felin. in c. eum conting it, col. 2. de rescr. Rota decis. 21. de dol. & contum in antiq. Mohed. deci. 4. de prob. Put. decis. 142. nu. 2. lib. 1. secundum Romanam impressionem, & decis. 6. de prob. Seraphin. decis. 133. nu. 2. & decis. 972. nu. 10. part. 1. imò requiritur specifica sciẽtia cum omnibus suis qualitatibus, cum simus in pœnalibus, gl. communiter recepta in c. concertationi. in verbo, scieris, & ibi omnes Doctores. de appel. in sexto, Alex. cons. 114. sub nu. 4. vers. accedit ad maiorem, lib. 1. Tiraq. de retr. lign. g. §. 36. glo. 2. num. 30. Becc. consil. 37. nu. 23. lib. 1. Surd. cons. 150. nu. 136. lib. 1. & decis. 265. num. 19. Seraph. decis. 991. num. 1. & 2. part. 1. Et fuit dictum in Romana Dotis 10. Maij 1602. coram bon. me. Cardinali Pamphilio, & alias sæpè, qualem scientiam habuisse Fabium, debet per Lucilium probari, quia qui vendicat bona alienata, tanquam subiecta fideicommisso debet probare scientiam alienantis Ang. in l. fin. §. fin. C. comm. delegat. & in l Marcellus, §. res quæ. ff. ad Treb. Rui. consil. 118. circa fin. vers. & ideo lib. 2. cum alijs per Ror. apud Seraph. decis. 916. num. 8. par. 1.

5 Et ad illud, quod dicebatur in alia decisione, quod hoc fallit, quando alienans fuit hæres extraneus, ex Rip. in l. filiusfamilias. §. Diui num. 11. versic. quod intelligas, ff. de leg. primo. cum alijs allegatis. Respondebat vnus ex Dominis, Ripam moueri ex doctrina Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres. in 3. quæst. num. 13. ff. de verb. obligat. de qua tamen dubitauit Ias. in l. de his. numero 15. ff. de transf. & contra tenet Roman. consil. 403. num. 14. cuius opinionem videtur approbasse Rota apud Seraph. decis. 969. nu. 4. in fin. par. 1. In proposito autem talis probatio non videbatur adesse ex parte Lucilij, non obstantibus ijs, quæ fuerunt in decisione cõsiderata, quia vltra quod arguunt scientiam tantum præsumptam, quæ nõ sufficit ex allegatis, Respondebatur etiam, quod aditio hæreditatis, & assumptio nominis, & armorum testatoris

toris

toris fuit facta Fabio, tunc in pupillari ætate constituto, quo casu in eo non potest cadere præsumptio scientiæ, iuxta consilium Beccij 111.nu.13.14.& 15. libro 1. Et ad productionem testamenti dicebatur ex productione facta a Procuratore nõ præiudicati principali, vt fuit dictum in Pampilonen.decimarum.14. Maij 1600. coram Reuerendissimo Bononien.vel saltem non argui scientiam omnium contẽtorum in testamento, vt in simili tradit Ladetch.consil.73.nu.2. vers.non obstat.

6 Tertium fundamentum fuit, quia Fabius habita notitia dictæ prohibitionis, dicitur redemisse census, videlicet, vnum scutorum ducentorum in totum, alterum scutorum 800. pro scutis quingentis vnde de æquitate videtur remissa pœna Butr.consil.34.nu.2. vers.de æquitate. Et fuit in simili decisum in causa Romana de Theodolis 17.Aprilis 1592.coram bon. me. Cardinali Blanchetto, & in omnem euentum nõ posset prætendi caducitas, nisi pro scut.300. pro quibus remanet hæreditas obnoxia censui, cum prohibitus alienare, si partem alienet, non cadat a toto. Ias. in l.filiusfamilias.§.Diui.n.220.& ibi Ferdin. Loaz. num.192.ff.de leg primo, idem Ias.in l.ait prætor.in principio, num.4.& seqq.ff.de iureiur. Ruin. consil. 119.num.12.versic.sed contrarium. lib. 2. Menoch. consil.164.numer.22.vbi de communi.lib.2. Et fuit resolutum in causa Perusina Hæreditatis. 16. Nouembris 1584.coram Orano impressa post consilium Honded.58. num.87.& seqq.lib.1.& in alia Perusina Dotis, 9.Iunij præteriti coram me, in qua aliæ decisiones allegantur, & in hoc casu cessat difficultas, quia verba testamenti sunt restricta ad bona alienata, vt fuit etiam consideratum in decis.379.sub nu.3. pat.1.diuers.& in dicta Perusina Dotis coram me. Et hæc tanto magis videntur procedere, stante quod sumus in censu sui natura redimibili, & virtute etiam pacti expressi, quod operatur, vt quandocunque census rediuatur, pœna euitetur iuxta consilium, Dec. 88.nu.3.quem sequitur.Cagnol.in l.2.nu.174.C.de pact.inter empt.& vend.Et Rota apud Seraph.decis. 819.num.3.part.1. Et in omnem euentum in dubio iudicandum est, alienantem non incidisse in pœnam priuationis, ad tradita per Honded.consi.42. nu.46. lib.2. Ex quibus Domini recesserunt a decisis.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Salernitana Contributionis. Veneris 14. Nouembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Appellatio debet interponi coram iudice de Stylo Rotæ, nisi iudex sit absens, & vbi Notarius recusat accedere, potest adhiberi alius Notarius ad referendum.

*Pars II.Tom.II.*

## SVMMARIVM.

*Paria sunt non appellare, & minus legitime. nu.1.*

*Appellatio debet fieri coram iudice. num. 2. Vbi etiam de Stylo Rotæ, & nu.3. Vbi quid sit agendum vbi Notarius non vult adire iudicem.*

*Fallit vbi iudicis præsentia haberi non posset. num.3.*

*Rota non attendit nec exequitur sententias aliorũ Tribunalium, nisi constito de earum iustitia. num 4.*

*Sententia quæ non iustificatur ex actis, non transit in iudicatum. num.4.*

## DECISIO DXCIV.

1 Proposito dubio vtraque parte informante, an constet de re iudicata sententiæ Rotalis aliàs sub die 12. Maij præteriti informante solum Monasterio resoluto, Domini steterunt in decisis, nẽpè constare de re iudicata, eodem fundamento in decisione deducto, quod per Procuratorem Monialium non fuerit legitime appellatum, cum paria sint non appellare, & minus legitime, vt fuit etiam dictum in vna Mediolan.iuris patronatus 16.Ianu. 1612.corã R.P.D. meo Vbaldo, & in Calagutitana de Amoneo 25.Maij eiusdem anni corã R.P.D. meo Mãzanedo.

2 Fuit etiam minus legitime appellatum ex quo appellationis schedula fuit dimissa in manibus Notarij vltima die termini, cum tamen coram iudice appellari debuisset, nedum ex dispositione Iuris Cæsarei, & Canonici, l.1.§.dies.ff.quando appellan.sit.canonizata in c.biduum. 11.q.6.c.vt debitus.de appel.c.cot di.eod.tit.lib.6.clem.1.eod.tit.glo.in c.appellatio.in verbo.Iudici, & ibi post alios Franc.sub nu.3.eod.tit. cum alijs per Mãdos.in add.ad Lap.alleg.38. in ver. in præsentia. Sed etiam ex stylo huius, & aliorum Vrbis Tribunalium, vt attestantur Primarij Curiæ Procuratores, nec placeret Dominis hunc stylum laudabilem iuri conformem immutari, essetq.res periculosi exempli, si Notarijs facultas daretur recipiendi appellationes interiectas in absentia Iudicum.

3 Vnde non visum fuit hoc casu esse locum doctrinæ Bal.in auth.quæ supplicatio.nu.3. C.de precib.imp. offer.quã sequitur Alex.in add.ad Bar.in l.1.§.libel. in litera g.ff.de appel.& alijs allegatis per Informantes pro Monialibus. Nam vt declarat Grauat.in add. ad Vestr.lib.7.c.3.nu.58. vers.ceterum Bal. Et dicta doctrina procedit, vbi iudicis præsentia haberi non posset, & idem tradit post alios, Guid.Pap.dec.436. nu 64.ver.in absentia tamẽ iudicis.Mandos.ad Lap. in d.allegat.38.in vers.si quis. Hoc vero casu ne dum non fuit probatum non potuisse haberi accessum ad iudicem, sed ex facto constare de contrario, cum eadẽ die, qua Procurator dimisit schedulã penes Notariũ adierit Iudicẽ, & licet Notarius noluisset adire iudicem, tñ ob id Procurator non excusaretur, quia alius poterat adhiberi qui rogaretur de dicta appellatione ad referẽdũ iuxta stylũ Curiæ, vt fuit dictũ in alia dec. Nec obstare visum fuit Dominis, quod dicebatur pro

parte Monialium Sententiam Rotalem ex duplici că pite laborare vitio nullitatis, quia scilicet reuocaue- rat sententiam in vltimo loco in hac causa extra Rotam latam, quæ transitum fecerat in rem iudicatam etiam parte opponente, deinde, quia integra acta non fuerant coram R.P.D. Vbaldo transportata.

4 Responsum enim est quo ad primum caput, tritum esse Rotæ Tribunal non attendere, nec exequi sententias extra Rotam latas prætextu rei iudicatæ, nisi constito de earum iustitia, quod tantum abest vt constet, quin potius coram bon.mem. Illustris. Card. Pamphilio, die 21. Iunij 1599. fuit dictum, d. Sententiam extra Rotam latam esse reuocandam, deinde coram R.P.D. Vbaldo fuit resolutum, non constare de bono iure Monialium. Vnde intrat iuris regula, sententiam nullam, vel iniustam, quæ non verificatur ex actis non transire in rem iudicatam. Quod ad secundum caput attinet, visum fuit non verificari in facto. Verum antequam ad executionem huius rei iudicatæ procedatur, existimarunt Domini, ex solita benignitate Moniales super decisione facta coram R. P. D. Vbaldo sine præiudicio iurium partium iterum posse audiri. Et ita decisum.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO DECANO.

*Florentina, seu Parisien. pecuniariæ. Lunæ 17. Nouembris 1614.*

ARGVMENTVM.

Bonorum appellatione quando veniat nomen debitoris, quando creditor possit illud exigere, & quanto tempore hypotheca nominis debitoris præscribatur.

*SVMMARIVM.*

*Bonorum appellatione venit etiam nomen debitoris. n. 1.*
*Creditor exigens ab alio pecunias sui debitoris si eas consumpsit non tenetur amplius illas restituere anteriori creditori dicti sui debitoris. nu. 2. Declara duobus concurrentibus, scilicet quod principalis debitor non sit soluendo, & pecunia sit penes creditorem ex causa lucratiua. num. 3.*
*Excussio non est necessaria in bonis decocti. num. 3.*
*Hypotheca in nominibus debitorum tantum durat, quantum ipsum nomen manet in posse debitoris obligati. Declara, vt nu. 4. & 5.*
*Datione in solutum extinguitur debitum illius, cuius bona in solutum data sunt, etiam quod postea eadem fuerint euicta. num. 6. & seqq.*
*Hypothecaria actio præscribitur spacio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. nu. 9. & 10.*

DECISIO DXCV.

1 IN hac causa fuit resolutum, constare de credito D. Francisci de Noris erga Capitaneum Nicolaum Nsiaum. Vnde cum fuerit dubitatum, an in obligatione Nasij comprehenderetur creditum, quod ipse habebat cum Christianissimo Rege, Rota mandauit extendi instrumentum in cuius extensione cum reperiantur obligata omnia, & singula bona præsentia, & futura, vtiq. in ista obligatione comprehenditur etiam nomen debitoris, quod venit sub simplici appellatione bonorum. l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss. l. bonorum. §. vlt. & l. princeps. ff. de verb. sign. Bald. consil. 234. in princ. lib. 2. late Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in verbo bona. nu. 8.

2 Et cum istud creditum fuerit exactum a Dominis Oricellarijs, & illud prętendat Domina Syluia Bedina, certum est, quod contra illũ, qui obtinebit, potest agere D. Norius. Nam & si pecuniæ exactæ a Rege fuerint consumptæ, & commixtæ bona fide, quo casu non potest agi contra illum, qui exegit, alias esset sub uertere totum mundum. Surd. cons. 4. nu. 9 & seqq. Afflict. decis. 190. in fine, tamen in subsidium pro pecunia consumpta bona fide competit condictio ex lege. Bart. in l. fin. §. & si præfatam. nu. 4. C. de iure delib. Afflict. decis. 190. nu. 4. vbi infert Doctores, & in casu suo concludat contrarium.

3 Et quãuis hæc conclusio vera sit, duob. concurrentibus, s. quod principalis debitor non sit soluendo, & quod pecunia sit penes creditorẽ ex causa lucratiua, Bar. in l. 1. nu. 1. & 2. & Salic. nu. 2. ff. de distract. pig. Alex. in cons. 108. nu. 9. & 10. lib. 5. Cephal. cons. 86. nu. 8. vbi allegat tex. in l. si non expedierit. §. 1. ff. de bon. author. iud. possid. vbi Bar. & Albericidem Bar. in l. pupillus. vers. ego dixi. & Alberic. nu. 2. ff. de his quæ in fraud. credit. tamen ista duo bene hic concurrunt, s. quod alias non sit succursum parti, quia pars ipsa probauit, quod Nasius obijt decoctus, & hoc sufficit absq; alia excussione, quod Nasius non sit soluendo. Alex. cons. 17. nu. 6. vers. vnde perinde est. lib. 1. & qđ pecuniæ remaneant penes Oricellarios ex causa lucratiua, quia cum ipsi exegerint, & ipsimet cesserint Nasio, vtiq; stante hac cessione pecuniæ quo ad summã debitam Norio remanent apud ipsos ex causa lucratiua, Bar. in Salic. & d. l. 1. locis præallegatis, qui loquuntur in terminis.

4 Neq; obstat Bal. in l. vbi adhuc. nu. 37. vers. sed pone, maritus erat mercator. C. de iur. dotiũ & cons. 25. nu. 5. lib. 1. Neguſ. de pig. in 2. mem. 2. p. nu. 23. Vbi quod hypotheca in istis nominib. debitorum durat solum quantum ipsum nomen manet in posse debitoris obligati, quia hoc est verũ in præiudicium debitoris, cuius nomen fuerat obligatum, sed respectu secundi creditoris qui exegit, secus est, quia si consumpsit mala fide, contra ipsum poterit agi. Surd. d. cons. 4. n. 43. prout etiam secus est, si secundus creditor cõsumpsit bona fide, & primus creditor non pôt se reualere contra principalẽ, & secũdus retineat ex causa lucratiua, quia cõpetit cõdictio ex lege, vt supra probatum est.

5 Neque

5 Neque releuat, quod nomen debitoris tunc venit in obligatione bonorum, quando actio est nata, non vero quando tantum adest spes agendi Bald. in d. conf. 234. vbi n. 2. vers. in contrarium est veritas. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo sub n. 8. circa finem vers. vbi tamen intelligit. Quia quicquid sit de hac opinione, non militat in casu isto, quia Rex erat debitor Nasij de tempore, quo se obligauit ad fauorem Norij, & sufficeret, quod etiā spes sui esset purificata de tempore, quo Domini Oricellarij exegerunt, cum dictus Nasius obligauerit Norio omnia bona præsentia & futura, ita ut in subsidium contra Dominos Oricellarios, vel D. Bedinam competat condictio ex lege, vt iam dictum est.

6 Minus releuat, quod Norius fuit satisfactus, ex quo bona Nasij ei fuerunt data in solutum. l. nulla C. de solut. Inst. quib. mod. toll. oblig. in prin. quæ conclusio procedit etiā, quod bona fuerint euicta vt prætenditur, quia nihilominus non potest agere antiqua actione, sed competit vtilis actio de euictione. l. liberæ. C. de sent. & interlocut. om. iud. l. si prædium. C. de euict. & sic cū euictio prętendatur, de anno 1594. & venditio facta Bedinæ fuerit de anno 1590. nulla actione potest Norius agere contra ipsum ex reg. quod qui prior est in tempore, potior est in iure. c. qui potior, de reg. iu. in 6. l. quoties vtriusq; ff. eod. Surd. cons. 145. n. 13. & seqq.

7 Nam huic motiuo fuit responsum, quod immissio non fuit cōcessa Norio ratione dationis in solutum, sed vt retineret loco pignoris ad effectum percipiendi ad rationem quinque pro centenario, iuxta formā Statutorum Florētiæ, vt patet ex ipso actu immissionis, & comprobatur ex sententia lata, in qua fit mentio de prædicta assignatione ad commodum Francisci Norij, non autem dicitur de datione in solutum, & quamuis prædium reperiatur positum in catasto sub nomine d. Norij refert, cum ex lectura eiusdem catasti appareat, quod prouenit, quia prædium peruenit ad eius manus ex emptione facta per Langetium pro persona nominanda, & nominauit d. Norium, non autem ex ipsa immissione, aut datione in solutum, & quamuis dicatur sufficere, quod dicta bonā fuerint assignata Norio, vt non possit vti ista actione subsidiaria contra Oricellarios, & Bedinam, nec posse iuuari euictione prætensa, quia sentētia est sine actis, tamen hoc non releuat, cum Norius solum excipiat de dicta sententia euictionis, vt fuit resolutum in causa Sabinē. Castrorum 17. Aprilis 1581. coram Lauretano.

8 Non obstat statutum Florentinum, quod vult, vt si tempore decoctionis alicuius eius bona mobilia, aut nomina debitorum, & similia reperiantur penes aliquem creditorem, saltem per duos dies ante decoctionem, nō potest ille creditor molestari ab alijs creditoribus habentibus hypothecam, quia quicquid di cendum sit, an istud statutum habeat locum tantum in mercatoribus, pro ut videntur dicere eius verba, non obstant in casu isto, quia cum prætendatur Nasium obijsse decoctum, de illo tempore istud crediti tum non erat penes Oricellarios aut Bedinā, sed Rex ipse erat debitor, licet esset venditum Bedinæ, & obligatum Norio, & cessat omnis difficultas, quia statutum loquitur per hęc verba, se al tempo del fallimento d'alcuna persona, & inferius per doi giorni ò più auanti che si scopra il fallimento &c. & sic istud statutum est intelligēdum de decoctis fugitiuis, vel qui foro, cesserunt, quia cum sit contra ius, debet stricte & proprie interpretari Dec. cons. 38. col. fin. n. 7. vers. sed tamen, & ita istud statutum intelligit Rota Florentina, quare cum Nasius non fuerit decoctus, fugitiuus, aut cesserit foro, sed solum testes deponunt, che morse fallito, statutum non intrat.

9 Minus releuat, quod hypotheca præscribitur spacio x. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes l. 1. & 2. C. si aduersus credit. Balb. de præscr. 4. par. quartæ partis principalis. quæst. 3. in princ. Negus. de pignor. in 2. memb. 6. par. pariter in princ. Quia aut ista præscriptio consideratur respectu Regis, & non intrat, quia à die obligationis Nasij vsq; ad restitutionem factam per Regem non effluxerunt 20. anni, quod tempus requirebatur stante absentia, aut consideratur ista præscriptio respectu Dominorum de Oricellarijs, & Bedinæ, & nulla potest intrare præscriptio, quo minus Norius actione sibi competenti vtatur contra ipsos, quia a die exactionis vsq. ad diem motæ litis non interuenit aliquod tempus considerabile, aut opponitur de præscriptione crediti fauore Nasij, nec etiam in isto casu datur aliquod tempus considerabile, immo dātur plures interruptiones ex diuersa immissione in bonis, & ex motione huius litis.

10 Et hac ratione tollitur præscriptio statutaria 16. annorum, quæ resultat ex statuto Vrbis, quia quo ad Regem nullo pacto potest considerari, cum statutum non habeat locum in Gallia, neq. quo ad alios intrat, cum non effluxerit tempus sufficiens, vltra quod statutum solum inducit præsumptionem satisfactionis, quæ tollitur ex diuersa assignatione bonorum pro fructibus percipiendis ad rationem quinq; pro centenario, nec non ex sententia, de quibus supradictum est.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Romana Donationis. Lunæ 24. Nouembris* 1614.

### ARGVMENTVM.

Donatio facta à filiofamilias sine consensu Patris de bonis, in quibus pater habet vsumfructum nulla, & inualida est, etiam iuramento vallata, & quando pater vsufructui prædicto renunciasse causeatur.

SVM-

SVMMARIVM.

*Donatio filijfamilias facta sine consensu patris de bonis, in quibus pater habet vsumfructum, inualida est n. 1. 2 & 3. vbi amplius, quod non valet, non solum quo ad vsumfructum, sed nec etiam quo ad proprietatem.*

*Pater vsufructus, quem habet in bonis filij, non censetur renunciasse per insinuationem ab eo factam donationi d. vsusfructus n. 4. & seqq.*

*Actus interpretari semper debet, vt agenti minus praiudicet, quam fit possibile. num. 4. &c.*

*Insinuatio donationis tendit ad illius confirmationem, non autem ad augmentum. num. 6.*

*Renunciatio vsusfructus, quem pater habet in bonis filij, nihil valet, nisi fuerit expressa, præsertim patre existente paupere. n. 6.*

*Donatio filijfamilias facta de bonis, in quibus pater habet vsumfructum sine illius consensu iuramento non validatur. n. 7. & 8.*

*Iuramentum filijfamilias vigore statuti vrbis in contractibus appositum, præsumitur dolo extortum. nu. 8.*

*Litigiosa res nec donari, nec alienari potest. nu. 8.*

*Pater vsumfructum, quem habet in bonis filij, censetur renunciasse per consensum subhastationi dictorum bonorum ad instantiam creditorum filij, sequuta tamen subhastatione, aliter secus. num. 9.*

*Vsusfructus bonorum filij remanet penes patrem, etiam mortuo filio, & semel acquisitus non tollitur, n. 10. &c.*

DECISIO DXCVI.

1 VIncentius Alottus Petri Pauli ex prima vxore filius, antequam religionem ingrederetur, donauit bona materna Dominico, & Frãcisco suis fratribus ex alia Patris vxore, quam donationem idem pater insinuauit, verum post captam à filijs bonorum donatorum possessionem orta fuit inter ipsos, & patrem controuersia, & pater eos in possessorio conuenit coram A. C. quo pendente iudicio Dominicus obijt, & Frãciscus superstes fauorabilem sententiam reportauit, a qua fuit appellatum, & dum in secunda instantia per viam commissionis, tam in petitorio, quàm in possessorio coram me, causa penderet, Franciscus donauit inter viuos eadem bona Vincentiæ Matri, quam donationem Petrus Paulus, vti factam absq. ipsius assensu eum inualidam prætenderet. Dubium in Rota proposui, quod pro inualiditate fuit resolutum. Hæc enim donatio facta fuit a filiofamilias, absq. patris assensu, qui habebat in bonis donatis vsumfructum, l. fi. §. filijs autem, C. de bonis quæ lib. & ibi Butrig. col. fin. vers. item quæro, Cynus n. 1. Bald. in princip. Ang. sub nu. 1. Cast. num. 1. Corn. nu. 1. & l. 1. C. eod. glos. in l. 3. in verbo non potuit, C. de pat. potest. Roland. cons. 89. nu. 4. ad med. lib. 4. Alex. cons. 106. nu. 1. & 2. lib. 7.

2 Vnde non solum quo ad vsumfructum, sed etiam respectu proprietatis fuit nulla donatio, vt tradit Cast. in l. & hæredi. §. filiasfamilias, nu. 4. & ibi Iacob. nu. 6. in 1. lect. & n. 3. in 2. lect. Ang. nu. 2. ff. de pact. Fulgos. cons. 87. nu. 2. ad finem, Bald. cons. 295. lib. 4.

3 Nec valet dicere, patrẽ in bonis donatis amplius vsumfructum non habuisse, cum locasset ante donationem filiorum nomine domos, & eisdem pro alimentis fuissent a Iudice pensiones assignatæ, & sic absq. patris assensu filium donare potuisse, ex alleg. in vna Perusina donationis coram Reuerendiss. Bononien. Nam fuit responsum ex illis actibus renunciationem vsusfructus non induci, cum locatio fieri tantum potuerit propter dictam alimentorum assignationem, quæ cum ad patris nutum cassari posset, non dicitur simpliciter, sed de die in diem remissus vsusfructus, vt per Cast. in l. cum oportet. §. fin autẽ, n. 4. post Bart. ibidem in fine. & Corn. nu. 2. Salice. in §. non aũt, nu. 5. in fi. C. de bonis, quæ lib. Franc. deci. 585. num. 1. Aymon cons. 39. nu. 9. in fine vers. ideo aliter respondeo, Menoch. cons. 282. nu. 34. lib. 3. Et durat quo usq; pater consensum reuocauerit. Cast. loco supracit. Corn. cons. 79. in fine, lib. 2. Ancha. cons. 156. nu. 3.

4 Non obstat Petrum Paulum insinuasse primã donationem à Vincentio factam alijs fratribus, & sic ipsum videri etiam vsumfructum donasse. Non enim ex hoc inducitur per necesse vsusfructus renunciatio. Bar. in l. Titium & Mæuium, ff. de administ. tu. Cum regulariter actus debeat semper interpretari, vt minus præiudicet, l. 1. & 2. de solut. Corn. cons. 338. n. 5. lib. 1. Abb. in c. super, n. 12. Felin. n. 10. Dec. n. 12. de off. deleg. Cæs. de Grass. decis. 1. de elect. num. 3.

5 Vlterius actus insinuationis operatur donationis confirmationem, in qua sicut respectu donantis comprehendi non potuit vsusfructus, ita nec dici potest comprehensus in insinuatione, quæ solum tendit ad confirmationem actus, non ad illius augmentum, l. sancimus. 34. §. alias vero, vers. actis interuenientib. corroboratæ. C. de donat. Riminal. iun. §. 1. nu. 207. iust. eod. Socin. cons. 80. n. 13. lib. 1.

6 Præterea cum vsusfructus renunciatio esse debeat expressa, Ange. de testam. in fine principij ante glos. primam. nu. 43. vers. quinimo non posset.

Nec insinuatio, nec reliqui actus facti per Petrum Paulum illi præiudicant. Et licet idem consenserit bona pleno iure donari, non tamen per hoc remissus censetur vsusfructus, attento præsertim, quod sumus in paupere, vt tradit Anchar. cons. 106. per tot.

7 Non obstat iuramentum validam reddidisse donationem, quia cum pater haberet in istis bonis vsumfructum per iuramentum illa conualidari nõ potuit, Bald. in d. §. filijs autem, nu. 1. Ang. nu. 4. Fulgos. nu. 2. ad finem. & seq. Salicet. n. 25. Cast. n. 4. vers. sed est dubium, Corn. nu. 4. Paris. in addit. ad Bar. verbo disponere. C. de bonis quæ lib. idem Cast. in l. & hæredi. §. filiusfamilias, nu. 4. vers. sed est dubium ff. de pactis. Curt. Iun. cons. 152. nu. 6. & 7. Aymon. cons. 39. nu. 3. in fi. & cõs. 84. n. 2. ad medium, Cæsar de Grass. decis. 2. nu. 7. 8. & 21. de donat. cum alijs per Rolan.

cons.

consilio 89. numero quinto, & seq. libro quarto.

8 Tanto magis stante Vrbis Statuto cap. 152. lib. 1. quo tollitur iuramentum in contractibus filiorumfa. appositum, & dolo extortum præsumitur, vt fuit resolutum in voa Romana nullitatis contractus. 2. Iunij. 1614. coram Reuerendiss. Bononien. & placuit etiā Dominis aliud fundamentum pro donationis inualiditate, ex quo enim super eiusmodi bonis aderat in possessorio, & petitorio lis inter patrem & filium, vt apparet ex commissione illa, nec donari, nec alienari poterant l. lite, & l. fin. C. de litig. Peregr. de iure fisci. lib. 4. tit. 6. o. 19. & seq. Abb. in c. ecclesia. il primo. nu. 9. vt lit. pend.

9 Nec releuat pariter si dicatur Patrē amisisse dictorum bonorum vsumfructum ob domus indicationem & assensum præstitum illius subhastationi, ad fauorem creditorum ex Pinel. in secunda parte. leg. pri. n. 33. & 36. C. de bon. mat. Et sic donationem valuisse. Nam cum dicta subhastatio effectum non habuerit, nec domus fuerit vendita, pater non diceitur ius suum amisisse. Guido Papæ quæst. 101. sub nu. 1. & seq. & consi. 126. circa finem, Cur. iun. de feud. par. 4. q. 13. sub num. 103. post med. & q. 20. ouni. 111. & alij per Corb. de caus. priua. ob. alieu. limit. 38. & Schrad. de feud. q. 9. c. 1. n. 32.

10 Non obstat, quod saltem donatio valeat respectu portionis fratris demortui, ad cuius successionem cōcurrit pater, & filius superstes, nec in filij portione pater habeat vsumfructum, ex Rolan. coos. 95. n. 49. li. 1. Nam etiam filio mortuo remanet vsusfructus apud patrem. l. si quis. §. fin vero defuncta persona. C. ad Tertull. l. fi. C. de vsuf. glos. in l. 3. C. eod Et ille semel acquisitus non tollitur, Surd. cons. 116. nu. 46. & seq. lib. 1. Pinel. in l. 1. par. prima. nu. 39. C. de bon. mat. Gomes. ad l. Tauri 6. nu. 11. & sequent. Ascan. Clem. de patr. potest. effectu 2. n. 34. vers. amplia 6. Cauale. de vsufructu mulieri relicto nu. 180. & fuit dictum in vna Turritana Bonorum 22. Aprilis 1613. & 14. Maij 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Romana de Ruscombus. Lunæ 24. Nouemb.* 1614.

Petens immissionem non obtinet, quando in continenti docetur de emphyteosi.

*SVMMARIVM.*

*Immissio impeditur, si emphyteosis in continenti doceatur. num. 9.*

*Instrumenta publica faciunt probationem probatam. num. 2.*

*Impugnans suam confessionem non auditur. nu. 2.*

*Replicatio nisi probetur clare, & liquide, exceptio non definit esse clara, & liquida. num. 3.*

*Obseruantia pro declaratione gestorū multum est attendenda. num. 4.*

## DECISIO DXCVII.

1 Fuit dictum constare de emphyteusi etiam ad effectum impediendi immissionem, quandoquidem de illa in continenti docetur, quod sufficit etiam ad effectum impediēdi immissionem. Alex. in l. si patroni. col. 5. ff. ad Senatusconsul. Tertullian. Cacher. decis. Pedem. 26. n. 30. Rol. cons. 2. nu. 38. in fin. libro 3. Menoch. de adipisc. retined. 4. num. 381. & seq.

2 In continenti autem docetur, bona, de quibus agitur, fuisse a Capitulo Sancti Petri de Vrbe concessa Ioanni Ruscono Auo modernorum Rusconorum ad tertiam ipsius Ioannis generationem, ex publicis instrumentis in actis per ipsos productis, quorum primum est de anno 1549. habetur dicta concessio cum pacto, quod dictus Ioannes teneretur fabricare duas stantias pro Cappellano Ecclesiæ sancti Blasij, & apponere insignia marmorea dictæ Basilicæ in signum directi dominij. Secundum instrumentum est de anno 1560. & continet aliam concessionem in eodem situ de alijs quatuor Domunculis ab eodem Capitulo eidem Ioanni ad eandem tertiam generationem cum onere inter cetera soluendi scuta 200. pro vna vice, quæ in effectu fuerunt soluta. Tertia scriptura est concessio Pij Papæ IV. si in euidentem, directa Vicario Vrbis. Quarta scriptura est sententia lata per Dominum Vicarium ad instantiam Baldasaris auctoris Angelæ, per quam confirmatur dicta concessio in emphyteusim. In quinta scriptura idem Baldasar, repetita tota natura ferìei facti, cōsignauit Cappellano stantiam iuxta formam primæ concessionis, & soluit etiam quasdam pecunias. Sexta scriptura continet donationem factam per Baldasarem nepotibus suis de ista emphyteusi, cum onere soluendi canones Sancto Petro, prout in effectu soluerunt. Ex quibus videbatur resultare in continenti probatio non iuris Angelæ. Tum quia emphyteusis probatur per publicum Instrumentum, quæ faciunt probationem probatam. ea. cum dilectus. de fid. Instrum. Bald. in l. interest, n. 2. C. de solut. Rota in Romana assiētus. 27. Ianuarij. 1612. coram Reuerēdo Patre Domino meo Caualerio. Tum maxime instrumenta continent confessionem Baldasaris, quam sicut idem ipse Baldasar non posset impugnare, ita nec Angela illius hæres vulg. l. cum a matre C. de rei vendic. Rol. consi. 71. n. 44. lib. 2. Crauett. consi. 125. n. 2. Rot. decis. 776. n. 1. par. 1. cum concord.

3 Non obstat, quod de anno 1552. idem Ioannes receperit in emphyteusim, & recognouerit in Dominū de eisdem bonis quendam Franciscum del Nero, & inuestitura constet per Ioannem, hæredibus, & successoribus, & sic possit illius vigore succedere Angela hæres Baldasaris, qui fuit hæres dicti Ioannis, vnde in-

de infertur, vel istam secundam inuestituram esse attendendam, vel saltem reddere dubium, quonam tit. Baldasar vltimus defunctus possederit, quod sufficit Angelæ illius hæredi ad effectum, vt vigore l. fin. post sit immitti, quia fuit responsum fratres de Rusconibus habere fundatam intentionem suam in suis primis instrumentis, & illorum effectuatione, & confessione Baldasaris Auctoris Angelæ, & proinde debuit Angela clare, & nitide probare suam replicationem; alias exceptio non desinit esse clara, & liquida, vt in istis terminis Fran. in c. 1. n. 18. vers. 11. Limita. de litis contesta. Put. decis. 233. & deci. 243. li. 3. Seraph. decis. 183. n. 6. & Rot. in causa Romana de Marescottis die 22. Nouembris 1613. coram me.

4 Quod autem replicatio Angelæ non sit clara, patet, quia non constat de iure illius Francisci del Nero; & quatenus duplicetur sufficere, quod Ioannes illum recognouerit in Dominum, replicatur, illum Ioannem nō recognouisse in Dominum simpliciter, sed cum protestatione, quod hoc faciebat sine præiudicio concessionis sibi factæ, per Canonicos Sancti Petri ad cumulandam cautelam suam, & ius iuri addendum, a quibus protestationibus, quod nullatenus recedere intendit, & proinde probari debet, quod Franciscus haberet melius ius, quam Capitulum Sācti Petri, alias Ioannes minime voluit recedere a primis concessionibus, & docuit experientia, quia Canon promissus Francisco nunquam apparet solutus, cuius contrarium apparet de canone, & alijs promissis Capitulo Sancti Petri, quę obseruantia multum videtur attendenda pro declaratione gestorum. l. si de interpretatione. ff. de leg. Rota in Terracinen. administrationis. 28. Iunij 1610. coram Reuerendo Patre Domino Caualerio.

Quantum ad prætensum motum proprium Pauli III. non fuit de illo habita ratio, cum sit folium volās, quod nullam habet formam authenticæ scripturæ.

## R. P. D. BVRATTO.

*Mehlten. Conseruæ. Veneris 28. Nouembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Societas an possit contrahi super iure nauigandi, & ex quibus censeatur contracta.

### SVMMARIVM.

*Exceptio non adimplementi obstat agenti ad lucrum, etiā si proueniat ex adimplendi necessitate. n. 1.*

*Societas datur etiam super nauigatione. n. 2.*

*Societas ibi necessario est, vbi lucrum est commune. numero 2.*

*Societas datur inter commilitones, qui aliud non conferunt, nisi quod præda debet inter eos diuidi. n. 2.*

*Contractus innominatus regulatur iuxta naturam nominati, cui assimilatur. num. 3.*

*Lucrum, & damnum proueniens ex societate debet esse commune. nu. 4.*

*Lucri participatio in societate non impeditur ex casu fortuito. n. 5.*

*Merces debetur locanti operas suas, si facto conductoris impeditus illas non præstitit. n. 5.*

*Numerus supplet idoneitatem testium. n. 6.*

*Testes domestici, & alias inhabiles admittuntur in his, quæ sunt difficilis probationis. n. 6.*

## DECISIO DXCVIII.

1 Impugnabatur decisio in hac causa facta duobus potissimum fundamentis. Primo enim dicebatur contractum istum conseruæ a partibus nuncupatum, non esse societatem, sed innominatum, ex eo quod non aderat reciproca lucri, & damni communicatio, sed quilibet expensas ad proprij Galeoni sustentationem, ac manutentionem faciebat, ac proinde non esse regulis societatis metiendum, vt factum fuit. Secundo reperebatur exceptio non adimplemēti alias opposita, & in eo fundata, quod Galeonus nō fuerit comitatus conseruam in toto illo itinere, iuxta formam capitulorum, quæ licet ex maris tempestate ac naufragio, & sic adimplendi impossibilitate præcesserit, tamen obstat agenti ad lucrum, ex Butr. in c. sicut il 3. nu. 10. de iureiuran. cum alijs in decisione cumulatis, quibus addebatur. Surd. conf. 186. n. 21. lib. 2. & conf. 437. n. 40. lib. 3. illis tamen non obstantibus, placuit DD. resolutio, & circa primum considerabant verbum, conserua, in conuentionibus sæpe repetitum in eum sensum appositum videri, qui vnionem, & societatem denotet. ibi. L'infrascritta conserua di tre Galeoni & infra, s'obligano partire tutti di conserua, & in assumptione Galeoni leonis auri in societatem, per verba. Hanno accettato nella loro cōserua. Deinde electionem præfecti communi consensu factam, qui rei ad communem vtilitatem gerendæ præesset. Item communicationem lucrorum, & predę diuiden. iuxta ratas in instrumento conuentas, & denique tempus certum societati præstitutum ibi, quali haurà a durare per questo primo viaggio tantum, quæ omnia simul iuncta societatem ostendunt.

2 Neque obstare videbatur, quod nauigia non fuerint insimul communicata, quia non prætenditur societas super illis, sed societas nauigationis insimul ad commune lucrum factæ, ad quam nauigia fuerunt vnita. Nam datur societas nauigationis ex deductis in decisione, & vbi lucrum est commune, ibi societas fit necesse est. l. coire. 7. & l. seq. ff. pro socio. Bar. in l. si patruus. n. 10. C. communia vtriusque iudi. Decian. respons. 97. n. 38. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 11. nu. 6. & 21. Atque talis societas virium datur inter Commilitones, qui aliud non conferunt, & præda debet inter eos diuidi. Bal. conf. 358. n. 2. super secundo puncto. lib. 2. Quem Petr. Bellam. de re. milit.

par.

par. 6. tit. 1. in princ. Et hoc modo quotidiè fiunt societates, & ligæ inter Principes, tam in bellis terrestribus, quam maritimis, in quibus quilibet socius ponit suas vires, & de quæstu pro rata diuidendo conueniunt.

3 Vel saltem negari non potest, quin iste contractus vbi aliquo modo dici posset innominatus assimiletur societati, & ideo iuxta illius naturam iudicandus est. l. naturalis. 5. §. sed si facio. ff. de præscrip. verb. c. 1. §. si quis seruum. vbi Bar. Bal. & Salyc. in prin. Castren. n. 3. ff. de pos. Bal. in l. petens. n. 55. vers. item secundū gl. C. de pact.

4 Quo ad secundum placuerunt DD. responsiones datæ in decisione, & præsertim quod non adesset defectus adimplementi, cum Prior Cagnolus, prout etiam alij, ab initio adimpleuerit pro eius parte adimplenda instruendo Galeonum militibus, armis, cibarijs, alijsque ad pugnam, prædamque necessarijs, & Galeonus vna cum alijs a Portu Meliten. discesserit ad incertam nauigationem, & cursum, & sic postquā societas fuit perfecta, applicatur alia regula, quæ habet quodlibet lucrum, & damnum postea sequens esse ex natura contractus communicādum. c. cum duobus. 52. §. quidam Sagariam. vers. perinde. ff. pro soc. cum pluribus in decisione cumulatis.

5 Et consequēter casus fortuitus, ex quo Galeonus effectus fuit inutilis, non impedit participationē lucri, confert Tex. in l. si id quod quis. 59. ff. pro soc. vbi mortuo ēt equo, quem ego contuli in societatem quadrigæ, manet societas, vt illius quartam partem habeam, & tanto minus impediri potest participatio, quod casus iste originem habuit ab ingressu portus Quaglio a maris præfecto contradicente ductore huius Galeoni electi, in quo Galeonus (vt dicunt Testes) arrò, & remansit ductor illius cum fragata ad opem ferendam Galeono Magni Magistri, & alijs nau fragantibus vocatus. Quicquid enim sit, an ex hoc præfectus fuerit in culpa, satis est, quod ex eius facto casus impedimenti processit exemplo locātis operas, cui merces debetur, si impeditus facto conductoris illas non præstitit. Odofred. in l. si vno. §. item cum quidam. ad finem. ff. locat. vbi Bar. n. 4. vers. aut contingit. Etn. 5. circa med. vers. aut operæ non præstantur. Bal. vers. secūdo casu. Salyc. vers. Sin autem stetit per casum. & cum ope Ductoris huius Galeoni, Galeonus magni magistri naufragij periculum euaserit, & consequenter prædam fecerit, intrat etiam pro communicatione lucri æquitas considerata in l. 2. in fin. princ. vers. æquissimum. ff. ad leg. Rhod. de iactu.

Neque applicari visum fuit pactum, quod non posset deserere conseruam ex quauis causa, vel occasione, cum ex facti serie constet, dici non posse Galeonū deseruisse conseruam, cui etiam, vt se denuo coniungeret post casum, adhibuit omnem conatum & diligentiam.

6 Non obstat, quod testes examinati sint illi, qui erāt in eodem Galeono, & sic familiares Prioris, quia vltra, quod numerus suppleret idoneitatem glo. in l. 3. §. eiusdē. in verbo numerus. ff. de testibus. Florian. in l. 3. nu. 5. eod. tit. cum pluribus per Gabr. de testib. conclus. 6. in princ. Curt. iun. cons. 165. sub num. 15. vers. præterea. cum versemur in re in mari gesta, vel subsequuta, quę ratione loci est difficilis probationis, testes etiam domestici, ac alias inhabiles admittuntur. c. fin. vbi Docto. de testib. cog. de communi Ant. Gomez. var. resol. lib. 3. cap. 12. nu. 21. sub vers. Item adde, cum alijs per Farinac. de testib. quæst. 62. n. 55. & in naufragio Io. de Platea in l. 3. nu. 3. in 3. notab. C. de naufrag. lib. 11. Et ex his, & alijs, in decisione consideratis, DD. in decisis vtraque parte informante perstiterunt.

## REV. P. D. ANDREA.

*Visen. Pensionis, Veneris 28. Nouembris.* 1614.

## ARGVMENTVM.

Literæ reseruationis pensionis quando habeant exequutionem paratam, & an pensionarius possit constitui in quasi possessione exigēdo ab eo, qui non habet titulum beneficij.

### SVMMARIVM.

*Arbitrium iudicis debet a iure regulari. n. 1.*

*Literæ Apostolicæ habent exequutionem paratam. n. 1.*

*Literæ pensionis reseruatoriæ habent exequutionem paratam, vbi agitur contra eum, qui consensit reseruationi, vel vbi constat de quasi possessione exigendi pensionem n. 1. & n. 2. Vbi secus, quando de prædictis non constat.*

*Pensionarius non potest constitui in quasi possessione exigendi contra tertium ab eo, qui non habet titulum beneficij. nu. 3.*

*Indefensus non dicitur, qui aliquando in iudicio comparuit, licet de iuribus suis diffisus causam prosequutus non fuerit. n. 4.*

## DECISIO DXCIX.

1 INtrare arbitrium fuit resolutum, ad effectum supersedendi in solutione pensionis, quia arbitrium iudicis debet regulari, prout de iure. Bar. in extrauag. ad reprimendam. verbo videbitur. nu. 8. Laris. cons. 56. n. 5. lib. 1. Menoch. de arbit. quæst. 13. n. 15. Rota decis. 348. n. 4. par. 1. de iure autem licet literæ Apostolicæ habeant exequutionem paratam. Cassad. decis. 10. n. 8. de rescript. Mohed. decis. 13. ad fin. vt lit. penden. cum alijs allegatis in Neritonen. pensionis 26. Nouembris. 1607. coram Reuerendo Patre Domino meo Caualerio, & in Tullen. pensionis. 22. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Attrebaten. Hoc tamen procedit, vbi agitur contra eum, qui consensit reseruationi, vel alias, vbi constat de quasi possessione exigendi pensionem, vt stante clausula arbitrio

bitrio fuit decisum in Asculana pensionis 28. Iunij 1593. coram Orano,& in Lauden. pensionis 29. Martij 1599. coram bo. men. Penia, & in alijs sæpissime.

2 Quod ex facto non apparebat, cum Georgius contra quem agitur reseruationi non consenserit, nec pro parte Francisci pensionarij fuerit doctum sufficiēter de quasi possessione exigendi, quo fit, vt literarum iustificatio sit omnino necessaria, vt præter decisiones allegatas fuit tentum in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Gipsio, & in Abulen. pensionis. 28. Ianuarij 1600. coram Litta, & in Portugallen. pēsionis 6. Iunij 1606. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano.

3 Quibus non obstabat, quod pensio fuerit reseruata de consensu Francisci Ribeiro, qui illam dicitur soluisse, quia cum ille non esset titularis, vt fuit decisum coram Reuerendissimo Lugdunen. & requiritur ad hunc effectum iuxta regulam 44. non potuit dictus eius consensus obesse Georgio, qui illi non successit, & per consequens, licet idem Franciscus pensionem soluisset, quod controuertitur, non potuit in quasi possessione exigendi constituere pēsionarium, saltem contra tertium, cum non haberet, vt dixi, titulum. Rot. decis. 184. n. 2. par. 1. diuers. & fuit dictum in Iacen. pensionis 5. Decembris 1584. coram bo. mem. Cardinale Pamphilio.

4 Non obstat, quod dicebatur adhuc non constare de non iure Francisci Ribeiro, nec illi sententiam, & rem iudicatam obesse, cum indefensus succubuerit. Ad hoc enim, vt quis non dicatur indefensus, satis est, vt aliquando compareerit. Put. decis. 306. nu. 5. & 6. li. 2. & tenuit Rota in causa Carthaginē. & Abulen. beneficiorum 15. Aprilis 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. In casu autem nostro Franciscus pluries in iudicio comparuit coram Auditore Cameræ coram Illustrissimo Mellino, & Reuerendissimo Lugdunen. & sic non potest dici contra ipsum indefensum fuisse pronunciatum. Esto forsan, quod diffidens de Iuribus suis causam vsque ad extremum prosequutus non fuerit.

Quod similiter excipiebatur de non iure Georgij ob non seruatam regulam de annali fuit sublatum ex decisione Reuerendissimi Lugdunen. 27. Februarij 1606. vtraque parte informante emanata. Ex quibus fuit decisum, esse locum arbitrio, &c.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Placentina Archidiaconatus, Veneris 28. Nouembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Alternatiua an habeat locum in beneficijs, quæ Episcopus debet conferre sub testimonio duorum, vel trium de Capitulo, & an habeat locum in beneficijs, quæ debent conferri præuio, examine, & approbatione.

## SVMMARIVM.

*Subrogatus gratiosè vt immitatur, reseruatio debet esse clara, & notoria. n. 1.*

*Alternatiua remouet obstacula regi reseruatoria. n. 2.*

*Collatio beneficij erecti ex dismembratione bonorum alterius beneficij spectat ad eum, ad quem spectat collatio beneficij, ex cuius bonis fuit facta dismembratio. n. 3.*

*Collatio beneficij erecti ex fructibus alterius beneficij spectat ad eum, ad quem spectabat collatio beneficij. numero 4.*

*Collationis libertas ad effectum alternatiua non excluditur ex eo, quod Episcopus teneatur conferre certo generi personarum. n. 5.*

*Alternatiua habet locum etiam in beneficijs, qua Episcopus non potest cuilibet conferre. n. 5.*

*Collatio facienda per Episcopum sub testimonio duorum, uel triū de Capitulo, dicitur nihilominus libere spectare ad Episcopum, quando d. testimonium non requiritur pro consilio, vel assensu, sed solum vt fama, & honoris ipsius Episcopi consulatur. n. 6.*

*Dictio tantum est taxatiua, & omnia excludit. n. 7.*

*Collatio facienda per Episcopum de consilio alicuius dicitur libera ipsius Episcopi, quando vlterius non adest decretum annullatiuum, quod collatio aliter facta non valeat. n. 8.*

*Collationis particeps non dicuntur, qui collatione adhibentur, tanquam Testes. n. 9.*

*Alternatiua non impeditur ex eo, quod collatio debeat fieri cum approbatione, & Testimonio alicuius, quia nihilominus dicitur libera. n. 10.*

*Alternatiua habet locum, etiam in parrochialibus licet in ipsarum collatione requiratur examen, & examinatorum approbatio cum nihilominus solus episcopus dicatur conferre. n. 10.*

## DECISIO DC.

1 MOrtuo de mense Augusti extra Romanam Curiam Io. de Ripa, cum in Placentiua Ecclesia vacasset Archidiaconatus de Beiar nuncupatus, fuit per Ordinarium vti gaudentem alternatiua de illo prouisus, & immissus etiam in eius possessionem Franciscus Caruajal Montoya, postea Didacus Pizarrus eundem Archidiaconatum à Sede Apostolica, tanquā ratione mēsis reseruatū obtinuit, & expeditis literis in vim gratiosæ subrogationis cū peteret immissionem, dubitaui, an esset ad hunc effectum illius gratia iustificata. Quod fuit negatiuè resolutum. Vt enim vigore subrogationis gratiosæ quis in possessionem immittatur, debet esset reseruatio clara, & notoria, vt sæpius decisum fuit in Rota, & præsertim in causā Neapolitana Rectoriæ 13. Feb. 1598. coram bo. me. Cardinali Pamphilio. Et in vna S. Angeli Beneficiorū 3. Iunij 1602. corā Reuer. Bononiē.

In ca-

2 In casu autem nostro de tali notoria reseruatione non docetur, quinimmo satis constat eam nō adesse, cū Archidiaconatus vacauerit de mense Augusti, qui ordinarius efficitur, Episcopo gaudente alternatiua, per quam regulæ reseruatoriæ obstacula remouentur. Put.decis.492.n.2.lib.2. & latè per Moder. in reg.8. glos.45.nu.1.& seq. Excluditur etiam reseruatio per Statutum eiusdem Ecclesiæ fundamentale, quo disponitur, hanc dignitatem ad liberam Episcopi collationem pertinere, vt ex illis verbis, nimirum Archidiaconatus quoque Ciuitatis, & de Trugillo, quorum collatio ad Episcopum tantum de consuetudine spectat conferat Episcopus alicui.&c.

3 Nec valet dicere, Statutum in specie non loqui de Archidiaconatu de Bejar. Quia cum ex Bulla Adriani VI.& Clementis VII.constet, hunc Archidiaconatum ab alio Ciuitatis fuisse dismembratū, & eius collationem illi fuisse reseruatam, cui Archidiaconatus ciuitatis collatio antea competebat, necessario sequitur, istius prouisionem ad solum Episcopū spectare, ad quem Archidiaconatus ciuitatis collatio pertinebat, vt fuit dictum in Hispalen. Iuris votandi coram Cantuccio inter impressas, decis.17.nu.4. & 5.par.2. diuers. Et in alia simili Placentina coram Cardinali Blanchetto, inter impressas.decis.296.vers.nec etiam datur.part.prima, diuers.

4 Quod vlterius iuri consonat, cum hic Archidiaconatus de Bejar, erectus etiam fuerit de fructibus Archidiaconatus Ciuitatis, & propterea cum illo debet eiusdem esse collationis. Imol.in c.cum M.Ferrarien. sub n.31.vers.& idem erit iudicandum. post Ant. de Bur.& alios de constit. Rot.d.decis.17.n.4 & 5.part. 2.& decis.16.de Iure Patro.in antiq. Vitali.in Clem. fin.in fine de rescript.&c. Accedit huius Archidiaconatus prouisionem de anno 1578. per solum Episcopum fuisse factam cum expressione d. statuti fundamentalis, & literarum dismembrationis, quæ prouisio licet fuerit impugnata, non ideo tamen fuisse constat, quod ad solum Episcopum illa non spectaret.

5 Non obstat in vim eiusdem statuti, Episcopum teneri dignitatem vni ex d.Ecclesiæ Canonicis conferre, & sic arguatur, non esse liberam eius collationem, nam etiam quod certo personarum generi sit facienda collatio, nō inde tamen libertas collationis excluditur ad impediendam alternatiuam. Achil. decis.5. per tot.de priuil.& fuit dictum in Vrgellen. Canonicatus.7.Maij 1593.coram Cardinali Blanchetto, & in vna Calaguritana Beneficij 26. Aprilis 1596. coram Corduba, cum alijs per Modern. ad reg.8. glos. 45.num.19.& seq. Et licet non potuit hæc dignitas cuicumque conferri, non tamen id est considerabile respectu regulæ nihil tale disponen. Modern. ad reg. 8.vbi sup.num.22. Non obstat Put. decis.100. num. 3.lib.3.vbi dicitur, non esse liberam Capituli collationem, quando ab eodem debet vni portionario cōferri, hoc enim solum procedit ad effugiendam nullitatem, nō vt excludatur alternatiua, vt idem Moder. declarant, vt supra nu.25.

6 Ex his quoque cessat obiectum, quod vigore d. statuti cum Episcopus debeat sub testimonio duorū, vel trium de Collegio eiusdem Ecclesiæ conferre, ista collatio cum Capitulo simultanea videatur. Statutum enim sub hac verborum formula disponit, videlicet. Vt autem Episcopus tàm famæ, quam honori suo in conferendis dignitatibus, quæ ad eius collationem pertinent, decenter cōsulat, necessario duximus prouidendum, vt cum dignitas aliqua ab eo fuerit conferenda sub testimonio duorum, vel trium de Collegio Ecclesiæ Placentinæ, qui fuerint fide digni conferat. Ex quibus infertur d. testimonium non requiri pro consilio vel assensu, sed vt solum honori, & famæ ipsius Episcopi consulatur, vt fuit resolutum in causa Illerden. Iurisdictionis 3. Nouemb. 1602.corā Iusto.

7 Quod autem statutum per huiusmodi testimoniū non dederit vllam alteri participationem in collatione dictarum dignitatum, satis patet, cum illam voluerit ad Episcopum tantum spectare, quæ dictio taxatiua, tantū, omnem Capituli participationem excludit. Dec.in l.1.n.4.& 5.C.de bon.poss.cont.tab.

8 Idem vlterius colligitur, ex quo vbi Capituli consensus requiritur, vel certa præscribitur forma, quę necessario veniat seruanda, Statutum in casu inobseruantiæ Decretum annullatiuum apposuit, quod non præstitit, cū disposuit, vt Episcopus hanc dignitatem sub testimonio duorū, vel trium de Collegio conferret, vnde sequitur nō esse testimonium de forma, vel de necessitate, sed liberam Episcopo Collationem remanere, Felin.in c.ex parte, col.4. vers.2 limitatio.de const.Rota decis.750.n.4.par.1. diuers. Modern.ad reg 8.glos.46.n.7.& seq.

9 Præterea duo illi de Collegio, videntur tanquam Collationis testes requisiti, vt ex ipsius statuti verbis colligitur, videlicet, ne collatio furtiua, & clādestina videatur, qui propterea non dicuntur collationis participes, vt in simili Imol.in c.cum in veteri.nu.1 t.de elect.Bar.in l. Titium, & Mæuiū.n 2.ff.de admini.tu.

10 Nec obstat, quod isti testes improbent approbationem personę, cui sit facienda collatio, vt dicitur in decis.Placentina coram Cardinali Blanchetto 309. par.1.diuers. Nam inde non sequitur collationem nō esse liberam ipsius Episcopi, ad excludendam alternatiuam, cum ex approbatione, vel testimonio personæ bonæ qualitatis illa nō impediatur, sicut videmus in Parochialibus, quas licet Episcopus, iuxta Pij V. constitutionem, & dispositionem Sac. Conc. Tri. solū valeat præuio examine, & cum examinatorum approbatione conferre, non inde tamen sequitur, alternatiuam in illis locum non habere, vt fuit resolutum in Abulen. Parochialis 26. Apri.1596.coram Car.Blanchetto, relata per Moder.ad reg.8.gl.45.n.21. & 22. Ratio autem assignatur, quia pro parte Episcopi dicitur collatio libera, cum absque aliorum præsentatione, electione, assensu, vel consilio solus ipse conferat, vt fuit dictum in alleg. Vrgellen. Canonicatus 7. Maij 1593. coram Card. Blanchetto, & in alijs sæpius. &c.

R.P.D.

## R. P. D. BVRATTO.

*Foroliuien. Cappella, Veneris 28. Nouembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Possessio ex quibus probetur ad effectum dignoscendi quis sic actor, & quis reus.

### SVMMARIVM.

*Possessio probatur ex instrumento adeptionis illius. n. 1.*
*Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis. n. 1.*
*Detentatio sola sufficit ad effectum dignoscendi quis sit reus, & quis actor. n. 1.*
*Possessio amittitur habendo se pro spoliato. n. 2.*
*Possessione beneficij apprehensa, censetur apprehensa possessio omnium bonorum ipsius beneficij. nu. 3. Vbi quod non est idem è conuerso.*
*Possessio non probatur per actus æquiuocos. n. 4.*

## DECISIO DCI.

1 DVbitanti mihi ad effectum distinguendi reũ ab actore, quis habendus esset pro possessore cappellaniæ S. Ludouici in Ecclesia Foroliuien. Sancti Mercurialis, Domini responderũt pro Baldo prouiso Apostolico, qui per mortem Galessi vltimi Rectoris, & possessoris in vim literarum Apostolicarum mediante speciali procuratore adeptus fuit illius possessionem vacantem die 10. Februarij 1613. vt satis probatur ex instrumento dictæ possessionis, ad not. in l. prædia. ff. de acquir. possess. Rot. decis. 106. num. 1. par. 1. diuers. quæ præsumitur continuata vsque ad tempus litis motæ. glos. Bart. Castr. & alij, in l. siue possidetis. C. de probat. cum allegatis per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. Et ad hunc effectum simplex etiam detentatio sufficeret. Cæs. de Grass. decis. 6. n. 8. de restit. spoliator. Rot. decis. 236. n. 3. par. 1. diuersor.

2 Nec potest Vandinus iuuari possessione capta del 1601. vti prouisus ab Abbate dictæ Ecclesiæ, quia illam amisit postea ex iudicio spolij, per eum in partibus introducto contra Galessum prouisum Apostolicum prædecessorem Baldi, & sic habendo se pro spoliato. Rimin. sen. cons. 321. n. 5. Couarr. pract. quæst. c. 17. n. 3. vers. secũdo cauere debet. Rota decis. 616. in princ. par. 1. diuers. Put. decis. 409. in fin. lib. 2. in nouis. impress. Cardinalis Seraphin decis. 1041. n. 3.

3 Neque possessione post mortẽ Galessi, quia de apprehensione vel immissione non constat. Et instrumentum locationis 28. Tornaturarum terræ, dicti beneficij per eundem Vandinum factæ, del 1613. quatenus probaret possessionẽ terrarum, nõ tamen infert ad possessionem cappellaniæ. Quia licet capta possessione beneficij cẽseatur capta possessio omnium bonorum. Couarr. variar. reso. li. 3. c. 16. nu. 13. Rot. diuers. decis. 19. n. 7. p. 2. Gozad. reg. 8. glos. 34. n. 109. vers. & limitatur. nõ tamen è cõuerso ex possessione terrarum intelligitur acquisita possessio cappellanię, vt nouissime fuit dictum in Pistorien. beneficij 25. Ianuarij præteriti. Coram R. P. D. meo Caualerio. Et sic etiam nihil faciunt testes deponentes de recognitione in dominium terrarum dictæ cappellaniæ facta per colonos ad fauorem Vãdini, cũ similiter non cõcludãt, possessionẽ cappellaniæ. Frustra igitur q̃ritur, an locatio cũ solutione pensionis probet possessionẽ.

4 Fides vero Sacristæ d. Ecclesiæ attestantis de celebratione Missarum, & officiorum in dicta cappellania per Vandinum facta, fidem nõ facit, ex vulg. Nec concludit possessionem, cum sint actus æquiuoci, qui etiam a non possessione ex alia causa fieri potuerunt.

## R. P. D. VBALDO.

*Reatina Pensionis. Lunæ 1. Decembris. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Successor an possit pẽsionem reseruatam de consensu prædecessoris impugnare ex nõ iure eius, qui consentit, quando in literis reseruationis adsunt clausula, quod de subreptionis & obreptionis defectu dari non possit, & quod pensio censeatur reseruata, perinde ac si omnes interesse habentes consensissent, ac adsunt aliæ clausulę, de quibus in decisione.

### SVMMARIVM.

*Sententia vt dicatur valida, quæ requirantur. n. 1.*
*Clausula, quod de subreptionis, vel obreptionis defectu dari non possit, apposita in reseruatione pensionis operatur, vt alleganti nullitatem pensionis incumbat onus probandi. n. 1.*
*De non iure non dicitur constare, nisi per confessionem partis, vel rem iudicatam. n. 2.*
*Pensionarius dicitur habere fundatam intentionem super reseruatione quando reseruatio fuit facta de consensu possessoris. n. 2.*
*Successor in beneficio non potest impugnare pensionem reseruatam de consensu prædecessoris, nisi notorie doceat de non iure eius, qui pensioni consensit. n. 2.*
*De non iure alicuius constare non dicitur, quamdiu potest constare de iure. n. 2.*
*Stipulatio Notarij pro omnibus quorũ interest, intererit, aut interesse poterit, comprehendit quemlibet habentẽ interesse. num. 3.*
*Vt quomodolibet comprehendit omne ius. num. 4. Vbi quod verificatur in quocumque iure directo, vel indirecto, etiam improprie sumpto.*
*Verba generalia non debent referri ad ea, de quibus supra fuit facta specialis mentio. n. 4.*
*Successor vt ad pensionis solutionem teneatur, sufficit, quod sit successor facti, si licet possessionis. n. 5.*

DECI-

DECISIO DCII.

1 Domini censuerunt, sententiam Rotalem esse confirmandam, in qua fuit declaratum, reseruationem pensionis ad fauorem Domini Marchionis Cassanci de consensu bonæ memoriæ Cardinalis Alexandrini super Præceptoria Sanctæ Agathæ fuisse validam, & Domino Marchioni suffragari, ex rationibus late deductis in decisione huius causæ 28. Ianuarij 1613. coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio, ex qua constat de iustitia dictæ sententiæ, & de validitate non dubitabatur cũ interuenerint ea omnia, de quibus per Verall. decis. 262. parte secunda. Fuit enim dicta pensio reseruata cum amplissimis, & prægnantissimis clausulis, & præsertim, quod non potuerit impugnari ex capite subreptionis, vel obreptionis, neque ex defectu intentionis Papæ, neque consensus quorumcumque interesse habentium, sed semper sit valida, perinde ac si in Consistorio secreto de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Consilio, assensu, & omnium interesse habentium ex iusta, & rationabili causa reseruata fuisset cũ clausula sublata, & decreto irritanti, & latius in dictis literis reseruationis, quibus stantibus clausulis Domino Nicolao videtur incumbere onus probandi nullum ius competijsse Cardinali Alexandrino, de cuius consensu hæc pensio fuit reseruata, vt fuit resolutum in causa Salamantina pensionis. 1. & 6. Iunij 1582. coram Bubalo.

2 Nec tale non ius dici potest probatum ex decisione bonæ memoriæ Cardinalis Pamphilij, quia præter responsionem allatam in dicta decisione coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio, fuit postea deducta in controuersiam, coram Reuerendissimo Bononien. sub die duodecima Nouembris, de anno Millesimo sexcentesimo quarto, & quatenus etiam sustineretur, non posset dici constare de non iure Cardinalis, nisi per confessionem, vel rem iudicatam, quæ hic non adest, vt fuit resolutum in causa Nucerina Iuris patronatus. 14. Nouembris de anno Millesimo sexcẽtesimo decimo, coram Reuerẽdo Patre Domino meo Caualerio, præsertim cum agatur contra Dominum Marchionem, qui habet intentionem fundatam super reseruatione pensionis ad sui fauorem, dum Cardinalis esset commendæ possessor. Achill. decisione 9. numero primo. de pens. quo casu requiritur, vt successor in titulo doceat notorie de non iure eius, qui pensioni consensit, vt ibidem numero tertio. & non potest dici de non iure alicuius constare, quamdiu de eius iure doceri potest. Rota decisione 520. sub numero quarto. parte prima. diuers. & decis. 269. numero 6. parte 2.

3 Dominis etiam vnanimiter placebat alia respõsio, quod ex tenore literarum supra relato apparet, Papã voluisse, quod pensio non possit annullari, vel inualidari ex defectu consensus omnium quomodolibet interesse habentium, sed quod semper esset valida, perinde ac si esset reseruata in Consistorio secreto de consilio, & assensu Cardinalium, & omnium interesse habentium, & sic perinde, ac si esset reseruata de consensu Papacodæ, qui tunc ius, & interesse habebat in Commenda, non enim videbatur dubium, quin dicta verba aliorum interesse quomodolibet habentium, & prætendentium apta sint comprehendere consensum veri titularis, sicut dicitur de stipulatione Notarij impersonaliter concepta pro omnibus, & singulis, quorum interest, aut interesse potest, vel poterit in futurum, de qua per Bartol. & Castr. in l. 2. ff. rem. pupill. salu. for. & per Mohed. Ferrar. claus. 18. glo. 5. nu. 6.

4 Neque videbatur sustineri, quod dicta verba debeant intelligi de consensu patronorum alterius commendæ, super qua alia pensio erat reseruata, & de cõsensu Magni Magistri, & conuentus respectu huius commendæ, non autem de consensu titulari, quia contrarium denotat illa dictio quomodolibet, quæ comprehendit omne interesse cuilibet competens. Ioãnes Andr. in c. indemnitatibus. sub numero 2. & ibi Archid. sub nume. 4. vers. quomodolibet de Lexicon. in 6. Ang. consi. 288 numer. 3. vers. hoc etiam coadiuuatur, &c. Gozzad. consi. 14. num. 22. Rot. decis. 505. numero 19. par. 1. diuer. & verificatur in quocumque iure directo, vel indirecto, etiam improprie sumpto. Rota decis. 364. num. 1. eadem par. diuers. quod procedere videbatur sine difficultate ex eo, quod de consensu Magni Magistri, & Conuentus fuit facta specialis mentio, & ideo dicta verba generalia postposita ad illam referri non debent. l. doli clausula. ff. de verb. obli gat. Bart. in l. quæsitum. §. fin. num. vlt. ff. de fund. instructo. Surd. decis. 19. numero quarto. Et prædicta confirmantur ex eo, quia Papa voluit prædictam pensionem deberi etiãm si contingeret commendã a Cardinale, vel ab alio ex successoribus aliquo potiore iure quomodolibet, & quandocumque euinci, ex hoc enim aperte colligi videbatur, quod Papa considerauit casum, in quo Cardinalis nullum ius in commenda habuisset, & nihilominus voluit per successores pẽsionem deberi, & sic non solum liberauit pensionarium a restitutione pensionum exactarum ante euictionem, sed etiam grauauit euincentes ad illarum solutionem, vt patet ex lectura literarum reseruationis.

5 Neque dicatur, Papam obligasse tantum Cardinalem, & successores, qualis non videtur esse D. Nicolaus, quia vltra quod id negari posset, cum D. Nicolaus sit successor Papacodæ, quia fuit subrogatus in ius Cardinalis, nihilominus ad hunc effectum sufficit, quod sit successor Cardinalis facti scilicet in possessione. Achil. decis. 1. nu. 1. & decis. 6. nu. 2. de pens. præsertim, quia Papa voluit pensionem solui, etiã euicta cõmenda, quod non potest intelligi, nisi in successoribus facti, & possessionis, cum alias successor iuris dici non posset, qui commendam alio iure euicisset, & cessat difficultas ex verbis generalibus literarum reseruationis, quibus Papa voluit Cardinalem, & eius successores, vel Præceptoriã quomodolibet obtinentes teneri ad

ad solutionem pensionis, vt bene deducitur in dictâ decisione Reuerendi Patris Domini mei Pamphilij, quæ etiam circa deducta quo ad scientiam litis, & derogationem regulæ de iure quæsito non roll. placuit Dominis, qui ex prædictis pro confirmatione sententiæ Rotalis concluserunt.

## R. P. D. PIROVANO.

*Bononien. Fideicommissi de Cattaneis. Lunæ 1. Decembris 1614.*

### ARGVMENTVM.

Instrumentum a Notario rogatum, & ex originali leuatũ, probatur ex sola subscriptione ipsius, etiam quod non fuerit instrumenti tenor ab ipso scriptus, & quando instrumenti Authenticatio possit per Notarium alteri committi.

### *SVMMARIVM.*

*Testamentum subscriptum a Notario censetur esse in forma probanti, & habetur loco originalis, absque alys solennitatibus. num. 1. & 2.*

*Instrumentum subscriptum a Notario probat etiam, quod fuerit sumptum ex originali parte non citata. numero 2.*

*Instrumentum subscriptum a Notario probat absque eo, quod sit scriptum ipsius manu. num. 2.*

*Instrumentum publicari, & authenticari debet ab ipso Notario, qui se de eo rogauit, & non ab altero de eius Commissione, nisi iudicis authoritas interueneris. Declara, vt num. 3. & 4.*

### DECISIO DCIII.

1 IN hac causa proposui dubium, an testamentum Andreæ de Cattaneis suffragetur Isottæ, & cum Informantes pro D. Isotta se restringerent ad illius vocationem, Informantes vero pro Leonibus excipiant de forma testamenti non probante, de omissione legitimationis personarum, de carentia probationis extinctionis linearum, & quod de identitate bonorum non constabat, discussionem vero fideicommissi omitterent, visum est Dominis capere resolutionem super disputatione formæ probantis dicti testamenti, in qua vtraque pars informabat reseruando particulariter de reliquis videre.

2 Et cum testamentum prædictum in actis productum reperiatur subscriptum a Dominico de Fortinis, qui de eo fuerat rogatus, censuerunt esse in forma probanti, quia habetur loco originalis, nec sunt necessariæ aliæ solennitates. Rota decis. prima. in princ. de fide instrument. in nou. Capuraquen. decis. 170. parte prima, nec requiritur partis citatio in exemplatione illius. Bal. in l. final. ad finem. C. de eden. Card. consilio duodecimo. numero septimo. Felin. in c. cum P. Tabellio. numero tertio. de fid. instrum. nec minus, quod fuerit ab eodem Notario scriptum, quia secundum veriorem, & practicatam opinionem, non est electa industria Notarij in scribendo, sed vt ipse det fidem gestis, quam sufficienter præstat subscribendo. Abb. in c. inter dilectos. numero septimo. de fid. instrument. & Felin. ibidem latissime. numero 27. Dec. consilio 457. numero 10. Ias. in l. cum antiquitas. numero 14. de testam. Paris. consilio 12. numero 120. libro secundo. Couar. pract. quæst. c. 21. numero primo.

3 Non obstat, quod in fine testamenti legatur authenticatum a Marco Plancio asserente omnia, & singula de commissione Dominici de Fortinis fideliter sumpsisse, scripsisse, & authenticasse, & tamen certum videatur, quod delegatio huiusmodi de iure prohibita est. Card. Zabar. in c. fin. in fine. de offi. deleg. & ibidem Imol. nume. 30 dicens, Notario prohibitam esse talem delegationem absque iudicis authoritate. Socin. consi. 24. num. 24. in fi. vol. 1. Gabr. de præsumpt. conclus. 3. nu. 44. Fuit enim responsum, prædicta procedere, quando Notarius rogatus simpliciter delegat vices suas alteri Notario, ad effectum, vt extrahat, & authenticum reddat, secus vero, vt in præsenti, vbi Dominicus Fortinus, qui de testamento fuit rogatus, vlterius processit subscribendo se cōpiæ testamenti, & attestando se omnibus, & singulis, dum, vt præfertur agerentur, interfuisse, & de eis rogatum extitisse, quæ verba, cum sint assertiua veritatis relatoriũ in scriptura extracta, præstant gestis sufficientem fidem, quę exinde probarur per subscriptionem, vt supradictũ est.

4 Nec dicatur, quod potius verba prædicta Dominici sint intelligenda, quod interfuerit extractioni factę per Marcum Plancium, quam ipsi instrumento, quia tollitur, ex sequentibus verbis, & rogatus extitit, quæ non sunt referenda ad extractionem, non requirẽtem rogitum. Et demum non obstat, quod Dominicus expressis verbis committat authenticationem huius testamenti Marco Plancio, quia non propter hoc detrahitur ex attestatione, & subscriptione illius, sed potius augetur propter plurimorum testimoniorum.

## R. P. D. ANDREA.

*Conchen. Decimarum dell'Infantado. Lunæ 1. Decembris 1614.*

### ARGVMENTVM.

De nullitate sententiæ ex defectu citationis. Item ex eo, quod non sit conformis libello, & quod testes fuerint examinati parte non citata, plura notanda, de quibus in Summario.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Sententia lata sine citatione, si fuerit confirmata parte non opponente, non potest amplius dari de illius nullitate. num. 1. Declara, vt num. 2.*

*Amissio actorum numquid censeatur probata ex attestatione Notarij. num. 2.*

*Acta Notarij vbi fuerunt amissa, si aliquid de actis deficit, præsumitur amissum. num. 2.*

*Sententia licet regulariter debeat esse conformis libello, hoc tamen non procedit in Summarijs. num. 3.*

*Causa dicitur Summaria, quando agitur inter personas Ecclesiasticas, de iure percipiendi decimas. numero 3.*

*Testes etiam examinati parte non citata probant, quando iudex partibus præfixit terminum ad probandum, dictusque terminus fuerit partibus intimatus. numero 4. & 5.*

DECISIO DCIV.

1 VT annuerem Rectoribus, qui decisioni factæ die secunda Iunij, de anno Millesimo sexcentesimo decimo quarto, nondum acquiescebant, hoc dubium repropofui die prima Decembris, & Domini vnanimiter in decisis perstiterunt, si quidem opponebatur contra sententiam Rotalem de nullitate, & iniustitia. Nullitas deducebatur ex triplici capite. Primo ex defectu citationis ad sententiam. Secundo ex eo, quod non erat conformis libello. Tertio, quia fundabatur in testibus nulliter examinatis ob defectum citationis ad videndum illos iurare. Quæ tamen nullitates visæ fuerunt non subsistere, & bene tolli ex responsionibus datis in prima decisione. Etenim prima nullitas ex defectu citationis ad sententiam videbatur cessare ex eo, quod sententia fuit confirmata, parte non opponente, quæ confirmatio operatur, vt non possit amplius dici de nullitate primæ, iuxta decis. Cæs. de Graff. 9. numero 11. de caus. possess. & propriet. & fuit pluries decisum.

2 Hæc tamen responsio, vt vnus ex Dominis dicebat, solum procedit, quando sententia confirmatoria transiuit in iudicatum, & ideo non applicabatur casui, in quo quæritur, An sententia sit confirmanda, vel infirmanda, quod videtur ostendere non adesse rem iudicatam. Ideo placuit indistinctè alia responsio data in decisione, quod pars actorum fuerat amissa. Vnde eo ipso præsumebatur hoc, quod deficit in illa contineri. glos. fin. in c. quoniam contra. de probat. cum alijs allegatis in alia decisione. Amissio autem actorū probabatur ex attestatione Notarij, quæ licet sola videretur sufficere, ex quo amissio non allegabatur per ipsum Notarium, qui tenebatur custodire, sed per alium ex deductis in puncto per Mandell. consil. 101. num. 8. vers. & quamuis contrarium. Illa tamen coadiuuabatur ex testibus, qui etiam nulliter examinati præstant adminiculum. Verall. decis. 206. nume. 6. & decis. 208. num. 8. par. 2. & fuit dictum in Calagurita na beneficij. 20. Iunij 1603. coram Litta, & in Mediolanen. prætensæ simulationis contractus. 10. Decembris eodem anno, & 17. Maij 1604. coram Reuerendissimo Attrebaten.

3 Secunda nullitas ob difformitatem sententiæ cum libello similiter cessabat ex responsione data in decisione, quod sententia, licet non sit conformis libello in contextu verborum consequentiū, tamen est clara, quia si in libello concluditur petitio, vt detur Episcopo mandatum contra Rectores, & ei soluant partem decimæ croci, & olei, sententia vero cōdemnat Rectores ad faciendum notas, & listas prædictarum decimarum, & ad in futurum ponendum dictas decimas olei, & croci in tertia maiori necessario consequitur cōclusio restitutionis decimarum, & solutionis earum in futurum, qui est effectus petitionis, vt fuit firmatum in decisione. Præterea regula, quod sententia debet esse conformis libello, non procedit in Summarijs. Andr. Gail. obseru. 66. nu. 15. lib. 1. Veral. decis. 126. par. 3. Quando autem agitur inter personas Ecclesiasticas super iure percipiendi decimas, illa causa est summaria, & habet locum. Clem. dispendiosam. de iud. vt tenet gl. ibi in verbo decimis. in vers. sed quid si non est quæstio. Card. n. 2. q. 14. Rot. decis. 14. de iud. in nou. Vbi quod illa opinio. gl. est præstantior, & sic semper fuit obseruatum in Rota. Quatenus vero sententia cōdemnat Rectores ad in futurum ponendas dictas decimas in tertia maiori, & prætendunt Rectores se grauatos, cum hoc spectet ad colonos, & Parochianos, qui de iure ad id tenentur. Domini in hac sententiam declarari voluerunt, quod hoc fiat per illos, ad quos de iure, vel consuetudine spectat.

4 Tertia nullitas ex defectu citationis ad videndum iurare testes, & ipsa tollebatur ex deductis in hac causa. 18. Maij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, & vltimo coram me. Cum enim prouisor admiserit partes ad probandum cum termino nouem dierum ad effectum, vt infra illos facerent eorum diligentiā, & hoc decretum fuerit illico partibus intimatum, sequitur nedum virtualis citatio, sed etiam certa, & expressa, vt in dicta decisione D. mei Pirouani, & fuit dictum in Vallisoletana iurisdictionis. 6. Iunij 1614. corā R. P. D. meo Verospio. Nec obstabat decisio bo. me. Card. Pamphilij in Conchē. Decimarum de Villanueua. 2. Iunij 1599. Quia tantum dicit, quod citatio ad videndum præsentare, & cognoscere testes, non est sufficiēs, quia actus præsentationis differt a præstatione iuramēti, & bene dicit, sed decisio in hac causa non fundat se in citatione particulari, prout est ad vidēdū iurare, sed in termino dato ad probandū apto comprehendere citationem ad vidēdum præsentare, iurare, & cognoscere testes, secundum formam relatā a Gonzal. Suar. de Paz. in suā prax. 1. par. 1. tom. 8. temp. num. 2.

5 Quæ vero late deducebantur pro iniustitia sententiæ, quæ erant eadem, alias deducta coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano, bene visa fuerūt remanere sublata ex decisionibus corā eo factis, & præcipue

cipue ex iure coæquali ipsius Ecclesiæ Cathedralis, quæ ab initio fuit dotata de decimis, in quibus propterea habet ius reale, & per consequens bene intrat subrogatio ad eius fauorem, vt in dictis decisionibus, in quibus referuntur aliæ factæ in alijs causis Conchen. Decimarum coram bonæ mem. Cardinale Pamphilio, Mantica, & Iusto. Ex quibus Domini persliterunt in decisis.

## REV. P. D. ANDREA.

*Cremonen. Pensionis. Veneris 5. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Sententia lata non seruatis terminis substantialibus est nulla. De iustificatione gratiæ plura notanda, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

*Terminis substantialibus non seruatis sententia est nulla. num. 1. in fine.*

*Literis Apostolicis iustificatis danda est executio. numero 2.*

*Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij. numero 3.*

*Mors probatur ex fide Parochi. num. 4.*

*Supplicatio manu Papæ signata probat prouisionem beneficij. num. 5.*

*Vacatio beneficij per obitum iustificatur ex instrumento capta possessionis ipsius beneficij. num. 6.*

*Narratiua Iuris patronatus non indiget iustificatione, quando est facta per clausulam, vt asseritur. numero 7.*

*Beneficium collatum a Papa sub verbis quomodocunque comprehendit omnem vacationis modum, qui excogitari potest. num. 8.*

*Successor in beneficio, quod quis fuerit, quomodo probetur. num. 8. & 9. Vbi de eadem materia.*

*Prouisus de beneficio per obitum alterius cuiuscunque personæ, dicitur successor cuiuscunque personæ, quæ successioni locum fecerit. num. 9.*

*Confessio vnius ennunciata in literis alteri non nocet. numero 10.*

*Lis non dicitur introducta per solam Commissionem, nulla emanata citatione. num. 11.*

## DECISIO DCV.

1 Pet felicis memoriæ Sixtum V. de anno 1588. fuit reseruata annua pensio Scutorum quinquaginta ad fauorem Scipionis Rotæ super duabus Cappellis, quæ asserebantur de Iure patronatus laicorum, vna scilicet Sanctæ Elisabethæ in Ecclesia Sancti Andreæ Brixien. altera vero Sanctæ Vrsulæ in Ecclesia Sancti Gregorij Cremonen. tunc vacan. per obitum Achillis Cantij in Curia cum consensu Baldi Catanei de eisdem Cappellis prouisi qui se, & successores suos obligauit pro solutione dictæ pensionis, iuxta formam literarum, in quibus adest clausula habita, vel non habita, &c. & tam Baldum, quam quoscumque alios, etiam ex resignationis, & permutationis causa, siue ex quacumque vacatione, vel alia dispositione in Cappellis præfatis quomodocumque succeden. pro solutione pensionis huiusmodi in ampliori forma Cameræ teneri, &c. Supradictus Baldus vigore suæ prouisionis possessionem assequutus fuit, & postmodum resignauit alteram Cappellam Sanctæ Elisabethæ, Iacobo Benetto Cremonen. alteram vero Sanctæ Vrsulæ cessit ad fauorem Io. Antonij Schitij, qui literas in præfatæ cessionis vim expediuit, ac demum per eius obitum fuit prouisus de eadem Cappella Annibal Persicus. Huiusmodi vero pensionem integraliter soluit dictus Iacobus Benettus ab anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo vsque, & per totum 1604. probabili errore ductus, quod in resignatione Iacobi narratum fuerat integram pensionem reseruatam fuisse super eadem Cappella, quam similiter Dominus Scipio exegit bona fide, credens eundem Iacobum assequutum fuisse ambas dictas Cappellas, & non alteram tantum per dicti Baldi resignationem. De anno Millesimo sexcentesimo quinto obijt Iacobus, & cum illius successor Petrus Manzolus integram pensionem, nisi tantum pro medietate soluere recusaret Dominus Scipio pro altera medietate se conuertit contra Annibalem Persicum alterius Cappellæ Sanctæ Vrsulæ possessorem vigore literarum reseruationis, & pro illarum executione agere cœpit coram Auditore Cameræ, qui dictum Annibalem absoluit, a qua sententia cum pro parte Domini Scipionis appellatum fuisset, causaque mihi commissa, dubitaui, an sententia Auditoris Cameræ esset confirmanda, vel infirmanda. Et Domini esse infirmandam vnanimiter censuerunt, tam ex capite nullitatis, quam notoriæ iniustitiæ. Ex capite nullitatis, quia fuit lata non seruatis terminis substantialibus. Cassad. decisione octaua. numero sexto. de rescript. Caputaquen. decisione ducentesima sexagesima nona. par. 3.

2 Ex capite iniustitiæ dum absoluit Annibalem a solutione pensionis, cum tamen stante iustificatione literarum Domini Scipionis danda fuisset exequutio, c. si capitulo. vbi glos. in verbo exequatur. de concess. præbend. in sexto. Samen. in tractat. Breu. numero quarto. Mohedan. decisione decima tertia. vt lit. pen. dente. & fuit dictum in Baianen. pensionis. vigesima septima Iunij 1613. coram Illustrissimo Mellino, & in alia Cremonen. pensionis. 15. Aprilis 1611. coram Reuerendo Patre Domino meo Caualerio, & in Barbastren. beneficij. 13. Iunij proxime præteriti, coram Reuerendo Patre Domino meo Dunozetto, & sæpius in alijs.

3 De iustificatione autem constabat. Nam Clericatus

tus Domini Scipionis probabatur ex literis patentibus Ordinarij.c.2.& ibi Abb.in 1.notab.de cleric.peregr.Rebuff.in pract.form.lit.tonf.num.22. Roland. conf.4.num.5.lib.1.Gramm.decif.81.num.1.Rot.in pluribus causis hic allegatis per Informantes, & in specie in d.Barbastren.

4 Obitus Achillis in Curia probabatur ex fide Parochi.Mandof.super reg.18.q.10.sub num.4.Rebuff.in comment.ad Cõstit.Gallef.to.2.tit.de regest.baptif. sepult.ãtt.fin.vers.& sic patet.Rot.decif.220.num.1. pat.2.diuerf.& in Pampilouen.Parochialis de Aizor. 13.Maij 1611.coram R.P.Dominomeo Vbaldo,& in Calagurirana beneficii de Cuacu.10.Martii praeteriti, coram Reuerendo Patre Domino meo Rembolдo,& in aliis.

5 Baldum fuisse prouisum de Cappellis, super quibus fuit imposita pensio, constabat ex supplicatione manu Papae signata.Caffad.decif.2.num.10.de pens. & decif.8.numero 9.de restit.spolia. cum aliis per Modern.ad regul.8.glof.10.numero 45.& hic per Informantes.

6 Vacasse dictam Cappellam Sanctae Vrsulae per obitum Achillis, & hoc iustificatur ex instrumento captae possessionis per Baldum,& ex literis prouisionis dicti Ioannis Antonii, per cuius obitum fuit prouisus Annibal, cum tamen sufficiat iustificare gratiam de facto. Aegid. decisione 116. in fine. saepius canonizata.

7 Narratiua Iuris patronatus non visa fuit egere iustificatione,quia facta per clausulam,vt asseritur.Caffad.decif.4.num.9.de probat.& decif.6.num.2. & 6. de Iure patron.Rot.decif.412.nume.3.par.1. diuerf. cum aliis allegat.

8 Quod Annibal esset successor Baldi in hac Cappella constabat,ex quo ipse fuit prouisus per obitum Ioãnis Antonii, qui illam obtinuit per cessionem sibi factam a Baldo.Vnde nõ solum est successor facti,quod sufficit.Achil.decif.1. & 6. de pens. & fuit dictum in Reatina pensionis.28.Ianuarii 1613.coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio confirmata in praeterita Rota, coram Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo,& praesertim stantibus illis verbis quomodocumque, &c. quae comprehendunt omnem modum, qui excogitari potest.Marsil.conf.80.nume.37.Rota decif.505.num.19.par.1.diuerf.& faciunt tradita per glof.in c.susceptum.verbo expresse.& ibi Io.Andr.& alii.de rescript.in 6. Quinimo fuit etiam successor iuris, dum Io.Antonius vigore dictae cessionis candem Cappellam possedit.

9 Nec valet dicere Ioannem Antonium impetrasse dictam Cappellam vti adhuc vacan. per mortem cuiusdam Alphonsi, ante obitum cuius Baldus fuit successor, & per consequens dici non possit, Annibalem Baldo successisse. Baldus enim prouisus fuit non solum per Achillis obitum, sed etiam alterius cuiuscumque personae, & sic etiam Alphonsi, quatenus ex illius persona non autem Achillis haec Cappella vacaret. Lap.in dicto cap. susceptum. numero quinto. Rota decisione prima. vbi Adden. in verbo quouis alio modo,& ibi Papaz.numero septimo.de rescript.in nou.& decif.36.libro primo.par.3.diuerf. Vnde tempore prouisionis factae Ioã.Antonio, per quam fuerat consumpta vacatio per obitum Alphonsi, dicta Cappella amplius non vacabat per eius obitum,iuxta tradita per glof.in Clem.1.verbo collato. vt lit.pend. & ibi Doctor.

10 Non obstat Achillem fuisse prouisum de eadem Cappella per resignationem cuiusdam Ioannis Baptistae Aucroldi, cuius titulus praetenditur vitiosus propter litem tunc temporis inter praetensos patronos vertentem, dicta enim lis solum iustificatur per enunciationem in literis Ioannis Antonii, qui propterea Domino Scipioni tanquam ab illo causam nõ habenti nocere non potuit.l.certum. §.sed an, & ipsos.ff.de confeff. Achil. decisione quarta. numero secundo. eodem tit. Rot.decif.685.nu.4.par.1.diuerf. cum alijs alleg.

11 Vnde cessat pariter aliud obiectum de huius pensionis inualiditate, ob non factam mentionem litis pendentiae,quia de illa non constat,& per commissionem ex aduerso allegatam nulla fuit lis inducta, cum nulla emanauerit citatio.Clement.final. & ibi Doct. vt lit.penden.& quatenus constaret de lite, sufficeret pro eius mentione illa clausula non obstan. quacumque lite,cuius statum,&c.Gemin.consilio 120.numero sexto.Rebuff.in prax. tertia parte. sig.in verf.quatenus litigiosum litis statum. numero quarto. & fuit dictum in Pampilonen.de Ianfi.19.Decembris 1605. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano, & in dicta Reatina,coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio,& ita conclusum pro infirmatione sententiae Auditoris Camerae.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Salamantina Praestimonij.Veneris 5.Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Inhibitio specialis quando concedatur,& an concedatur ei,qui non possidet, & qui nihil tenetur restituere.

## *SVMMARIVM.*

*Mandatum de manutenendo comprehendit etiam fructus lite pendente perceptos.num.1.*

*Inhibitio specialis conceditur debitori timenti se indebite grauari posse,implorato iudicis officio, & supponit illam petentem se debitorem,& allegare exceptionem,propter quam tutus reddatur.num.1.*

*Possessor vitiosus non auditur pro euitanda solutione fructuum opponendo obiectus.num.2.*

*Obiectus proponere non potest, qui non est possessor. numero 3.*
*Excommunicatus agendo non auditur. num. 3.*

## DECISIO DCVI.

1 INhibitionem specialem denegandam esse Peraltæ DD. dixerunt. Non docet enim de aliquo suo iure, vel interesse, pro quo possit impedire Valearcel aduersarium in consequutione fructuum præstimonij, de quo agitur, qui obtinuit manutentionem a Rota, sub qua veniunt fructus lite pendente percepti. Io. Faber. in §. retinendæ. Instit. de interdict. Menoc. remed. 3. retinendæ. num. 289. Et passim seruat Rota. Inhibitio autem conceditur debitori timenti se indebite grauari posse implorato iudicis officio. l. si pater. in fin. C. qui bonis cedere possunt. l. fundi. ff. de exceptionib. Roman. cons. 244. in princ. Et sic supponitur illam petentem fateri, vel saltem non negare, se debitorem, & allegare exceptionem, propter quam tutus reddatur, vt in d. l. si pater. not. Salicet. numero tertio. & Castren.

2 Neutrum autem admittit Peralta, immo videtur constare, cum non posse timere se molestari, cum fructus fuerint positi sub sequestro, vt in Summario. numero 4. Nec constet illos sibi consignatos, quod nec etiam præsumitur, quia fuisset commissum attentatũ pendente appellatione a sententia Scholastici Salamantini, cui fuit delatum parte non reclamante, quo casu non posset audiri, opponendo præsertim obiectus ad excludendum Valcarcel a fructuum consequutione. Rot. decis. 5. num. 3. vers. item quia. vt lit. pend. in antiq. Bisignett. decis. 1. num. 1. vers. nec obstat. codẽ tit. Crescen. decis. 19. num. 3. de sent. & re iudic. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. declarat. 4. num. 48. & parte 3. cap. 24. quæst. 1. numero 39. Roman. cons. 347. numero 6.

3 Et sic cum dictos fructus non habeat, & consequẽter non sit possessor non potest proponere obiectus. Bellam. decis. 383. incip. non possessor. Roman. d. consil. 347. nume. 4. Vbi adden. Rota apud Seraph. decis. 1091. num. 8. & alias sæpe. Et quia controuerti nõ potest, quin Peralta sit actor in petenda hac inhibitione, & iudicis officio implorando, ideoque vti excõmunicatus ob recursum habitum ad iudices laicos, vt in Summario. num. 12. audiri non debet agendo. c. decernimus. de sent. excom. in 6. glos. in c. intelleximus. de iudic.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Tullen. Coadiutoriæ. 5. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Ratio in quo loco sit reddenda.

## SVMMARIVM.

*Ratio reddi debet in loco administrationis. numero 1. & numero 3. Nisi iudex aliter ex causa arbitratus fuerit.*
*Arbitrium regulatur a iure, licet relaxet iuris rigorem. num. 2. & 3.*

## DECISIO DCVII.

1 ROta arbitrata fuit, rationem esse reddẽdam per D. Franciscum Torellum coram Ordinatio Parisien. non autem in partibus, in quibus est facta administratio, vt petebat D. Franciscus, nec etiam in Vrbe, vt petebat D. Abbas Lignarius. Moti fuerunt Domini ad non arbitrandum, quod nõ redderetur in Vrbe, quia regulariter ratio est reddenda in loco administrationis, cum ibi facilius, & cũ minori partium dispendio per testes, scripturas, inspectiones rerum, locorum, & alias circumstantias iustificentur iustificanda. l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs agi oportet. Bald. & communiter Doct. in l. prætor ait. §. item etiam. ff. de eden. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. Rota in causa Lugdunen. redditionis rationum. 7. Martij 1589. coram bo. mem. Penia.

2 Et proinde stantibus supradictis rationibus visum fuit Dominis non esse æquum, vt Franciscus in loco distantissimo a loco administrationis, vt est Roma, cogeretur reddere rationes, sed quod potius locus non valde distans a Diœcesi Tullen. in qua fuit facta administratio, eligeretur. Arbitrium enim datum in Commissione Sanctissimi debet intelligi, prout de iure, iuxta Bartol. in extrauagant. ad reprimen. in verb. videbitur. millies in Rota canonizatum, & licet relaxet aliquid de iuris rigore, vt infra dicetur, nulla tamen visa fuit subesse causa, vt in loco remotissimo Frãciscus rationes reddere teneretur.

3 Quod autem rationes minime redderentur in loco præuio administrationis, arbitrati sunt Domini, quia ex late deductis pro parte Abbatis Ioannis, & multis incidentibus occursis in progressu huius causæ, Domini cognouerunt, Abbatem Lignarium habere admodum suspectam. Tullen. Diœcesim, & proinde cum iudex ex causa possit arbitrari, vt extra locum administrationis reddatur ratio. l. penultima. §. vltimo. ff. de conditionib. & demonstrat. vbi Imol. & alij. Menoch. de arbitrar. iudic. libro secundo. centur. 5. casu 468. numero septimo. & vltra arbitrium datum a iure communi accedat arbitrium datum a Summo Pontifice in Commissione huius causæ, quod diminuit aliqualiter de iuris rigore. Cresc. decis. 4. numero 3. de test. Rota in Mantuana bonorum. 16. Decembris 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo. Domini ita arbitrati sunt, &c.

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

*Paduana Prioratus. Veneris 5. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Beneficij collatio, vbi spectat ad Papam vigore alternatiuę ab Episcopo acceptatæ, non censetur eadem alternatiua resoluta in prejudiciu Papæ, siue per abusum, siue ratione absentiæ, & an ab eadem alternatiua recedi possit tacito Papæ consensu, ex quibus inducatur iste tacitus consensus, & an etiam alternatiuæ acceptatio scripturam requirat.

### SVMMARIVM.

*Beneficij collatio vbi spectat ad Papam, vigore alternatiuæ ab Episcopo acceptata, non censetur eadem alternatiua resoluta in præiudicium Papæ, siue per abusum, siue ratione absentiæ ipsius Episcopi. num. 1. Declara, vt numero 2.*

*Papæ tacito consensu, ne dum expresso, ab alternatiua recedi potest. num. 2. Declara, vt num. 3. & 4.*

*Taciti, & expressi par est virtus, quando vtrumque procedit ex potentia eiusdem causæ. num. 2.*

*Alternatiua concessio dicitur quasi contractus, & permutatio mensium num. 2. in fine.*

*Contractus rescinditur tacito partium consensu. nu. 2. in fine.*

*Forma substantialis alicuius actus quomodo inducatur. num. 3.*

*Alternatiuę acceptatio requirit scripturam, & quomodo. num. 3. Declara, vt num. 4.*

*Scriptura a Statuto requisita in aliquo contractu censetur etiam requisita in eius distractu. num 3. in fine. Declara, vt num. 4.*

*Scriptura non requiritur in actibus non expressis in glos. in c. 1. in verbo in scriptis. de censib. in 6. & in l. contrahitur. ff. de pignoribus. num. 4.*

*Consensus tacitus ex necessitate, et natura actus elicitus æquipollet expresso. num. 5.*

*Consensus tacitus elicitur ex actibus positiuis. num. 7.*

*Fraus consideratur ex absentia Episcopi a sua Diœcesi sine causa, secus si cum causa. num. 10.*

*Communis error præstat causam validitati actus. numero 12. & num. 13. Vbi an hac conclusio procedat in regulis Cancellariæ.*

*Ius conferendi beneficia est de pertinentibus ad iurisdictionem. num. 12.*

*Clausula decreti irritantis tunc demum ligat ignorãtes, quando dispositio, cui adijcitur est certa, & determinata secus si dubia. num. 13.*

*Sententia ad effectum præiudicij debet esse certa, & indubitata. num. 14.*

*Error iuris excusat, quando erratur in articulo iuris dubio, & perplexo. num. 14.*

*Constitutio declaratoria alterius constitutionis trahitur solum ad futura non autem ad pendentia, seu præterita. num. 15.*

## DECISIO DCVIII.

1 Existimarunt Domini, literas Reuerendiss. Archiepiscopi Firmani quo ad reseruationem in mense Septembris non esse iustificatas, & consequenter a resolutis sub die 18. Maij 1611. non esse recedendum. Beneficium enim, de quo agitur, vacauit in mense Septembris, anni 1609. qui est de Ordinarijs secundum regulam octauam, & Reuerendiss. Episcopus Paduanus illud contulit, & super iure conferendi habet fundatam intentionem, cum reperiatur intra limites eius Diœcesis. c. omnes Basilicæ. 16. q. 7. c. conquerente. de offic. ordin. c. cum personæ. vers. & si in priuilegium. de priuileg. in 6. Capic. decis. 189. nume. 7. Rota in nou. de concess. præbend. decis. 4. & sæpe fuit resolutum.

2 Ideo visum est Dominis, D. Archiepiscopo prætendenti vigore gratiosæ subrogationis immitti in possessionem dicti beneficij, tanquam de reseruato onus incumbere docendi beneficium prædictum Sedi Apostolicæ esse reseruatum, prout in pluribus causis fuit decisum, signanter in Burgen. de Pancrouo. 14. Octobris, & 19. Nouembris 1588. coram bo. mem. Gipsio, in Bononien. Canonic. 29. Martij 1590. coram bonæ mem. Card. Pamphilio, & in Miranden. Parochialis. 17. Martij 1601. coram bo. mem. Penia.

3 Nec sufficere videtur, si taliter qualiter doceatur de reseruatione, sed debet esse patens, & clara illius probatio, vt fuit resolutum in Neapolitana Rectoriæ. 15. Februarij 1598. coram bonæ mem. Card. Pamphilio, & in Toletana Cappellæ. 1. Decembris 1606. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, in qua aliæ decisiones allegantur. Probationes autem, quæ afferuntur per D. Archiepiscopum, non videntur tales, vt dici possit constare de indubitata reseruatione ad effectum prædictum.

4 Nam si deducantur ex alternatiuà, quæ probatur per Dominum Episcopum Paduanum acceptata, vt exindeex mensibus Ordinariorum Martius, & Septembris sint Apostolici, nedum, quamdiu Ordinarij resederint, vt dicitur in regula octaua, sed etiam si a Diœcesi absentes fuerint, & prout absens reperiebatur D. Episcopus tempore vacationis prædictæ, & hic mensis Septembris absente Ordinario a sua Diœcesi non probatur Apostolicus, cum verba regulæ ex decisionibus in causa Salamantina Canonicatus. 20. Iunij 1572. coram bonæ mem. Orano, & in Sulmonen. Canonicatus. 3. Martij 1583. coram Cantuccio, aliter declarentur, nempe quod gratia alternatiuæ conceditur Episcopis tamdiu, quamdiu personaliter resident dumtaxat, non autem duret, quando sine fraude absunt ab eorum Diœcesibus.

Et hæc interpretatio cum fuerit roborata ab obser
5 uantia vsque ad tempora contrariæ resolutionis factę in causa Sulmonen. alternatiuæ coram Illustriss. Cardin. Lancellotto sub die 14. Maij 1610. exinde dici non potest, quod ex contextu regulæ resultet de eo tẽpore clara, & patens reseruatio mensis Septembris, sed contrarium ex intellectu, quem effectus, & rerum exitus, & obseruantia subsequuta verum esse demonstrauit. Ias. cons. 128. num. 7. vol. 1. Crauet. cons. 201. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 35. nume. 23. lib. 1. nec est nouum, quod si verba legis vario modo possunt interpretari, quin sensus ille recipiatur, qui longo tempore fuit obseruatus. l. si de interpretatione. ff. de leg. c. cum dilectus. de consuetud. Castr. cons. 347. numero 4. libro 1. Roman. consilio 271. num. 4. vers tertio non est dubium. Crauet. cons. 411. num. 41. Menoch. cons. 341. num. 23.

6 Et hinc videmus, quod regulæ Cancellariæ, priuilegia Apostolica, facultates legatorum, & similia subiacent obseruantiæ interpretatiuæ, quatenus verba patiuntur, etiam si intellectus datus pro obseruantia esset malus, vel de iure non tenendus, vt dicit Rota in terminis regulæ corã Robusterio inter impress. 256. num. 6. parte 2. diuers. & de priuilegio. Put. decis. 12. & 15. libro 3. & de facultatibus legatorum, idem Put. decis. 1. sub regul. de infirm. in manuscript. & in nouiter impress.

7 Non obstat, quod obseruantia debeat probari vniformis. Alex. cons. 5. nume. 7. & 9. lib. 5. cum alijs allegatis per Ioseph. Ludouic. sua conclus. 38. versic. ampliatur 3. & tamen contrarium fuisse obseruatum pro bari dicatur ex resolutionibus in causis Fauentin. Canonicatus die 16. Decembris 1585. in Vicen. præceptoriæ. 14. Decembris 1592. coram bonæ memoriæ. Cardinal. Blanchetto, & in Maioricen. Canonicatus coram Illustrissimo Cardin. Mellino. 15. Nouembris 1595. Quia decisiones illæ, cum sint fundatæ in absurdo, & fraude vitanda, ne ordinarius residẽdo fruatur mense Februario, & per absentiam redeundo ad menses ordinarios conferat in mense Martij, & sic de alijs, & prout eas sic intellexit Rota in Sulmonen. coram eodem Illustrissimo Cardinali Lancellotto, visum est magis deseruire pro declaratione in casu modicæ absentiæ, in qua & fraus, & absurdum possunt considerari, quam vt ex eis interpretatio longo tempore per Palatium practicata diuersa probetur, quando scilicet agitur de absentia lõgæua, & ab omni fraude semota, prout in præsenti, cum qua concurrunt etiam actus positiui indicantes D. Episcopum Paduanũ redijsse ad suos menses de tempore illius absentiæ, vt fuit consideratum in 1. decisione.

8 Si vero principaliter colligatur, probatio reseruationis ex decisione Sulmonen. Alternatiuæ, coram Illustrissimo Card. Lancellotto die 14. Maij 1610. per quam recessum est ab intellectu interpretato in antiquis decisionibus, & eam dixerunt Domini in suis terminis bene procedere, sed in casu, de quo agitur, non suffragari D. Archiepiscopo. Primo, quia decisio supertienit de mense Maij 1610. vacatio autem huius beneficij, & prouisio contigit ante annum prædictũ, & consequenter de tempore, quo Ordinarij, quando sine fraudis suspicione aberant a suis Diœcesibus, erant in quasi possessione redeundi ad menses ordinarios, & in eis bona fide conferre poterant propter intellectum verborum regulæ per decisiones Rotales, & obseruantiam fere per quadraginta annos interpretatum, quo casu collatio sustinetur tanquam pertinens ad Ordinarium in quasi possessione conferendi existentem. cap. consultationibus, de Iure patron. vbi Abb. num. 9. Cald. cons. 23. de præbend. Tan. decis. 3. Put. decis. 206. lib. 1. Mohed. decis. 8. de priuileg. Simo. de reseru. it. q. 70. Seraph. decis. 1334. nu. 7. par. 2. vbi hoc confirmat etiam ad effectum sustinendi collationem contra reseruationem.

9 Nec obstare visum fuit, quod quasi possessio non sufficiat, nisi concurrat scientia, & patientia superioris. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina. numero 64. & de caus. possess. & propriet. cum alijs allegatis, de qua in præsenti dicebatur non constare. Quia fuit dictum, requisitum scientiæ, & patientiæ esse necessarium, vbi constaret de contraria possessione, quia cum tunc agatur non solum de acquirendo, sed priuando alium iure suo, desideratur illius patientia, quæ non procedit sine scientia, secus vero vbi contrarium fuisse obseruatum non probatur, vt in præsenti. Ita declarat Innoc. in c. bonæ memoriæ. il secondo. sub num. 6. versic. pro prima tamen opinione. de postulat. prælator. & Ripa illum sequitur in d. c. cum Ecclesia Sutrina. nume. 64. vers. tertio declara.

10 Et nihilominus consensus etiam Superioris videtur concurrere, quia non agitur de abroganda lege vsitata, in qua ad præsumendum consensum Superioris requiritur tempus quadraginta annorum, c. fin. de cõsuetud. vbi Abb. & alij. Sed versamur in sensu legis interpretato, cuius contrarium non apparet receptũ, ideo sufficit obseruantia decem annorum ad præsumendum consensum Superioris, prout in fortioribus terminis tenuit Felin. in c. 2. numero 13. versic. considera secundo. De Tregua, & pace, & Gabr. consil. 84. nume. 60. & sequentib. volumine 2. & propterea data obseruantia vltra decem annos, & bona fide probata ex resolutionibus Rotalibus, illa potens est ad sustinendam collationem, etiam quod ex post Palatio placuerit nouus intellectus datus in prædicta decisione Sulmonen. Alternatiuæ, coram Illustriss. Lancellotto. Rot. decis. 14. de Iure patronat. in antiq. quæ vberius fuit comprobata in Papien. Iuris patr. 8. Martij 1613. coram R. P. D. Manzanedo.

11 Nec dicatur de ista quasi possessione conferẽdi D. Episcopi Paduani non constare. Quia vltra quod ex vniuersali Ordinariorum quasi possessione tanquam ex causa vniuersali iuuari potest. Rot. decis. 17. numero 2. par. 2. diuers. & quæ probatur ex eo, quod Palatium ante dictum annum 1610. hoc seruauit, de particulari etiam ipsius possessione apparere videtur ex collationibus ponderatis in prima decisione huius causæ,

causæ, quæ & si non dentur de mense Septembris in indiuiduo, sufficiunt tamen propter casum vniuersalis iurisdictionis ipsius Episcopi, quæ facit vt magis attendatur causa actus, quam ipse actus. Bald. in l. 1. num. 24. vers. tu dic. C. de emancip. liber. Socin. cons. 111. num. 4. lib. 1.

12 Secundo, alia etiam ratione non suffragari dixerunt, quia ante resolutionem, coram Illustrissimo Lancellotto, Ordinarij absentes sine fraudis suspicione ab eorum Diœcesibus conferebant in suis mensibus ordinarijs non obstante acceptatione alternatiuæ, quorum collationes si sensus verborum regulæ interpretatus in antiquis decisionibus verus est, proculdubio sustinendæ sunt, si vero est erroneus, & nihilominus collationes medio tempore factæ non sunt annullandæ, propter communem errorem, qui præstat causam validitati earum. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. quæ bene procedere visa fuit in terminis iuris conferendi, cum sit de pertinentibus ad iurisdictionem. c. conquerente. de offic. ord. Lapus allegat. 89. nume. 12. & 13. & quod procedat in spiritualibus. Caputaqu. decisione 356. lib. 1. in manuscript. Put. decis. 370. lib. 2. Parif. de resignat. lib. 7. quæst. 24. num. 44. & Rota idem firmauit in allegata decis. 14. de Iure patronat. in antiq. Cresc. decis. 16. de testam. Rota in causa Abulen. Parochialis. 15. Iunij 1595. coram Orano. Mohed. decis. 5. de testam. vbi sustinentur testamenta contra Constitutionem Iulij II. ex sola ratione l. Barbarius. & per eandem rationem Domini declararunt validã resignationem in causa Conchen. de Valdejudios coram Reuerendiss. Damasceno de mense Iunij 1613. non obstante Constitutione Clement. VII. de consensibus extendendis, quia apparebat diuerso modo practicata.

13 Non obstat, quod dispositio l. Barbarius. sit fundata in errore, qui non admittitur contra regulas Cancellariæ, habentes decretum irritans, per quod ignorãtes etiam ligantur, ca. quoddam. vers. prima enim collatio. de præbend. in 6. latissime Gabriel. de clauf. conclus. 3. nu. 1. Quia fuit responsum decretum irritans tunc demum ligare ignorantes, quando certa est, & determinata dispositio, cui adijcitur; secus si dubia, vt fuit resolutum in causa Parmen. Prioratus. 16. Februarij 1598. coram bonæ memoriæ Orano, in Cussentin. Cappellæ, 26. Octobris 1601. coram Illustriss. Mellino, & coram me in Leodien. Canonicatus Tongren. 22. Aprilis 1611.

14 Et merito, quia ad effectum præiudicij scientia debet esse certa, & indubitata. cap. concertationi. de appellat. Surdus consilio 150. in fin. qualis hæredici non poterat ante resolutionem coram Illustrissimo Lancellotto, nec obesse videtur, quod agatur de articulo iuris, & non facti, in quo excusatio non admittitur. cap. cum qui. cum gloss. de præbend. in sexto. Vbi Ioann. Monach. numero tertio. versicul. ex præmissis. quia & si sit articulus iuris, tamen adeo est dubius, & perplexus, vt in hac materia propter antiquas resolutiones videatur æquiparandus errori facti habilis ad quamcumque acquisitionem, Felin. in c. de quarta. nu. 27. de præscript.

15 Tertio, visum est non suffragari, quia decisio prædicta Sulmonen. coram Illustriss. Lancellotto, noua est declaratio, quæ ad præterita, aut pendẽtia trahenda non est, propter ius tertij quæsitum, Rota dec. 343. in fi. par. 1. & decis. 158. num. 5. par. 2. Diuers. vbi ad rem nostram bene declaratur, quod tunc constitutio declarans trahitur ad præterita, quando superuenit ad decisionem alterius ex opinionibus antiquis, secus vero vt in præsenti, quando ius antiquum vniformiter intelligebatur, quia tunc ad futura tantum accommodatur, & hæc fuit originalis declaratio gloss. in c. 1. in verb. de cetero, de postul. prælat. quam ibidem late comprobauit Franc. & idem refert, & sequitur Capra in regula 6. num. 21. & 22. Atque ita vtraque parte informante fuit resolutum.

## REV. P. D. VBALDO.

*Romana Legitima, seu Melioramentorum. Veneris 5. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Clausula sine præiudicio legitimæ executionis in rescripto apposita preseruat iurisdictionem iudicis a quo, & executio fieri potest etiam contra tertium, qui acquisiuit hic pendente, maxime si alienatio fuit facta in fraudem executionis inceptę, vel paratæ.

### *SVMMARIVM.*

*Clausula sine præiudicio legitimæ executionis præseruat iurisdictionem iudicis a quo. nu. 1.*

*Executio potest fieri contra tertium, qui acquisiuit lite pendente. nu. 1.*

*Alienatio quando est facta in fraudem parata executionis, tunc executio perfici potest in bonis alienatis contra emptorem ipsarum rerum. nu. 2.*

## DECISIO DCIX.

1 Agebatur pro exequutione rei iudicatæ contra nonnulla loca pia, quæ successerant ex substitutione facta a quõ. Francisca Atracina Frãcisco del Nero filio suo, deducta tamen legitima Francisci, ad quam vocabãtur Philippus, & alij consortes, in quorum fauorem sententia, & res iudicata emanauerat, & incœpta executione loca pia obtinuerunt mihi committi causam restitutionis in integrum sine præiudicio legitimæ exequutionis. Interim intentata etiam exequutione aduersus Theophilum tertium possessorem domus, & statuarum, quæ de hæreditate Attracinæ olim fuerunt, ipse etiam obtinuit

tinuit mihi rescribi cum clausula, si quid exequendũ. Vnde dato dubio, An esset locus exequutioni. Domini responderunt quo ad loca pia non esse in Rota tractandum de facienda, vel consummanda exequutione, cum sit commissa causa sine præiudicio legitimæ exequutionis, quæ præseruat iurisdictionem iudici, a quo Lancell. de attent. post inhib. c. 20. limit. 13. numero 7. cum alijs per Modern. Collector. clauf. 139. num. 9. & fuit sæpissime decisum, quo vero ad Theophilum Domini dixerũt esse locum exequutioni quo ad statuas, quia in instrumento emptionis ab eo factæ 29. Augusti 1605. enunciantur, statuas esse muratas in domo, & hæreditarias Franciscæ, & super eis pendere litem inter vẽditores, & hæredes Francisci, alias del Nero, & propterea fuit conuentum, quod quatenus fuerit iudicatum eas non spectare venditoribus, ipsi non teneantur pro eis aliquid reficere emptori, si vero fuerit iudicatum spectare ad venditores eo casu remaneant liberæ ipsi emptori absque aliqua solutione, tanquam comprehensæ in pretio domus, ex quibus patet Theophilum habuisse scientiam litis, quo ad statuas, & sic non posse quo ad eas impedire exequutionem. Bar. in l. vlt. num. 1. C. de litig. & in l. creditores. nume. 23. vers. secundo casu. C. de pignorib. Menochius consil. 329. nume. 11. Surd. consilio 334. num. 13. lib. 3.

2 Quibus accedat, quod venditio videbatur facta in fraudem exequutionis non solum paratæ, sed inceptæ, & sic postquam ius exequendi erat in esse deductũ. Vnde non videbatur posse retardari vlterior processus in exequutione, Bart. in d. l. creditores. nu. 23. vers. aut habet causam ab eo. C. de pignor. Castr. in l. 3. Diuo Pio. §. si super rebus. num. 8. ff. de re iud. post Bald. in l. ob maritorum. num. 4. C. ne vxor pro marito. Capic. decis. 128. num. 12. in fin. Et faciunt deducta per decis. Pedem. 63. num. 4. & Surd. qui alias cumulat, consil. 533. num. 4. lib. 4. Respectu vero domus ab eodem Theophilo emptæ, quia in instrumento nihil dicebatur de lite circa eam, nec ex deductis constabat eum habuisse litis notitiam super domo, fuit reseruatum, vt particulariter videretur.

## REVERENDISSIMO P. DOMINO COCCINO DECANO.

*Theatina Iurisdictionis. de Attissa. Veneris 5. Decembris 1614.*

### ARGVMENTVM.

De iurisdictione Episcopi in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium infra limites suæ Diœcesis, quando illi obstet immemorabilis quadragenaria, seu priuilegium.

### SVMMARIVM.

*Causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquuntur, nisi in contrarium adsit immemorabilis præscriptio, nec sufficit quadragenaria. nu. 1.*

*Episcopus habet non solum de iure, sed etiam vigore Concilij Tridentini fundatam intentionem in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium infra limites sua Diœcesis, & donec de contraria immemorabili discutitur manutenendus est in sua possessione. numero 2.*

*Priuilegium, & possessio quadragenaria cognoscendi causas criminales, & matrimoniales quando præiudicet Episcopo in sua iurisdictione, sola assistentia iuris communis fundata. num. 3. & 4.*

### DECISIO DCX.

1 Sacrum Concil. sess. 24. cap. 20. in §. ad hoc. de reformatione disponit, quod causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, sed Episcopi tantũ examini, & iurisdictioni relinquantur, & cum Congregatio Illustrissimorum Interpretum alias censuerit, quod Concilium non tollit immemorabilem, dubitari contingit in hac causa 17. Decembris 1612. an idem esset dicendum, de quadragenaria cum titulo seu priuilegio, quare Rota censuit hunc articulũ tanquam proprium discutiendum in dicta Sacra Congregatione, quæ censuit per Cõcilium esse sublatam quadragenariam cum titulo, seu priuilegio.

2 Vnde stante hac resolutione dubitaui, an Reuerendissimo Do. Archiepiscopo quo ad causas huiusmodi esset danda manutentio, & Rota censuit affirmatiue respondendum, & sic recessit ab alia decisione facta sub die 12. Decembris 1612. Nam cum locus Attissæ sit intra fines diœces. Theatinæ, vt fuit in hac causa firmatum, Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus habet intentionem fundatam, nedum in iure cõmuni, vt in capit. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. sed etiã ex dispositione Concil. Trident. loco citato, quare si non potest denegari manutentio, vt in eodem c. cum personæ. de priuileg. in sexto. & in terminis Congregatio Illustrissimorum Interpretũ dum voluit, quod donec cognoscitur super immemorabili per tres conformes, Episcopus manuteneatur, quia pro eo stat ratio, mens, & verba Concilij, cuius decretum secuta fuit Rota in causa Matcana iurisdictionis. 16. Maij 1607. coram R. P. D. Manzanedo, & alias sæpius, & præsertim in alia Theatina coram me.

3 Neque releuat, quod Reuerendissimus D. Archiepiscopus nitatur sola assistentia iuris communis inferior autem ostendat priuilegium, & possessionem quadragenariam, in qua est manutenendus, vt in dicto c. cum personæ. vbi Anchar. in secundo notab. quod est

est fundamentum alterius decis. quia obiectum procederet in priuilegio, & in possessione quæ non inficeretur per decretum irritans appositum in Concilio, quod cum sit insertum in corpore iuris inficit titulũ, & possessionem. But. decis. 180. num. 4. lib. 3. Sarnen. in reg. de trien. quæst. 31. vers. & est aduertendum, & dixit Rota in causa Salamantina fructuum. 9. Martij 1587. coram bo. mem. Gipsio.

4 Quantum attinet ad causas ciuiles, placuit DD. quod informaretur super præscriptione, & priuilegio, &c.

## REVERENDISS. P. DOMINO COCCINO DECANO.

*Romana Officij Notariatus Rotæ. Veneris 9. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Sigillum, & literæ non sunt de forma gratiæ, sed satis est, si probetur factam fuisse.

## SVMMARIVM.

*Beneficium, vt dicatur vacare per resignationem, requiritur consensus partium, & admissio superioris. numero 1.*

*Gratia validitas non dependet a sigillo, vel literis, si probetur aliunde. nu. 2.*

*Literæ solum requiruntur ad gratiæ probationem. numero 2.*

*Testis deponens de credulitate, de auditu, & de iudicio suo non probat. num. 3.*

*Consuetudo contra ius non probatur, nisi testes deponant de clara, & euidenti consuetudine quadraginta annorum. num. 3.*

*Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. numero 4.*

*Rebuffi dictum in reg. de infir. resig. glos. 5. declaratur. numero 5.*

*Facta ad maiorem cautelam nihil operātur ad validitatem, vel inualiditatem. nu. 6.*

## DECISIO DCXI.

1 FVit per Dominos resolutum, constare de resignatione, quæ sussragetur non obstante obitu resignantis per paucos dies, quia ad illius substantiam, vt beneficium dicatur vacare per resignationẽ, requiritur consensus partium, & admissio superioris, vt per Butr. in c. quidam. numero septimo, de renuncia. & Put. decisione 523. libro secundo, tradit Paris. de communi de resign. libro secundo, quæstione 4. numero 41. de quo consensu partium satis hic constat, prout de admissione superioris ex literis patentibus subscriptis ab Illustrissimo Procamerario, & eius Auditore, & ideo post prædicta officium vacauit per resignationem, & non per obitum resignantis. Rota decisione 87. numero quarto, de rescrip. in antiquis in hoc enim casu intrat regula 20. quæ non habet locum in officio sæculari vendibili. Sarnen. in reg. de infirm. quæstio. vigesima secunda. in princip. & ibidem Rebuff. vers. non tamen. Pet. Gentilis Synt. iuris, par. secunda, libro decimo septimo, c. 18. ante numerum octauum.

2 Non obstat, quod in dictis literis non adsit sigillũ, quia quidquid ad effectum probationis, tamẽ ad effectum validitatis, & gratiæ, de qua nunc quæritur, non est necessarium sigillum, sed nec ipsæ literæ, sed sufficit, quod aliunde constet resignationẽ fuisse admissam. Sarnen. in reg. de non iud. iuxta formam supplicationis, quæstione prima, numero secundo. versic. & licet quo ad ipsius gratiæ, &c. vbi de communi, & in reg. de infirm. quæstio. decima octaua, numero tertio. Verall. decisione 88. parte tertia. Paris. de resignat. libro primo, quæstio. 12. numero 28. & dicunt prædicti Domini, quod literæ requiruntur ad solam probationem.

3 Minus obstant testes, qui deponũt resignationem non fuisse perfectam ante appositionem sigilli, quia nihil probant, cum deponant de credulitate, de iudicio suo, & de auditu. Bartol. in l. qui testamento. ff. de testamen. cum simil. sed cum agatur de probanda consuetudine contra ius deberent deponere de consuetudine clara, & euidenti 40. annorum, & vltra, c. fi. vbi Doct. de consuetudine.

4 Non obstat fides, in qua habetur, quod soleat dari schedula superuiuētiæ intra quadraginta dies, quia quatenus ista fides probaret non releuat, quia non inde sequitur, quod si dicta schedula non fuerit petita, & data, quod propterea resignationes fuerint declaratæ nullæ ob defectum non datæ prædictæ schedulæ, iuxta notata per Ripam in respon. 4. numer. decimo tertio, versicul. secundo. C. de diuers. rescr.

5 Minus releuat Rebuff. in regu. de infirm. resign. gloss. quinta, quem refert Castrac. de soc. offic. capit. quadragesimo, numero quadragesimo quatto. quod superuiuentia requiritur per quadraginta dies, quia loquitur in Regno Franciæ. Imo Francisc. Marc. decisione 295. numero tertio, parte prima. quem Rebuf. sequitur, loquitur in casu, quod in literis resignationis apponitur clausula, dummodo resignans non sit infirmus, & quod viuat per 40. dies, quod non est in casu isto.

6 Non obstat denique pactum, & schedula data inter partes, quia fuit facta ad maiorem cautelam, & nihil facit ad validitatem, vel inualiditatem resignationis, &c.

R. P. D.

R. P. D. VEROSPIO.

*Gerunden. Prioratus de Rocca Rubea. Mercurij 10. Decembris 1614.*

ARGVMENTVM.

Erectio Cathedralis Ecclesiæ cum vnione beneficiorum, iustificatione non indiget, quando est facta in Consistorio, & ex causa a Papa narrata, cum clausula de plenitudine potestatis.

*SVMMARIVM.*

*Erectio Cathedralis Ecclesiæ cum vnione beneficiorum facta a Pontifice in Consistorio præuia cognitione non indiget iustificatione. num. 1. & num. 7. Vbi declaratur hac conclusio, & num. 8. Vbi de eadem materia.*

*Gratia dicitur facta ex certa scientia, quando Papa asserit de ea fuisse mature discussum. num. 2. Vbi præsertim stante clausula de plenitudine potestatis.*

*Gratia non indiget iustificatione, quando illius narratiua non est partis, sed Papæ. num. 2. & 3.*

*Papæ voluntas, & factum probationem in contrarium nō admittit. num. 3.*

*Narratiua Papæ iustificatione non indiget. numero 3. in fine.*

*Gratia, quæ iam per plures annos effectum habuit, iustificatione non indiget. num. 4. Vbi etiam, quid si effectum habuit, in parte tantum, & non in totum.*

*Schedula erectionis Ecclesiæ tanquam matrix attendenda est. num. 5.*

*Cathedralis Ecclesiæ erectio fieri nequit sine dote, & sic sine beneficiorum vnione, quæ propterea dicitur accessoria ad erectionem, & ab ea est quid indiuiduum, nec separari potest. num. 6.*

*Gratia consistorialiter emanata concedi non solet, nisi cum clausula si preces veritate nitantur. numero 8.*

DECISIO DCXII.

1 Post decisionem in ista causa factam coram Illustrissimo Lancellotto, & aliam coram me de anno præterito, quod videlicet regula vnionum reuocatoria non obstaret vnioni per Clementē VIII. de Prioratu Rocchæ Rubeæ Capitulo Ecclesiæ Celsonensis in Cathedralem erectæ. Dubitaui an dictum Capitulum teneretur literas erectionis, quo ad vnionem, iustificare, & post duplicem huius dubij propositionem, tandem re bene discussa, Domini negatiuam partem sunt amplexi, cum enim in Consistorio præuia cognitione Summus Pontifex Ecclesiam Celsonen. in Cathedralem erexerit, eique, pro dote nonnulla beneficia, vnierit, non eget hæc erectio iustificatione. Mandos. ad regul. vigesimā secundam, de vnion. quæstione tertia, numero quinto, & sequentibus. Gozzad. consilio septuagesimo primo. numero decimo. Milis in suo repertorio in verbo scientia certa. Rebuff. super regula. de vnion. gloss. 10. in fine. & fuit resolutum in causa Sancti Angeli pensionis. 16. Decembris de anno Millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, coram bonæ memoriæ Cardinale Pamphilio, & in causa Spoletana bonorum. 4. Maij, de anno Millesimo sexcentesimo nono, coram Reuerendissimo Lugdunen.

2 Tanto magis cum Sanctissimus asseruerit, negotium in Congregatione Cardinalium super rebus Cōsistorialibus, fuisse mature discussam, quo casu gratia facta dicitur ex certa scientia. Abbas in capit. primo. numero sexto. versicul. quædam confirmatio, & ibi Decius. numero quadragesimo septimo. de confirmat. vtili, vel inutili. Paris. consilio primo. numero quadragesimo secundo. in fin. libro primo. & fuit resolutum in causa Toletana admissionis. decima septima Iunij de anno Millesimo sexcentesimo nono, coram Reuerendo Patre Domino Pamphilio, stante præsertim clausula de plenitudine potestatis. Gabriel. conclusione prima. numero octauo, & nono, de clausul. Innocent. in capit. secundo. de confirmat. vtili, vel inutili. Mandos. super dicta regula vigesima secunda. quæstione tertia. numero quarto. ad finem. Præterea non egent dictæ literæ iustificatione, cum erectionis, & vnionis narratiua non sit partis, sed ipsiusmet Papæ, qui expositis precibus Catholici Regis circa necessitatem erectionis hæc habet.

3 Nos, qui dudum inter alias voluimus, petentes Ecclesiastica beneficia alijs vniri, teneri exprimere verum valorem, alias vnionem non valere, & Commissiones fieri ad partes, vocatis, quorum interest, & cet. præmissis, ac alijs rationabilibus causis, &c. ab Ecclesia Vigellen. Oppidum Celsonen. perpetuo eximimus, & liberamus, & dictum Oppidum in Ciuitatem erigimus, & Ecclesiam Beatæ Mariæ in Cathedralem redigimus, in qua Decanatum, & Archidiaconatum, nec non duodecim Canonicatus erigimus, & insuper mensæ Episcopali pro eius dote Abbatiam, & cet. ac Prioratum Sanctæ Mariæ de Rocca Rubea, cuius fructus. 282. Ducatorum secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, perpetuo applicamus, ex quibus apparet, valorem a Papa solummodo expressum fuisse, ac proinde Capitulum, non teneri dictam narratiuam iustificare per al. decis. 288. numero primo. parte secunda. Rota in Placentina Cappellaniæ. vigesima nona Martij de anno Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto. coram Penia. Cum præsertim Summus Pontifex non ex narratis tantum fuerit motus ad erectionem, & vnionem Consistorialiter faciendā, sed ex alijs rationabilibus causis animum suum mouentibus, ac in dicta Congregatione examinatis, & cum de facto, & voluntate sua loquatur, nulla potest contra ipsum admitti probatio, glos.

glos. in Clement. vnic. in verbo, fecisse narramus, & ibi Scribentes de probat. Paris. consilio quinto, numero 127. libro quarto. Mohed. decisione vigesima quarta, numero tertio, de præbendis. Et quod Papæ narratiua, per verba censemus, & arbitrantes non sit iustificanda fuit resolutum in causa Hispalen. præeminentiarum. 4. Iunij 1612. & 17. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio.

4 Hæc autem tanto magis procedunt, quia dictę Cathedralis erectio iam per annos 20. habuit effectum. Vnde cogi non debet capitulum ad illius iustificationem. Abbas in capitu. licet Hely. in fine. de simon. Frideric. de Sen. consilio 103. in principio, & prope finem. Rota diuers. decisione trigesima sexta, sub numero decimo, & sequen. parte secunda, & facit in simili Geminianus in cap. primo, numero 10. & Franc. sub numero sexto. de concess. præbend. in sexto. Rota decisione 312. parte prima diuers. Et licet respectu nõnullorum beneficiorum, & in specie quo ad istum Prioratum, vnio totaliter sortita non fuerit effectum, pro eius tamen effectuatione sufficit, illam in aliqua sui parte fuisse executioni demandatam. Achill. decisione vnic. super reg. reuoc. Et fuit dictum in causa Perusina vnionis 1. Aprilis 1596. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & in aliis sæpius.

5 Si enim erectionis literæ, quo ad vnionem, essent iustificandæ fieret ipsa erectio euentualis, & in suspenso remaneret, cum de facili posset corruere, si verus beneficij valor expressus non fuisset, quod est contra mentem Summi Pontificis, qui voluit, istius Cathedralis erectionem perpetuo subsistere, cum ad illam deliberate, & præuio maturo examine, deuenerit. Accedit in schedula Consistoriali huius erectionis derogari regulæ de valore, quæ schedula tãquam matrix est attendenda. Mando. de non iudican. iuxtá formam supplicationis. quæst. 15. ad finem. Butr. consilio 2. nu. 3.

6 Non obstat in literis erectionis duo contineri, ipsam videlicet erectionem in Cathedralem, & beneficiorum vnionem pro illius dote, & sic dicta de non iustificatione intelligenda solum esse de erectione, quæ tantum fuit Cardinalibus commissa. Nam responsum fuit, vnionem esse ad erectionem accessoriam, & vti partem illius integralem, cum sine dote Cathedralis esse nequeat. Sarn. in reg. de annal. quæst. quadragesima septima, columna secunda & tertia, & fuit dictum coram Illustrissimo Lancellotto, & coram me. Vnde patet, vnionis cognitionem, tanquã quid indiuiduum, ab erectione separari non potuisse, & consequẽter, illam pariter fuisse Cardinalibus commissam. l. si chorus. de leg. tertio. Baldus in capit. primo, numero primo, de Capitaneo qui Cur. vend. l. appellatione rei. 72. Vbi Rebuff. de verborum sign. Quod comprobatur ex beneficiorum distributione facta in ipsa erectione, cum alia fuerint assignata mensę Episcopali, quædam Capitulari, nonnulla fabricæ, & sacristiæ, quod fieri non potuisset, nisi fuisset vnio commissa dictæ Congregationi, quæ veram cognitionem valoris istorum beneficiorum habuisset, alias inanis esset distributio.

7 Non obstat decisio in causa Neritonen. pensionis coram Litta decima quinta Decembris 1601. Vbi non obstante prouisione Episcopatus Consistorialiter facta, probari debuit illius valor pro validitate pensionis. Nam licet pensio fuisset consistorialiter reseruata, cum tamen apposita fuisset clausula dummodo pro Episcopo mille remanerent, apparet, Summum Pontificem non habuisse sufficientem causæ cognitionem, vt in casu nostro, in quo negotium fuit plenissime discussum in Congregatione Cardinalis. Ad decisionem Portugallen. dismembrationis coram Iusto, fuit responsum ibi, gratiam fuisse commissariam, & conditionalem, nimirum cum clausula, si ita est. Hic autem vnionem esse puram, & gratiosam.

8 Non obstat Papam derogasse regulæ 22. de vnione, quasi per hoc ista vnio in Consistorio facta censeatur sub dicta regula comprehendi, ne frustratoria fuisset derogatio. Hæc enim facta fuisse ex abundanti, prout Papa facere consueuit, quando concedit aliquid præuia causæ cognitione, vt per Sarnens. in regu. de infirm. quæstione decima quarta, in principio. Non obstat lex fin. vbi gloss. & Bald. C. de diuers. rescript. vbi dicitur, gratias Consistorialiter emanatas concedi non solere, nisi cum clausula, si preces veritate nitantur. Vltra quod enim dicta lex non loquitur de gratia facta de plenitudine potestatis, vt hic, modo non agitur, an dari possit de subreptione, vel obreptione, vel causæ falsitate, ex quo nec infertur onus iustificandi gratiam, ad impetrantem spectare. Rota decisione trigesima sexta, num. 14. parte secunda diuers.

## REVER. P. D. ANDREA.

*Mediolanen. Decimarum. Mercurij 10. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

In antiquis Notarium quem esse eum, qui se de instrumento rogauit præsumitur, accedente præsertim legalitate Ordinarij.

### SVMMARIVM.

*Instrumentum dicitur in forma probanti, etiam quando non constet, quod qui illum rogauit, esset Notarius, & etiam quod Notarij manus non recognoscatur, quando est antiquum vltra centum annos confectum. numero 3.*

*Literæ legalitatis probant scripturam esse factam manu Notarij. num. 4.*

DECI-

DECISIO DCXIII.

1 Domini steterunt in decisis sub die quarta Iulij proxime præteriti, scilicet iura, & instrumenta esse in forma probanti ex deductis in decisione contra quę duo solum opponebantur, primum, quod testes, de quibus in secundo instrumento, non erant rite examinati cum partis citatione, & alijs de iure requisitis, sed tantum per Notarium ad perpetuam rei memoriam, absque mandato iudicis, & ideo non faciebant aliquam fidem ex allegatis. Alterum quod tertium instrumentum non fuerat repertum in aliquo Archiuo, nec constabat de alijs instrumentis rogatis per eundem Notarium, neque de fama Notariatus, ac propterea nulla fides ei danda videbatur.

2 Ad primum placuit responsio, quod hodie non disputatur de validitate examinis, an processus sit valide fabricatus, sed tantum de solennitate circa extractionem, & publicationem, quæ non controuertitur solennis, & aliud est, iura esse bene extracta, seu in forma probanti, quod firmat decisio, aliud vero, quod probet, de quo hic non agitur, & quatenus pars hoc opponat, & audiri prætendat ei reseruatur dicta exceptio suo loco deducenda.

3 Ad secundum placuit similiter responsio, difficultatem cessare ex antiquitate vltra centum annos, quá stante, non requiritur aliqua probatio Notariatus, nec recognitio manus, sed sufficit, quod scriptura habeat faciem publici instrumenti, vt fuit resolutum in causa nullius beneficij della Monda. prima Decembris 1578. coram Rubeo, quám Rota fuit sequuta in Ferrarien. bonorum, seu Palatij, tertia Iulij 1602. coram Illustrissimo Mellino, & in Farfen. Territorij, vigesima Martij 1607. coram bonæ memoriæ Penia, & tradit Put. decisione centesima quinquagesima prima, libro primo. Rota decisione quinquagesima secunda, duplicata in decisione 54. parte prima diuers.

4 Vltra, quod adsunt literæ testimoniales ordinarij, quæ vulgo dicuntur legalitatis, & sufficiunt pro fide Notariatus ex Bald. in l. compatationes. numero vigesimo quinto. C. de fide instrumentorum. Felin. in capitulo primo, numero decimo octauo ad finem. versicul. & adde extra eodem tit. Bocr. decisione centesima quinquagesima quarta, numero quarto. Aufrer. ad Cappell. Tholosa. decisione trecentesima trigesima prima, numero quarto, & fuit dictum in Farfen. Territorij. 12. Iunij 1606. coram eodem bonæ memoriæ Penia. Quibus stantibus non visum fuit necessarium, quod instrumentum fuerit repertum in aliquo Archiuio. Et ita conclusum esse permanendum in decisis, &c.

REVERENDISSIMO P. DOMINO COCCINO DECANO.

*Plocen. Canonicatus. Lunæ 15. Decembris. 1614.*

ARGVMENTVM.

Regula Cancellariæ reseruans beneficia vacantia post translationem Episcopi vsque ad prouisionem successoris, & adeptam ab eodem pacificam possessionem, an reseruet beneficia prædicta, quando quis ab immemorabili est in quasi possessione illa conferendi, & an regula prædicta deroget immemorabili.

*SVMMARIVM.*

*Immemorabilis habet vim priuilegij, & ex ea potest allegari melior titulus de mundo. nu. 1.*

*Immemorabilis eget particulari derogatione. nu. 1.*

*Immemorabili quando Papa in regulis Cancellariæ voluit derogare, id expressit. numero 1. Contrarium vero numero 4. quod scilicet ex derogatione apposita in vna regula non possit inferri, quod in alia noluerit derogare.*

*Dictio quomodolibet intelligitur non solum de iure communi, sed etiam de iure speciali consuetudine, præscriptione, aut priuilegio Apostolico. num. 2.*

*Immemorabilis, & priuilegium Apostolicum pari passu ambulant. nu. 2.*

*Regula reseruans beneficia vacantia post translationem Episcopi vsque ad prouisionem successoris, & adeptam ab eodem pacificam possessionem, habet locum etiamsi ex immemorabili collatio taliũ beneficiorum ad aliquem spectaret. nu. 2.*

*Derogatio non requiritur, vbi Papa disponit ex certa scientia in praiudicium Tertij. nu. 3.*

*Priuilegium exemptionis decimarum valet etiam, quod in eo non sit facta mentio, quod decima de iure communi, vel speciali ad aliam pertineant. nu. 3.*

DECISIO DCXIV.

1 Regula Sanctiss. Domini Nostri inter alia reseruat beneficia, quæ vacant post translationem Episcopi, vsque ad prouisionem successoris, & adeptam ab eodem pacificam possessionem. Petebatur Remissoria ad probandum, quod ab immemorabili tempore in Regno Poloniæ Episcopi translati conferunt vsque quo capiunt possessionẽ secundi Episcopatus, & Domini aliquibus tamen contradicentibus censuerunt, Remissoriam esse dandam

dam, quia cum immemorabilis habeat vim Priuilegij, & ex ea posset allegari melior titulus de Mundo. Gabriel de prescript. conclus. prima, numero quadragesimo quarto. Put. decisione centesima nonagesima nona, libro primo. in nouis, ex ista probatione sequitur releuantia remissoriæ, quia collatio Episcopi existen. ratione dignitatis in ista quasi possessione immemorabili sustinetur, quia regula secunda non tollit immemorabilem, quæ eget particulari derogatione. Felyn. in rubrica de præscript. numero decimo octauo. Roland. consilio quinquagesimo nono, numero decimo septimo, libro quarto. Gabriel de claus. cõclus. tertia, num. quadragesimo secundo. Hinc quando Papa voluit derogare immemorabili, id expressit, vt in reg. 8. vt not. Moder. glos. 35. numero vigesimo quarto.

2 Quia tamen aliqui ex Dominis tenuerunt contrariam senteotiam, vt dictum est, statui iterum consulere sacrum Tribunal. Nam eorum fundamenta valde vrgebant. Mouebantur enim ex eo, quod regula secunda vtitur his verbis, quomodolibet pertinentia, de quorum natura est, non solum comprehendere collationem, quæ spectat de iure communi, sed etiam de iure speciali, aut ex præscriptione, consuetudine, vel Priuilegio Apostolico, per ea quæ tradidit Moder. gloss. regul. 8. glos. 29. per totam. Et propterea cum immemorabilis, & priuilegium Apostolicum pari passu ambulent. Felyn. in cap. accedentes. numero sexto, de præscript. Et merito, quia vt dictum est, habens pro se immemorabilem, potest allegare meliorem titulũ de Mundo. Ideo satis fuit, quod Regula reseruet beneficia quomodolibet pertinentia, ita vt dicendum sit illa voluisse reseruare, etiam si ex immemorabili ad collationem alicuius spectarent, cum verba illa importent, etiam si spectarent ex priuilegio Apostolico, quod pari passu ambulat cum immemorabili.

3 Vlterius considerabatur, quod prædicta reseruatio fuit facta ex certa scientia. Sciebat enim Summus Pontifex, quod collatio istorum beneficiorum, vel de iure communi, vel speciali ad aliquem spectabat, vt in simili fuit consideratum in causa Valentina decimarum de Cotalua. decima Decembris 1601. coram bonæ memoriæ Litta. Et propterea sufficit simplex reseruatio absque aliqua derogatione. Alexander in consilio centesimo vndecimo, numero decimonono, volumine sexto. Vbi quod si Papa rescribit ad præiudicium Tertij, etiam quod rescribat in casu, quo lex specialiter deroget rescripto, si tamen apparet scientia rescribentis, illa sufficit absque clausula non obstante, & numero vigesimo dicit, quod ita seruat Curia Romana. Idque repetit Aymo. in consilio centesimo vigesimo sexto, numero quinto. Castrens. consilio centesimo secũdo, numero tertio, versicul. tertio videndum est. libro secundo. Ioannes de Anan. consilio quinquagesimo sexto, numero tertio. Vbi quod ista est communis opinio, & consil. octuagesimo primo, numero quarto, versicul. præterea. Et fere in terminis fuit resolutum in dicta causa Valentina Decimarum. Vbi quod sustinebatur priuilegium concessum, de non soluendis decimis, etiam quod non fuerit facta meutio, quod de iure speciali spectabant ad Archiepiscopum, & Capitulum, quia cum ageretur de decimis Antiquis, Papa scit ad aliquos spectare, siue de iure communi, siue ex priuilegio, donatione, aut præscriptione, & fuit allegata inter alios Doctores, decisio Cassad. prima, de priuilegijs.

4 Non obstat, quod quando Papa voluit derogare immemorabili, hoc fecit, vt in Regula octaua, quia illa derogatio est quo ad consuetudines optandi, quæ derogatio erat notissima, cum non ageretur de collatione, super qua Papa principaliter disponit, sed de optione, & sic de tollendo iure tertij, quod aliunde procedebat quam ex collatione. In reliquis autem pertinentibus ad collationem non fuit opus derogare immemorabili propter verba illa quomodolibet pertinentia, ex rationibus supra deductis, & propterea quicquid dicat Modern. glossat. quatenus fuisset derogatum, hoc fuit ex abundanti. Vnde ista derogatio quo ad reliquas regulas non debet afferre aliquam interpretationem, quia abundans cautela. l. testam. C. de testamentis, &c.

## REVER. P. DOMINO PIROVANO.

*Romana Vineæ. Veneris 12. Decembris. 1614.*

## ARGVMENTVM.

Dominium rei emptæ pro persona nominanda nominatione facta transit in nominatum, & possessio nominati præsumitur procedere ex præcedenti nominatione, & plura alia, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

*Emptione facta pro persona nominanda, & nominatione sequuta dominium rei empta transit in nominatum, ita vt contra eum possit exequutiue agi, perinde ac contra nominantem. nu. 1.*

*Ratificatio respicit praterita, non autem futura. numero 2.*

*Actus præsumitur factus vigore tituli præcedentis. numero 3.*

*Testis vnicus non probat. nu. 4.*

*Possessio probatur ex perceptione fructuum. numero 4.*

*Plus valet, quod vere agitur, quam quod mente concipitur. num. 5.*

Appro-

*Approbare dicitur contractum, qui agit ad illius rescissionem ex capite inobseruantiæ. num. 6.*
*Emptor conuentus ad solutionem pretij potest opponere exceptionem defectus mensuræ. num. 7.*
*Impedimentum allegans debet probare se fuisse actum facturum, nisi fuisset impeditus. num. 8.*
*Molestia de facto illata non veniunt sub promissione liberationis a molestijs. num. 8.*
*Obligatus facere consentire omnes interesse habentes intelligitur in euentum molestiarum. num. 9.*

## DECISIO DCXV.

Resolutum fuit, standum esse in decisis die prima Iulij, 1611. coram Reuerendissimo Lugdunen. vbi fuit firmatum mandatum Reuerendi Patris Domini Cellesij esse iustum, non obstantibus exceptionibus de excessu, & defectu mensuræ, non adimplementi, & carentiæ actionis executiue agendi, quas omnes, & hodie non obstare Domini dixerunt, quicquid ex aduerso fuerit ponderatum.

1 Nam certum est emptionem vineæ factam fuisse ab Aloysio Bardella pro se, & persona nominanda, & nominatione legitime facta, & per nominatum acceptata transire in nominatum rei emptæ dominium. Ancharan. consilio 127. Surdus decisione 226. numero primo. & decisione 325. numero quarto. ideo cum instrumentum venditionis vineæ celebratum fuerit die vigesima septima Septembris, de anno Millesimo sexcentesimo. & nominatio de persona Michaelis Angeli facta fuerit die 31. Augusti, de anno Millesimo sexcentesimo primo. & hodie nominatus actum nominationis acceptauerit intrando vineæ possessionē, fructus percipiendo, Canones, & Laudemia soluendo, sequitur, quod ex translatione dominij actiones pariter actiuæ, & passiuæ transierint, & sicuti contra principalem emptorem executiue poterat agi, ita, & contra nominatum, cum non differat a persona nominante, vt bene fuit firmatum in decisione huius causæ auctoritate. Mohedan. decisione vltima. de procur. & ex deductis per Rotam Ianuen. decis. 127. numero 8.

2 Nec prædictis videbatur obstare, quod de ratificatione expressa pro parte nominati non constet, & tacita non probetur, nam si expressa deducitur ex apocha dicebatur, illam præcedere instrumentum venditionis, quod esse videtur contra naturam ratificationis, quæ respicit præterita, non autem futura. Si autem tacita colligatur ex actibus positiuis supra ponderatis, illa pariter remanet æquiuoca, & per consequens irreleuans cum potuerint illi actus contingere etiam vigore prædictæ obligationis chirographariæ.

3 Fuit enim responsum, sufficienter constare de tacita ratificatione, quia possessio, fructuum perceptio, Canonum solutio, & fructuum census præstatio bene conueniunt pactis, & conuentionibus in instrumento inter Aloysium, & Hieronymum registratis, ita vt quando non constet quo iure actus prædicti sint facti, semper recurritur ad præcedentem titulum, a quo lex præsumit actum emanasse, prout de possessione est text. in l. 2. C. de acquirend. possess. gloss. fin. in l. quædam mulier. ff. de rei vendicat. Corset. in notab. in verbo possessio, & alios refert Becc. consilio sexto. numero sexto. libro primo. Menochius consilio 314. numero decimo. & de solutione tradunt Dec. consilio 618. numero secundo. Mandos. consilio nono. numero decimotertio. Cephal. consilio 351. numero vigesimo quarto. etiam si summæ non conueniant. Castr. 405. parte prima. numero primo. Ruinus consilio sexagesimo primo. numero nono. libro primo. Crauet. consilio 158. num. 13.

4 Nec dicatur, quod possessio vineæ probetur apprehensa ante diem celebrati instrumenti, ita vt præsumptio legis deseruire non videatur, cum deducat suam interpretationem ab actu præcedenti, non autem sub sequenti. Quia in facto non iustificatur, quod præcesserit instrumentum, nam vnicus tantum testis hoc deponit, qui dicto nullius æquiparatur. capit. licet. il primo. de testibus. Gabriel. conclusione prima. eodem titulo. Et cum dicat audiuisse a Michaele Angelo, quod ipse emerit vineam, & dum ad eandem simul cum eo perueniret, vidit operarios in vinea, qui fuerunt satisfacti de eorum mercede ab eodem Michaele Angelo, non propterea actus ille soluendi videtur concludere possessionem, sed actus percipiendi. Socin. sen. consilio decimo tertio. numero decimo quarto. libro quarto. Cæs. de Graff. de caus. poss. & propr. decis. 10. num. 3.

5 Similiter non obstat, quod Laudemium fuerit solutum a Michaele Angelo tanquam a tertio, quia & si quo ad Canonicos Sanctæ Mariæ in Transtyberi dominos directos videatur tertius, tamen inter Aloysium, & Michaelem Angelum aliter videtur dicendum, cum de proprijs pecunijs soluerit absque pro restatione se releuandi contra Aloysium satis patet propriam obligationem adimpleuisse toto titulo plus valet, quod agitur, &c.

6 Demum non obstat, quod in omnem casum negari non possit, quin constet de conuentione per apocham, & de iure quæsito per nominationem ex instrumento, quæ inter se non concordant, ita vt Hieronymus non possit ratificationem probare, cum actus possint referri ad vtramque scripturam. Quia huiusmodi æquiuocatio bene tollitur, dum in instrumento dici vigesimæ septimæ Septembris partes ipsæ dixerunt, se denuo vendere cum pactis infrascriptis. Vnde cum venditio per apocham diei vigesimæ secundæ Septembris remaneat sine effectu, tollitur etiam apocha relata ad eandem venditionem, & ex solo instrumento subsequentis venditionis agendum est, in cuius exequutionem actus subsequentes sustinentur. Præterea actus prædicti magis etiam ab æquiuocatione liberantur ex eo, quod Michael Angelus egerit præcise vigore dicti instrumenti ad rescissionem huius contractus contra Hieronymum ob inobseruantiam pactorum, & non

non implementi, quod citra approbationem, & seu recognitionem instrumentariæ obligationis, ab eo fieri non poterat. Bald. consilio 34. num. 1. vol 2. Alc. consi. 117. numero 2. versic. sed ita est libro quinto. Menoch. consi. 23. num. 1. Surd. consilio 351. num. 39. & 40. libro 3. inferentes etiam ad alias notabiles quæstiones, quæ præsenti multum conueniunt, & cū Michael Angelus non steterit super exceptione generali non adimplementi, sed deduxerit ad species, nempe pro Canneto, & consensu vxoris habendo, satis etiam patet, quod ad instrumentum, in quo hæc specificantur, non autem ad apocham sint referenda, in qua nulla habetur mentio, ex quibus sufficienter etiam tollitur alia exceptio respectu excessus pretij ad mensuram, cum hodie instrumentum sustineatur.

7 Ad oppositionem veritatis, & validitatis mensuræ responsiones datæ in decisione placuerunt Dominis, & in omnem casum videbatur iisdem de facili posse iustificari, & emptori conuento ad solutionem pretij competere semper exceptionem deficientis mensuræ, quatenus illam probare voluerit. Surd. decis. 64. num. 35. referens sic iudicasse Senatum Mantuanum.

8 Postremo respectu oppositionis non implementi, & eam cessare fuit dictum. Nam quo ad accessum ad Cannetum, neque molestiæ probantur ex testibus Michaelis Angeli saltem per verum, & solitum accessum, prout necessarium est, ad effectum petendi liberationem, & impedimenti remotionem. l. qui commeatus, vbi Bart. ff. de re milit. Crauett. consi. 151. n. 22. Surd. consi. 437. num. 36. lib. 3. & quatenus probarentur, illæ non sufficiunt de facto oppositæ, sed requiritur ius in opponente, quod tamen considerari non poterat, stante sententia lata per Magistros Iustitiarios in possessorio fauore Hieronymi, quæ præcessit decretum executiuum, & postmodum per Capitaneum appellationis fuit confirmata per viam manutentionis.

9 Quo uero ad consensum interesse habentium, & in specie Fuluiæ Hieronymi vxoris, Domini intellexerunt obligationem procedere in euentum molestiarum, prout etiam fuit dictum in prima decisione, & probatunt Crauett. consilio 682. numero 2. & 3. lib. 4. Surd. consilio 381. numero 18. libro 3. & de quibus in præsenti constare non videtur, & ex abundanti dati fuerunt iterati consensus dictę Fuluiæ per instrumenta diei 25. Iulij 1605. & 23. Aprilis 1606.

## R. P. D. VBALDO.

*Oscen. Iurisdictionis, Veneris 12. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Conseruatores an habeant iurisdictionem iudicialem, & ex quibus illis talis iurisdictio concessa censeatur, & an Conc. Trid. sess. 24. c. 20 tollat conseruatorias regularium.

## SVMMARIVM.

*Conseruatores iurisdictionem non habent, nisi pro manifestis iniurijs, & molestijs illatis ijs, quibus dati sunt conseruatores, nec possunt exercere iudicialem indaginem. num. 1.*

*Fallit in ijs conseruatoribus, in quibus retento eodem conseruatorū nomine maior a Pontifice fuit potestas attributa, vt quia iudices a Papa appellantur, vel habent facultatem in priuilegio expressam cognoscendi de iniurijs, & alijs causis etiam si requirant iudicialem indaginem, numero 2. & n. 3. Vbi quod de Stylo Curiæ conseruatoria in hac forma conceduntur.*

*Literarum Apostolicarum forma seruanda est. numero secundo.*

*Conseruatoribus per quæ verba censeatur concessa iurisdictio iudicialis. n. 3.*

*Clausula contradictores &c. importat, vt censeatur concessa iurisdictio iudicialis. n. 4.*

*Conseruatoriæ regularium non sunt sublata per Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. n. 5.*

## DECISIO DCXVI.

1 FVit dictum Iudices conseruatores Monasterij S. Ioannis de Pinna Oscen. Diœcesis habere Iurisdictionem iudicialem in causis ad dictū Monasterium, & eius Abbatem & Monachos spectantibus, licet enim regulariter conseruatores iurisdictionem non habeant, nisi pro manifestis iniurijs, & molestijs in eos illatis, quibus dati sunt conseruatores, nec possint exercere iudicialem indaginem, iuxta text. in cap. 1. & c. fin. §. vt autem. de offi. deleg. in 6.

2 Tamen id procedit in nudis conseruatoribus, secus autem in ijs, quibus retento eodem conseruatorum nomine, maior a Summo Pontifice potestas attributa est, vt quia Iudices a Papa appellantur, vel habeant facultatem in priuilegio expressam cognoscendi de iniurijs, & alijs causis, etiam si requirant iudicialem indaginem, ita ut tota vis stet in literis Apostolicis, quarum forma seruanda est. cap. cum dilecta. de rescr. l. diligenter. ff. mand. & tradit in nostris terminis, Io. Andr. in d. capitulo primo, sub numero 6. versi. in glos. fin. de offic. deleg. in 6. Et idem in addit. ad Specu. in titulo de iudic. deleg. §. fin. sub numero 24. in verbo, Conseruatoribus. Host. & post eum Gemin. in d. ca. primo sub num. 13. versi. vel secundum, Guid. Papæ decis. 18. numero 3. Franc. Marc. decis. Delphin. 349. num. quinto, libro primo plene Corn. consilio 15. per tot. lib. 3. Et formam huiusmodi conseruatoriæ satis similem præsenti, de qua agitur, ponit Prob. ad Io. Monac. in d. cap. 1. num. 3. de offic. deleg. in 6.

3 Quod autem in casu, de quo agitur, conseruatores prædicti Monasterij habeant iurisdictionem Iudicialem facile deprehenditur ex lectura amplissimi priuilegij fel. recor. Eugenij IV. sub Dat. Romæ septimo Idus Maij 1444. Nam ibi in primis in versi. discretioni vestræ non simpliciter appellantur conseruatores, sed conseruarores iudices, vt considerat in puncto Corn. d. consi. 15. nu. 6. lib. 3. Præterea illis datur amplissima facultas non solum defendendi Monasterium a quibuscumque molestijs, grauaminibus, & iniurijs ei illatis, vel inferendis, sed cum fuerint ab Abbate, & Conuentu, vel eorum Procuratoribus requisiti, personis quibuslibet super restitutione Castrorum, Vilarum, Terrarum, & aliorum locorum, iurisdictionum, iurium, & bonorum ad Monasterium spectantium iustitiam administrent, cum clausula in illis videlicet. Quæ iudicialem requirunt indaginem, per quæ verba iudicialis iurisdictio censetur concessa, dict. cap. 1. & fin. a contrario seu de offic. deleg. in 6. adeo vt propter hanc formam, quæ venit in stylum Curiæ parum inseruiat dispositio illorum iurium, vt tradit Ioan. Andr. in d. cap. fin. sub num. 3. & ibi Dominic. in §. conseruatores sub num. 4. versic. An indistinctè. Nauarr. in Manual. ca. 27. num. 125. versi. neque conseruator.

4 Accedit alia clausula contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo, per quam dicitur concessa facultas iudicialiter procedendi. Io. Andr. in d. cap. 1. num. 9. versi. si ergo, & ibi Host. num. 14. & Dominic. num. 13. de offic. deleg. in 6. & rursus adest derogatio expressa Constitutionis Bonifacij VIII. qua disponitur, quod conseruatores de alijs, quam de manifestis iniurijs, & violentijs, ac alijs, quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, qui secus agerent, & in id procurantes, se nullatenus intromittant, quæ sunt expresse disposita in d. c. 1. & c. fi. de offi. deleg. in 6.

5 Nec visum est obstare Concilii Tridentinum sess. 7. c. 14. & sess. 14. cap. 5. de Reformat. Quia in d. sess. 7. ca. 14. loquitur de regularibus extra Monasterium degentibus, & in causis mercedum, & miserabilium personarum, sess. autem 14. cap. 5. expresse reseruat regularia loca in vniuersitates. Immo quod tales conseruatoriæ Regularium non sint sublatæ per Sacrum Concilium sess. 24. cap. 20. de Reform. censuit Sacra Congregatio Concilij Interpretum in vna Mediolanen. etiam quod causæ graues sint, & plenariam cognitionem requirant. Et ita fuit decisum, Abbate cũ monasterio solum informante.

REVER. P. D. MANZANEDO.

*Elboren. Iuris Conferendi. Lunæ 15. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Sententia nulla defectu citationis valet de consuetudine in Regnis Castellæ, & Lusitaniæ, quando partibus præsentibus fuit conclusum in causa, sententiaque nulla sustinetur, si parte non opponente fuit a iudice confirmata, & sententia confirmatoria transitum fecerit in iudicatum.

### SVMMARIVM.

*Sententia nulla defectu citationis sustinetur, si parte non opponente fuerit confirmata. num. 1. Declara, dummodo sententia confirmatoria transierit in rem iudicatam, aliàs secus. num. 2.*

*Nullitatis causa non dicitur deserta, nisi per lapsum 30. annorum. n. 3.*

*Sententia sine citatione non est nulla in Regno Castellæ, quando partibus præsentibus fuit conclusum in causa. num. 4. vbi idem in Regnis Lusitaniæ.*

*Conclusio in causa quando censeatur circumducta per decretum iudicis de tradendo copiam scripturarum partis. num. 5.*

## DECISIO DCXVII.

1 Coram bo. mem. Corduba 8. Februarij 1599. fuit resolutum in hac causa, quod quamuis prima sententia ad fauorem Religionis de Auis appareret nulla ex defectu citationis, tamen quia postea parte non opponente de dicta nullitate, fuerat dicta prima sententia per secundam confirmata, veniebat excusanda dicta nullitas. Rot. decis. 7. de sentent. & re iudica. in antiq. Achil. decis. 4. num. 1. eodem tit. Lancell. cap. 19. de purgat. attent. num. 67. cum seq.

2 Cui excusationi pars D. Archiepiscopi nõ acquieuit. Vnde coram me suffecto in locum bon. memo. Cordubæ 24. Ianuarij præsentis anni fuit resolutum, prædictam doctrinam non sustineri, nisi quando secunda sententia confirmans primam transiuerit in iudicatum, iuxta communem, de qua per Gabriel. consilio 49. nu. 1. & 2. libro 1. cum alijs in d. decisione adductis.

3 Et docebatur, quod secunda sententia non fecisset transitum in iudicatum ex eo potissime, quod quamuis ab ipsa fuisset appellatum, & transissent tempora legitima ad prosequendum appellationem, nihilominus, cũ æque principaliter causa appellationis & nullitatis fuisset commissa per desertionem causæ appellationis, non remanet deserta causa nullitatis, quæ durat per 30. annos. Achil. deci. 15. de rescrip. Coua. pract. cap. 24. infra cum alijs in dicta decisione adductis.

Verum-

4 Veruntamen, quia pars Religionis pro euitando huiusmodi fundamento recurrit ad excusandum primam sententiam a dicta nullitate citationis, & super isto articulo hodie causam repropofui, & Domini censuerunt supradictam primam sententiam non laborare prædicta nullitate, & sic recedendum esse a decisis ex eo potissimo fundamento, quia demonstratum fuit ex actis constare de conclusione, ex quo Iudex 30. Ianuarij 1582. instante Religione pro causæ determinatione diffinitiuè postquam super hoc fuit altercatum ab vtraque parte iudex mandauit processum sibi afferri conclusum, ad effectum pronunciandi in casu id, quod sibi iustitia videretur, & Notarius causæ scripsit, & notauit in hunc modum nempe conclusum. Ex quibus apparuit de conclusione facta in causa per iudicem partibus præsentibus, & certum est, conclusionem in illis partibus vim habere citationis ad sententiam, prout de Regnis Castellæ sæpius firmauit Rota vt in illa Seguntina Præcedentię. 1. Iulij 1605. coram me, & in alijs pluribus, & in Regnis Lusitaniæ eundem stylum inolere fuit dictum in vna Vlixbonen. Prioratus 22. Octobris 1601. coram bon. me. Cardinali Seraphino, quæ est inter impressas decis. 1405. & in alia Vlixbonen. Prædij 24. Ianuarij 1603. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in alia etiam Vlixbonen. Beneficij de Azambusa 6. Iunij præsentis anni coram Domino meo Pamphilio.

5 Nec obstare visum fuit, quod ista conclusio censeretur circumducta ex mandato subsequuto iudicis de tradendo copiam scripturarum Religionis Procuratori Archiepiscopi. Quia dictæ scripturæ non fuerunt de nouo productæ, sed illarum copia fuit commissa tantummodo ad effectum informandi, in facto, & in Iure, prout fuit factum, quod non videtur operari circumductionem dictæ conclusionis, tanquam quid extraiudiciale. Et ita resolutum &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Toletana, seu Almerien. Decimarum Luna 15. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Iudex in secunda instantia pronunciare potest non solum super articulo, super quo iudex primæ instantiæ pronunciauit, sed etiam super alio deducto in eadem prima instantia præsertur connexo, & dependente.

## SVMMARIVM.

*Iudex Appellationis potest cognoscere ne dum super articulo super quo primus iudex pronunciauit, sed etiam super alio deducto in prima instantia. numero. 1. & 2. vbi præsertim quando vnus articulus venit in necessariam cognitionem, dependentiam, & connexitatem alterius.*

*Tertius habens interesse in causa omnino admittendus est. num. 3.*

*Iudex non potest causarum continentiam diuidere. numero 4.*

*Præscribi an possit ius exigendi decimas, perpetuo debitas. n. 5.*

*Actore non probante reus absoluitur, & è contra. numero 5.*

*Reus excipiens, & exceptionem suam non probans, actore plene probante suam intentionem condemnari debet. num. 5.*

*Clausula cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali adeo ampliat iurisdictionem iudicis, vt dubitandum non sit, quin totum negotium sit commissum. numero 6.*

*Appellationis causa admittit probationes noviter repertas, quia in ea habet locum Regula non deducta deducam, & non probata probabo. n. 8.*

## DECISIO DCXVIII.

1 Post resolutionem factam super irreleuãtia primæ nullitatis specificatæ coram Nuncio, pro posui disputationem super secunda, quæ deducebatur ex eo, quia fuerit sententiatum per Cantorem Granaten. Iudicem secundæ Instantiæ, nedũ super Decimis, anni 1596. prout fuerat petitum, sed etiam super iure perpetuo Decimarum in futurũ exigendarum, quod nunquam fuerit petitum, & de quo iudex pro sua iurisdictione cognoscere non poterat. Et Domini eam pariter non releuare censuerunt. Visum est enim de hoc iure perpetuo exigẽdi Decimas nouennas actum fuisse in iudicio primæ instantiæ, & potuisse agi, ac sententiam Prouisoris comprehendere nedum virtualiter, sed expresse condemnationem Decimarum in futurum, ad fauorem Ecclesiarum, & proinde deuoluta causa per viam appellationis ad Cantorem Granaten. deuoluisse etiam cognitionem articuli proprietatis Decimarum, tanquam non diuersam ab articulo pronunciato, & in hac parte iurisdictionem iudicis appellationis non deficere. Franc. in cap. vt debitus. numero quinto in 8. notab. de appell. Dec. in capitulo bonæ mem. sub numero 19. versiculo & ad hoc bene facit. eodem titulo de appellat. Vant. de nullit. ex defect. Iurisdict. ordin. numero 86. Surdus decisione 175. numero primo. & seqq.

2 Et q actũ fuerit in illo iudicio de Iure perpetuo Decimandi, satis patet ex monitorio transmisso Alphõso Garciæ, & cõsortibus instãte Martino Guizano cõductore redditus Ecclesiastici sepẽ nouẽnarũ, p cõdẽnatione,

tione,& solutione Decimarum, anni 1596. & itē ex responsione incolarum de Seron facta Monitorio, In qua dixerunt, ꝙ persoluerunt Decimas illis ad quos illæ de iure pertinent,& spectant,nempe D.Marchioni de Villena Domino Status de Seron, ex quib. etsi incolæ non reuocauerint in dubium Decimas ab eis deberi, cum tamen opposuerint de pertinentia iuris Decimarum,& cognitio esset necessaria, tāquam de articulo præiudiciali ad causam exactionis, l. fundū, l.fundi,ff.de excep. Crau.conf.280.n.1.Anch.consi. 62.n.1.latissimè Menoc.conf.301.nu.26.& seqq.sequitur dicendum fuisse actum tam de iure perpetuo proprietatis Decimarum, quam de iure eas exigendi propter necessariam cognitionem, dependentiam, & connexitatem, vt dicunt Boer. q.73.nu.4. Zabarell. conf.29.incip.Iudex,n.5.& plenius Menoc.de arbit. casu 95.nu.5.& 16.

3 Potuit etiam,vt dicebā, agi in hoc iudicio de proprietate iuris Decimandi, quia Bernardus Occonomus Generalis Ecclesiarum venit ad causam defensurus conductorem,& allegauit ius Ecclesiarū,qui propter præiudicium,quod sibi euenire poterat,si conductor succubuisset, omnino erat in iudicio admittendus,c.vl.vt lit.pend.in 6.Couar.pract.q.c.13.nu.22. vers.contrarium verò,Felyn.in c.cum super. n.15.de re iudic. Ioseph.Ludou.decis.Perus.26.nu.25. Surd. decis.60.nu.6.

4 Demum sententia Prouisoris comprehendit hoc ius perpetuum Ecclesiarū exigendi Decimas tam virtualiter,quàm expresse, virtualiter, quia causa huius tertij comparentis dicitur connexa cum causa, & iure Conductoris,& ob id sententia super iure Conductoris infert ad determinationem iuris Oeconomi & Ecclesiarum,ex quo non potuit a iudice diuidi continentia causæ,sed vtrumque simul debuit terminari, l.nulli.C.de Iudic.& ita in specie firmarunt Andr.Gail.li. 1.prac.obser.c.70.n.1.& Menoc. conf.488.n.4. li.5.

5 Expresse autem dum declarat Oeconomum probasse suam actionem, & incolas non probasse eorum exceptionem, & proinde condemnandos ad soluendum suas Decimas nouennas tanquam Christianos originarios,cessante enim probatione pertinentię decimarum, inde resultabat ius liberum, & perpetuum Ecclesiarum exigendi Decimas cum non sint temporales,sed perpetuo debitæ Ecclesijs, ita vt contra eas nullo modo possint præscribi,Rebuff.de Decim.quæ. 13.nu.43.& sæpe fuit resolutum,& exinde bene consequitur condemnatio,quia sicuti actore non probante reus est absoluendus,l.qui accusare. C.de edend.l. ei qui dicit,ff.de proba. Caputaq.decis.11. par.1.ita reo non probante suam exceptionem postquam actor plene probauit,debet cōdemnari,l.1.&2.ff. de excep. Cæs.de Graff.decis.2.n.10.de prob. Crau. conf.226. n.8.Rot.deci.628.n.3.p.1.diuers.si igitur actum fuit coràm Prouisore de iure perpetuo,& potuit agi,& sententia comprehendit, & determinat ius perpetuum exigendi Decimas, sequitur dicendum sententiam Cantoris Granaten. non laborare vitio nullitatis ex defectu Iurisdictionis,quia,vt dicebam,ad eum deuoluta est cognitio articuli super quo fuit pronunciatū.

6 Accedunt etiam clausulæ rescripti appellationis amplissimæ,ibi,vna cum omnibus suis incidentijs, dependentijs,& emergentijs,annexis,& connexis, ac toto negotio principali,quæ adeo ampliant Iurisdictionem Iudicis ad quem,vt ambigendum non videatur, quin totum negotium principale sub ea comprehendatur. Fran.in c.vt debitus.nu.45.de appell. Mohed. decis.6 de appell. Caputaq. decis.152.p.1.quod etiā fuit resolutū in causa Mediolanen. Cappellæ de Valdamo,3.Iulij,& 6.Nouembris 1595.& in Cæsaraugustana Pecuniariæ 15.Iunij 1601.corā bo.me.Cardinali Pamphilio,& Surd.decis.175. n.9. dicens idē procedere,siue sit bene,vel male appellatum, propter stylum Curiarum,cui inhærendum est.

7 Et ex prædictis patet respōsio ad obiecta Marchionis, cum neque secundum quid nullitas prædicta sit releuans per suspensionem negotij principalis in partibus,ex eo quod fuerit petitum in primis pronunciari super nullitate, & non fuerit pronunciatum, quia detecto quod verè nullitas non subsistat potest iudex in negotio principali procedere, vt fuit firmatum in tertia conclusione præcedentis decisionis,neque simpliciter erat releuans,quia verè nō defuit iurisdictio, attento tam iure deuoluto,quā ampliato,vigore clausularum rescripti appellationis.

8 Nec obstat,quod Cantor Granaten. iudex secundæ instantiæ dixerit in sua sententia. Et visis nouiter coram nobis deductis,& probatis per partes &c.quia data iurisdictione bene intrat conclusio,non probata probabo,non deducta deducam, etiam pro comprobatione iuris deducti, & cogniti per iudicem a quo, nec iudex declarando,aut limitando priorem sententiam videtur inferre nouū grauamen,tribuens nouū ius appellandi,Couar.pract.quæst.ca.25.n.6.vers.at si tractemus.Anch.conf.417.nu.2.quinimmo potest declarare id, quod fuerat omissum a Primo Iudice, Rot.decis.23.de re iudic.in nou.maximè cum prouenniant,vt in præsenti,a necessario antecedenti,nempe a declaratione proprietatis Decimarum, quæ post se exigit condemnationem solutionis in perpetuum,secundum earum propriā naturā. Et ita fuit resolutum.

R. P. D. PAMPHILIO.

*Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 15. Decēb. 1614.*

ARGVMENTVM.

Si constat de obligatione mulieris facta secundū statuti dispositionem,non retardatur immissio ex vtili Saluiano interdicto, concurrentibus requisitis ipsius interdicti non obstantibus exceptionibus ex aduerso oppositis,requirentibus tamen altiorem indaginem, & extrinsecis probationibus.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Immissio ex Saluiano vtili conceditur contra tertios possessores rei, quæ possidebatur ab obligato tempore obligationis. n. 1.*

*Dotalis fundus, nec a viro cum consensu mulieris, nec a muliere alienari potest. n. 1.*

*Habens ius in re simul cum alio, potest illam rem obligare vsque ad concurrentem quantitatem. n. 2.*

*Hypothecam anteriorem habenti competit immissio ex vtili Saluiano, etiam contra tertium possessorem. n. 3.*

*Vxor regulariter non potest fideiubere pro marito. n. 3.*

*Fallit quando fideiussit cum iuramento. n. 3.*

*Vxor habens amplam dotem, & idoneos releuantes, fideiubendo non potest dici læsa. n. 4.*

*Immissio ex vtili Saluiano non retardatur ob exceptionem, quæ requirit altiorem indaginem. n. 4.*

*Fideiussiones de sui natura sunt læsiua. n. 5.*

*Statutum Vrbis lib. 10. cap. 151. in obligationibus mulierum requirit causæ cognitionem. n. 5.*

*Statutum Vrbis lib. 10. ca. 151. requirit, quod causa obligationis mulierum sit vera, vel alias probata arbitrio iudicis. n. 5.*

*Statutum Vrbis lib. 10. c. 151. habet locum in omnibus contractibus, ex quibus mulier potest lædi. n. 5.*

*Mulier quando vtilitas est euidens potest contrahere etiã sine solennitatibus statutarijs. n. 5.*

*Statuti mens colligitur ex proœmio illius, ex quo colligitur etiam ipsius causa finalis. n. 5.*

*Iudicis decretum operatur, vt omnia præsumantur solenniter gesta. n. 5.*

*Decisio in causa Romana argentorum quomodo sit intelligenda. n. 6.*

*Minor viginti annis, reputatur inhabilis ad interessendum in contractibus mulierum, tanquam vnus ex consanguineis ex forma statuti. n. 7.*

*Minor vbi non est impubes, & habet ingenium, & discretionem in iure, dubium est, an possit consentire in aliorũ contractibus. num. 7.*

*Acta facta inter alias personas faciunt fidem quo ad præparationem alterius iudicij. 7.*

*Probatio non excludit probationem. n. 7.*

DECISIO DCXIX.

1 FVit per Dominos resolutum esse locum Saluiano, quia, vt ex instrumentis in summario datis constat, D. Hieronyma obligauit, & hypothecauit omnia eius bona tam pro cẽsu scutorũ 180. creato de anno 1593. ad fauorẽ DD. Antonij de Tassis, & Lauiniæ coniugum, quam pro alio scutor. 150. imposito de anno 1594. ad fauorem eiusdem D. Lauiniæ, & Victoriæ eius matris, quibus propterea pro cõsequendis huiusmodi censibus competit immissio ex remedio vtilis Saluiani interdicti super Casali, de quo agitur, quod non controuertitur fuisse a D. Hieronyma possessum de tempore obligationis, & hodie possideri a Dominis de Rubliul, prout requiritur in hoc Iudicio. Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de Saluiano, & in l. 1. vbi gl. C. eo. tit. Aret. in §. item Seruiana. n. 9. Instit. de act. Afflict. decis. 383. n. 6. Menoch. de adipisc. remed. 3. n. 15. cum alijs alleg.

2 Nec subsistere, quod istud Casale sit fundus dotalis, qui nec a viro, cum consensu mulieris, nec ab ipsa muliere alienari potest ex adduct. in dec. in hac causa facta coram Illustrissimo D. Cardinale Lancellotto, quia quicquid sit, an dicta constitutio dotis adeo excessiua ante obtentam derogationem statuti Vrbis esset valida, & habuerit effectum, de quibus posset valde dubitari, postquam ipsi coniuges postea de anno 1595. obtenta d. derogatione denuo dotem cõstituerunt reseruata eidem D. Hieronymæ facultate disponendi de dicto Casali, super quo Informantes pro Dominis de Tassis plura adducebant, obiectũ visum fuit Dominis cessare, ex ipsismet Capitulis matrimonialibus, in quibus D. Hieronyma pro paraphernо sibi reseruauit scuta 200. annua super bonis dotalibus pacto etiam adiecto, quod illa possit propria auctoritate percipere, & de ijs ad libitum disponere, quod postea declarauit se velle consequi super isto Casali, ideoq; bene potuit pro concurrenti quantitate istud ius alteri obligare, ad trad. per Neguf. de pign. 3. membr. 2. par. n. 6. & 9. & licet D. Hieronyma Casale postea vẽdiderit, & pretium illius integrum receperit, non tamen censetur præiudicatum Dominis de Tassis quibus vigore anterioris hypothecæ ex remedio vtilis Saluiani competit Immissio etiam cõtra tertium possessorem. Rip. in rub. ff. de pigno. nu. 19. Rota in causa Romana, seu Amerina domus, relat. inter impress. decis. 34. n. 24. vbi de communi. par. 1. diuers.

3 Neque obstare, quod huiusmodi obligatio per D. Hieronymam fuerit facta contemplatione viri, quia licet regulariter mulier pro viro fideiubere nõ possit, auth. si qua mulier. vbi gl. verb. nullatenus. C. ad Velleian. id tamen non procedit stante iuramento, quod seruari potest sine periculo animæ, iuxta glos. in c. ex rescripto verb. & vxorem. de iureiuran. Thessaur. decis. 223. n. 8. Afflict. decis. 311. n. 4. cum alijs adduct. in causa Interamnen. mercium. 4. Iunij. 1597. coram bo. mem. Penia, & fuit alias sæpe decisum.

4 Præsertim quia Do. Hieronyma vltra istud paraphernum habuit amplissimam dotem, & vlterius habuit releuatores Dominos de Gottifredis, quo casu non potest considerari aliqua eius læsio, vt cõsiderat Afflict. d. decis. 311. n. 2. Ro. cons. 187. n. 2. & quamuis diceretur Dominos de Gottifredis dilapidasse bona, & effectos esse non soluendo, tamen fuit responsum, de huiusmodi dilapidatione non constare, nec interim esse retardandam immissionem in hoc iudicio, in quo non admittitur exceptio, quæ requirit altiorem indaginem. Menoch. de adipisc. remed. 3. numero 180. versic. & in hoc iudicio. Rota in dicta Romana, seu Amerina domus, coram Cantuccio relat. inter impress. decisione. 34. numero 23. parte secunda diuers.

5 Nec placuit Dominis, quod dicebatur fideiussiones esse de sui natura læsiuas.l. 1. C.de filiofam. minore. Et ideo huiusmodi obligationes mulierum propter statutum Vrbis li. 1. capitulo 151. non posse sustineri nisi probentur factæ ex causa vtili ipsis mulieribus, ex adduct. in causa Romana argentorum coram Reuerendissimo Bonon. de anno 1607. & 1608. quia fuit responsum, in dicto statuto non disponi, quod causa debeat esse vtilis mulieri contrahenti, sed quod causa sit indici in scriptis expressa, & insinuata, ac plene cognita, & sic videtur requirere, vt contractus huiusmodi vltra alias solennitates fiant cum causæ cognitione, vt sentit Rota coram Seraphino in causa Romana fideiussionis, inter eius impress. decis. 1187. numero primo, ad hoc vt causa, ex qua mulier mouetur ad contrahendum, sit vera, & alias sufficiens arbitrio iudicis, quod multum operatur in hac materia, vt trad. Menoch. de arbitr. iud. libro 2. Cas. 171. numero 6. Idque patet ex ipso statuto, quod expresse loquitur in pacto de non petendo, refutatione, quietatione, & donatione, quæ omnia sunt de sui natura damnosa, & vlterius habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulier lædi potest. Put. decis. 162. libro ptimo. Crescent. decis. 3. de constitu. & alias frustratoriæ essent solennitates in dicto statuto requisitæ, cum mulier stante euidenti vtilitate etiam sine illis contrahere possit. Dec. consilio 531. numero 9. in fine. & post alios allegatos tenuit Rota in causa Maceraten. Census. 14. Maij præteriti, coram R. P. D. meo Dunozet. & suadetur ex eo, quod statutum non emanauit ad inhabilitandum mulieres, vt non possint contrahere, nisi ex causa vtilitatis, & ad obuiandum fraudibus, ne scilicet mulieres ex earum simplicitate fraudentur, vt clare colligitur ex proœmio ipsius statuti, ex quo causa finalis dignoscitur. Bald. in l. fin. sub numero secundo. vers. secundo not. ff. de hered. instit. Dec. dicto cons. 532. sub numero 9. versi. confirmatur. Rota in causa Toletana Iurisdictionis 12. Octobris 1580. coram Brauo. quod etiam improbatur ex alio statuto eiusdem lib. primi c. 113. de alienatione rerum pupilli, vel minoris, in quo eædem solennitates requiruntur per eadem verba, vt causa sit iudici in scriptis expressa, & insinuata, ac plene cognita, & vlterius requirit, quod causa cedat in euidentem vtilitatem pupilli, vel minoris, quod clare ostendi, ex causæ expressione, & illius cognitione non esse inferendum ad causam vtilitatis, quæ fuit expressa a statuto, quando voluit eam interuenire. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. ca. ad audientiam. de decimis. Alexand. consilio 55. sub numero 6. vers. non obstat, quod tacite. libro tertio, hancque veram esse interpretationem supradicti statuti cap. 151. colligitur ex pluribus decisionibus Rotalibus, in quibus huiusmodi fideiussiones cum causæ cognitione, & alijs solennitatibus statuti fuerunt validæ declaratæ, vbi mulieres non remanebant indotatæ, vt in Romana fideiussionis. 5. Iulij 1593. coram Illustrissimo Arigonio, & in alia coram Seraphino d. decisione 1187. in causa Romana societatis officij. 13. Februarij 1606. coram Litta, & sæpissime in alijs causis. Vnde cum in casu isto fuerint seruatæ solennitates statuti, & causa fuerit in scriptis expressa, & insinuata, nec probetur falsa, debet præsumi, quod fuerit cognita, & reperta uera, ac sufficiens propter decretum Iudicis, quod operatur, vt omnia præsumantur solenniter gesta. Alexand. cons. 80. num. 5. libro quinto, cum alijs adduct. in causa Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.

6 Et ita fuit dictum esse intelligendas dictas decisiones, factas in causa Romana argentorum, in qua causa releuationis indemnitatis ibi expressa remanebat falsa, ex quo mulier non habebat releuatorem, & plura alia concurrebant, ex quibus constabat, mulierem fuisse deceptam, quæ non concurrunt in casu isto, in quo D. Hieronyma de tempore obligationis habuit releuatores, nec de eorum insufficientia constat, ita ut de nullitate obligationis hodie apparere dici possit ex supra deductis.

7 Minus obstare, quod vlterius pro illius nullitate adducebatur, nempe quod alter ex proximioribus consanguineis, qui in primo instrumento de anno 1593. adhibitus fuit, tunc esset minor viginti annis, qui ad id inhabilis reputatur, ex adduct. per Castren. in l. si cum dotem. §. si patri. numero 3. ff. soluto matrimonio Auge. in l. fin. in princ. vers. & per hanc legem. C. de verborum significationibus. Tiraq. de legibus connub. glos. 8. numero 43. cum alijs allegat. quia licet id iure non transeat absque difficultate, vbi minor non est impubes, & habet ingenium, & discretionem, secundum distin. Barto. consilio 94. libro 2. quam tenet etiam Bald. in l. in conuentione. numero quarto, vers. pone. C. de nupt. & facinnt trad. per Alcia. in l. in transactionem. 35. numero sexto, vers. quapropter. C. de transact. tamen quicquid sit de hoc fuit responsum, quod testes, qui dantur ad probandum minoritatem, non releuant ad istum effectum, cum sint examinati in alia causa & inter diuersas personas. Felin. in c. causam, quæ. il primo num. 18. de testibus Capic. decis. 107. nu. 3. Vltra quod in omnem euentum esset in potestate Dominorum de Tassis contrarium probare, cum probatio non excludat probationem, quo casu non est interim retardanda immissio in hoc iudicio in quo non admittuntur huiusmodi exceptiones, quæ requirunt extrinsecas probationes, ad decisionem Putei 34. n. 3. & seq. lib. 1.

8 Nec demum subsistere, quod in alio instrumento de anno 1594. proximiores consanguinei non iurauerint, quod obligatio non sit præiudicialis mulieri iuxta dispositionem eiusdem statuti, quia placuit responsio, quod statutum non disponit circa huiusmodi iuramentum, vt præcise in scriptis redigatur, prout de causa obligationis, & ideo cum ex instrumento cōstet, proximiores iurasse, debet præsumi iuramentum fuisse sufficienter præstitum propter iudicis decretū, ex supra allegatis &c.

R.P.D.

R. P. D. VBALDO.

*Romana Retractus, Lunæ 15. Decembris 1614.*

## ARGVMENTVM.

Censuarius volens præferri in emptione rei censuatæ potest, dummodo hoc sit sine damno vendentis, accipiendo rem cum ijsdem pactis, & conditionibus quibus alteri conceditur.

### SVMMARIVM.

*Prælatio censuario conceditur in re vendenda cum ijsdē conditionibus, quibus alteri venditur. n. 1.*

*Prælatio debet acceptare cum sua causa. n. 1.*

*Emphyteota volens alienare melioramenta domino directo debet verum pretium prædicere, & expectare per duos menses, illumque præferre alijs. n. 1.*

*Constitutio Pij V. super forma creandi census, recipit interpretationem passiuam a iure communi. numero 8.*

*Statuta exorbitantia, & correctoria debent interpretari, vt minus lædant ius commune. n. 1.*

*Venditio, quæ requirit denunciationes, si illæ omittantur non dicitur perfecta. n. 2.*

*Hypothecam habens non debet præferri nisi cum ijsdem conditionibus, quibus res alijs conceditur. numero 2.*

*Emptori satis est venire iure venditoris. n. 2.*

*Constitutio Pij V. super forma creandi census cum sit exorbitans, debet interpretari, vt prælatio fiat absque vllo præiudicio tam venditoris, quam emptoris. numero 2.*

*Prælatio non datur censuario sine resolutione census. numero 3.*

*Res propria nemini seruit. n. 3.*

*Census impositus super re vendita, & alijs bonis non venditis, per ipsorum venditionum non resoluitur, cum possit sustineri in alijs bonis. n. 3.*

*Seruitus fundi seruientis non extinguitur ex eo, quod domino fundi dominantis venditur pars fundi seruientes. num. 3.*

*Census est species seruitutis. n. 3.*

*Census non potest imponi super bonis subiectis fideicommisso. numero 4.*

## DECISIO DCXX.

1 Placuit Dominis decisio in hac causa facta die 10. Martij præteriti ex rationibus in ea deductis, sed potissimum, quia prælatio per Bullam fe. rec. Pij V. de censibus creandis conceditur censuario cum eisdem conditionibus, quibus res censuata vendenda est, vt sunt clara verba Bullæ ibi eique denunciari conditiones, quibus vendendum sit, quod etiā præcipuè cōtrouertebatur per informantes D. Riualdo, & ideo prælatio erat acceptanda cum sua causa, vt in terminis Bullæ iuris congrui dixit Rota decis. 475. numero 8. parte 1. diuers. & confirmabant Domini ex simili dispositione. l. fi. §. 1. C. de iure emphyt. vbi emphyteuta volens alienare melioramenta, debet Domino directo prædicere pretium, quod ab alio re vera accipi potest, & expectare per duos menses, & pro eodem pretio alijs præferre, & similis est text. in cap potuit. in principio, de locato. & plura cumulat Corbul. de caus. priu. ob alien. quæstione secunda, numero secundo, & sic illa constitutio recipit passiuam interpretationem a iure communi, iuxta not. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. cum alijs per Rot. dicta decisione 475. num. quarto, præsertim cum sit exorbitans, & correctoria ideo interpretanda, vt minus lædat ius commune, quam fieri possit, vt firmatur in supradicta decisione huius causæ, & in d. decis. 475. num. 6.

2 Nec obstat, quod non fuerit seruata forma dictæ constitutionis ob omissas denunciationes, & propria venditio non fuerit perfecta, ex late allegatis per Informantes pro Domino Riualdo, quia quicquid sit, de hoc Domini satis esse putabant, quod Riualdus non poterat obtinere prælationem nisi eisdem conditionibus, quibus emerant Domini de Castellanis quibus sufficit vincere ex non iure Riualdi actoris. Verall. decisione 11. parte prima. Card. Seraph. decisione 851. numero quinto, & in omnem casum non videntur afficiendi duplici incommodo, videlicet retrouendendi domum censuario, & excomputandi pretium domus, cum pretio census, vel agendi contra venditorem pro consecutione pretij iam ab ipsis soluti, maxime cum Bulla in hac parte sit exorbitans, & intelligenda, vt prælatio fiat absque vllo præiudicio tam ementis, quam vendentis, vt latius fuit deductum in decisione.

3 Nec etiam obstat, quod prælatio non possit dari censuario, sine resolutione census ex regula, quod res sua nemini seruit l. Vranius. ff. de fideiussoribus, & consequenter constitutio quæ tribuit censuario prælationem in emptione rei censuatæ censetur concedere compensationem pretij. Quia placuit responsio data in decisione, quod census de quo agitur fuit impositus in solidum etiam super alijs bonis præter domum venditam, & ideo census sustinetur super dictis bonis, vt in decisionibus allegatis, & confirmabatur a simili de seruitute, quæ non extinguitur, quamuis Dominus fundi seruientis efficiatur Dominus, etiam fundi dominantis, si remanet pars fundi, quæ seruire possit. l. vt pomum. §. primo, vbi Barto. & Castren. ff. de seruit. Docto. in l. pro parte. eodem titulo, & in l. si communi fundo, & in l. vnus ex socijs. §. primo. ff. de seruitut. rusticorum præd. Cepoll. de seruit. Vrb. præd. ca. 22. num. 1. & 2.

ita nec census, qui est species seruitutis, cap. secundo, vbi Abbas numero 3. de censibus. Dec. consi. 307. numero 8. extingui debet per emptionem rei censuatæ existentibus alijs bonis super quibus sustineri potest, quod & in terminis census secuta est Rot. in vna Romana census de Comitibus 29. Aprilis 1592. coram bo. men. Penia, per Text. in dicta l. vt pomum. §. primo, & Bartol. in dicta lege, pro parte. ff. de seruitutibus.

4 Neque obstare visum fuit quod d. bona sint subiecta fideicommisso, & proinde super illis non posse census sustineri, quia præter id quod de fideicommisso non constat per sententiam vel per rem iudicatam dicebat etiam, quod ista bona, super quibus fuit impositus census, sunt magni valoris & poterant grauatis competere detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, & sic remanere plura bona libera capacia census, non obstante fideicommisso. Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

R. P. D. BVRATTO.

*Alerien. Beneficij, Veneris 19. Decembris 1614.*

ARGVMENTVM.

Rescriptum super vna causa obtentum non extenditur ad aliam, rescriptique signatura non extenditur ad non petita, & quod in rescriptis signatura commissum non fuit habetur pro neglecto, & de excommunicato ob non paritioné literis Rotalibus ad cautelam non absoluitur sine speciali commissione, & non parito iudicato.

*SVMMARIVM.*

*Commissio causa nullitatis sententia lata restricta ad restitutionem in integrum aduersus vnam sententiam, non potest extendi ad restitutionem aduersus aliam sententiam. n. 1. & 2. Vbi quid si in commissione adest clausula quam, & quas.*

*Signatura commissionis, & rescripti non extenditur ad non petita, & quod commissum non fuit, dicitur neglectum. num. 2.*

*Rescripti narrata, & petita restringuntur, & limitantur per concessionem, vt signaturam. n. 2.*

*Excommunicatus ob non paritionem mandato de manutenendo absolui non potest per Rotam ad cautelam sine speciali commissione. n 3.*

*Excommunicatus per censuras in curia latas non absoluitur, nisi parito iudicato. n. 3.*

DECISIO DCXXI.

1 SAepius proposito dubio super eisdem, Domini tenuerunt pro reuocatione sententiæ Rotalis ex defectu iurisdictionis, vt fuerat in fine vltimæ decisionis consideratum. Primo quia cum esset commissa tantum causa nullitatis restitutionis in integrum aduersus sententiam latam super Ecclesia Sancti Saluatoris, non potuit super Ecclesia Sancti Petri pronunciari. c. P. & G. & c. cum olim il primo. Vbi Abbas numero 11. & 12. post glos. in versi. protinus, in fin. de offi. deleg. glos. fin. in c. edoceri. de rescript. cum deductis in priori decisione.

2 Et clausula, quam, & quas, non legitur in secunda parte restricta ad causam nullitatis, & restitutionis in integrum, signatura autem, non petitio attenditur, & quod commissum non fuit, dicitur fuisse neglectum, vt notant Doctores in cap. super literis de rescript. Bald. in l. 2. numero 42. vbi Barbat. in addit. lit. l. C. si conr. ius, vel vtil. publ. Alexan. consilio 94. numero 3. libro secundo, Corn. consilio 312. in princ. libro 3. Rota decis. 28. vbi Papaz. numero 3. de rescript. in nouis, idem Papaz. decisi. 9. numero quinto, eodem titulo Gabr. consi. 28. num. 24. libro secundo, cum alijs per Decian. consilio 86. numero 51. & seqq. libro 3. Narrata enim, ac petita restringuntur, & limitantur per concessionem, & signaturam. Abbas in cap. 2. versi. notabis, & vers. & hoc notabis. de treug. & pac. Feliu. in dicto cap. super literis. sub numero 10. versi. limita de rescript. Ias. consilio 173. numero 7. libro quarto. Ruin. consilio 43. nu. 3. libro primo. Paris. consilio vltimo, sub num. 43. lib. 3.

3 Secundo, quia non potuit Andreas excommunicatus ob non paritionem mandato de manutenendo ad fauorem Vincentij relaxato absolui, per Rotam ad cautelam sine commissione speciali. Rota decis. 3. de sententia excommunicationis in antiq. vbi de obseruantia huius sacri Tribunalis Papaz. ad decis. 3. de renunc. in nou. Felin. in cap. Apostolicæ numero 20. colum. pen. ante med. vers. commissarius de except. Et a censuris, in curia latis, non datur absolutio, nisi parito iudicato, vt testatur Rota apud Cardinalem Seraphinum, decis. 432. numero 1. Et ita decisum &c.

R. P. D. CAVALERIO.

*Leodien. Pecuniariæ, Veneris 9. Ianuarij. 1615.*

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur, quando petens vult probare ea, quæ probata non releuant. 2

SVM-

SVMMARIVM.

*Probatio eius, quod probatum non releuat, frustra expectatur. num. 1.*
*Damna, & interesse debent dari creditori solito pecunias negotiari, si ei non sint restituta. num. 2.*
*Pacta tollunt leges. num. 3.*
*Accessorium sequitur naturam sui principalis. nu. 3.*
*Bonæ fidei possessor facit fructus suos. nu. 4.*
*Interesse non debetur nisi debitor sit constitutus in mora vel per lapsum diei, vel per interpullationem. num. 5.*
*Depositarius de iure canonico si vtatur pecunijs depositis, non tenetur ad aliquas vsuras. num. 6.*

DECISIO DCXXII.

1 Domini noluerunt concedere remissoriã hæredibus Erasmi ad probandũ prætensa damna passa per Erasmum, & interesse, tãquam irreleuantem, ex vulg. regul. quod frustra expectatur probatio eius, quod probatum non releuat, l. ad probationem. C. de probat. Oldrad. consil. 316. nume. 1. Roma. consil. 226. num. 3. Cassad. decis. 2. num. 1. de dilat. Caput. decis. 54. num. 3. & decis. 66. & 68. num. 2. part. 3.

2 Irreleuantia autẽ satis dicebatur manifesta ex eo, quia apparebat, pecunias de quibus agitur fuisse depositas a Catherina coniuge Erasmi primo in manibus alterius Catherinæ eius matertaræ, & postea ab hac secunda Catherina in manibus Lamberti authoris Hubinæ a qua hæredes Erasmi hodie petunt damna, & interesse, quasi pecuniæ essent Erasmi, tanquam quæsitæ constante matrimonio ad l. Quintus Mutius. ff. de donat. int. vir. & vxor. & quod Lambertus iisdem pecunijs vsus fuerit per quindecim annos, & Erasmus ob carentiam earum passus fuerit multa damna oppignorando propria bona, & quod non esset solitus tenere pecunias otiosas, & quod in ciuitate Leodien. occasiones sint promptæ ad inuestiẽdum pecunias. Verum fundamentum præcipuum, quod pecuniæ essent Erasmi videbatur cessare ex pactis antenuptialibus inter Catherinam primam, & Erasmũ eius virum, in quibus Catherina reseruauit sibi expresse facultatem disponendi absque licentia mariti vsque ad summam decem millium florenorum, prout disposuit deponendo florenos 4000. in manibus D. Catherinæ secundę ad fauorem filiarum ipsius deponentis, quando ad legitimam ætatem peruenissent.

3 Hinc cessare etiam videbatur allegata consuetudo Leodien. secundum quam mulier nihil habet præter fusum & colũ, sed omnia bona vxoris statim transeunt in dominium viri, quia talis consuetudo cessat, qñ adsunt pacta antenuptialia in contrariũ. Vnde cũ pecuniæ non essent Erasmi, nec ipse vnquam de eorũ dominio dixerit, non potest sibi deberi aliquod interesse, quod cessante debito sortis principalis deberi non potest. Tale enim interesse, vti accessorium, non potest stare sine suo principali. Rot. Ianu. decisione 61. numero primo, & decisione 220. in fin.

4 Accedebat, quod quatenus etiã pecuniæ fuissent Erasmi, nec Catherina prima depositaria, nec Lambertus secundus depositarius erant obligati restituere ei pecunias depositas cessante mala fide, & scientia, quod pecuniæ non fuissent Catherinæ, sed alterius, l. quod seruus. l. bona fides. ff. depositi.

5 Præterea Domini dicebant interesse non deberi sine mora inducta, vel per lapsum diei, vel per interpellationem, ad notata in l. magnam. C. de cõtrah. & committ. stipul. in l. quod te. & in l. vinum. ff. si cert. pet. & in l. mora. ff. de vsur. cum alijs copiose adductis per Honded. consil. 50. num. 21. lib. 1. At in Lamberto cessabat omnis mora, cum ad restituendum depositum nulla esset certa præfinita dies, nec constet vnquam fuisse interpellatum a deponente, nec ab Erasmo.

6 Nec dictum fuit obstare, quod dicebatur, Lambertum vsum fuisse huiusmodi pecunijs, quia prçterquã quod contrariũ apparebat ex depositionib. testiũ, qui dicebãt pecunias fuisse depositas in archula, cuius claues, postq̃ fuit aperta, & numerata corpora monetarũ, & annotata in scriptis, fuerũt asportatæ penes tertiam personam, nec vnquam fuerunt penes Lambertum. Respondebatur etiam quatenus id probaretur non releuare, quia etiam quod depositarius vsus fuisset pecunijs, non propterea Erasmus poterat aliquas vsuras prætendere de iure canonico, quod in hac materia attendi debet, ad tradita per S. Thom. 2. part. q. 78. art. 3. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 6. Turrecrem. in cap. si res. 14. q. 6. num. 28. Quæ omnia in disputatione dubij iam subscripti erũt discutienda, sed interim Domini non censuerunt dandam esse remissoriam, &c.

REVERENDISS. P. DOMINO DAMASCENO.

*Sancti Seuerini Cappellaniæ. Lunæ 12. Ianuarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Beneficium an sit de iure patronatus, an vero eius collatio spectet ad Papam, vel ad Episcopum, attenditur vltimus status.

SVMMARIVM.

*Beneficium conferendo quasi possessio acquiritur Episcopo per vnicam collationem. num. 1.*
*Beneficium an sit de iure patronatus, an verò eius collatio libera spectet ad Episcopum, attenditur vltimus status.*

*tus. numer. 1. & 2. Vbi siue collatio vltima sit facta ab Episcopo, siue a Papa.*
*Papa est ordinarius ordinariorum, concurrens cum omnibus Episcopis, & habens totum orbem terrarum pro territorio. num. 2.*

## DECISIO DCXXIII.

1 FVit resolutum, sententiam de partibus esse infirmandam, cum in ea declaretur prouisio Apostolica per Vincentium obtenta subreptitia, & nulla ex eo, quod Cappellania, de qua agitur, sit de iure patronatus, siquidem constat ex deductis pro parte Vincentij, quod Cappellania fuit vsque de anno 1572. ab Episcopo tunc temporis libere collata Martino, qui modo resignauit ad fauorem Vincentij, per quam liberam collationem, licet vnicam, dictus Episcopus fuit constitutus in quasi possessione libere conferendi, Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 91. de cauf. poss. & propriet. Ferret. consil. 137. nume. 11. quæ quasi possessio, & vltimus status, sufficit ad effectum, vt collatio ibi conformis sustineatur, quicquid in futuris vacationibus docto de iure patronatus statuendum sit, capit. consultationibus vbi Scribentes, præcipue Abb. nu. 9. de iure patronatus. Bald. consil. 437. incipit ex quo Abb. lib. 2. Lambert. de iure patronatus. lib. 2. part. 2. quæstione 1. artic. 9. num. 7. & 8. Ferrett. consil. 211. num. 10. Rota decis. 14. versic. ad omnes. de iure patronatus in antiq. & decisione 167. num. 9. part. 2. diuers. & causa Papien. Iuris patronatus 8. Martij 1613. coram R. P. Dom. Manzanedo.

2 Et licet non fuerit Papa, qui fecerit vltimam prædictam prouisionem, tanquam de libero, sed Episcopus, tunc temporis, attamen cum quasi possessio libere conferendi non fuerit quæsita illi Episcopo, sed suæ dignitati, cuius vigore conferebatur, Abba. in capitul. cum super. numero 11. versic. si vero clericus. de cauf. possess. & propriet. Ripa in cap. sæpe. num. 57. de restitut. spoliator. Rota decisione 390. part. 1. diuers. & in dicta Papien. coram R. P. Domino Manzanedo, sequitur, quod sicut successor in Episcopatu potuisset libere conferre, Abb. Rip. & Rota locis proximè allegatis, ita potuerit conferre Summus Pontifex, qui non est minor potestas super iuribus dicti Episcopatus, quam futura foret potestas successoris in dicto Episcopatu, cum Papa sit ordinarius ordinariorum concurrens cum omnibus Episcopis, & habens totum orbem terrarum pro territorio, cap. cuncta per mundum, 9. quæst. 8. capit. proposuit. de concess. præben. capit. si a Sede. de præben. in 6. Glos. in cap. Felicis. in verbo priuata de pœn. in 6. Cassad. decisione 3. nume. 24. de præben. Puteus decisione 48. numero 11. lib. 3. Mohed. decis. 1. numer. 25. de concess. præbend.

# DCXXIII.

## R. P. D. BVRATTO.

*Amerina bonorum. Lunæ 12. Ianuarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Fideicommisso conditionali renunciatum non censetur per diuisionem. Hęc conclusio magistraliter ampliatur pluribus modis, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

*Fideicommisso conditionali per diuisionem non censetur renunciatum. num. 1.*
*Fideicommisso renunciatum non censetur, quando illud est conditionale ex iurium cessione. num. 2.*
*Cessio, seu renunciatio iurium intelligitur de iuribus de præsenti; non autem de futuro. num. 2.*
*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem etiam quod fuerit promissum illi non contrauenire. numero 3.*
*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem etiam, quod in ea adsit clausula ad habendum. num. 4.*
*Clausula ad habendum, &c. non importat licentiam alienandi. num. 4.*
*Fideicommissum per diuisionē cum clausula, quod census, & loca montium pleno iure Dominij, vel quasi spectarent ad diuidentes. nu. 5.*
*Fideicommisso renunciatum non censetur ex promissione euictionis, & susceptionis litis. num. 6.*
*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionē, etiam iuramento vallatam. num. 7.*
*Clausula in fine instrumenti in exequutiuis apposita non alterant naturam instrumenti. num. 8.*
*Clausula apposita de stylo, & consuetudine Notariorum alterare non possunt naturam contractus. num. 8.*
*Fideicommisso renunciatum an censeatur per diuisionem inæqualiter factam. num. 9.*
*Diuisio per errorem facta non nocet. num. 10.*
*Fideicommisso an sit renunciatum per diuisionem, nec ne; attenditur subsequuta diuidentium obseruantia. nu. 11. & seq.*
*Fideicommisso vt renunciatum dicatur, non sufficit alienatio necessaria, sed requiritur voluntaria. numero 12.*
*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem factam non solum de bonis fideicommissarijs, sed etiam proprijs. num. 13.*
*Fideicommisso renunciatum non censetur per diuisionem, etiam quod super ea fuerit sequutum laudum. numero 14.*

DE-

## DECISIO DCXXIV.

1 EX lectura diuisionũ de bonis hæreditarijs quondam Ioannis, seu Nannis de Geraldinis testatoris fideicommittentis, initarum inter Equitem Ioannem Cosmum ex vna, & quondam Sfortiam ex altera, dicti testatoris eorum Patrui magni nepotes, & præsertim illius del 1598. censuum, & locorum Montium, super qua consistit tota difficultas, cõstat, non fuisse verbis expressis remissum fideicommissum reciprocum per dictum quondam Ioannem factum inter dictos eius Nepotes, quatenus aliquis decederet sine filijs; & ideo illi renunciatum dici non potest ex simplici diuisione. In istis enim terminis, quæstionem non esse dubiam in fideicommisso, prout hoc, de quo agitur, conditionali, & futuro etiam inter ipsos diuidentes reciproco, dicit Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de testam. §. in primis. lit. E. versi. tunc sic, quem referunt, & sequuntur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Castr. num. 5. circa finem. vers. concludé ergo. Alex. num. 29. vers. quinimo. Crot. num. 75. Rip. num. 47. Bologn. num. 3. & firmauit ibidem Bart. in 1. quæst. num. 10 Albert. num. 15. versi. interdum, & testantur communem, & ab ea recedendum non esse in iudicando, & consulendo Alexand. ibidem num. 28. versic. secunda Solutio, & versic. sed contra. Ias. num. 19. & num. 23. & 26. Ripa num. 38. 39. & 47. Crot. d. num. 75. Soc. iun. num. 51. Bologn. num. 100. & 105. & not. etiam communiter in l. cum pater. §. hæreditatem, ff. de legat. 2. & plures adhoc allegat Menoch. lib. 3. præsump. 115. num. 9. & sequitur Rota in Hortana fideicõmissi. 8. Nouemb. 1602. coram Reuerendiss. Bonon.

2 Neq; etiam ex clausulis in diuisione appositis potest dici renunciatum prædicto fideicommisso, non ex cessione iurium sibi inuicem facta, super partibus diuisionum hinc inde assignatis, quia intelligitur de præsenti, non autem de futuro, etiam si ad omnia iura in genere referatur. Ripa in d. §. duo fratres. sub nu. 46. versic. 4. ampliatur. & numer. seq. Bologn. ibidem nume. 110. in quinta ampliat. de qua remissione non potest dici cogitatum sine mentione iurium de futuro. Bart. ibidem num. 10. in fin. ver. & aduerte, Ripa num. 47. vers. sed etiam procedit. Et fuit dictum in vna Leodien. fideicommissi. 12. Decembris 1611. coram Reuerendiss. Damasceno.

3 Neq; ex promissione de non contraueniendo, sed de habendo ratam, & gratam diuisionem. Bartol. vbi supra. in 2. quæst. quem sequitur. ibi Bald. in princip. Albert. num. 6. Alex. num. 31. versic. inueni postea, & de communi, & magis communi. Soc. iun. numer. 50. 53. & num. 87. vers. ex qua conclusione referens eius consilium 120. in 1. volum. etiam si sit conuentum de non contraueniẽdo vllo vnquam tempore, & aliqua ratione, vel causa. Ripa in dicto. §. duo fratres nu. 44. Bologn. nu. 108. & 110. & de communi plures refert Menoch. dicta præsumpt. 115. num. 22.

4 Neque ex clausula ad habendum, tum quia cum sit ceterata, & non extensa cum licentia alienandi, illam importare non potest, & nullum operatur effectum. Bart. n. & alij in dicto §. duo fratres, expresse loquuntur, quando in ea legitur extensa prædicta facultas, & ita tenent Grat. consil. 17. numer. 49. & alij allegat. per Gab. de fideicommiss. conclus. 1. num. 30. & sequent. Tum etiam quia ista clausula non operatur in bonis, quorum non est sequuta alienatio, secũdum Bart. communiter receptum vbi supra, quæst. 8. num. 21. versic. si vero alienatio. Ripa nu. 84. in fin. versic. limita primo, & de communi Bologn. nu. 165. & 168. & alij latè per Simon. de Præt. interp. vlt. vol. lib. 3. in fin. vers. si vero alienatio. Gab. dicta conclus. 1. num. 33. Menoch. de præsum. 115. nu. 48. & Pereg. de fideicomm. art. 52. num. 44.

5 Minus etiam censetur remissum fideicommissum ex clausula, quod census, & loca montium pleno iure dominij, vel quasi spectarent ad diuidentes, Crot. in d. §. duo fratres. num. 75. qui reprobat contrarium tenentes, quem sequitur Bologn. ibidem nu. 106. cum alijs per Menoch. dicta præs. 115. num. 72. qui omnes ad id allegant tex. in l. generaliter. §. vltimo. ff. qui, & a quibus.

6 Neque ex promissione euictionis, & susceptionis litis, quia non includit litem, quæ prouenit ex natura bonorum, & ex dispositione authoris communis. Bart. in dicto §. duo fratres. num. 10. Bologn. nu. 106. in 2. limitatione. Rota decis. 211. nu. 1. p. 2. cum allegatis per Menoch. d. præsump. 115. num. 12. & seq. & Peregr. dicto art. 52. num. 69.

7 Non denique ex iuramento. Ripa in dicto. §. duo fratres. num. 38. & nume. 39. & dicit esse verissimum. Gabr. dicta conclus. 1. num. 2. & 3. Maluas. consi. 81. num. 60. & Peregr. d. art. 52. sub nu. 49. vers. si enim nec in genere, nec in specie.

8 Quę omnia tanto minus operantur, cum sint in fine instrumẽti, & sic in exequutiuis. clemen. prima de præb. plenè Ofasc. decis. 164. num. 2. Franch. decisio. Neap. 6. num. 7. vers. sin autem verba Curt. iun. cons. 3. num. 2. & 3. lib. 1. Menoch. cons. 84. num. 46. in terminis Marzar. consil. 39. num. 5. cum alijs per Pereg. dicto art. 52. sub num. 43. versic. item aduertendum. Sunt enim clausulæ apponi solitæ de stylo, & consuetudine Notariorum, & ideo naturam contractus alterare non possunt. Bar. in l. 1. quæst. 6. in fin. de iure codicil. quem sequitur Decius consil. 394. nu. 8. vers. 2. potest responderi. Soc. iun. consi. 116. nu. 21. vol. 3. Curt. iun. consil. 101. numer. 2. Marzar. d. consil. 39. Sim. de Pretis d. lib. 3. in fine. num. 13. alias, fol. 373. cum pluribus cumulatis per Tiraquel. in præfat. l. si vnquam. num. 126. C. de reuoc. donat.

9 Non obstat, quod ex quo fuit facta diuisio dictorũ censuum, & locorum montiũ inęqualiter, quia Equiti Ioanni Cosmo fuerunt assignatę duæ partes ex tribus, & Sfortię vna, & tamen iuxta testamentum diuisio erat ęqualiter facienda, cum essent æqualiter substituti Numæ Pompilio fratri Equiti Io. Cosmi defuncto.

functo. Ideo in necessarium antecedens videatur renunciatum fideicommisso, per huiusmodi actum incompatibilem, ad trad. per Doctores in dicto. §.duo fratres. Alex.consf.100.num.11.lib.7.Aym.consf.24. num.2.verf.tacite etiam, & num.3. Quia responsum fuit, vel quod non est incompatibile, nisi respectu fideicommissi purificati per mortem Numæ Pompilij: non autem respectu purificandi per mortem alterius ex diuidentibus, & in his terminis procedunt in contrarium allegata.

10 Vel quod diuisio fuit erronea respectu Sfortię,qđ expresse patet, quia Eques Ioannes Cosinus fuit admissus vti frater,& proximior, ac hæres ab intestato, vt ex verbis diuisionis,excluso Sforria, ex quo errore non potest dici renunciatum fideicommisso. Imò renunciatio esset ex parte Sfortiæ tātum in dicta parte Numę Pompilij,non autem in parte tunc possessa per diuidentes in euentum purificati fideicommissi, per trad. a Curt.iun.consil.125. numero 4.& 6.& Ruin. consil.166.num.5.lib.2.

11 Considerabant etiam DD. multum facere pro nō remissione fideicommissi, obseruātiam subsequutam, quia Eques Ioannes Cosinus anno 1601.recepit pretium annui census hæreditatis Nannis,& illud reinuestiuit in tot locis montium, cum narratiua dicti fideicommissi,& conditione, quod fructus talium locorum montium,ad ipsum pertinerent,eius vita durante,secundum dispositionem testamenti eiusdem Nannis, prout in literis parentibus dicti Nannis in eius Summario nu.4. Et Sfortia dicto anno 1601. occasione similis census,& alienationis illius fassus fuit in instrumento,suppositū esse fideicommisso dicti Nannis ac promisit pro dicto censu alia bona libera dicto fideicommisso supponere, in dicto Summario. nu.5. Et vtraque etiam pars, post factas diuisiones,mentionem fecit de aliquibus locis Montium ad dictum fideicommissum spectantibus: Et postmodum de anno 1603. Eques Ioannes Cosinus, & Sfortia emerunt possessionem pro cuius pretio dederunt in solutum tot annuos census ad dictam hæreditatem spectantes,cum expressione, quod talis possessio subiaceret fideicommisso,loco dictorum censuum iuxta formam testamenti,dicto Summario num.4.Ex quibus actibus,dubitari non posse videtur de partium intentione, quod scilicet prædictas diuisiones noluerunt a fideicommisso recedere,cum etiam a gestis post contractum mens contrahentium arguatur, ad tex. in l. Iulianus.§.proinde.ff.ad Macedon.In terminis Rui. consil.147.num.15. in fin.lib.2. Mandella.consil.74. num.7.& 8. & Marzar.d.consil.38.num.8.versi.postremo.

12 Nec visum fuit DD. resultare contrariam obseruantiam ex eo, quod Sfortia plures pecuniarum summas receperit, in extinctionem censuum sibi obuentorum in diuisione, quia isti erant actus necessarij ex Bulla Felic.record. Pij V. de censibus, & ideo ex his inferri non potest ad talem alienationem,quæ inducat remissionem fideicommissi, ad quem effectum non sufficit alienatio necessaria ex lege, sed requiritur, quod illa proueniat ex mera hominis voluntate, vt per Ruin.consil.147.num.16.lib.2.& Peregrin.d. artic.52.num.46.versic.communis traditio. Et magis attendendæ sunt confessiones factæ, quod census iam diuisi essent fideicōmissarij, & in omnem casum expresse constat, quod post diuisiones fuerunt factæ reinuestituræ, & subrogationes loco censuum fideicommissariorum.

13 Ex quib. resultat resolutio, etiam quo ad alias diuisiones,videlicet primam mobilium de anno 1596. 15. Iunij, quæ non fuit diuisio, sed confessio diuisionis iam factæ Mobilium, & pecuniarum, & est sine aliqua clausula ad habendum,vel equipollenti ad inducendam renunciationem,& quo ad secundam stabilium eiusdem anni, 17. Nouembris, quæ fuit facta per arbitros, diuisores a partibus electos, qui eisdem partibus assignarunt bona diuisa,sine aliquibus clausulis. Et etiam quia in hac eadem diuisione, venerunt bona propria diuidentium, & separata a bonis fideicommisso subiectis, in quibus cum potuerit renunciatio generalis verificari, ideo illa non est referenda ad ius proueniens ex fideicommisso, vt declarat.Bartol. in dicto.§.duo fratres.quæstione 6.in fin. Mandell.d.consilio 74.numero 10. in fine, & numero sequenti. Becc.consilio 111.numero 26.& seq.cum alijs per Peregrin.d.artic.52.num.32. ad med.vers.si vero alia iura.

14 Et ex diuisione, & assignatione facta ab arbitris, cum de ipsorum facultate remittendi ius fideicommissi conditionalis, non constet, nulla sequitur renunciatio similis fideicommissi, etiam si super ea fuerit sequutum laudum, & partium approbatio, Soc. sen. consilio 251. numero 18.& sequenti, libro secundo. Oddo,qui multos cumulat,consilio 49.numero octauo, Caball. consilio decisiuo 75. numero 5.6.7.& 8. & Peregrin.dicto articulo 52. numero 43.versiculo. hæc autem cum alijs per eum allegatis. Ex quibus fuit resolutum, non obstare iuramentum, nec diuisionem.

P. D. DVNOZETTO.

*Firmana Altaris. Lunæ 12. Ianuarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Electus a minori parte patronorum quando præferatur electo a maiori parte,& quid stante statuto, vel consuetudine, quod præsentatio non valeat, nisi fuerit facta a duabus ex tribus partibus.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Testes de falso damnati nihil probant. num.1. vers. Nec visum fuit.*

*Præsentatus ad ius patronatus a minori parte patronorum admitti non debet ad beneficium, & quid si adest statutum, & consuetudo vt præsentatio non suffragetur, nisi fuerit facta a duabus ex tribus partibus. num. 2. & 3.*

*Præsentatus a minori parte patronorum si fuerit dignus, admitti debet ad beneficium, si alter a maiori parte electus fuerit indignus num. 3. Declara vt dicto. num. 3.*

*Calumniandi animus in lite cognoscitur ex pluribus, de quibus num. 4.*

## DECISIO DCXXV.

1 Domini steterũt in decisis coram me die 20. Iunij 1614. rationibus deductis in prima decisione, nulla enim visa fuit Dominis adesse causa, quæ vel ex iuris dispositione, vel ex facto possit excusare Ricciottum ab illa falsa assertione, dũ expressit Summo Pontifici Coriolanum fuisse præsentatum a quorundam assertorum patronorum parte, se vero a maiori parte, cum ex facto clare appareat ex 34. suffragijs Coriolanum habuisse 25. Ricciottum vero 18. solummodo. Nec visum fuit illi suffragari posse, quod in nominatione seu præsentatione facta de Coriolano interuenerint illius consanguinei, & per consequens nullam fuisse præsentationem ex dispositione statuti illius loci, nam vt fuit responsum in decisione, id non probatur nisi ex testibus de falso damnatis, quibus nullam fidem fuisse adhibendam iam resolutum fuit coram bon. mem. Penia, aliæ vero probationes minime concludunt, vt late fuit deductum in decisione.

2 Sed etiam si id probatum fuisset, tamen Ricciottus non posset se excusare a calumnia, dum asseruit se præsentatum a maiori parte, quia hoc est falsum in facto, & in iure, quia vt dictum est ex 34. habuit solũ 18. cum tamen ex dispositione eiusdem statuti, consuetudinisq. in eodem loco receptæ, præsentatio debuerit fieri a duabus ex tribus partibus, vnde non solum non potuit dici Ricciottus præsentatus a maiori parte, sed nec etiam a minori, Ioan. Andr. in cap. 1. de elect. Ruin. consil. 50. num. 7. & seq. vol. 5. Cassad. decis. 2. de iure patro. & fuit dictum in Aretina Cappellaniæ 24. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Cardinali Pampbilio, & multo minus, quia in dicto statuto adest decretum annullans aliter gestum, & non approbatum a duabus partibus, cuius statuti dispositionem Ricciottus ignorare non potest sine calumnia, ne dum ex rationibus in decisione deductis, sed quia ipsemet vtitur, & vsus est illo in eodem Capitulo ad impugnandam nominationem Coriolani.

3 Minus etiam visum fuit posse illi suffragari dispositionem cap. dudum il primo, de election. quia stante d. statuto annullante gestum a minori parte non potest applicari tex. in d. cap. dudum, disponens electionem factam a maiori parte de digno validam esse, vbi a maiori parte fuit sciẽter electus indignus, quia illa potestas quam de iure ex dispositione d. cap. minor pars Communitatis habuisset, fuit sublata per dictum statutum, consuetudinemq. illius loci. Deinde dispositio d. cap. procedit, vbi eligentes se diuisissent, vt expresse legitur in tex. & vna pars licet maior præsentasset indignum, minor vero dignum, quia dũ maior pars, ipso facto remanet priuata potestate eligendi, remanet tota in minori, sed hoc casu non fuit facta aliqua diuisio eligentium, nec constat quod illi 18. qui præsentauerunt Ricciottum, non præsentauerint Coriolanum, quinimmo necessario dicendum est, plures ex eis vtrumque præsentasse, cum ex 34. vocibus Coriolanus 25. Ricciottus vero 18. habuerit, & per consequens præsentationem ab illis factam de Ricciotto multo minus posse dici factam a maiori parte, sed nec etiam fuisse concludenter probatam talem indignam præsentationem.

4 Non obstat d. narratiuam nõ mouisse Papam, qui cũ derogauerit Patronatui, propterea sufficere videatur Ricciotto si a medietate Patronorum fuerit præsentatus, quia ex prædictis constat, nec a medietate, nec ab aliquo posse dici præsentatum. Et licet alias posset d. falsa assertio ex aliqua causa excusari, tamẽ cum causa incepta & persecuta fuerit non sine magna calumnia, dum Ricciottus ad iustificationem gratiæ vsus fuerit testib. lege Cornelia de falsis damnatis, & non obstante iuramento de stando vnicæ voluit tres sententias conformes contra se reportare, & non obstante re iudicata obtinuit committi causam restitutionis in integrum, quæ remansit deserta, ne dum per quadriennium, sed per longiora tempora, colligebant Domini animum calumniandi ab ipso initio causæ, ad l. sed & Iulian. §. proinde, ff. ad Maced. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. §. pauonum. inst. de rer. diuis. quę omnia magis attendenda Domini dicebãt, quia hoc modo tolleretur ansa illis, qui non ad alium effectum procurant cum tot calumnijs lites in lõgum protrahere, nisi ob spem obtinendi subrogationem per obitum collitigantis.

5 Et ex his Domini iterum firmarunt constare de calumnia ab initio, sed quia pro parte Ricciotti dicebatur ex gratia perinde valere per ipsum, vt asserit, obtenta superuenisse bonam fidem, quæ illum excuset, fuit reseruatum, vt super hoc particulariter audiatur.

R. P. D. VEROSPIO.

*Romana legitima. Veneris 16. Ianuarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Legitima debetur legitimato, & nepoti ex ipso, vbi legitimatus sublatus est de medio. Item ex quibus dicatur Papam voluisse dispensare, non

autem

autem legitimare, & quando facultas succedendi in quibusdam bonis ab intestato concessa legitimato transmittatur ad eius filios.

*S V M M A R I V M.*

*Legitima debetur legitimato tanquam legitimo. num. 1.*

*Legitima debetur nepoti in bonis aui ex propria persona, sublato patre de medio. num. 1.*

*Legitima debetur non obstante quauis probibitione. n. 1.*

*Legitimatio, & non dispensatio dicitur, vbi adsunt clausulæ amplissima, & verba de quibus in decisione. nu. 2.*

*Legitimatio, & non dispensatio censetur, vbi Papa vsus fuit verbo legitimamus. num. 3.*

*Legitimatio restitutiua est qualibet alia maior, & plenior. num. 4.*

*Beneficium Principis patri concessum, transit ad filium. num. 5.*

*Dispositio, quæ habet tractum successiuum, ad heredes etiam refertur. num. 5.*

*Geminatio, seu repetitio denotat enixam voluntatē. nu. 5.*

*Filius mortuo patre subintrat in locum ipsius, & omnia iure proprio consequitur, quæ patri antea competebant. num 6.*

*Gratia concessa patri ad fauorem fily non personalis in filio, sed in patre realis intelligitur. num. 6.*

## DECISIO DCXXVI.

1 AGentes pro filijs Eccellentissimi Ducis ab Altaemps, decisioni sub die 27. Iunij præteriti de vnanimi Rotæ consensu factę non acquieuerunt, sed contra illam noua excitarunt motiua, quibus tamen non obstantibus, causa denuò per me proposita, pari Dominorum assensu, fuit dicta decisio confirmata. Vt enim in ea dicebam, Robertus D. Ducis Pater, fuit a Gregorio XIII. felic. recor. in amplissima forma legitimatus, & per consequens illi tanquam ex legitimo matrimonio nato, legitima debebatur, Bald. in c. de causa. nume. 62. de offic. deleg. Tiraquell. in l. si vnquam. vers. susceperit liberos. nu. 79. C. de reuoc. donat. Quæ propterea Domino Duci locum demortui Patris ingresso ex persona propria debetur, Salyc. in authen. nouissima. numero 5. C. de inoffic. test. Peregr. de fideicommiss. artic. 36. nu. 39. Cuc. de legit. in princ. sub num. 2. versic. debetur autem. Non obstante fideicommisso, Primogenitura, & expressa detractionis legitimę prohibitione per Cardinalem Auum facta. Molin. de primog. Hisp. li. 2. c. 1. nu. 29. cum alijs in prima decisione latius deductis.

2 Nec valet exceptio, quod Gregorij XIII. gratia, dispensationem potius, quam veram legitimationem importet. Nam contrarium apparet ex eius lectura. Ibi te &c. legitimamus, omnemque abs te genituræ huiusmodi maculam, siue notam abstergimus, & abolemus &c. perinde ac si ex legitimo matrimonio verè, & non fictè natus esses, & nulla prorsus inter te, & natos de legitimo matrimonio differentia esset, &c. In omnibus, & per omnia de speciali dono, & gratia dispensamus, tibiq. pariter indulgemus, nec non etiam ad præmissa omnia habilitamus, ac primæuo naturæ iuri restituimus, ac si de legitimo matrimonio verè, & non fictè natus esses &c. Ex quibus verbis, & clausulis prægnantissimis euidentissimè constat, Summum Pontificem voluisse Robertum in amplissima forma legitimare. Ias. consil. 40. sub nu. 2. vers. 4. dicitur. vol. 3. Ruin. consil. 75. num. 6. & seq. & consil. 86. num. 4. vers. sed tamen præmissis. lib. 3. Roland. consil. 67. nu. 39. lib. 3. & consil. 26. num. 8. & 9. lib. 4. Decius consilio 257. sub num. 10. versic. vltimò non obstat, Soc. iun. consil. 93. num. 40. volum. 3. Gozzadin. cons. 29. sub num. 31. versic. præterea. & consil. 6. nu. 63. Gab. consil. 30. num. 1. Fulgos. consil. 16. sub num. 2. versi. natura siquidem, Peregrin. de fideicommiss. artic. 23. sub numero 33. qui alios cumulat, & fuit resolutum in causa Romana de Masseis, 9. Iunij 1595. coram Litta.

3 Tanto magis cum etiam absque dictis clausulis ex solo verbo legitimamus, quo Summus Pontifex fuit vsus, Robertus in amplissima forma legitimatus censeretur, Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. sub nume. 24. versic. aut restituit cum natalibus. ff. de liber. & posthum. Abbat. in cap. per venerabilem. sub num. 12. versic. dicerem, quod aut Papa, & ibi Ioan. Andr. sub nu. 30. vers. quia aut Papa, Butr. sub nu. 10. colum. 5. circa med. versic. & tamen Papa potest legitimare qui fil. sint legit. Ruin. consil. 75. num. 12. & sequent. & consil. 86. num. 6. lib. 3. Peregrin. de fideicomiss. articulo 23. numero 35. Angel. consilio 17. num. 4.

4 Et cum ista legitimatio, quæ restitutiua nuncupatur, sit qualibet alia maior, & plenior, vt trad. Doctor. alias legitimationis species recensentes in ca. per Venerabilem. num. 16. qui fil. sint legitimi. Vbi Præpos. in §. quod autem. num. 19. Aretin. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. sub num. 25. ff. de liber. & posthum. Angel. in dicto consil. 17. nume. 4. in princip. & consilio 87. numero 1. Fulgos. d. consil. 16. sub numero 2. versic. quia legitimatio. Federic. de Sen. consilio 276. numero 3. Calder. consilio 4. qui filij sint legit. Gozzad. consilio 29. sub numero 31. versic. præterea, & consilio 6. numero 63. Paulus de Castr. in l. pactum. num. 9. circa fin. C. de collat. Alexand. consilio 189. numer. 4. versic. & secundum illud minus. de concess. præbend. Abb. in cap. ex parte. il 3. num. 2. de decim. Ias. in l. 1. num. 12. de transaction. & in l. si causa cognita. num. 6. C. eodem. Euerard. in sua centur. in loco concess. conseq. ad concess. anteced. sub numer. 1. versic. hinc quoque procedet.

5 Nec valet dicere, facultatem in istis bonis ab intestato succeden. Roberto concessam, fuisse personalē, & sic ad Dominum Ducem illius filium non extendi. Vltra quod enim Principis beneficium patri concessum transit ad filium. Bart. in l. vltima num. 4. de seruit. leg. Menoch. cons. 486. nu. 3. Put. decis. 174. lib. 9.

Hic

Hic tamen clarè constat dictam facultatem non fuisse personalem ex verbis, & clausulis in illa appositis, quæ ad hæredes necessario referuntur, cum habeant tractum successiuum, & ad filios transmissibilem, videlicet, Tuq. & ex te descendentes &c. Et infra in tui, tuorumq. descendentium prædictorum fauorem &c, & in fine Tibi, tuisque descendentibus prædictis &c. Quæ verba repetita declarant, Summum Pontificem in prædicta facultate voluisse Roberti filios, & hæredes includi, l. Balista. ff. ad Trebell. Curt. iun. consil. 263. num. 32. in fin. Crauett. consil. 205. num. 42. in fin. Corn. consil. 59. num. 8. & consil. 140. num. 2. & seq. lib. 2.

6 Quod respondet etiam iuris communis dispositioni, iuxta quam filius mortuo patre locum illius ingreditur. §. ita demum. instit. de hæredit. quæ ab intest. def. & omnia iure proprio consequitur, quæ patri antea competebant. Berengar. Fernan. in l. in quartam. ante numerum 112. versic. etsi paulo accuratius. ff. ad legem Falcid. Deniq. cum intuitu, & contemplatione patris, vt dixi, gratia fuerit Roberto concessa, illa non personalis in ipso Roberto, sed in Patre realis intelligitur. Socin. consil. 84. num. 11. & 12. lib. 3. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 28. per tot. lib. 3. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 45. num. 1.

## R. P. D. PAMPHILIO.

*Bononien. de Capacellis. Veneris 16. Ianuarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Primogenitus quis dicatur, quando fuit vocatus primogenitus nascendus ex pluribus, & de varijs coniecturis prædilectionis, & quādo debeat attendi proximitas grauantis non autē grauati.

### SVMMARIVM.

*Primogenitus dicitur is, qui primo loco natus est. nu. 1.*

*Primogenitus licet quis sit respectu matris suæ, vti primo loco natus, tamen non dicitur primogenitus respectu testatoris, qui vocauit primogenitum nascendum ex duabus filiabus, quando adest alius antea natus ex vna ex dd. filiabus num. 1.*

*Prædilectus magis censetur descendens a persona prædilecta. num. 2.*

*Prædilectus semper præferri debet ex verisimili mente testatoris. num. 2.*

*Primogenitus ille, qui primo loco natus est, præferri debet, vbi est quæstio quis ex duobus sit primogenitus. n. 2.*

*Prædilectus magis censetur, qui fuit hæres vniuersalis institutus, quam qui fuit in aliquo tantum honoratus. num. 3.*

*Prædilectus magis censetur legitimus, quam illegitimus. num. 3.*

*Prædilectus censetur primo nominatus. num. 3.*

*Proximitas grauati, vel grauantis an sit attendenda, pendet ex coniecturis. num. 4.*

*Proximitas grauati non attenditur, vbi constat testatorem noluisse fideicommissum ad nouam, & diuersam lineam deuenire. num. 5. Vbi num. seqq. plura deducuntur, ex quibus testatorem id voluisse dignoscitur.*

*Linea vna semel admissa, fideicommissum nunquam exit de illa linea, donec aliquis extet de ea, nisi constet testatorem voluisse fideicommissum ad aliam lineam deuenire. num. 5.*

*Successionis ab intestato prima causa est filiorum. num. 6.*

*Testator præsumitur noluisse id quod non expressit. n. 6.*

*Agnatio noua ficta creatur, quando testator vocat extraneum cum onere assumendi cognomen familiæ testatoris. num. 7.*

*Discretiua dispositio testatoris operatur, vt sit facienda diuersa interpretatio a significatione verborum testamenti num. 8.*

*Clausula salua gradus prærogatiua debet referri ad eos vocatos, quibus proxime reperitur apposita. num. 9.*

*Primogenitus, & primo natus differunt inter se. nu. 10.*

*Voluntas testatoris, quoquomodo ex dispositis eliciatur, est seruanda. num. 10.*

## DECISIO DCXXVII.

1 Postquam per plures decisiones fuit firmatum, qđ vnus tm̄ primogenitus sit vocatus, proposui dubiū alias decisum, & in vltima positione sub die 23. Maij præteriti reseruatū denuo particulariter discutiendum, an. s. iste primogenitus sit Hieronymus, natus ex D. Hippolyta, vel Claudius, qui de mense Augusti præteriti dicitur natus ex D. Iulia, & Domini causa mature discussa censuerunt stādū esse in decisis, quod Hieronymus solus sit ille primogenitus vocatus. Nam cum testatores in defectum descendentiū masculorum ex Hieronymo & Claudio Senioribus, hæredem vniuersalem primogenitum masculum ex filiabus feminis instituerint, & de vno tantum primogenito senserīt, ex latè adductis in alijs decisionibus, sequitur omninò dicendum, quod iste primogenitus sit Hieronymus, vti primo loco natus ex Hippolyta filia Hieronymi Senioris. Bal. in l. cum in antiquioribus. sub n. 11. vers. & primum præmitto. C. de iur. deliber. Tiraq. de iur. primog. q. 1. num. 6. latè Menoch. consil. quæst. num. 51. & seqq. Non autem Claudius postea natus ex D. Iulia, qui licet possit dici primogenitus respectu D. Iuliæ matris, seu fratrum ipsius, Socin. iun. cons. 108 nu. 18. vers. stantib. nunc prædictis. & nu. 27. lib. 2. cum alijs adductis, sub dicto die 17. Februarij præteriti. Non tamen potest dici primogenitus ex filiabus Hieronymæ, & Claudij per testatores vocatus, postquā aderat Hieronymus antea primo loco natus ex vna ex dictis filiabus, in quo bene verificatur dispositio testatorum, ad tex. in l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. cum simil.

2 Quod tanto magis visum fuit Dominis esse dicendum,

dum, quia Hieronymus descēdit a D. Hippolytā filiā Hieronymi Senioris, qui sicut fuit magis dilectus à testatoribus ita censeri debet, quod fuerit prędilectus Hieronymus iunior, ab eo descendens, vt post Bal. in l. cum acutissimi. nu. 5. C. de fideicomm. & alios, tradit Honded. consil. 17. numer. 40. & sic in concursu semper præferri debet ex verisimili mente testatoris, quæ est attendenda. l. cum res legata. ff. de leg. 1. Pedemont. decis. 170. num. 8. & seq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. nu. 1. Et maximè, quia est primo loco natus, & consequenter in dubio præferendum, vt alias ponderauit Rota coram bon. me. Card. Seraphin. decis. 131. circa finem.

3 Quod autem Hieronymus Senior esset magis dilectus, quam Claudius, colligitur nō solum, quia Hieronymus erat legitimus, & ab ipsis hæres vniuersalis institutus fuit, Claudius vero, qui erat legitimatus, quibusdam bonis particularib. honoratus. C. qui filiabus. in princ. ff. de leg. 1. Bart. in l. fin. nu. 2. vers. Nam cum masculos. ff. ad Trebell. Sed etiam quia semper fuit in testamento primo loco nominatus. l. hæredes mei. §. fin. ff. eod. tit. Bart. in l. Publius. §. filias. ff. de condit. & demon. Aym. consil. 62. nu. 7. & consi. 161. num. 5. & cons. 297. num. 2. vers. 1. ex priori.

4 Non obstat, qd̄ Claudius iunior natus ex D. Iulia descendat a Claudio Seniore vltimo grauato, cuius proximitas est attendenda ea præcipua rōne, quia in dubio testator præsumitur voluisse se cōformare cum successione ab intestato, & facit, quod fideicōmissum semel ingressum in vna linea, dēt semper in ea durare, donec extet aliquis de ea, ex latè deductis per Informantes per Claudium, quia placuit rñsio alias data, quod. s. in casu isto, vt dictum est, plures concurrunt coniecturæ ad fauorem Hieronymi, ex quib. quæstio ista de proximitate grauantis, vel vltimi grauati regulari solet. Soc. cons. 249. nu. 24. lib. 2. Gabr. cons. 86. nu. 17. & cons. 107. n. 8. lib. 1. & d. Rota in cā Bonon. de Mulettis. 26. Iunij 1602. cor. bo. me. Car. Pamph.

5 Præterea placuit Dñis rñsio, ex qua oīs difficultas visa fuit cessare, quod vbi constat testatorem voluisse fideicommissum ad nouā & diuersam lineā deuenire, non attenditur proximitas vltimi grauati. Decia. cōs. 21. nu. 6. cū seq. li. 3. Laderch. cōs. 45. nu. 13. & seq. & cōs. 136. n. 5. Odd. cōs. 39. sub n. 30. post med. Ceph. cōs. 493. n. 42. li. 3. Rustic. cōs. 2. n. 112. post tractatū, An fil. posit. in cōd. Nec quod fideicōmissū fuerit in aliā lineā ingressū. Molin. de primog. Hisp. lib. 3. c. 6. n. 36. & fuit dictū in cā Ianuē. iuris patr. 1. Iunij 1607. cor. Illustri. Lanc. & in hac cā sub die 21. Iunij 1613.

6 Testatores aūt in isto casu hoc facere voluisse clarè colligitur ex eo, quod deficiētib. masculis Claudij nō vocarūt filias ipsius Claudij, quarū erat prima cā successionis ab intestato. Auth. in succes. C. de suis, & legit. nec earūdē filiarū filios masculos, sed primogenitū ex filiab. Hiero. & Claudij, cū onere assumēdi nomē, & arma familię de Capacellis non habita rōne Claudij vltimi grauati, sed solū habito respectu ad eum qui primo loco ex eis nasceretur, vt supra demonstratum est, & tñ si voluissent vocare primogenitū ex filiab. vltimi grauati, id expressissent, & gradū separatū p eis fecissent, prout fecerunt ex tot alijs gradib., ad quos digressi fuerunt. c. ad audientiam. de decim. cū simil.

7 Qd̄ ēt clarius colligitur ex discretiuo mō loquēdi, quo vti fuerūt testatores. Nā qñ voluerūt fideicōmissum durare in vna linea, semper vsi fuerūt verbis substitutionē denotantibus, vt in testō, ibi Hieronymū & Claudiū inuicē substituit &c. & ibi, & vnicuiq. ex eis substituit, &c. & inferius ibi vnicuiq. ex eis decedentib. substituit, &c. at qñ vocarunt dictū primogenitū, vsi fuerūt verbis substitutionē denotantib. quæ nullā habeant dependentiā a precedentibus, vt in testō ibi deficiētibus, &c. dictus testator instituit, nominauit, & esse voluit eius hæredē vniuersalem filiū primogenitū nascentem ex filiab. Hieronymi, & Claudij, &c. Idemq. obseruarūt in alijs duob. casib. deficiētiū aliarū linearū, vt clarè legitur in ipso testō, in quo vlterius est ponderandū, quod durante aliqua linea testatores fecerunt substitutionē vltimo defuncto, & qñ habuerunt lineā pro finita, & voluerunt aliā lineā, & agnationem fictā renouare sibi ipsis testatoribus hæredem instituerūt pro quo etiam facit, quod testatores post finitā eorum verā agnationem fecerunt dictas dispositiones ad fauorē primogeniti, cum onere assumendi cognomē familiæ de Capacellis, in quo propterea censetur creata alia ficta agnatio, ad l. fi. C. de his, q veniā ęta. imp. Ceph. cōs. 251. n. 59. & p cōseq. nō pōt dicicō siderata aliqua pximitas vltimi grauati, ex sup. alleg.

8 Nec facit qd̄ post primā institutionem oēs dicātur substitutiones, & oēs substituti dicātur hæredes testatoris, q a nō propterea pōt negari, quin ex tali discretiuo mō loquendi sit facienda dicta diuersa interpretatio. Et si alias verba testi posset ex eorū significatione aliud importare, l. liberorū. vers. oēs. ff. de ver. sign. & tradit Surd. cons. 403. nu. 22. cum alijs in decis. bo. men. Card. Seraph. 1486. nu. 12. Et ex his patet rñsio ad id, qd̄ dicebatur pro Claudio, ex clausula saluā gradus prerogatiua, sæpè in testō repetita, q a illa legitur tm̄ apposita in successione, & durante eadē linea, non aūt ī dictis casib. creationis nouę lineæ, & agnationis, in q b. testatores vsi fuerūt dictis verbis, institutionē denotātibus, absq; hmōi clausula, vt sup. pōderatū est.

9 Minus refragatur, quod ēt dicta noua linea appareat constituta in omnibus, & per omnia, iuxta modū, formam, & conditiones, in prima appositas, vt in §. deficiētib. ibi, quib. omnibus, & cuiliber ipsorū substituit modo, & forma supradictis, &c. & sic etiam cum hmōi clausula salua gradus prærogatiua, &c. Quia placuit rñsio quod dicta clausula, quatenus sub dictis verbis comprehendatur, debet referri ad descendentes primogeniti, quib. proximè reperitur apposita iux. not. in c. cum dilecti. de donat. Boer. decis. 146. nu. 4. non autem ad ipsum primogenitum, qui succedere debet ex volūtate testatoris, nulla habita ratione graduum seu proximitatis, ex supradictis.

10 Nec demum releuare differentiam inter primogenitum, & primo natū, quia licet super ea adsit magna con-

controuersia inter Doctores, vt patet ex trad. per Menoch.conf.442.num.20. Tamen in hoc casu visa fuit cessare difficultas, quia ex neutra ex dictis filiabus ante Hieronymum natus est alius filius, adeo vt Hieronymus sit primogenitus, & primo natus ex dictis filiabus, & consequẽter vocatus ex supradictis ad quorum comprobationem fuit etiam ponderatum, quod testatores in supradictis casibus iniunxerunt primogenito d. onus assumendi cognomen familiæ de Capacellis, ex quo colligitur non solum voluisse prospicere ad conseruationem agnationis, sed etiam quantocitius eam renouare, ita vt propterea primogenitus in casu isto accipi debeat pro primo nato non attẽta alicuius proximitate, alias enim si diceretur, quod debuisset expectari nascẽdus ex femina proximiori vltimo defuncto, hæreditas potuisset per plures annos remanere in suspenso contra dictã voluntatem testatoris, quæ tamen, quocumque modo ex dispositis elicitur, est seruanda. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 3. num. 10. Ex quibus pro resolutione fuit dictum, satis constare, vel quod nõ fuerit per testatores habita maior ratio descendentium vnius, quam alterius, sed solum ad eum, qui primo loco ex dictis filiabus nasceretur, vel quod sicut fuit prædilectus Hieronymus seniori, ita etiam fuerint prædilecti omnes eius descendentes, ex supra ponderatis. Et ita decisum pro Hieronymo, quod ipse solus sit vocatus, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Romana Fideicommissi de Veccijs Veneris* 16. *Ianuarij* 1615.

## ARGVMENTVM.

Scriptura repetta intet scripturas Notarij defuncti, quando possit ex iudicis authoritate leuari in publicam formam.

### SVMMARIVM.

*Notarij subscriptio, & illius signum, est de necessarijs requisitis ad perfectionem imbreuiaturæ, seu matricis, reperta inter notas ipsius Notarij authenticas, vel protocolla, vel filcias. num. 1.*

*Fallit, quando in scriptura taliter reperta legitur clausula Actũ, &c. de manu Notarij apposita, quia tunc etiã si subscriptio, & signũ deficiant, iudex debet mandare, qđ scriptura in authenticam formam reducatur. num. 2.*

*Clausula Actum, &c. importat actum perfectum, consummatum, & publicatum. num. 3.*

*Clausula Actum includit effectum subscriptionis signi, & rogitus. num. 3.*

*Subscriptio, signum, ac rogitus Notarij requiruntur ad authorizandam fidem scripturæ. num. 3.*

*Scriptura absq; signo, & subscriptione Notarij reperta inter scripturas authenticas eiusdem Notarij præsumitur, quod ab ipso Notario fuerit rogata, etiam quod is illam pro publicata habuerit. num. 3.*



*Scriptura reperta in folio separato a libro, filcia, aut fasciculo aliarum rogationum Notarij ẽt si contineat clausulã Actum, &c. manu propria eiusdẽ Notarij, an possit leuari in publica formã, relinquitur iudicis arbitrio. n. 4.*

*Scriptura nõ reperta inter rogationes authenticas ipsius Notarij non caret suspicione. num. 4.*

*Scriptura, quę non est perfecta, non probat, etiam si sit scripta manu Notarij, ac habeat alia requisita, cum possit esse, quod Notarius ponat diem, & alia necessaria, in scriptura legenda inter partes, & tamen actus ex aliquo accidenti non perficiatur. num. 5.*

*Pluralitas scripturarum non præsumitur. num. 6.*

## DECISIO DCXXVIII.

CEnsuerunt Domini scripturam, quæ asseritur per Moniales S. Ceciliæ de Vrbe esse testamentum Petri Pauli de Veccijs, & rogatum per Petrum Paulum de Amodeis non probare. Nam vbi agitur de leuanda scriptura in authenticam formam ex imbreuiaturis Notarij demortui, & ex speciali iudicis commissione, solet a scribentibus constitui essentialis distinctio, quando scilicet scripturæ sunt repertæ inter notas ipsius Notarij authenticas, vel protocolla, vel filcias, vel quando agitur de scripturis in folio a prædictis separato.

1 Primo casu quamuis subscriptio Notarij, & illius signum sit de solennitatibus requisitis ad perfectionẽ imbreuiaturæ, seu matricis, vt dicunt de subscriptione. Ang. conf. 220. in prin. Alex. conf. 153. n. 12. li. 2. & conf. 14. n. 9. lib. 6. Ctau. conf. 216. n. 3. & de signo Felin. & alij, in c. cum P. Tabellio. de fid. instr. Bald. conf. 476. nu. 8. lib. 1. Guido Papæ. q. 616. in fin. Dec. conf. 97. n. 3. Corn. conf. 226. n. 1. lib. 3. Paris. cõs. 27. nu. 6. lib. 2. Decian. in conf. 24. num. 31. vol. 1.

2 Tamen a frequentiori calculo in eo videntur omnes cõuenire, vt si in scriptura taliter reperta legatur clausula, Actum &c. de manu Notarij apposita, quod nihilominus etiam si subscriptio, & signum deficiant, debeat iudex mandare, vt instrumentum in authenticam formam leuari debeat. Paul. de Castr. in l. contractus. nume. 5. C. de fid. instr. Natt. conf. 46. nu. 4. Neuizz. conf. 26. nu. 42. Menoch. conf. 47. nu. 16. Curt. iun. conf. 162. n. 1. vers. cum igitur in proposito. Alex. conf. 14. nu. 19. lib. 6. Bero. conf. 1. nu. 51. vol. 2. Castr. conf. 307. nu. 2. par. 1. Paris. conf. 27. nu. 15. lib. 2. qui omnes loquuntur de scriptura reperta in protocollis, vel inter rogationes Notarij demortui, quod idem est. Gram. decis. 106. nu. 15. & 16. loquens de scriptura in fasciculis, vbi cetera instrumenta asseruabantur. Ruin. conf. 159. n. 13. lib. 4. Rot. coram bo. me. Card. Seraphino, 902. n. 5. asserentes idem de filcijs Notarij secundum regionis consuetudinem, de qua etiã loquitur Menoc. de arbitr. cas. 187. nu. 24. & seqq.

3 Mouetur ea ratione, quia clausula Actũ, &c. importat actum perfectũ, & cõsummatũ, & publicatũ secundum

dum Bald. in auth. quod sine. C. de testam. Alexand. Berou, Rotam supra alleg. Surd. conf. 187. numero 4. Ias. consilio 8. num. 3. lib. 3. Neuiz. consil. 26. nu. 42. ideo talis nota in manu Notarij dum per clausulam Actum &c. præsupponitur publicata, videtur includere effectum subscriptionis, signi, & rogitus, quæ pertinent tantum ad authorizandum scripturam, vt fidem mereatur, & fraudes remoueantur, prout considerat idem Alex. dicto consil. 14. nu. 19. quæ solennitates etiam exinde supplentur ex aliis instrumetis authenticis, continentibus signa, & subscriptiones positis in eodem protocollo, libro, filcia, aut fasciculo, vt dicit Curt. iun. dicto consil. 162. num. 1. versic. cum igitur Rot. decis. 250. numero tertio, par. prima diuers. Addens, quod si Notarius inter notas authenticas reponit scripturam signo, & subscriptione carentem, signum est, quod de ipsa fuit rogatus, & eam pro publicata habuit.

4 Posteriori vero casu, quando notula caret solennibus, & inuenitur in folio separato a protocollo, libro, filcia, aut fasciculo aliarum rogationum, etiam si cōtineat clausulam Actum, manu propria eiusdem Notarij mortui, qui asseritur rogatus, tunc quia cessat præsumptio publicationis, & perfectionis, ac cōsummationis actus, ac etiam tacitæ declarationis ipsius Notarij, quod eam scripturam habuerit pro publicata, nec iuuari potest signo, & subscriptione aliarum rogationum, relinquitur iudicis arbitrio, an talis scriptura sit suspecta, vel non, ita vt possit concedere, vel negare licentiam leuationis in authenticam formā. Castr. consil. 111. numero primo, & consil. 307. nu. 2. parte prima. Crauet. consil. 216. numero 8. Menoch. de arbitr. iud. cas. 187. numero 25. & 26. & cum scriptura, de qua agitur, non doceatur reperta inter rogationes authenticas Petri Pauli Amodæi, suspicione non caret, vt animaduertunt Castren. in l. contractus. nume. quinto. C. de fid. instrum. Paris. conf. 27. num. 14. libro secundo. Cephal. conf. 409. nu. 28. dicens non esse verisimile, testamentum, quod est magni ponderis, non reperiri cum aliis scripturis authenticis, quæ suspicio augetur etiam ex aliis defectibus ponderatis per Informantes contra dictam scripturam, qui etsi concurrentibus rogationibus Notarij possent euitari, illis tamen cessantibus multum præponderare visum fuit, ideo in præsenti vti suspectam noluerunt eam approbare, vt leuari posset in authenticam formam, & in iudicio fidem faceret.

5 Addebant præterea, quod dum in hoc posteriori casu clausula Actum, de se non importet actus perfectionem, inde scriptura ita remanet solum præparata, & non perfecta, vt considerat Bologn. consilio 53. numero quinto, vers. octauo præsuppono, Surd. consilio 187. numero vigesimo primo, quæ non releuat in gradu probationis, cum contingere possit, quod Notarius ponat diem, & alia necessaria in scriptura legenda inter partes, & tamen actus ex aliquo accidenti non perficiatur, vt dicit Corn. consilio 226. nume. 5. volum. tertio.

Non obstat, quod Moniales Sāctæ Ceciliæ dicantur versari in terminis prioris casus, ex eo, quod antequam hæc scriptura per Gregorium Panigarolam in Archiuium Capitolij deferretur de anno 1592. appareat transumpta vsque de anno 1541. coram Correctoribus, qui tunc affirmarūt, scripturam illam fuisse repertam in libris, seu protocollis Petri Pauli Amodæi, & postmodum etiam resolutum illam fuisse repertam penes eundem Gregorium Panigarolam successorē mediatum in scripturis Petri Pauli Amodæi. Fuit enim respōsum, quod an hæc scriptura, quæ dicitur delata ad Archiuium, de anno 1592. sit eadē cum illa transumptata coram Correctoribus de anno 1541. adhuc constare nō videtur, nec minus de illius primo transumpto constat, & transumptum transumpti productum coram Cardinali Reomano patitur eandem exceptionem, quia non constat de identitate transumpti transumptati.

6 Non obst. quod si adhuc termini posterioris casus tantum possint deseruire intentioni Monialiū, quod nihilominus cessare deberet omnis suspicio supra pōderata, dicebatur enim, quod hæc determinatio relinquitur iudicis arbitrio, vt iam dictum est, & idē arbitrium per D. D. apparet seruatum in propositione diei 14. Martij, dum fuit dictum, vt haberetur ratio deductorū in ea positione arbitrio Dominorū, quod arbitriū aliquid de rigore probationis remittere deberet, ideo cum agatur de vnica scriptura, & non de pluribus, & hæc posterior concordet cum producta de anno 1541. de verbo ad verbū, nec vnquam transierit ad extraneos, sed semper penes successores Notarii rogati permanserit, & certum sit, Petrum Paulū de Veccijs decessisse cum testamento, & contenta in hac scriptura fuisse obseruata, dum testator constituit tutorem filijs suis Marcum Vecciam, qui vti tutor testamentarius tutelam suscepit, & exercuit, vsque de anno 1533. interponendo auctoritatem suam alienationi bonorum pro soluēda dote Iuliæ de Vecciis, sicuti de pluralitate non erat præsumendum, vt dicit Neuiz. consilio vigesimo quarto, numero 14. ita attestatio Correctorum deseruire deberet ad firmandum, quod hæc scriptura fuerit reperta inter authenticas Notarij rogati. Ad prædicta namque fuit etiam responsum, quod semper videtur obstare exceptio identitatis scripturæ, & loci, in quo fuerit reperta, quorum probatio non debet esse leuis, sed certa, & concludens, cum agatur de maximo præiudicio, & in iudicio vendicationis bonorum fideicommisso subiectorum, maxime, quia obseruantia non est indubitata, cum in multis non probetur obseruata, maxime in relicto facto Beatæ Mariæ de Pace pro tribus Missis in perpetuum dicendis, & in legato pro maritandis Virginibus. Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Asten. Fructuum. Lunæ 19. Ianuarij 1615.*

### ARGVMENTVM.

Præsentia & residentia Præpositi probatur ex libro Capituli, & ex alijs, de quib. in decisione.

#### SVMMARIVM.

*Libro Capituli circa interessentiam, & residentiam Capitularium creditur. nu. 1.*
*Residere de iure quis præsumitur. nu. 1.*
*Præsens ibi fuisse quis præsumitur, vbi habuit domicilium, num. 1.*

### DECISIO DCXXIX.

1 Domini censuerunt, probari præsentiam, & interessentiam Præpositi a mense Maij 1608. vsque, & per totũ mensem Maij 1609. iuxta fidem extractam ex libro Capitulari ad istum effectum confecto, in quo reperitur seriatim, & distincte adnotatum, quoties, & quando de dicto tempore d. Præpositus diuinis interfuerit, prout, & sunt ceteri, qui interfuerunt, cui quidẽ libro in hac materia standum videtur. Anchar. conf. 44. nu. 5. Felin. in c. ad audientiam. nu. 16. de præscrip. Aym. de antiq. tempor. c. 8. §. quid in libro. nu. 1. & 6. Caputaqu. decis. 158. lib. 2. præsertim cum de iure præsumatur in Ecclesia resedisse, quia ad illud tenetur. c. quia nonnulli. c. côquerẽte. de cler. non resid. Oldr. cons. 198. sub nu. 8. Aym. cons. 88. sub nu. 18. Seraphin. decis. 371. nu. 5. par. 1. quæ præsumptio facilius procedit in casu nostro, ex quo constat, tam per testes, quam per plures actus iudiciales per Præpositum gestos, illum de dicto tempore habuisse domicilium in Ciuitate Asten. ibique permansisse ad tradita per Menoch. præsumptio. 19. num. 4. lib. 6. Rot. diuers. decis. 420. num. 1. par. 1. Ex quibus sic fuit resolutum, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Romana Palatij. Lunæ 19. Ianuarij 1615.*

### ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum pro maiori summa eius, quod debetur, & sic partim ex falsa causa debiti, & partim ex vera, in totum est nullũ, prout etiam nulla est subhastatio, & deliberatio inde subsequuta.

#### SVMMARIVM.

*Mandatum de manutenendo dandũ est illi, qui possidens, & absens non habuit se pro spoliato. nu. 1. & 2.*
*Exequutio mandati executiui relaxata pro maiori summa ea, quæ debetur, & sic partim ex vera, & partim ex falsa causa debiti, in totum est nulla. nu. 3.*
*Subhastatio, & deliberatio facta vigore exequutionis nulla, tanquam proueniens a radice infecta, & illa nulla est. num. 3.*

### DECISIO DCXXX.

1 Possessio Illustrissimi D. Alæ Archiepiscopi Vrbini Palatij ad montem Iordanũ non fuit controuersa ante exequutum mandatum, de quo infra, nec controuerti potuit, cum notorium sit dictũ Palatium alias per eundem D. Archiepiscopum tunc Vrbis Gubernatorem, iure inquilinatus fuisse retractum, & ad eius vitã emptum a D. Iulio Magolotto, posteaque vsque ad eius discessum ab Vrbe inhabitatum, & exinde locatum Illustriss. D. moderno Gubernatori, cum pensionum solutione, & perceptione. Ex quibus indubitata visa fuit dicta possessio, quæ etiam iustificatur ex mãdato executiuo de quo infra, super dicto Palatio exec. Et ideo fuit eidem D. Archiepiscopo concessa manutentio, cum non deposuerit animũ possidendi, nec se habuerit pro spoliato, Put. decis. 409. in fi. li. 2. in nouiss. Card. Seraph. decis. 1041. n. 3.

2 Nec dicta possessione priuatus fuit D. Archiepiscopus ex subhastatione, & deliberatione Palatij ad instantiam DD. de Donis, pro eorum prætenso credito pecuniario, & in vim mandati, executiui relaxati, pro summa Scut. 3966. cum possessione pro D. Magalotto capta. Nam d. mandatum exequutum fuit ad fauorem DD. de Donis relaxatum 10. Aprilis 1612. pro summa Scut. 3966. monetæ pro sorte, & cambijs, & post illud exactæ fuerunt infrascriptæ sũmæ per DD. de Donis, videlicet a Do. Gubernatore Inquilino in duabus partitis pro pensione Scut. 482. monetæ, & a DD. fratribus eiusdẽ Do. Archiepiscopi, lib. 645. 23. Martij 1613. vt ex partitis extractis ex libris DD. de Donis in Summario Archiepiscopi num. 6. Quæ lib. 645. fuerunt remissæ DD. de Donis, ex Ciuitate Cremonæ per Horatium Morengũ eorum respõsalem in vim concordiæ inter eum nõie dd. de Donis ex vna, & fratres eiusdẽ D. Archiepiscopi ex alia initæ contẽplatione dicti D. Archiepiscopi 24. Nouẽb. 1612. in eius Summario. nu. 4. Et nihilominus nulla habita ratione, nec diminutione dd. Summarũ dictum mãdatum exequutũ fuit pro tota summa Scut. 3966. pro qua fuerat relaxatum de anno 1612. exequutũ super d. Palatio, quod fuit captũ in pignus sub diẽ 22. Martij 1614. Summario Magalotti nu. 10. & 27. Ianuarij 1614. factum decretum de cõsignando d. Summario nu. 8. & 8. Februarij de deliberando ibidem nume. 9. prout secutum fuit, vt ibidem, nu 10.

3 Vnde dd. Decreta tanquã excessiua, & partim ex vera, & partim ex falsa causa debiti facta fuerũt in totum nulla ad tex. in l. si nõ sortẽ. §. si centũ, ff. de cõdi. indeb. vbi Bart. nu. 6. Bal. & Castr. nu. 2. Ias. nu. 1. & 2. Flor. de S. Petro. in l. in hoc iudicio, n. 4. ff fam. ercis. Bal. in l. certi condictio. §. quoniam, nu. 8. ver. secundus si iudex. ff. si certum pet. & ibi Socin. nu. 29. cum seqq. Dec. nume. 4. Raph. cum an. in l. iuste possidet. nu. 2. in fin. & num. 3. ff. de acquir. possess. & ibi Alex.

Alex.nu.20.Roman.in l.si is ad quem.nu.8.ff.de acquir.hære.& in l.1.§.pen. num.36. ff.de verb. oblig. Fulgos.conf.137.col.2.in princi. verſ.circa primum, cum alijs per Tiraq.de retrac.lignag.§.23.gl.1.n.23. & cõſequenter ſubhaſtatio, ac deliberatio ſubſecutæ a radice infecta profectæ nullæ fuerunt ex prææallegatis,& dixit,Rota coram bo.me.Iuſto in Romana Spolij bonorum. 11.Februarij 1606. & coram me in Romana Spolij 9.Maij præteriti.

4 Quæ nullitas ſufficere viſa fuit DD. prætermiſſis alijs, quæ dicebantur ſuper nullitate liquidationis Cambiorũ ex eo, quod licet electa fuiſſet via iudicialis, peritus tamen non retulit in actis, nec cum iuramento,nec vidit literas, aut libros, ſed ſtetit ſimplici informationi Procuratoris DD.de Donis, vt ipſe aſſerit in relatione, quam facere dixit, ſine præiudicio ambarum partium, & nihilominus fuerat oppoſitũ, & proteſtatum in actis pro parte D. Archiepiſcopi, quod non poterat deueniri ad aliquam relaxationem mandati, attento quod agebatur ſuper cambijs, quæ adhuc liquidata non fuerant, vel quatenus appareret de aliqua liquidatione facta erat per aſſertum peritũ partis aduerſæ, in quem d. Archiepiſcopus non conſenſerat,vt ex fide data. Ex quibus fuit ita cõclusum.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Ferrarien. Bonorum. Lunæ 19.Iuanuarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Eccleſiaſticorum bonorum alienatio non valet etiam in vtilitatem Eccleſiæ, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, & quid ſi bona alienata ſint incognita,& incerta,vel difficilis recuperationis, Gratiaque ſi in euidentem &c. nulliter exequuta amplius exequutioni mandari non poteſt.

### SVMMARIVM.

*Eccleſiæ bonorum alienatio interdicta eſt etiam in vtilitatem Eccleſiæ ſine ſpeciali Summi Pontificis licentia. numero 1.*

*Eccleſiæ bona quæ ſunt difficilis recuperationis poſſunt inconſulto Summo Pontifice alienari, quod an verum ſit,& quando,nu.3.& ſeqq.*

*Eccleſiæ bonorum alienatio licitè poſſunt ab Epiſcopo alienari inconſulto Summo Pontifice, quando ſunt penitus incerta,& incognita,quod an verum ſit,& quando. num.3.& ſeqq.& num.4. Vbi etiam quando talia bona dicantur incerta,& incognita.*

*Spes vendi,& in contractum deduci poteſt.nu.4.*

*Decimas Epiſcopus ſine Apoſtolica licentia nullo pacto in Laicum transferre poteſt.nu. 6. Vbi etiam,an & quando laici ſint capaces fructuum decimarum.*

*Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis. nu.7.*

*Contractus alienationis plurium bonorum, & iurium dicitur indiuiduus, quando factus eſt ſub vnico pretio,& ſub vnica reſponſione inter eaſdem perſonas. nu.7.*

*Indiuiduus contractus in parte nullus, in totum reputatur nullus.nu 7.*

*Iudicis delegati iuriſdictio expirat per ſententiam datam.nu.8.& ſeqq.*

*Gratia ſi in euidẽtẽ &c. nulliter exequuta, non poteſt amplius exequutioni mandari.num.8.& ſeqq. An vero ſit neceſſaria noua gratia, & nouum reſcriptum. numero. 8.& ſeqq.*

## DECISIO DCXXXI.

1 CVm iam Dominis viſum fuiſſet ſatis ſuperq; conſtare, Executores Apoſtolicos nulliter, & nõ ſeruata forma reſcripti confirmaſſe alienationem factam per bo. me. Epiſcopũ Ferrarien. in fauorem D. Marchionis Gualenghi, quoniã in ea legebatur reſeruatum beneplacitum Apoſtolicũ cum clauſula (quatenus eo opus eſſet) dubitaui, an de neceſſitate requirebatur confirmatio Sedis Apoſtolicæ, & quatenus ad validitatem dictæ alienationis eſſet neceſſaria vtrum gratia ſi in euidentem nulliter exequuta poſſet hodie denuo executioni demandari. Domini reſpondendo primæ parti dubij, vnanimiter affirmatiuam ſunt amplexi, eo maxime innixi fundamento,quia ſine vlla diſtinctione interdicta eſt Eccleſiaſticis patrimonij Eccleſiæ alienatio, ſiue intret Eccleſiæ vtilitas, ſiue non, ſine ſpeciali Summi Pontificis licentia,per Extrauag.ambitioſæ. de reb.eccl. non alien. Creſc.deciſ.3.n.4.de iureiu. Fuſe Rodoan. de reb.eccleſ. non alie.rubr.28.caſu 8.nu.19.fuitque ſæpius dictum.

2 Idque tanto magis,quia non ſolum bona reperiuntur alienata,ſed etiam infeudatæ decimæ, quarũ omnino laici ſunt incapaces.c. quãuis.de decim.Can.1. 16.q.7.cum ſint diuina conſtitutione debitæ, c.tua, de decim.c.cauſam quæ.de præſcr.& tributa egenriũ animarum,quarum cura penes clericos reſidet, Can. decimę.16.q.1.vnde eas laici ſine ſacrilegio, & peccato poſſidere, & retinere non poſſunt,c.dudum,31.de decim.Can.peruenit,1.q.3. etiam ſi interueniat conſenſus Epiſcopi,& Capituli.c.17.eod.tit.

3 Nec obſtare viſum fuit,quod prætenditur,potuiſſe licite Epiſcopũ Ferrarien. alienare hæc bona, quæ erant penitus incognita,& incerta, cum etiam inconſulto Summo Pontifice poſſint alienari bona certa difficilis recuperationis lege appoſita, vt laicus expẽſis, & periculo ſuo eas recuperet non obſtante iuramento a prælato præſtito,per text.in c.2. de feud.vbi Abb. cæterique Canoniſtæ, Iaſ.conſ.11.nu.16.li.3. Caſtr.cõſ.260. vol. 2. quod etiam ad infeudationem decimarum extendere videtur, Bero.in c.1.num.42. de reb.eccleſ.non alien.

4 Huic obiectioni reſponderunt tribus modis Domini,& primo non ſubſiſtere illa bona fuiſſe penitus incognita,

cognita, nam (vltra quod de eo nisi ex sola contrahẽtium enunciatione qui non potuerunt Ecclesiæ præiudicare non constat) certum est, licet res illæ quo ad earum specificam circumspectionem non essent Ecclesiæ cognitæ, tamen quia ius decimas, & bona percipiendi erat certum, & penes Ecclesiam radicatum, cum procedere deberet ab Ecclesia, & loca, Villæ, & Castra essent specificata, in quibus ius competebat Ecclesiæ, non dici potest hæc bona penitus fuisse incognita cum etiam, ius quod alicui in spe, licet non adsit de præsenti dicatur competere, quia spes vendi, & in contractum deduci potest. l. nec emptio. ff. de contrahẽ. emptio. l. in diem. §. non autem. ff. de aqu pluuia arcen. l. spem. C. de donat. & ibi glo. cum alijs cumulatis per Tiraq. ad leg. connub. glo. 2. num. 38. & seqq.

5 Secundo responsum fuit non applicari dispositionem text. in d. cap. 2. de feud. & doctr. alleg. loquuntur enim de bonis, quæ solita sunt ab antiquo in emphyteusim, aut feudum dari ab Ecclesia, & propter laicorum potentiam difficilime recuperari possunt, secus autem in hoc casu dicendum est, cum non reuocetur in dubium nunquam hæc bona prius infeudata, aut infeudari solita, vnde necessario requirebatur beneplacitum Apostolicum, vt optime interpretatur Abb. in d. c. 2. de feud. vbi ita Ioan. Andr. consuluisse refert.

6 Responderunt denique Domini, & in hoc omnes conuenerunt, cum in alienatione huiusmodi comprehensæ fuerint decimæ, quas nullo iure potuit Episcopus sine Sedis Apostolicæ licentia in laicũ transferre propter ipsius laici incapacitatem d. ca. causam quæ. de præscript. vt fuit superius dictum, & fusius in causa Mediolanen. Rescissionis Permutationis. 21. Maij 1597. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio. in qua optime probatur huiusmodi concessionem non posse intelligi de fructibus decimarum, quorum laici sunt capaces, quia illos Marchio non percipit de manu Episcopi, sed propria authoritate de manibus colonorum, quod est ius spirituale, vt per Abb. in c. literis. num. 2. de iureiur. cum multis alijs doctissime adductis in dicta decisione, quæ præponderant authoritati. Bero. qui dubitatiue, & non affirmatiue loquutus est, & nihil allegauit.

7 Nec obstat, quod dici posset saltem subsistere alienationem quo ad alia bona, si solummodo irrita sit ex capite infeudationis decimarum, nam vltra superius deducta placuit responsio in indiuiduis, vt in hoc casu, vtile per inutile vitiari. arg. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqu. quotid. & æstiu. Bar. in l. Græce. §. illud. num. 3. de fideiuss. Alex. consil. 143. nume. 3. lib. 7. licet enim hæc alienatio plura bona, & iura contineat, tamen cum facta sit sub vnico pretio, & sub vnica responsione inter easdem personas ex tacita mente contrahentium censeri debet indiuidua. l. Pedius. ff. de arbitr. Alciat. in l. 1. §. sed, & si mihi. num. 16. de verb. oblig. vnde necessario inferendum est, dum agitur de eius inualiditate, dici vnicam alienationem, ita vt vna parte annullata in omnibus nulla, & irrita censeri debeat. l. cum eiusdem. ff. de ædil. edict. Bart. in l. scire debemus. num 4. de verb. oblig. cum aliis cumulatis in d. Mediolanen. coram d. Cardinale Pamphilio die 28. Maij 1599. vbi in indiuiduo hæc quæstio deciditur.

8 Quo ad secundam partem dubij Domini censuerunt non posse gratiam si in euidentem nulliter executam, denuo executioni demandari, quia post sententiam semel etiam nulliter latam, tam Pontificio, quã Cæsareo iure iudicis delegati expirat iurisdictio. l. si vt proponis. C. quomod. & quan. iud. l. iudex postea quam, & ibi glo. ff. de re iudic. c. in literis. c. significantibus. & c. venerabili. de offic. deleg. & in terminis de executione literarum Apostolicarum tradit Archid. in c. si cui. in verb. contradictor. de præben. in 6. Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone. nume. 61. de verb. significat. cum multis cumulatis in decisione Casalen. Canonicatus, 22. Iunij 1605. coram Reuerendissimo Attrebaten.

9 In quam sententiam eo libentius iuerũt Domini, quia nullo vnquam tempore Ecclesia patrimonium Ecclesiasticum nulliter alienatum recuperaret, si occupatores possent quandocumque (si nunquam executorum expiraret iurisdictio) petere, vt ad nouã executionem tanquam re integra procederetur, ex quo omnis spes in posterum Ecclesiæ dicta bona perperã alienata repetendi auferretur.

10 Nec obstant ea, quæ pro D. Marchione adducuntur, scilicet processum nullum non consumere gratiã iam perfectam, per verbum fiat, cum conditio apposita rescripto si in euidentem Ecclesiæ vtilitatem nondum probata non extinguat penitus gratiam quin sit in rerum natura, quæ per consensum contrahentium, & Papæ authoritatem dicitur perfici, quia dicta conditio si in euidentem, posset hodie in causa appellationis in Rota probari, quæ vigore Clem. auditor. de rescript. subrogata est in locum primi Executoris, & sic eorum, quæ coram primo iudice probari non potuerunt, poterit admitti probatio coram iudice appellationis, & coram ipso non deducta deduci ex vulg. Nam quicquid sit, an versemur in gradu appellationis ex quo non constat, quod vnquam fuerit appellatum, placuit Dominis responsio data, Iudicem appellationis debere cognoscere de iustitia, vel iniustitia executionis, & ad huiusmodi effectum posse admittere etiam nouas probationes, sed post executionem nulliter factam, non ideo poterit procedere ad nouam executionem, cum facultas exequendi sit penitus extincta, ex supradictis.

11 Deinde quidquid sit verum per huiusmodi executionem nullam consensus Episcopi Ferrarien. tunc præstitus fuerit consumptus, verissimum tamen est omnimodam iurisdictionem penitus extinctam, ita vt nullus hodie possit sine nouo rescripto, & beneplacito Apostolico conditionem illam si in euidentem rescripto appositam verificare, nec enim possunt

id facere Executores in literis Delegati, quia per sententiam nulliter latam omnē à se iurisdictionem abdicarunt ex supradictis, nec poterit Rota, quę nullum habet mandatum de confirmando de nouo exequi, sed debet secundum formā suæ iurisdictionis cognoscere de validitate, aut inualiditate executionis factę per iudices delegatos, & ita nō potest applicari dispositio Clem. auditor. quæ procedere posset, si executor datus in dictis literis nondum processisset ad confirmationem dictæ alienationis, & ante illā causa fuisset deuoluta ad Rotam, quæ vigore d. Clemen. esset subrogata loco executoris, sed postquam expirauit & consumpta fuit illa authoritas, nihil superest in quo Rota possit succedere loco illius executoris. Et ita vtraque parte informante fuit dictum.

R. P. D. VEROSPIO.

*Placentina Parochialis de Malpartida. Veneris 23. Ianuarij. 1615.*

ARGVMENTVM.

Episcopus an; & quando excusetur a negligentia, & mora non conferendi beneficium, ex eo, quod Capitulum Sede vacante alium nominauit cum præfixione termini ad impetrandum Apostolicam prouisionem.

*SVMMARIVM.*

*Episcopus non dicitur in mora conferendi beneficium, quando nominatus a Capitulo habuit terminum quatuor mensium ad impetrandam prouisionem Apostolicam, cum teneretur expectare rei euentum. nu. 1.*

*Quasi possessio conferendi beneficia, & nominandi probatur ex prouisionibus Apostolicis. nu. 2.*

*Impeditus quando teneatur probare adhibuisse diligentiam remouendi impedimentum, & illud remouere non potuisse. nu. 3.*

*Assertioni alicuius in his, quæ ab animo dependent, standum est. nu. 3.*

*Concursum faciendi ius iurisdictionis est. nu. 4.*

*Capitulum Sede vacante potest omnia facere, quæ iurisdictionis sunt. nu. 4.*

*Causa probabilis etiam ex dubio iuris errore causata, excusat a mora. num. 4.*

DECISIO DCXXXII.

1 Post multam in ista causa disceptationem, facto de mandato Dominorum per me discursu, fuit tandem in vltima eiusdem dubij propositione decisum, ob Capituli nominationem ad fauorem Ludouici de Mēdoza, Episcopali Sede vacante factam, Episcopum dici potuisse impeditum, cum enim d. Ludouicus esset à Capitulo nominatus, cum præfixione termini quatuor mensium ad prouisionē Apostolicam impetrandam, vtique dicebatur impeditus Episcopus, qui rei debebat euentum expectare, postquam ad Principis Consistorium illa fuerat remissa. Lancellot. de attentat. relat. pend. cap. 8. nu. 5. Federic. de Senis consil. 232. nume. 1. vers. in contrarium. Lap. alleg. 78. num. 13. vers. sed negligens. Et sic dici non poterat negligens. Federic. d. consil. 232. & fuit dictum in causa Aretina Cappellaniæ. 1. Iunij 1611. coram Illustriss. Lancellot. ne præsertim huius Parochialis collatio deuolueretur, cap. 2. & cap. quia diuersitatem, de concess. præben. c. licet. de supplen. negl. prӕl. Rebu. in prax. tit. de deuol. nu. 56. in fine.

2 Præterea cum esset in quasi possessione Capituli, ad similes Parochiales nominandi, vt constat ex prouisionibus Apostolicis datis, habuit Episcopus, durante remissionis termino, iustam dubitandi causam, ne ad se collatio pertineret, & sic nō fuit in mora. l. 2. & 4. ff. de in ius voc. l. 2. ff. si quis caut. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, ff. ex quibus causis maior. Bero. consil. 88. num. 36. libro primo. Ex quibus, & aliis deductis in discursu patet, Episcopum excusatum fuisse, cum præsertim non amara sit interpretatio facienda, vt quis dicatur in mora cōstitutus. iuxta glos. in c. si clericus, in verbo, negligenter, de præben. in 6. Et tanto magis id procedit in casu nostro, vbi de spacio solum octo dierum agitur.

3 Non obstat, quod Episcopus non docuerit se conferre voluisse, nec oēm adhibuisse diligentiam, vt impedimentum remoueretur, cum enim ille deberet expectare, num Sanctiss. intra quatuor menses de hac Parochiali prouideret, nihil horum erat necessariū. Feli. in c. ex transmissa. n. 2. vers. quæ omnia. de præscr. Boer. decis. 40. nu. 7. Rimin. sen. cons. 20. nu. 27. lib. 1. Dec. cons. 498. nu. 23. Ruin. cons. 12. sub nu. 8. li. 5. Bero. cons. 88. n. 36. li. 1. Vltra quod idem Episcopus, vt ex eius depositione cōstat, habita notitia vacationis Parochialis semper habuit animū illam conferendi, cuī assertioni standum videtur, tanquam de re in animo existēte, glos. in c. significasti. il 1. in verbo, si ita est, & ibi Felin. nu. 2. de homici. Rom. cons. 398. nu. 5. Maxime quia talis voluntas requiritur solum ad effectū declarandi animum impediti, quo casu illam sufficit quocunque modo apparere. Alex. in l. 2. §. quod diximus. in fi. ff. si quis caut.

4 Non obst. Capitulum facere non potuisse tales nominationes, & remissiones ad Sedē Apostol. cum hæc spectent ad Vicarium ab ipso deputandum, vt Sacra Concilij Congregatio declarauit, & sic Episcopū excusari non posse. Nam vltra, quod ista Cōcilij declaratio nondum emanauerat, Cum tamen ius faciēdi concursum sit iurisdictionis, glos. in cap. dilectus. verbo de lege iurisdictionis. vbi DD. de offic. ord. Et Sede vacāte Capitulum omnia facere valeat, quæ sunt iurisdictionis, nisi expresse prohibita reperiantur, vt per Nauarr. consil. 44. nume. 1. de temp. ord. Gutier. Canon. quæst. 1. cap. 11. num. 10. Rebuff. in prax. tit. de deuol. numero 85. Pauin. de offic. & potest. Cap. Sede vacan. par. 1. quæstio. 1. numero 3. cum seqq. & quæst.

quæst.quinta,numer.secundo,vers.item regulariter. Rota decis.1.n.13.par.2.diuers.satis dicitur Episcopus, causam dubitandi probabilem habuisse, vel dubio iuris errore fuisse deceptus, vt excusetur à mora. Felin.in c.de quarta,num.27.de præscri. But.in cap. cum dilectus,de consuetud.Io.And.in c.1.de postul. præl.in 6,Alex.cons.214.nu.8.lib.6.Natt.cons.338. nu.10.Cephal.cons.807.nu.32.

5 Nec releuat Episcopum, reijciendo Ludouici nominationem a Capitulo factam, eam dixisse nullam, & inualidam, & sic illam fuisse talem non ignorasse. Quia per hoc ad scientiam de preterito non infertur, non enim pugnat, quod Episcopus antea conferre voluerit, & dubitauerit de ipsius facultate, postea vero causa mature cognita, dictam nominationẽ fuisse nullam censuerit,&c.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Calaguritana Decimarum. Veneris 23.Ianu. 1615.*

### ARGVMENTVM.

Omissio extensionis iuramenti testium an possit sanari per commissionem cum clausula arbitrio.

### *SVMMARIVM.*

*Arbitrium non intrat ad sanandam nullitatem examinis testium ex defectu iuramenti.numero 2. Vbi secus, quando agitur de remittenda tantummodo extensione iuramenti.*

*Iuramentum testis non de rigore, sed ex summa æquitate inductum videtur, cum ob iuramenti religionem testes deterreantur a falsi depositione.nu.2.*

*Arbitrium non intrat ad sanandam sententiam nullam ex defectu citationis ad sententiam, quia citatio videtur ex æquitate, non autem de rigore requisita. numero 2.*

*Testium examini consensisse dicitur pars dando interrogatoria num.3.*

*Iuramentum testium non probatur omnino ex verbis testis iuratus.nu.4.*

*Iuramentum testis in dubio præsumitur præcessisse. n.4. Vbi maxime concurrentibus verbis præcedentibus id suadentibus.*

### DECISIO DCXXXIII.

1 ITerum proposui dubium alias resolutum die 7. Nouemb. præteriti, & Domini steterunt in decisis. Cum enim in commissione sanatoria narratus fuerit solus defectus extensionis iuramenti, super quo rescriptum fuit per signaturam, vt adhiberetur fides testib. arbitrio Rotæ, Domini sub dicta die & hodie de nouo censuerunt, non obstante dicto defectu extensionis arbitrium intrare, nec crediderunt super alijs defectibus esse disputandum in præsenti dubio, tanquam in commissione sanatoria non expressis.

2 Et propterea ea multa quæ deducebantur super eo, quod non debet admitti arbitrium ad sanandum defectum omissionis iuramenti, quod non de rigore, sed ex summa æquitate inductum videtur, tanquã respiciens defensionem partis, contra quam iuratur, cum ob iuramenti religionem testes deterreantur à depositione falsi, vt in simili de omissione citationis ad sententiam, quod ob dictam rationem æquitatis clausula arbitrio circa eam nõ operetur, dictum fuit in Mantuana Bonorum 16. Decemb. 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Zamoren. Pecuniariæ 20. Martij 1609.coram me, tollebãtur vnica responsione, quod scilicet hic non agitur de remittendo iuramẽto ob dictam clausulam arbitrio, quod esset, si aperte constaret nullum præstitum esse iuramẽtum, sed agitur tantummodo de remittenda extensione iuramenti, cum non reperiatur extensum secundum stylum Curiæ, cum illa clausula tactis &c.

3 Et ex his DD.censebant cessare etiam aliud obiectum, quod scilicet ex datione interrogatoriorum nõ sit remissum iuramentum, quia hoc non prætenditur, sed solum, quod pars dando interrogatoria consenserit examini, et absque illo rigore extensionis iuramenti, qui seruatur de stylo, non poterat autem dici hic adesse totalem defectum iuramenti. Nam aliqui qui erant Sacerdotes iurarunt tacto pectore, aliquos vero Notarius attestabatur iurasse, coram ipso, vel apposuerat clausulas per iuramentum, quod præstitit, vel qui iurauit dicere veritatem, vnde non poterat dici quod adesset totalis defectus iuramenti, vt in alia decisione ponderatum fuit.

4 Nec etiam videtur obstare, quod depositiones horum testium videantur carere iuramento ex quo in fine examinis testes dicunt testificata esse vera per iuramentum, quod præstitum est. Nam respondetur, quod in initio examinis dicitur testis citatus, iuratus, & interrogatus, quæ verba licet non omnino probent, tamen aliquid faciunt ad effectum arbitrij, vt in decisione dicitur. Respondetur etiam, quod in dubio iuramentum testis intelligitur præcessisse. Ias. in l.admonendi.in secunda lectura.numero 230.Vbi dicit hoc esse indubitatum.ff.de iureiuran. Farinac. de testibus, quæstione septuagesima quarta, & sequ. & per illa verba præcedentia testis iuratus, vel qui iurauit dicere veritatem apposita ab initio, licet in fine subdatur dicta clausula testificata esse vera per iuramentum quod præstitit, satis videtur posse dici iuramentum præcessisse. Ex quibus, & alijs in prima decisione deductis, Domini noluerunt ab ea recedere, &c.

R. P. D. CAVALERIO.

*Pistorien. Beneficij. Veneris 23. Ianuarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Lis non dicitur extincta per desertionem causæ, nisi etiam subsequuta fuerit sententia, & lite pendente inter duos præsentatos non potest tertius presentari.

*SVMMARIVM.*

*Lite pendente inter duos præsentatos a patronis, tertius præsentari non potest.*

*Clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum, intelligitur de iure valido, & non de iure inualido. numero 1.*

*Lis non dicitur extincta per solam desertionem causæ, nisi etiam subsequuta fuerit sententia. numero 2. & numero 4.*

*Possidere beneficium non dicitur quis ex eo, quod acceperit possessionem domus dicti beneficij, nisi etiam ecclesiæ possessionem acceperit. nu. 3.*

DECISIO DCXXXIV.

1 FVndamẽtum principale decisionis, alias in hac causa factæ sub die 10. Ianuarij præteriti illud erat, quod Lazarus præsentatus a Patronis nullum ius ex tali præsentatione habebat, tanquam facta lite pendente, quia dispositio c. 1. vt lit. pend. in 6. habet locum etiam in præsentationibus. Calderin. consilio primo, eodem tit. Gemin. in eodem c. 1. Saruen. super reg. de subrog. quæstio. 13. vbi restatur de communi, & approbata a Rota suo tempore fuit dictum in Hispalen. Parochialis. de Arcoz 6. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, cum alijs in prima decisione allegat. Vnde sequebatur non fuisse necesse facere mentionem in gratia Andreæ de hac præsentatione, vti nulla, & inualida, nec ex eius non expressione fuisse inductam subreptionem, quia clausula, dummodo tempore datæ præsentium, non sit alteri ius quæsitum intelligitur de iure valido, & nõ de inualido. Sarnen. super reg. de public. qõ. 17. Fuit dictum in Ostunen. Cappellæ. 17. Nouembris 1600. coram bonæ memoriæ Iusto. Ex quibus concludebatur, sententiam Vicarij fundatam in hac falsa causa esse reuocandam.

2 Verum cum Billus non acquiesceret, opponendo litem fuisse extinctam, quia Laurentius post præsentationes factas a Patronis de persona sua, & Petri, fuerat institutus, & immissus in possessionem Parochialis, de qua agitur, a quibus actibus, licet Petrus, appellasset, tamen ob non prosequutam appellationem, & non prorogata fatalia, causa remansit deserta, & sic lis erat extincta, & consequenter præsentatio Lazari Billi non erat nulla, & attentata. Ideo iterum proposui dubium, alias resolutum sub die 23. Iunij præteriti, & Domini steterunt in decisis, quia ea, quæ allegabantur de institutione, & possessione Laurentij, non iustificabantur in facto, nec lis poterat dici extincta per solam desertionem, nisi subsequuta etiam sententia. Rota decisione decima, numer. tertio, vt lit. pend. in nou. Fuit dictum in Salamantina Cappellaniæ del Vote 5. Iulij 1593. coram bo. mem. Card. Pamphilio.

3 Sed neque pars acquieuit secundæ decisioni, contra quam opponebat iustificari institutionem, & immissionem Laurentii ex actibus, qui dati fuerunt, & iterum replicabatur, quod alias dictum fuerat, non fuisse prorogata fatalia, & talem institutionem transisse in iudicatum. Authen. ei qui. C. de temp. appell. Clement. si appellationem. de appellat. Dec. consilio 436. numero primo, & vigesimo. Vnde, vt Billo satisfacerem, tertio proposui causam in Rota, & Domini steterunt in decisis. Nam ad prætensam possessionem probandam, non dabatur instrumentum illius adeptionis, sed tantũmodo fides cuiusdam actus immissionis Laurentij factæ a duobus ministris Curiæ Episcopalis, quorum vnus dicebatur Missus, seu Nuncius, alter vero Famulus Baroncelli Pistorien. sine interuentu Notarij, aut alicuius personæ Ecclesiæ in dicta traditione possessionis. Præterea fuit capta possessio domus tantum, non autem Ecclesiæ, vel Beneficij. Vnde non suffragabatur ad tradit. per Nat. consilio quingentesimo sexagesimo secundo, numero decimo quinto. Paris. consilio vigesimo quarto, numero sexto, & sequentib. Fuit dictum in Romana Cappellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ. 24. Februarij 1576. coram bonæ memoriæ Lauretano relata inter impress. diuers. 19. part. secunda, numero vndecimo. Quibus accedebat, quod idem Laurentius respõdendo positionibus Bisconti j dixit, se non credere possidere, sed iuisse ad d. Ecclesiam vti Cappellanum, & non vti Rectorem, & nunquam fuisse adeptum possessionem.

4 Quo vero ad desertionem vltra responsiones alias datas in decisione, quod super ea requirebatur sentẽtia. Bart. in l. eos. num. 8. & ibi Bal. num. 5. vers. & adde, quod dixi. C. de appell. Card. Seraph. decis. 564. nu. 9. cum alijs in decisione vltima adductis. Respondebatur etiam constare ex actis fuisse pluries prorogata fatalia. Ex quibus concludebatur, litem non fuisse extinctam de tempore factæ præsentationis Lazari, & ideo talem præsentationem fuisse nullam, & inualidam, & propterea Andream non fuisse obligatum in sua gratia facere mentionem de tali præsentatione nulla, facta lite pendente, & consequitur sententiam Vicarij esse infirmandam ex falsa causa, in qua fundatur, & sic standum in decisis, &c.

R. P. D.

REV. P. D. BVRATTO.

*Palentina Cappellaniæ. Lunæ 26. Ianuarij 1615.*

ARGVMENTVM.

De progenie non dicuntur descendentes ex feminis, sed solum ex masculis, vocatusque ad Ius patronatus cum onere celebrandi Missas, non est necesse, quod sit sacerdos, sed sufficit, quod per alium celebrare faciat.

*SVMMARIVM.*

*Progeniei appellatione veniunt descẽdẽtes ex masculis, non autem ex femina. num.* 1.

*Præsentandus ad Ius patronatus vbi tenetur celebrare Missas, non est necesse, quod sit sacerdos, sed sufficit, quod per alium celebrare faciat. num.* 2. 3. & 4.

*Restitutio in integrum aduersus sententias datur ex capite iniustitiæ etiam non notoriæ. num.* 4.

DECISIO DCXXXV.

1 Andreas de Penilla per Ioãnem eius patrem Patronum Cappellaniæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Astudillo ad eam tunc vacantem præsentatus, veniebat præferendus Petro de Valbuena in illius prouisione, & collatione ex forma Testamenti Didaci d. Ioannis fratris, & Andreæ patrui fundatoris dictæ Cappellaniæ, qui enixe mandauit in testamento, quod clericus de sua progenie, & magis propinquus alteri præferretur. Talis enim est dictus Andreas, cum sit nepos ex fratre, & sic de progenie fundatoris, & ei propinquior, quam sit Petrus illius Aduersarius, qui vt dicunt testes in eius Summ. num. 4. est in tertio gradu affinitatis, & ideo cum a masculis non descendat de progenie dici non potest. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. personis. lit. A, vers. quid de verbo, progenie. ff. de iur. immun. Roman. in rubr. ff. ad S.C. Syll. nume. 5. Cassad. decis. vnic. de Iur. patr. num. 2. in fin. Surd. de aliment. titu. 1. q. 16. num. 3. & constat etiam de idoneitate Andreæ, cum tunc esset clericus, vt ex literis Ordinarij process. fol. 119. & ætatis ann. 16. vt ex fide baptismi d. Summ. num. 3.

2 Nec obstare dixerunt DD. quod cum fundator mandauerit in dicta Cappellania celebrari Missam diurnam pro mortuis, & etiam in die festiuitatis omnium Sanctorum, ideo Cappellanus, & sic præsentandus debeat esse Sacerdos, qui per se ipsum possit dictas Missas celebrare, iuxta cons. Barbat. 33. nume. 6. & 7. lib. 2. Dec. 129. numer. 5. & Rot. in vna Romana Cappellaniæ. 19. Martij 1586. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio cum allegatis per Gonzal. ad reg. 8. glo. 5. num. 73. Nam Rota sequitur contrariam opinionem, quod talis Cappellania personalem residentiam non requirat, sed sufficiat ibi diuina per aliũ celebrari, quæ fuit Lapi alleg. 35. nu. 2. & alleg. 117. nu. 2. vers. quod autem. qui loquitur in specie nostra, & Apostill. ad d. alleg. Lapi, quem refert, & sequitur Card. in c. de multa. §. fin. in fin. vers. 5. quæro. de præben. vt in decisionib. Romana Cappellaniæ. 23. Ianuarij 1589. coram eod. Card. Pamphilio, in qua recessum fuit a supradicta de anno 1586. & in Lucana Cappellaniæ. 12. Decembris 1593. coram bo. me. Gypsio, & in alijs relatis per Gonzal. vbi supra. nu. 74. & seq.

3 Et ideo nihil faciũt verba illa, sit ad illud idoneus, in quibus fiebat vis pro Valbuena, quasi fundator voluerit idoneitatem in præsentando pro celebratione Missarum. Quia vltra quod videntur referri ad seruitium, non ad celebrationem Missarum, cum non expresserit, quod esset idoneus ad celebrandum per se ipsum, dicitur idoneus etiam si per substitutum ex d. opinione Rotæ, vt in dicta Lucana coram Gipsio, in qua aderãt verba satis præcisa, nempe quod eligeretur Presbyter idoneus qui Missam celebraret, & similia etiam erant in dicta Romana, coram Cardin. Pamphilio. Quam opinionem cum sequatur etiam Sacra Illustrissimorum Concilij Triden. Interpretum Congregatio, vt in vna Pistorien. relata in dd. Decisionibus, & per Gonzal. loco citato, & in alia Parmen. nulla superest dubitatio.

4 Tanto magis, quia fundator non videtur respexisse ad personalitatem, nec voluisse arctare Cappellanum ad celebrandum Missam quotidianam, quia non legitur hoc expresse dispositum, sed solum, quod dicta Missa celebraretur, vt ibi, Quod celebretur Missa recitata qualibet die, & rursus, dum nominato Patro eius fratre, & eius descendentibus, subiunxit; Qui quidem Patronus habeat curam, quod deseruiatur in dicta Cappellania, & sic indefinite locutus est respiciendo effectum seruitij. Et propterea DD. dixerunt ex præmissis resultare notoriam iniustitiam duarum sententiarum in partibus ad fauorem Valbuenæ, & contra dictum Andream latarum, & consequenter constare de causis restitutionis in integrum, pro qua obtinenda sufficit quælibet iniustitia etiam non notoria. Rot. decis. 351. num. 5. par. 1. diuers. & apud Card. Seraph. decis. 251. num. 2. par. 1.

R. P. D. PAMPHILIO.

*Farsen. Pecuniariæ. Lunæ 26. Ianuarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Furtum commissum sine dolo, & culpa eius, qui pecunias exegit, cedit in damnum eius, cuius nomine pecuniæ fuerunt exactæ.

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

*Clausula parito iudicato dat iurisdictionem conditionalem.num.1.*

*Clausula parito iudicato præsupponit rem iudicatam.numero 1.*

*Appellatio ab excessiua taxatione conceditur a die habitæ notitiæ.num.1.*

*Agens nomine alterius non sibi,sed ei cuius nomine agit, acquirit.num.2.*

*Furtum commissum absque dolo, & culpa exactoris connumeratur inter casus fortuito.num.2.*

*Furtum cedit damno eius,cuius est dominium rei furatæ. num.2.*

*Emptum nomine alterius,eique consignatum, licet ex pecunijs alienis,dicitur quæsitum ei,cuius nomine fuit emptum.num.3.*

*Imputari ei non debet, qui adhibet omnem diligentiam, vt liberetur ab obligationem.num.4.*

*Furtum sine affectu furandi non committitur.num.5.*

*Debito in genere probato, quantitas iuramento probatur. num.6.*

## DECISIO DCXXXVI.

1 Domini steterunt in decisis,nempe sententiam Rotalem ad fauorem Iosephi latam esse confirmandam,quia de illius validitate, & iustitia satis visum fuit cõstare ex decisionibus in hac causa factis. Nec obstare,quod pro inualiditate dicebatur, quod causa restitutionis in integrum fuerit commissa cum clausula parito iudicato, quæ dat iurisdictionem conditionalem. Nam quo ad sortem principalem, & fructus census de paritione satis constat ex actis,vt fuit deductum in hac causa coram R. P. Domino meo Manzanedo. 21.Iunij 1610.& 10. Ianuarij 1611. Quantum vero ad expensas,placuit responsio, quod dicta clausula præsupponit rem iudicatam, quæ hic non adest, ne dum quia ab excessiua illarum taxatione fuit appellatum a die habitæ notitiæ,prout appellari potuit. Clem.appellanti.de appellat. Et tenuit Rota in causa Toletana Cappellæ. 14. Aprilis 1595.coram Illustrissimo Cardinale Mellino, & in alijs causis in dictis decis. relatis, sed etiam quia in huiusmodi taxatione vti facta post condemnationem, requirebatur citatio partis. Marant. in prax.par.6.c. de exeq.sub nume. 21.vers. & quid in taxatione, quæ tamen citatio hic defuit, vt probatur ex reuolutione processus in quo non legitur Dec.cons.483.numer.6. Rot.in causa Seuogallien. Syluæ coram Cotta, relat. inter impress.decis.62.num.2.par.1.diuers. Et in causa Zamoren. Pecuniariæ. 9. Decembris 1608. coram R.P.D.meo Caualerio,& alias sæpissime.

2 Quo vero ad iustitiam, pariter visum fuit cessare, quod dominium pecuniarum,quæ fuerunt furto sub tractæ esset penes Iosephum, qui pecunias exegerat, & penes ipsum retinebat, quia illas non exegit nomine proprio,sed nomine Communitatis,cui propterea dominium ipsarum acquisiuisse dicitur.l.1.§. item acquirimus.§.per Procuratorem, & ibi glos. & Doctor. ff. de acquir. possess. cum alijs adductis in istis terminis per Aym.cons.247.num.1.vers.sed præmissis non obstautibus.& per totum. Vnde cum furtum vti com missum absque culpa, & dolo ipsius Iosephi, connumeretur inter casus fortuitos.l.si quis furtum.§.Imperator.ff.locati.Menoch.cons.353.num.9.& seq.Honded.cons.90. num.10.lib.2. Illud cedere debet damno ipsius Communitatis,penes quam erat dominium pecuniarum.l.pignus.& ibi Doctor. C.de pignor.act. Gabr.de reb.cred.conclus.2.num.7.Non autem damno Iosephi,qui vti simplex exactor, & Officialis Communitatis pecunijs exactis nullo modo vti poterat, sed easdemmet pecunias exactas in specie custodire, & restituere debebat, vt per text.in l.1.& not. ibi per Bart. C.de aur.publ.persecut.libro 10. cum alijs allegat.tradit in terminis Paris.cons.156.num.27. lib.4. Dec.cons.453.num.6. & faciunt adducta in hac causa sub die 21.Iunij 1610. coram R.P. D. meo Manzanedo.

3 Neque releuare, quod pretium ex quo fuit emptũ frumentum,esset ipsius Iosephi, & aliorum qui cẽsum imposuerunt super eorum proprijs bonis,in quo licet postea Massarij Communitatis recognouerint bonã fidem,ipsi tamen non potuerint obligare Communitatem, præsertim non seruata forma Constitutionis fel.recordat. Clem.VIII. super bono regimine, quia vltra quod recognitio bonæ fidei a Massarijs fuit facta pro emendo frumento, & sic ex causa necessaria annonæ ex adductis,coram Reuerendissimo Domino Bononien.sub die 21.Aprilis 1603.Placuit etiam responsio, quod cum frumentum fuerit emptum pro Communitate illique fuerit & consignatum, dicitur quæsitum ipsi Communitati, licet fuerit emptum de pecunia aliena.l.3. & l.multum interest. C. si quis alter.vel sib.& tenuit Rota in causa Veneta census, coram Reuerendissimo D. Lugdunen. & coram me sub die 24.Februarij 1612. Vnde cum postea fuerit a Cõmunitate distributum particularibus habita fide de pretio, & huiusmodi pretium fuerit exactum a Iosepho nomine Communitatis, illud dicitur sub dominio ipsius Communitatis ex supradictis.

4 Minus obstare, quod Iosephus vellet pecunias exãctas ad Vrbem asportare pro extinguendo censu, & tamen Communitas instaret eas sibi consignari,quod Iosephus interpellatus facere recusauit, adeo vt non sine propria ipsius culpa Communitas postea mediãte arrestatione, & carceratione illum coegerit ad eas deponendas penes Gubernatorem. Fuit enim responsum,quod Iosephus,& alij de anno 1600.imposuerũt censum super eorum bonis, vt subuenirent Communitati,quæ tunc egebat frumẽto pro eius hominibus, a quibus cum postea fuerint pecuniæ recuperatæ bene potuit Iosephus saltem ex tacita conuentione pro sua liberatione adhibere omnem diligentiam,vt census extingueretur, ad l. si pro ea. C. mandati. Vltra quod

quod talem etiam post recuperationem fuisse mẽtem Cõmunitatis colligitur ex attestatione Antonij Ruffetti, qui tanquam caput Massariorum, & de ordine Syndici,& Procuratoris Communitatis ordinauit Iosepho,vt faceret disdictam Domini Census,alias fructus ei currerent. Ideoque non potest dici,quod Iosephus esset in culpa,seu mora,dum poterat se huiusmo di exceptione tueri.l.si quis solutioni.ff.de vsur. Surdus decis.179.num.15.

5 Placuit etiam alia responsio,quod in omnem euen tum,talis culpa, quatenus adesset, non potest dici ordinata ad furtum, a qua propterea tanto magis Iosephus visus fuit excusandus,iux.l.qui iniuriæ, & l. verum.la seconda.ff.de furt.cum similib.

6 De quantitate dd. pecuniarum, quod ascendat ad sum.Scut. 600. satis visum fuit constare ex eo, quia pro simili summa Iosephus fuit carceratus, & sic verisimiliter non fuisset a carceribus liberatus, nisi consignata integra summa debita,concurrentibus præsertim alijs coniecturis per Informantes deductis, ac iuramento in supplementum a Iosepho præstito, quod sufficit ad istum effectum. Dec.conf. 146. sub nu.14. vers.& in hoc proposito.Surd.conf.94.num.27.Et ita decisum,&c.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Perusina Ciuilitatis. Lunæ 26. Ianuarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Iura ciuilitatis a statuto certo modo concessa, nõ intelliguntur acquisita, nisi statuti dispositio perfecte sit adimpleta.

### SVMMARIVM.

*Statutum dictans certam formam esse adhibendam in examine testium cum clausula annullatiua,& irritanti, si præter illam formam testes sunt examinati,examen est nullum.num.1.*

*Actio vt instituatur bene contra Ciuitatem,debet dari copia libelli Prioribus.num.2.*

*Citatio personalis debet fieri in principio causæ. numero 2.*

*Citatio est necessaria ad videndum iurare testes, alias examen est nullum.num.2.*

*Dictio Per,significat perfectionem actus.num.3.*

## DECISIO DCXXXVII.

1 Contra sententiam de partibus fuit oppositũ de nullitate,& iniustitia,& ex vtroque capite Domini pro illius reuocatione responderunt,quo ad primam enim nullitas visa fuit ineuitabilis, cum statutum Perusinum sub rubr.136. lib.1. disponat depositiones testium in casu nostro esse recipiendas per collateralem, & Officiales Armarij, nec possunt alteri committi cum clausula annullatiua, & decreto irritanti. Vnde censetur electa industria dd. iudicum,de quibus statutum confidit,& sic cum examen fuerit factum per Notarium de commissione Officialium Armarij apparet de nullitate,ad notata per Verall.decis.267.par.2.& 136.par.3. Vltra quod soli Officiales Armarij dictum examen commiserũt absque collaterali potestatis,cum omnes isti iudices desiderentur a statuto.

2 Alia nullitas deprehendebatur,quia fuit actum cõtra Ciuitatem, non data copia libelli Prioribus eiusdem Ciuitatis,vt requiritur per statutum in rubr.46. lib.2. habens etiam decretum irritans, & declarans, quod in hoc casu Syndicus non possit se ingerere, nec censeatur habere mandatum. Vnde etiam videtur resultare nullitas ex defectu mandati, vltra quod videtur actum fuisse contra Gilienum, tanquam Syndicũ Ciuitatis non præcedente citatione personali necessaria in initio causæ.Clem.2.de re iud.Caputaq. decis. 117.par.1.Seraphin.decis.1276.nu.4. Vant. de nullit.ex defectu citat.num.83.in fine. Asin.in praxi. §. 6.c.1.numer.1.quia & opponitur defectus, citationis ad videndum iurare testes, ex quo examen redditur nullum.c.2.de testib.Rot.decis.64. numero 1.par.1. diuers.

3 Iniustitia autem deprehẽdi videbatur ex eo, quod sententia declaret Magnanos per continuam etiam familiarem habitationem in Ciuitate Perusiæ esse affectos veros Ciues illius,& iura,priuilegia,immunitatesque Ciuitatis Perusiæ acquisiuisse, & cum dictum statutum in rubr.136. lib.1. requirat ad hunc effectũ habitationem continuam per 30.annos,& sic illos cõpletos, ex dictione illa per, significanti perfectionem actus.l.vrbana prædia.§. pernoctare.ff. de verbor. signific.Roman.conf.301.nu.13. quæ perfectio d.temporis completi 30.annorum deest in casu nostro,cum ipsimet Actores dicant, se venisse Perusium in initio anni 1584. & sententia emanauit circa finem anni 1613. & sic per aliquos dies videatur non fuisse perfecte completum tempus dictorum 30.annorum.

## REVER. P. D. PAMPHILIO.

*Romana Hæreditatis de Gabriellis. Lunæ 26. Ianuarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis præsumitur, quando plures fratres iure dominij vltra eorum portiones rem possident, & qualiter quis dicatur hæreditatem adire.

SVM-

SVMMARIVM.

*Hæreditatis aditio probatur ex locatione rerum hæreditariarum,& fructuum perceptione.num.1.*
*Possessio bonorum hæreditariorum præsumitur ex causa aditionis,nisi probetur contrarium.num.1.*
*Possessio plurium in communi,non arguit hæreditatis aditionem.num.2.*
*Possessio plurium fratrum iure dominij in totum, vel vltra eorum portionem,facit,quod præsumatur aditio.numero 2.*
*Aditio præsumitur ex possessione, quando alias esset inconueniens,quod quis iniuste possideret.num.2.*
*Aditio hæreditatis præsumitur, quando vltra legitimam aliquid retinetur.num.3.*
*Aditio sub conditione facta non est aditio.num.4.*
*Actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem. num.4.*
*Adiens hæreditatem sub conditione si aliquid in hæreditate est,non repudiat.num.4.*
*Hæreditatem dicitur adire, qui soluit debita hæreditaria.num.5.*

DECISIO DCXXXVIII.

1 PLuries proposui dubium sub die 9. Decembris 1614. in decisione reseruatum. An scilicet constet, Dominos Marium, Iulium, & Octauium adiuisse hæreditatem Dominorum Angeli, Hieronymi,& Aeneæ fratrum, quod supradicta die 26. Ianuarij fuit affirmatiue resolutum, nempe constare de aditione,quia ex ijs,quæ in facto deducuntur,satis appa ret, quod Marius,& alij bona, quæ supradicti fratres prædefuncti de tempore obitus possidebant,vti domini locarunt,& eorum fructus vendiderunt. §. pro hærede. Instit. de hæred. qualit. & differ. Bart. in l. gerit. num. 20. vers. si vero non poterat. ff. de acquirend. hæred. Aret. cons. 136. in princ. Alex. cons. 13. numer. 1. lib. 3. cum alijs adductis in causa Romana Census de Carduccijs. 26. Octobris 1600. coram Reuerendissimo Bononien. quod etiam comprobatur ex eo, quia Marcellus auctor Domini Octauij in libello, cuius copia data fuit, fatetur, quod Marius, & alij supradictorum fratrum prædefunctorum bona, possederāt, quia propterea nisi probentur, quod alio iure, & animo possederunt, in dubio adiuisse præsumuntur. Baldus in l. pro hærede. in princ. ff. de acquiren. hæred. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. libro 12. tit. 12. numero 8. & tenuit Rota in dicta Romana Census, de Carduccijs.

2 Nec placuit, quod omnes supradicti fratres viuerent in communi, & superstites continuauerint possidere bona prædefunctorum iure communionis, quo casu ex possessione non præsumitur aditio. Ang. cons. 173. per tot. cum alijs allegatis. Quia fuit responsum id procedere, dummodo fratres superstites pro parte sua tantum possideant, non autem quando tanquam Domini rem communem in totum, vel vltrā eorum portionem possident, prout in casu isto l. duo fratres. & ibi glos. ff. de acquiren. hæredit. Bald. consilio 272. numero 2. vers. tertia ratio. libro 3. Aym. consilio 33. numero 14. Tanto magis, quia bona, de quibus agitur, poterant pro parte possideri. Bartol. in dicta l. gerit. numero 27. ff. de acquiren. hæredit. & si fratres superstites noluissent esse hæredes, bona spectabant ab intestato ad Marcellum fratrem illegitimum, quo casu eo facilius supradicti fratres possessionem præsumuntur adiuisse, ne alias dicantur aliena bona iniuste retinuisse. Bartol. in dicta l. gerit. numero 20. ff. de acquir. hæredit. Anchar. cons. 252. num. 3. vers. ad huius decisionem.

3 Tollitur etiam, quod supradicti fratres potuerint illa possidere ex fideicommisso paterno, quia cum possederint etiam legitimam, quam fratres prædefuncti habebant liberam ab onere fideicommissi, sequitur omnino dicendum, quod adiuerint ex supradictis, & faciunt deducta in supradicta Romana Census de Carduccijs.

4 Minus refragantur, quod supradicti fratres interrogati in iudicio, an vellent esse hæredes, responderint per verba conditionalia sunt, & volunt esse hæredes, si aliqua bona habeant, quæ non inducunt aditionem. l. cum qui. §. fin. ff. de acquiren. hæred. ea ratione, quia actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, vt not. ibi gloss. per text. in l. actus. ff. de regul. iur. & tradit Roman. consilio 403. numero 19. & 20. Quia placuit responsio, quod cum non importent repudiationem. Surdus consilio 398. numero 38. & sequentibus. libro 3. Mantica de coniect. vltimar. volunt. libro 12. tit. 14. numero 3. & sequentib. non impediunt quo minus ex possessione cum alijs supra deductis dicti fratres dicantur adiuisse, & mutasse sibi causam possessionis. Anchar. dicto consi. 252. num. 3. vers. ego dico.

5 Præterea fuit ad idem per Dominos pōderatum, quod Iulius vti Administrator aliorum soluit nonnulla debita fratrum prædefunctorum, quæ licet essent modicæ quantitatis, ad inducendam, tamen aditionem cum alijs supra deductis plurimum releuār, ad text. in l. 2. C. de iure deliber. & ita decisum cum præsupposito, quod iura deducta pro parte filiorum quondam Antonij sint in forma probanti, de quibus, si opus erit, particulariter videbitur.

R. P. D. BVRATTO.

*Veneta Donationis. Veneris 30. Ianuarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Ad hoc vt sententia data in vno iudicio probet in alio, debet produci cum processu, & actibus. Fallit in crimine hæresis.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Sententia A.C. sine processu, & actis non facit fidem, neque attenditur ex obseruantia Rota. num. 1.*

*Sententia sine actis excipiendo probat. num. 2.*

*Limita quando sententia criminalis executioni esset demandanda, quia tunc non probaret. num. 2.*

*Præsumitur pro sententia sine processu, quando non datur copia processus, prout contumacibus. num. 3.*

*Sententia lata in crimine hæresis datur sine processu numero 3.*

*Acta in vno iudicio non probant in alio, etiam inter easdem personas, nisi producantur. num. 3.*

*Obligatio Cameralis non dicitur vulnerata sublata sententia, & eius fide. num. 4.*

## DECISIO DCXXXIX.

1 INformantes pro hærede Domini Rodulphi Pij insistebant in hac propositione super duobus. Primo videlicet exceptione falsitatis opposita contra instrumentum donationis factæ per dictum Dominum Rodulphum Dominico fratri, & auctori Antonij de Domo. Ex quo etiam & sic secundo per eos inferebatur, quod per sententiam criminalem A. C. contra dictum Dominicum latam esset vulnerata obligatio Cameralis in dicta donatione adiecta. Neutrum tamen subsistere Dominis visum fuit. Non primum, quia vt in resolutione 7. Nouembris præteriti, & alijs in hac causa factis firmatum fuit, quod sententia Auditoris Cameræ contra Dominicum sine processu, & actis non facit fidem, neque attenditur, præsertim ex obseruantia Rotæ in hoc iudicio ciuili ex speciali rescripto Sanctissimi ad instantiam dicti Antonij, vti cessionarii Dominici, in Rota commisso cum facultatibus A.C. ex allegatis in dd. resolutionibus, & dicit Rota decisione 196. numero quinto, parte secunda. in nouis. Verall. decisione 134. parte tertia.

2 Nec obstant limitationes, Prima videlicet, quod sententia sine actis excipiendo probat. Nam quicquid sit de hac conclusione, de qua per Rotam decis. 143. numero sexto, & septimo. parte secunda. diuersor. ex decis. Accoramb. 35. circa mediū. dictum fuit, quod istud esset, quodammodo exequutioni demandare dictam sententiam criminalem, & hoc casu non probat, neque attenditur etiam excipiendo, vt in terminis est decisio Mohedan. alias allegata 3. alias 147. numero 1. & 2. de testibus, quam Rota d. decis 196. numero 5. par. 2. Facit Put. decis. 198. nume. 1. lib. 1. in nouis.

3 Nec similiter alia limitatio, quod præsumatur pro sententia sine processu, quando non datur copia processus, prout contumacibus, vt in simili. Verall. decis. 134. parte tertia. Quia decisio Verall. loquitur in sententia lata in crimine hæresis, in quo non datur copia processus. Hic autem non sumus in crimine, in quo processus non publicetur saltem fisco, & parti querelanti, citatis ad causam, & ad expeditionem dictæ commissionis Rotæ directæ, & in quorum potestate est, processum producere, prout quotidie similes processus criminales producuntur in Rota, iuxta casuum contingentiam, & regulariter de iure acta in vno iudicio, non probant in alio etiam inter easdem personas, nisi producantur. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 32. ff. de acquiren. possess. ibi Socin. iun. num. 365. Vbi quod cum conclusione Bartol. transeunt omnes Doct. Alex. in l. 2. num. 30. vers. vltimo nota. C. de eden.

4 Ex quibus resultat responsio ad secundum obiectum. Sublata enim sententia, & illius fide, non potest dici vulnerata obligatio Cameralis. Neque applicatur ratio decisionis in causa Anconitana Assecurationis coram Reuerendissimo Domino meo Decano, quod quando licuit vni parti appellare, debet etiam licere alteri, ita vt exequutiue amplius procedi non possit. Tum quia dicta sententia, vt dictum est, non attenditur vti ex actis non iustificata, tum quia non sumus in eodem iudicio, licet murata instantia, vt in dicta Anconitana Assecurationis. Sed in diuerso, & in quo cessat ratio illius æqualitatis seruandæ, quæ hic applicari non potest. Et demum dicta decisio loquitur in sententia lata in meritis, non autem ex mera contumacia, & in ea, quæ est nulla, non autem sine actis, quæ fidem non facit, quæ valde diuersæ sunt. Ex quibus, & alijs, alias deductis, Domini non recesserunt a decisis.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Tirasonen. Iuris votandi. Mercurij 4. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

De probatione quasi possessionis interueniendi cum Canonicis in alienationibus rerum Ecclesiæ, & alijs contractibus, plura notanda de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

*Quasi possessio vnius actus extendenda est ad alios quosuis similes actus. num. 2.*

*Priuare sua possessione quis non præsumitur ex actu contrario ab aduersario gesto, nisi in illo actu adfuerit priuandi animus. num. 4. & num. 5.*

*Quasi possessio vnius socij conseruatur per actus possessorios factos ab altero socio. num. 4.*

*Quasi possessio interueniendi in rebus, & negotijs Ecclesiæ, probatur ex actibus Capitularibus. num. 6.*

## DECISIO DCXL.

1 FVit resolutum 28. Maij 1612. Portionarijs dandum esse mandarum de manutenendo in omnibus actibus, de quibus in eorum Summario. Et cum pars Capituli dictæ decisioni non acquiesceret, super eisdem causam repropofui, & partes dederunt tantam molem iurium, & scripturarum, vt dominis videretur necessarium dubium restringere ad aliquos actus, prout restrictum fuit ad actus concernentes alienationem bonorum Ecclesiæ, & ad concernentes lites, & ad respicientes ministros deputandos pro administrandis redditibus, & pro alijs negotijs Ecclesiæ gerendis, necnon ad actus concernentes arrendamenta redditaum Ecclesiæ, & super istis actibus dato dubio particulari ad illos restricto, & hodie illo proposito, Domini quo ad primos duos actus respicientes alienationem bonorum Ecclesiæ, & lites, dixerunt, dandum esse Portionarijs mandatum de manutenendo, reseruatis alijs duobus actibus, vt de illis particulariter videretur.

2 Et moti fuerunt quo ad primum actum, quia pro parte portionariorum dantur plura instrumenta diuersarum alienationum rerum Ecclesiæ, nempe venditionum, compromissorum, concordiarum super decimis, & primitijs donationum, consensuum, reseruationis pensionum super eadem Ecclesia Tirasonen. & concessionis in emphyteusim, in quibus instrumentis, vna cum Canonicis interuenerunt portionarij, & pluries sub ista narratiua Canonici, & portionarij Capitulantes, & Capitulum facientes, ex quibus videbatur non posse negari portionarios esse in quasi possessione interessendi in Capitulo, quoties tractabatur de alienationibus bonorum Ecclesię, & in illis vocem dedisse, & quod ista quasi possessio non sit restringenda ad actus alienationis expressos, sed potius intelligenda de quibusuis alijs alienationibus bonorum Ecclesiæ, quę possent contingere, cum probata quasi possessione vnius actus illa extendatur ad omnes alios actus eiusdem speciei, & sic in nostro casu veniat extendenda ad omnes alios quosuis actus alienationum, vt notantur DD. in l. 1. C. de emancipat. liber. & in l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in cap. 2. de Cappel. monach. & Marian. Socin. in c. cum contingat. numero 34. de foro compet. Alex. conf. 68. num. 18. lib. 2. Crauet. de antiq. temp. par. 4. sect. 1. num. 60. & bene Socin. consil. 11 t. numero 3. libro 1. Paul. de Eleazar. in c. in literis. numero 19. & sequent. de restitut. spoliat. & Rot. decisione 17. numero 2. 3. & 4. parte secunda.

3 Nec obstare videbatur, quod ista interuentio portionariorum in dictis actibus censeatur ex gratia Canonicorum cum illa excludatur ex multiplicitate actuum, vt dictum fuit in prima decisione. Nec dicta multiplicitas actuum videtur diminui ex eo, quod omnes actus Portionariorum sint ab anno 1475. vsque ad annum 1602. & sic in spacio annorum 127. intra quod tempus in maximo numero Capitula fuerunt celebrata, cum ad minus singulis hebdomadis die Veneris Capitulum ordinarium fiat vltra alia extraordinaria Capitula, quæ celebrari solent, & sic respectu tã magni numeri Capitulorum videbatur dicendũ, non esse magnam multiplicitatem actuum datorum per Portionarios, vt ex illa possit inferri non processisse ex gratia Canonicorum. Quia fuit responsum, obiectum potuisse forsan procedere, si in omnibus Capitulis tractaretur de alienatione rerum Ecclesiæ, sed cum hoc non ita se habeat, quin soleat tãtum in aliquibus Capitulis per annum de dictis alienationibus tractari cũ occasio se offert, & non semper adsit, ideo respectu Capitulorum in quibus a communiter accidentibus de dictis alienationibus tractatum fuerit, videbatur, quod actus dari per Portionarios sint in multiplici numero, ita vt ex illis excludatur præsumptio, quod fuerint facti ex gratia Canonicorum.

4 Minus obstãt actus 56. dati pro Canonicis, in quibus Portionarii non interuenerunt, de quibus in Sũmario Capituli. num. 2. cum prædicti actus fuerint ab anno 1370. vsque ad annum 1547. & sic per spacium annorum 177. & inde iudicabant Domini in tãto tẽporis curriculo dictos actus esse paucos, ad hoc, vt ex illis resulter animus Canonicorum priuandi Portionarios sua quasi possessione, prout requiritur ad effectũ, de quo agitur, vt notat Calder. in conf. 15. vers. & confirmantur de Iure patronatus, & decis. 716. num. 6. & seq. par. 1. ex qua potest alia responsio adduci; quod dicti actus portionariis non præiudicarunt, cum illorum ius, & quasi possessio conseruaretur per actus Canonicorum cum actus vnius socii prætereunt ius, & possessionem alterius, & attenta quasi possessione Portionariorum circa istos actus concernentes alienationem rerum Ecclesiæ videbãtur socii Canonici, & Portionarii, & sic pręseruatur Ius Portionariorũ per actus Canonicorum. Feder de Sen. conf. 102. num. 3. Abb. conf. 54. nu. 3. post med. vers. nam vbique. lib. 1. Put. decis. vlt. de Iure patronat. quod ex eo maxime suadetur, quia post dictum annum 1547. in quo cadit vltimus actus gestus a Canonicis absque Portionariis apparet portionarios interuenisse in actibus dictarũ alienationum, vt constar in eorum Summario. nu. 8. 9. & 12. Vnde infertur, Canonicos in actibus, quibus portionarii non interuenerunt, non habuisse animum illos priuandi, vt notat eodem argumento vtens. prædicta decis. 713. num. 7.

5 Quod vero attinet ad actus concernentes lites, apparet de quasi possessione portionariorũ ex eo, quod constat interuenisse in pluribus concordiis, & mandatis ad lites, & licet dentur plura mandata similia absq; portionariis, facta a Capitulo absque specifica nominatione portionariorum, responsum fuit, prout superius ad alios actus similes per Canonicos factos, quæ responsio superius data hic etiam adaptatur maxime, quia instrumenta Canonicorum sunt ab anno 1425. vsque ad annum 1582. & tamen isto medio tempore dantur alia mandata facta cum interuentu portiona-

tiorum,

riorum, quin & post actum vltimum Canonicorum. Vnde, vt supra dicitur, arguitur non habuisse animũ Canonicos in mandatis per ipsos solos datis priuandi Portionarios prædicta sua quasi possessione, in qua ex superius adductis quo ad prædictos duos actus resolutum fuit, Portionarios manutenendos esse.

6 Maxime cum prædicta instrumenta, ex quibus prędicti actus possessorij eliciuntur, sint acta Capitularia, ex quibus dicta quasi possessio probatur, ad notata in l. non idcirco. vbi Bald. in princ. C. de fid. instrumentorum, cum alijs ad istud propositum adductis in prima decisione.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Calaguritana Beneficij de Auseio. Mercurij 4. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Inhibitio iuxta formam commissionis per Rotam an detur extra Curiam in præiudicium eorum, quæ fuerunt legitime per Rotam gesta.

### SVMMARIVM.

*Inhibitio per Rotam non datur extra Curiã, etiam iuxta formam commissionis, quando potest esse impedimento alias legitime gestis, & ordinatis a Rota. num. 1.*

*Inhibitio quando alteri parti fuit datũ mãdatũ de manutenendo, non datur nisi cum clausula sine praiudicio possessionis, & mandati de manutenendo. num. 1.*

*Inhibitio iuxta formam commissionis non datur post rem iudicatam. num. 1.*

*Inhibitio sẽper debet intelligi sine præiudicio subdelegationis, ne alias iudex sibi ipsi inhibeat. num. 2.*

*Declaratoria ne obtineatur debent seruari termini substantiales ad docendum de paritione. num. 3.*

*Notario non creditur nisi de ijs, de quibus rogatus est a partibus. num. 4.*

*Commissio vnica sufficit in Rota in qualibet instantia, & illius vigore potest Auditor ad exequutionem sententiæ inclusiue procedere. num. 5.*

## DECISIO DCXLI.

LAtis duabus sententijs Rotalibus ad fauorem quondam Petri Gran super spolio cuiusdã portionis in Ecclesia de Auseio contra Michaelẽ Merinum, quæ ex rescripto Sanctissimi vnicã tantum appellationem permittenti habebant vim triũ, & expeditis per Reuerendiss. Attrebaten. vltimum iudicẽ mãdatis de redintegrando, & exequutiuo pro expẽsis taxatis, nec non instrumento subdelegationis pro liquidatione fructuum exequutori de partibus directo. Postea (vt supponitur) reiecta per vtraque signaturã commissione dicti Michaelis a dicto vltimo mãdato appellantis, & reformata per signaturã iustitię commissione eiusdem tenoris prius denegara, & nimia solertia obtenta, ac Reuerendiss. D. Bononien. directa, mortuoque interim Petro, idẽ Michael a Reuerendiss. D. Damasceno, vti nunc dicti Reuerendiss. Attrebaten. subrogato, seu verius a Notario extorsit in vim, & iuxta formam commissionis alias eidem Reuerendiss. Attrebaten. iudici tertiæ instantiæ directæ citationẽ, & inhibitionem in forma perinde, ac si sententiæ latæ non fuissent, nec dicta mandata expedita, qua vsus est in partibus ad impediendam exequutionem, & liquidationem vt supra, subdelegatam.

1 Quam inhibitionem DD. moderandam esse dixerunt, si enim inhibitio nõ datur extra Curiã, & iuxta formam commissionis, quando potest esse impedimento alias legitime gestis, & ordinatis a Rota. Lancel. de attẽt. post inhibitionem. 2. par. c. 20. in præfat. quæst. 4. nu. 166. Et qñ alteri parti fuit antea datũ mandatũ de manutenẽdo, nisi cum clausula sine præiudicio possessionis, & mandati de manutenendo. Idem Lancell. ibidem. nu. 45. & 201. Tanto minus post dictas duas conformes habentes vim trium, vt in fortioribus etiã post commissionem fuisse denegatam inhibitionem testatur Put. decis. 51. par. 1. secundum nou. impress.

2 Immo dicta inhibitio intelligenda est sine præiudicio dictorum mandatorum, & subdelegationis. Idem Lãcel. d. c. 20. declarat. 3. n. 5. Iudex enim sibi ipsi inhibuisset ad ea impediẽda, quę decreta sunt pro exequutione sententiarũ Rotaliũ, quod esset absurdissimum.

3 Non obstant prætensa attentata (vt dicitur) facta in partibus coram exequutore in carcerando, & excõmunicando Michaelem pro expensis sine reproductione exequutorialiũ in Rota, & seruatione terminorum substantialiũ ad docendũ de paritione pro obtinenda declaratoria, iuxta stylum Rotæ. Cassad. decis. 6. n. 11. de caus. possess. & propr. Lancell. de atteutat. lit. pend. 2. par. c. 4. num. 307. & 308. cum allegatis.

4 Nam vel ea non iustificantur ex simplici fide Baldassaris Gomez Cauero asserti Scribæ Regij in Ciuitate Calaguritana sub datũ 26. Augusti 1611. Vltra quod enim non probat excommunicationem, & carcerationem Merini ad instantiam Petri, cum non creditur Notario, nisi de ijs, de quibus est rogatus a partibus. §. nos autem. Auth. de Tabellionib. Bart. in authen. si quis in aliquo. num. 3. C. de eden.

5 Nec ex citatione facta coram Reuerendiss. D. meo Damasceno de Procuratore Michaelis ad concedendum Supersessoriam super excarceratione, & absolutione Michaelis, resultat confessio, quod Michael fuerat carceratus corã dicto exequutore. Immo nõ cõstat illã fuisse factã ad instantiã legitimi Procuratoris ad attentãdũ, vel cõfitendũ attẽtara, sed ad instãtiã vnius tñ exequutoris testamentarij d. Petri, nec ẽt constat de illius reproductione. Ideo dici non põt fuisse attentatũ ex carceratione pro expensis, quia licet alias sine noua cõmissione nõ posset relaxari mãdatũ exequutiuum, cõtrariũ tñ seruatur in Rota, cũ vnica commissio in

in qualibet instantia sufficiat, & istius vigore Auditor possit ad finalē eius sniæ exequutionē inclusiue procedere, prout de iure Ordinarij facere possunt, vt expresse disponitur in Bulla fel. rec. Pij IV. super reformatione officij Rotæ in princ. vers. & idcirco. sub datum. 6. Kal. Ianuarij 1562. quæ & fuit in hoc cōfirmata in reformat. S. D. N. edita de anno 1612. sub rubr. de auditorio Rotæ in princ. Vel quatenus dici posset constare de attentatis illa essent purgata per Decretum excat- 2 cerationis, & absolutionis ab excōicatione factæ per eũdē Reuerēdiss. D. Damascenũ. Et propterea in omnē euentũ ex prædictis impediri nō pōt moderatio inhibitionis nō sine sagacitate extortę. Nec Michael impeditur, quin possit ea moderata dare de attētatis, &c.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Romana Census. Veneris 6. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Census extinctio censetur facta per illius retrouenditionem, illiusque fructus exigi nō possunt post relaxatum mandatum pro sorte principali.

### SVMMARIVM.

*Census remanet extinctus per illius retrouenditionem. num. 2. ad finem.*

*Emptor census non potest ad sui libitum sortem principalem exigere. num. 3. in fine.*

*Emptor census exigens vltra fructus partem sortis principalis, post relaxatum mandatum pro sorte principali non potest amplius dicti census fructus exigere, quia post mādati relaxationem, & exactionem prædictam census censetur extinctus. num. 3.*

## DECISIO DCXLII.

1 DOmina Clarix tanquam tutrix suarum filiarum emit a Ioanne Baptista, & Alexandro de Bellapanibus quandam vineam pretio Scutorum 808. ad cuius computum promisit soluere Annibali Scuta 600. pro extinctione cuiusdam cēsus ad eius fauorem impositi per patrem ipsorum de Bellapanibus. Verum quia Clarix dictam extinctionem in longum protrahebat, dictus Ioannes Baptista ad se eximendum ab obligatione dicti census Scut. 300. & sic medietatem illius soluit Annibali vna cum fructibus illuc vsque decursis, & pro illa rata obtinuit sibi fieri retrouenditionem, & eodem contextu cessionem iurium contra filias dictæ Claricis ad prædictam extinctionem obligatas, cuius vigore prætendens nō solum summam ab eo solutam recuperare, sed etiam tanquam emptor dictæ medietatis census fructus decursos, & decurrendos exigere in dicta exactione manuteneri instabat, prout ad eius fauorem fuit resolutum. 2. Iunij præteriti, sed antequam ad relaxationem mandati de manutenendo deueniretur, cum pro parte Excellentissimæ Dominæ Principissæ Bozzoli vnius ex filiabus dictæ Claricis daretur maximus sumus extinctionis medietatis census, placuit Dominis ordinare, vt ad effectum manutentionis de illa videretur.

2 Vnde super hoc hodie dubio proposito Domini affirmatiue responderunt, moti ex eo, quod verba instrumenti caurant expresse in retrouenditionem, & extinctionem census, ibi retrouendidit, &c. & hanc autem retrouenditionem, &c. & cessio non fuit facta de censu, seu illius medietate, prout si Ioannes Baptista illum emisset dictum fuisset, sed pro recuperanda, & exigenda quantitate per illum soluta a filiabus dictæ Claricis. Vnde fuit effectus creditor pecuniarum per eum solutarum, non autem census, qui per dictam retrouenditionem remansit extinctus. Rot. decisione 587. par. 1. Seraph. decis. 890. nume. 1. par. 1. alias dictus census, cuius ipse erat principalis debitor, & cui ipsius bona erant hypothecata, remansisset super re propria ad sui vtilitatem, quod est absurdum, cum res sua nemini seruiat. l. cum res. C. de contrah. empt. l. sua rei. ff. eodem. l. neque pignoris. ff. de reg. iur.

3 Vlterius cum de anno 1599. vigore dictæ obligationis de extinguendo Annibal, & ipse Ioannes Baptista obtinuerint mandatum exequutiuum, & sequestrum, tam pro sorte principali, quam fructibus, & in vim illius exegerint plures pecuniarum summas, quæ longe excedunt fructus vsque tunc decursos, vt apparet ex quietantijs, & calculo datis in Summario Dominæ Principissæ, census remansit extinctus, vt fuit resolutum in illa Romana Census. 29. Nouembris 1593. coram bonæ memoriæ Cardinale Pāphilio. Nam cum post relaxatum mandatum fuerit in facultate Annibalis repetere pecuniam, quando vellet, census fuit statim resolutus, etiam quod non concurrant actus retrouenditionis, quia res deuenit ad casum, a quo incipere non potuit. A die enim suscepti mandati pro restitutione sortis principalis, ipsa sors cessit in debitum, ita vt vltra eam, non possint peti aliqui fructus citra vitium vsuræ. cap. plerique. cum sequent. 14. quæstione tertia. Laurent. de Rodulph. in tract. de vsur. quæstione prima. nume. primo. Couar. variar. libro tertio. cap. primo. numero primo. Non enim se compatiuntur, quod census duret, & sit in arbitrio emptoris repetere sortem, quando velit, quia licet venditori census sit permissa ad sui libitum illius redemptio, iuxta Constitutionem Martini Quinti, Calixti Tertij, & Pij Quinti, emptori tamen est omnino prohibita, cum alias esset certus de lucro. Sot. de iustit. & iure. libro sexto. quæstione 5. articulo 3. in prima conclus. Cōrad. de contract. quæstione 84. conclusione 5. Couar. vbi supra, cap. 9. numero 4.

R. P. D.

R. P. D. MANZANEDO.

*Neapolitana iuris conferendi. Lunæ 23. Februarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Possessio probata post litem motam manutenibilis non est, probataq. possessione de præterito, & de præsenti, præsumitur etiam possessio de medio tempore.

*SVMMARIVM.*

*Possessio probata post litem motam, manutenibilis non est. num. 1.*

*Collationes factæ ab Episcopo beneficiorum, in quibus Abbas ius aliquod habere non prætendit, ipsi Abbati non praiudicant. nu. 2.*

*Possidens de præsenti, & de præterito præsumitur etiam medio tempore possedisse. num. 3.*

DECISIO DCXLIII.

1 Domini steterũt in decisis, cum de quasi possione Abbatis cõstet per plures collationes effectum sortitas ex deductis in decisione. Quibus non obstant plures collationes, quæ de nouo dantur pro parte Illustrissimi Archiepiscopi, quia illæ quæ respiciunt primiceriatus confratentias, & hebdomadarias per Abbatem prætẽsas omnes sunt post annum 1584. & sic post litem motam, vnde non videtur manutenibiles, tanquam clandestinæ, & attentatæ. Seraph. decis. 1165. nu. 4. Benintend. decis. 42. nu. 4. Rot. decis. 10. nu. 1. & 2. p. 2. Quin & cum multæ illarum sint factæ per vacationem prouisionum ab Abbate, probant effectuationem collationum illius; iuxta cons. Oldrad. 229. toties a Rota canonizatum.

2 Aliæ vero aut sunt, de cappellanijs iuris patronatus, & de quodam legato pio, super quib. Abbas nullum ius prætendit, aut factæ in mensibus reseruatis vigore indulti Cardinalibus, Archiepiscopis de more concessis, quæ non præiudicant Abbati, vt fuit dictũ in vna Casalen. Iuris conferendi 19. Iunij 1608. coram Reuerendiss. Lugdunen. & in alia Nouarien. Canonicatus. 1. Decembris 1608. coram bon. mem. Iusto.

3 Minus obstat, quod ab anno 1461. vsque ad annum 1559. & sic per 98. annos non appareat, Abbatem contulisse, quia constito de duobus extremis medìa possessio præsumitur, cum non doceatur Archiepiscopum de medio tempore possedisse. cap. inter dilectos. de fide instrum. Rot. decis. 4. num. 12. part. 2. Couar. in reg. possessor. 4. par. §. 1. num. 3. versic. at si constet. de reg. iur. & fuit dictum in Aquilegien. pensionis. 21. Maij 1610. coram me, &c.



REV. P. D. VBALDO.

*Rauennaten. Bonorum. Lunæ 9. Februarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Statutum Rauennæ sub rub. 13. lib. 3. excludens fauore agnationis conseruandæ feminas in gradu proximiores, propter masculos remotiores, est odiosum.

*SVMMARIVM.*

*Dictio, prædicta, repetit omnia præcedentia. num. 1.*

*Statutum excludens feminas in gradu proximiores, propter masculos remotiores, est odiosum odio irrationabili. num. 2.*

*Statutum, excludens feminas propter masculos etiam remotiores, est fauorabile, causa conseruanda agnationis. num. 2.*

*Statutum prius venit declarandum ab alio statuto, quam a iure communi. num. 3.*

*Statutum omittens disponere de aliquo casu, relinquit illum in dispositione iuris communis. nu. 4.*

*Matri magis debetur hæreditas filia, quam debeatur sororis hæreditas sorori. num. 4.*

*Parisius consil. 59. num. 40. lib. 3. explicatur. nu. 5.*

DECISIO DCXLIV.

1 Domini censuerunt non esse recedendũ a decisis in hac causa sub die 16. Decemb. 1613. potissimum moti ex fundamento desumpto ex statuto Rauennaten. sub rubr. 13. lib. 3. quod expresse loquitur in successione passiua filiorum, seu filiarum nepotum, seu neptum, & aliorum descendentiũ, qui intestati, vel intestatæ propriè, vel impropriè, vel intestabiles moriantur sine filijs, & prole ex legitimo matrimonio suscepta, & paulo infra in defectũ ascendentium masculorum, & descendentium statutum defert prædictam hæreditatem agnatis proximioribus, iuxta sancita in statuto sub rubr. quod possessiones, quod est sub rubr. 11. in quo expresse legitur, exclusas esse sorores, & alias feminas trãsuersales per agnatos vsq; ad quattum gradum. Vnde intrat motiuum decisionis, quod aut hoc statutum sub rub. 13. disponit, & induit vocationem agnati proximioris ad successionem prædictam, videlicet filij, vel filiæ intestati, vel intestatæ, cũ illa dictio prædicta repetat omnia præcedentia. Surd. decis. 319. num. 9. Et fuit dictum huius mensis, & anni, in Bononien. confinium, coram me, aut saltem illud declarat, vt latius in decisione, & sentit in his terminis Gabr. consi. 14. sub nu. 24. vers. Verum etiam, & nu. 25. lib. 1. Menoch. consi. 541. num. 17. lib. 6.

2 Non obstat præcipuum fundamentum Informantium contra Decisionem, quod istud statutũ est odio

sum,odio irrationabili,ex quo vocat masculos in gradu remotiores exclusis feminis proximioribus, quicquid esset dicendum,si masculi vocarentur,exclusis feminis existentib.in eodem gradu.Ad Rotę decisionē 780.nu.7.& seq.p.1.diu.cum allegatis,quia fuit responsum,quod stante ratione statuti conseruationis agnationis,contrarium fuit resolutum in terminis huius statuti in causa Rauennaten.hæreditatis 14.Aprilis 1606.Coram R.P.D. meo Pamphilio,& fuit latè comprobatum in Nucerin.Bonorum 29.Maij 1602. cor.Reuerendiss. Damasceno,Vltra quod d.Decisio. 780.par.1.diu.fuit ordinatum,vt reuideretur causa montis Falisci fideicommissi,cor.R.P.D.meo Decano 13.Iunij præteriti.

3 Non obstant auctoritates Doctorum,qui sentiunt statutum excludens propter fauorem agnationis feminas a successione masculorū non censeri excludere a successione feminarū. Castr.cons.119.nu.3.vsq;ad fin.p.1. Socin.iun.cons.23.nu.48.& seq.lib.1.& alij quos recenset,& sequitur Surd.decis.9.nu.6. quibus additur Cepha.cons.343.li.3.& reddunt illā rōnem, quia non est tanta ratio conseruandæ agnationis respectu bonorū familiæ,cum iam existent de agnatione,vel destituta,vt exirent,vt per Soc.iun.d.cōs.23. nu.51.& seqq.& tangit Surd.d.decis.9.num.6. quia placuerunt responsiones in decisione adductæ,& præsertim quod nō loquuntur in terminis,qñ adest aliud statutum,vel declarans,vel disponens,quod agnati præferantur,etiam in successione feminæ,vt supra dictum est,& sentit Gabr.d.cons.14.nu.25. Vbi quod statutum potius venit declarandum ex alio statuto, quam a iure cōi,tradit Decius cons.11.col.2.& cons. 65.nu.4.& cons.301.nu.10.Aym.cons.118.col.2.& addebat nō deesse Doctores graues,qui contra dictā opinionem sentiūt,& Curt.sen.cons.9.per tot.Brun. in tract.de stat.exclud.feminas stāt.mascu.ar.5.q.13. n.80.& alij quos cōgerit Men.d.cōs.541.n.24.& 34.

4 Nec visum est obstare,quod statuto sub rub.13.vocet quidē agnatos ad successionem feminæ,sed ad exclusionem matris,& aliorum ascendentiū ex linea materna,sed non loquitur quo ad exclusionē sororis,& ideo tanquā casus omissus a statuto debeat remanere sub dispositione iuris cōis.l.commodissime.ff.de libe. & posthu. Bal.& Doct.in l.illā.C.de collat.cū allegatis,qui vltra quod videbatur maior rō in excludenda sorore,quā matre cui magis debetur hereditas filię,q̄ sororis sorori,& ex maioritate rōnis non vr̄ prohibita extensio,cum potius sit cōprehensio,q̄ extensio.Alex. cons.65.nu.3.& ibi addētes.lib.3.Rot.dec.686.n.2. p.1.diu.& faciūt not.per Gab.d.cōs.14.n.33.& seq. Rñdebatur tñ,quicquid esset dicen.de d.conclu.quæ nō caret contradictoribus,vt constat ex Gab.in tit.de statu.conc.7.n.43.& seq.de quo agimus non esse casum omissum a statuto,sed expressum,cū loquens de successione masculi & feminæ passiua,ad eā potius vocat ascendentes masculos ex linea paterna,& deficientib.dictis ascendētibus,& descendentib.cōtinuatiuè in eorū defectus,& sic retentis semper ijsdē personis, quibus succeditur vocat collaterales iuxta sancita in priori statuto, in quo expresse soror ab agnatis excluditur vsque ad quartum gradum.

5 Tandem non obstat Paris.cons.59.n.40.li.3. quia secūdū eius sniam casus ibi omissus a statuto,de quo agitur erat,qñ concurrebat auia,& soror vtrinq. coniuncta defuncto cum sorore tantū consanguinea,quo casu consuluit ex dispositione iuris cōis excludi sororem consanguineam, qui non sunt termini casus nostri. Ex quibus DD. permanserunt in decisis.

## R. P. D. BVRATTO.

*Bononien.Census. Veneris 13.Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Actio cedendarum non conceditur contra clericum,qui vsus est beneficio.c.Odoardus.de solutionibus,eiq. fuit assignata congrua portio, ne cogatur mendicare in vilipendium clericatus.

## SVMMARIVM.

*Exceptio cedendarū non repellit creditorem agentem contra fideiussorem, nisi quando illi culpa sua non potest cedere iura sua.nu.1.*

*Exceptio cedendarum repellit creditorem agentem,quando iura cedere non potest, vel ex natura obligationis, vel quia debitor est tutus exceptione,num.1.*

*Clericus admissus ad susceptionem.c.Odoardus.de solutionibus,cum retentione congruæ portionis liberatur ab executionibus personalibus.nu.2.*

*Cogrua portio dicitur illa,q̄ clerico recipięti.c.Odoardus. fuit assignata de cōsensu maioris partis creditorū.nu.3.*

*Exceptio cedendarum, sicut aliæ omnes exceptiones, non potest opponi, nisi quatenus interest. num.4.*

*Actoris ius quando ex facto vnius ex obligatis non est factū deterius,tunc nō pōt actor indigere exceptione. n.5.*

## DECISIO DCXLV.

1 Resolutum fuit,hæredib. Teggiæ nō obstare exceptionē cedendarum,oppositā pro parte hæredū D.Aurelij ab Armis,quę nō repellit creditorē agētem cōtra fideiussorem,nisi qñ illi culpa sua non pōt cedere iura. l.Stichū.§.si creditor. il 2.ff. de solut. Vbi Bar.& alij in prin. Et l.si pupillus alterū. ff.de administr.tutor. Vbi idem Bar.nu.5.secus si illa cedere nō pōt, vel ex natura obligationis,vel quia debitor erat tutus except.l.quamuis 8.§.si mulier. il 1. & §.Marcellus,ff.ad Velleian.gl.in l.si stipulatus, 16. §.si ex duob.in vers.except.ff de fideius. Et ibi Bar.n. 3.Castr.nu.3.vers.primus est. Sali.in l.2.n.2.ver.aliā dedit in contrario.C.de fideius. Negusan.de pignoribus. 3.membr.5.partis.num.36. versic.fallit modo.

2 Prout tanquam Clericus erat Budriolus releuator dicti D.Aurelij cum cesserit creditorib.omnia,& quæcumque eius iura & bona,& fuerit per sel.recor.Clementem VIII. ad instantiam maioris partis illorum liberatus a censuris,& ab exequutionibus personalibus dimissa sibi tantummodo pensione pro congrua susten-

sustentatione, quæ illi denegari non poterat intentati remedium c. Odoardus. de solutionib. ne mendicare cogeretur in opprobrium Ordinis Clericalis. argu. Tex. in c. 2. de fideiussor. Collectar. in d. c. Odoardus. sub nu. 4. vers. ego tamen. Vbi plura allegat in Apostill. litera D. Boer. decis. 226. prope fin. vers. Tamen hodie. par. 2. Dec. in c. Episcopus. nu. 3. in fin. de præben. Benincas. in tract. de paupert. quæst. 8. in 4. Speciali in contractibus. num. 15. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 9. vers. qua in re. Surd. de alimen. quęst. 78. num. 21. vers. tamen dimitti. Et hanc esse veriorem opinionem, & praxim dicit Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. cas. 183. nu. 30. Et Farina. de carceribus. quæst. 27. num. 68. in fine, & quotidie in Curia seruatur, quod clerici admittantur ad beneficium d. ca. Odoardus. Cum retentione pro congrua eorum sustentatione.

3 Nec dicta pensio Scutorum 190. visa fuit DD. ex cessiua cum illi consenserit maior pars creditorum nō modo pro numero personarum, sed etiam pro cumulo debiti, pro quorum iudicio præsumitur. l. & suum. §. fin. & l. maiorem. cum ibi notat. ff. de pact. Imò supplicauit Sanctissimo, vt illam concederet (prout fecit) pro maiori omnium creditorum vtilitate, & sic mediante persona Budrioli facilius multa consequi, & exigere posset, quæ non poterat sine illo.

4 Ex quibus etiam resultat, quod hęredum D. Aurelij non interest dictam exceptionem opponere, quia etiam sine dicto consensu poterat Budriolus ab executione personali se liberare, & congruam obtineri pro victu, præsertim, quia nec etiam docent, quod in consequutione dictæ pensionis vel partis non possint excludi ab alijs creditoribus anterioribus, & potioribus, qui consensum non præstiterunt, & tamen dicta exceptio non opponitur, nisi quatenus intersit, ad no. per Bar. & Ang. in d. l. si stipulatus d. §. si ex duobus. de fideiuss. in fi. Quod etiam regulare est, in quacumque exceptione. l. quamuis. §. mulier. in fine, & ibi Alberic. ff. ad Velleian.

5 Imò considerabant Domini, quod hæredes D. Aurelij non videntur indigere cessione, cum pro releuatione, & indemnitate qua experiri possunt, sine cessione habeant obligatum cum iuramento, & in forma Cameræ eundem Budriolum, qui non posset opponere de aliquo consensu Teggiæ prestito liberationi personæ, & retentioni pensionis, Et consequenter ius D. Aurelij non est effectū deterius ex dicto Teggiæ consensu, & ita considerat Franch. decis. Neapolita. 476. num. 10. vers. & sic videtur, & num. 11.

6 Quæ sufficere visa fuerunt Dominis, omissis pluribus alijs, & præsertim, An D. Aurelius esset Correus, & illi competeret exceptio cedendarum, Et an ei renunciatum esset, Et alia quæ pro nunc non fuerunt visa necessaria, &c.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Nepesina Laudi. Veneris 13. Februarij. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Non debet dici iudicem spoliasse, & tanquā priuatum egisse, nisi sententia ab eo lata sit notorie iniusta, quæ nullo modo velari possit.

### SVMMARIVM.

*Spolium non competit aduersus sententiam, nisi sit patenter, & notorie iniusta. num. 1.*
*Iudex iniuste sententiando non dicitur agere tanquam iudex, sed tanquam priuatus. nu. 1.*
*Iniustitia patens in sententia tunc dicitur esse, quando aliquo modo velari non potest. num. 2.*
*Arbiter iuxta votum consultoris qualiter dicatur posse iudicare. num. 3.*
*Partium ex conuentione quæ veniunt, non referuntur ad arbitrum. num. 3.*
*Dos soluto matrimonio definit esse dos. num. 4.*
*Pretium, & rem per tempus retinens de æquitate debet soluere fructus recompensatiuos. nu. 4.*
*Sententia, quæ aliquo colore velari potest, non dicitur notorie iniusta. num. 5.*
*Præsumitur semper quod iudex rite, & recte iudicauerit. num. 5.*
*Mandati defectus non obstat, quando de eo non fuit oppositum, & de mandato quandocumq. doceri potest. nu. 6.*

## DECISIO DCXLVI.

1 Post binas Decisiones in hac causa factas sub dieb. 17. Nouemb. 1613. & 10. Martij 1614. in quib. resolutum fuerat, exceptionē rei iudicatæ non obstare illis de Cerbellis, agentib. contra D. Hieronymam Catalanā de Perleonib. ex eo, quod laudū latū per D. Hortensium Celsum esset iniustū. Prætendebant. n. Cerbelli redintegrationem in spolio, super quo proposito dubio die 27. Iunij præteriti fuit ordinatum, vt reuiderentur Decisiones ad effectum spolij. Cū igitur proposuissem dubiū, An esset standū, vel recedendū a decisis ad effectū spolij, Dñi rñderunt. Nō intrare spoliū, & Decisiones factæ licet viderentur posse pcedere ad effectū rei iudicatæ: secus tñ visum fuit ad hūc effectū, in quo dicebatur spoliū aduersus sñiam nō cōpetere, nisi sit patēter, & notorie iniusta, Abb. in c. cū causa. n. 4. vers. secus si. de offi. deleg. Aym. cōs. 5. nu. 8. & cōs. 302. n. 2. in prin. tenuit Rota apud Card. Seraph. decis. 867. & ratio est, quia tali casu Iudex videtur procedere tanquam priuatus, & sic spoliare, ex late deductis in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. cor. Reuerendiss. D. meo Archiepō Damasceno.

2 Talis autem iniustitia patens, & notoria non videbatur posse considerari in casu proposito, quia tunc dr̄ adesse, qñ est adeo euidens, vt nulla ratione velari possit. Franch. in c. dilecto. nu. 155. in fin. ver. ex quib. de appel. Feli in c. inter ceteras. n. 7. de re iud. Corn. cons. 10. nu. 3. lib. 4. cum pluribus congestis in Rom. grani, de Iustinis 18. Martij 1575. cor. bo. me. Orilen. relata inter impress. diuers. decis. 85. num. 4. part. 1.

3 Nec videbatur posse induci talis iniustitia patens ex eo, quod arbiter in laudo condemnauerit Cerbellos ad extinguendos duos census Scutorum 200. in continenti absque dilatione anni, & sic contra formã conuentionis expresse, in qua concedebatur terminus vnius anni ad faciendum hanc extinctionem. Nam respõdebatur, quod cum Cerbelli possedissent spacio plurium annorum nulla facta æstimatione, & infra dictum tempus potuisset fieri æstimatio, iuxta conuentionem, benè potuit arbiter æstimare annuum conuentum decurrisse iuxta votum Consultoris, ad tradita per Mandell. consil. 225. num. 8. & seqq. Ias. in l. si fundum per fideicommissum. num. 10. circa fi. de leg. 1. Socin. cons. 69. nu. 1. lib. 3. bon. mc. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. con. lib. 12. tit. 28. n. 9. & 10. Couar. pract. q. cap. 28. nu. 1. vers. primum etenim.

3 Ad illud verò, quod Cerbelli fuerint condemnati ad dicta Scuta 220. vltra pretium, & eorum fructus, vsque ad diem extinctionis censuum, respondebatur arbitrum nihil de nouo fecisse cum talis condemnatio prouenisset non ab ipso, sed a conuentione partis, quæ se obligauerat, quod quatenus pretium declarandum per peritos excederet Scuta mille Cerbelli soluerent dicta Scuta 200. & ex his extinguerent huiusmodi census post annum, quem annum benè arbiter declarauerat decurrisse oblapsum prædictum plurium annorũ, ne perpetuò pars frueretur re, & pretio.

4 Dum verò dicebatur euidenter iniustã fuisse condemnationem fructuum dotis Violãtis iam mortuæ, per cuius mortem soluto matrimonio nulli amplius fructus debebantur, cum dos desierit esse dos, ad tradita per Afflict. decis. 284. Fuit responsum, quòd licèt D. Hieronyma indebitè soluisset hos fructus, tamen hoc indebitum non respiciebat Cerbellos, qui semper tenebantur soluere fructus recompensatiuos iuxta æquitatem, l. curabit, C. de act. empt. ex quo retinuerant spacio plurium annorum rem, & pretium, & propterea ipsi non fuerunt in hoc aliquo modo grauati, cum pro rata dd. fructuum fuerint releuati ab onere soluendi fructus recompensatiuos, quod benè potuit facere arbiter vigore amplissimarum facultatum, quas habebat.

5 Ad allegatum excessum in exequutione respondebatur tolli ex eo, quod Cerbelli tenebantur D. Hieronymæ ad fructus recompensatiuos, cum spacio plurium annorum, vt dictum est, tenuerint rem, & pretium. Et quatenus dictæ responsiones pari possent aliquã difficultatem, tamen Domini censebant saltem operari ne sententia posset dici euidenter, & notoriè iniusta, ita vt nullo colore velari possit, qualis requiritur ad effectum redintegrationis in spolio, in quo clarè constare debet, Iudicem tanquã merè priuatum processisse & sic spoliasse, cum aliàs pro Iudice sit præsumendum, quod. f. ritè, & rectè processerit, & functus fuerit officio suo. l. 2. cum ibi notatis, C. de offic. ciuil. Iudic. Abb. cons. 41. nu. 2. lib. 2. Aym. cons. 188. nu. 8. & latissimè dictum fuit in dicta Romana de Bombellis coram Reuerendissimo Damasceno.

6 Quæ vero deducebantur circa nullitates visa fuerunt Dominis in facto non subsistere: nam defectus citationis ad æstimationem tollebatur, quia ex actis apparebat vtrumq. laudum super æstimatione videlicet, & super dãnis fuisse datum sub eadẽ citatione. Defectus verò extensionis obligationis Cameralis similiter tollebatur ex actis, in quibus apparebat extensam fuisse obligationem Cameralem parte citata, & intimata. Similiter defectus mandati tollebatur, cum de eo hodie doceretur, quod fieri poterat cũ tunc de tali mandato non fuisset oppositum, Felin. in c. sciscitatus, nu. 15. de rescript. Rota decis. 19. de Procur. in antiq. Put. decis. 373. nu. 3. lib. 2. Crescen. decis. 1. num. 3. de re iudic. Achill decis. 6. de Procurat. & fuit dictum in Asculana Dotis 7. Iunij 1599. coram bon. mem. Card. Pamphilio.

7 Illud vero, quod arbiter nõ esset sequutus votum Cõsultoris tollebatur ex Decisione vltimo loco facta in hac causa die 10. Martij præteriti, distinguendo dotes Hieronymæ, & Violantis. Tandem dũ dicebatur, non fuisse per arbitrum requisitum votum Prælati in æstimatione facienda vigore faciendi compromissi, respondebatur nõ fuisse necessarium tale votum nisi in his, quæ sunt de iure tantum, non autem in æstimatione, quæ spectabat ad Peritum, non aũt ad Prelatũ. Ex quibus cum non adsint nullitates, & iniustitia, vel tollatur, vel saltem non sit notoria, & patens, Domini non censuerunt intrare spolium, &c.

## R. P. D. PAMPHILIO.

*Amerina Domus. Veneris 13. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Venditio facta a minore secundum formam statuti, cum iuramẽto, ac iudicis decreto valida est, & nõ rescinditur ex capite minoritatis, maxime quando est facta ad dissoluendum æs alienum.

### SVMMARIVM.

*Venditio facta iuxta formam statuti Vrbis lib. 1. c. 113. non potest rescindi sub prætextu minoritatis, num. 1.*
*Iudicis decretum in contractu minorum facit, vt omnia præsumantur solenniter facta, nu. 1.*
*Assertio facta a minore contrahente cum iuramento, & iudicis decreto, præsumitur vera. nu. 2.*
*Minores viuẽtes in communi cum patruis præsumuntur habuisse pecunias patruorum in cõmuni vtilitate, n. 2.*
*Venditio facta a minore causa dissoluẽdi æs alienum, vt sustineatur satis est, vt causa in parte verificetur. n. 3.*
*Aequalitas inter fratres est seruanda. num. 4.*
*Liber baptismi probat ætatem. num. 4.*
*Romæ maiores dicũtur qui 20. annum impleuerunt. n. 5.*
*Iuramentum firmat contractum puberis. nu. 6.*
*Vtile per inutile non vitiatur. num. 6.*
*Læsio non dicitur, vbi est promissio reciproca. nu. 7.*

DE-

DECISIO DCXLVII.

1 Domini Silla, & Ascanius de Cansacchis vnà cum Pompeio, & Ioanne Vincentio patruis de anno 1605. vendiderunt in Vrbe domũ, quam pro indiuiso possidebant in Ciuitate Ameriæ. Verum cum de tempore Venditionis Silla, & Ascanius essent minores, cœperunt prætendere, Venditionem fuisse nullam, & propterea obtinuerunt mihi committi causam rescissionis, pro cuius expeditione dedi super hoc particulare dubium, quo supradicta die proposito Domini dixerunt, Venditionem sustineri, quia legitur facta pro pretio Scutorum mille, quibus Venditores indigebãt, pro extinctione vnius Societatis officij Scutorum 600. & alterius Scutorum 400. quæ fuerant disdictæ, & pro quibus exequutio imminebat, nec habebant alia bona, quę cum minori eorum damno vendi possent, ac insuper apparet facta iuxta formam statuti Vrbis cap. 113. lib. 1. cum authoritate Curatoris ad id loco coniunctorum absentium specialiter deputati, qui etiam iurauit venditionem non cedere in damnum vel pręiudicium minorum, & causa plene cognita per Iudicem, qui cum interposuerit decretum prę sumuntur omnia fuisse solenniter gesta, Put. decis. 205. num. 2. libro 3. Seraphin. decis. 217. num. 1. & fuit dictum in causa Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

2 Neque obstare quod vigore dicti Statuti constare debeat, alienationem cessisse in euidentem vtilitatem minorum, quia satis de hoc visum fuit constare ex supradictis, nec aliud dicendum esse ex eo, quod Societates appareant contractæ ab ipsis patruis tantum, quia in instrumento venditionis dicti minores medio iuramento expresè asseruerunt, societates fuisse per eorum patruos contractas, etiam pro seruitio ipsorum, licet in eis hoc declaratum non fuerit, quæ assertio stante decreto Iudicis, & alijs solennitatibus præsumitur vera. Seraphin. d. decis. 217. num. 1. cum alijs supra allegatis, præsertim quia de illo tempore omnes viuebant in communione, quo casu satis verisimile visum fuit, quod dictæ pecuniæ, prout minores asseruerunt, versæ etiam fuerint in communem vtilitatem. ad l. fin. C. de aliment. pupill. præstau. Menoc. præsumpt. 11. nu. 1. lib. 6.

3 Minus subsistere, quod imò supradictæ assertioni non sit standum, cum in casu isto clarè constet, quod in societate Scutorum 600. Petrignanus recognouit bonam fidem pro Scutis 150. & altera societas Scutorum 400. versa fuit in solutionem fructuum cẽsus, in quo supradicti patrui erant fideiussores, quia vltra quod post impositionem huiusmodi census Domini de Causacchis dicebantur recognouisse bonam fidẽ, quicquid sit de hoc, placuit etiam responsio, quod minores non asseruerunt, pro qua parte supradictæ societates ad ipsos spectarent, sed quod fuerunt contractæ etiam pro seruitio ipsorum, quod sufficit in aliqua parte verificari posse ad sustinendam venditionem ex causa æris alieni, vt supra, solẽniter factam. c. inter dilectos. de fid. instrum. Calderin. consil. 8. circa fin. de donat.

4 Tantò magis, quia etiam domus erat communis, & licet patrui in debito maiorem partem haberent, id ipsis imputari poterat in propria ipsorum portione habito respectu ad pretium domus. l. cum in fundo. §. si fundus. ff. de iur. dot. maximè vt inter eos seruetur æqualitas, quæ inter fratres est seruanda, vt per textus. in l. illud. C. de collation. tradit. Socin. consilio nonogesimooctauo, sub num. 2. vers. postremo lib. 1.

5 Preterea quo ad Sillam ex alio visa fuit cessare difficultas, quia de tempore contractus erat maior viginti annis, vt apparet ex libro Baptismi, qui probat ætatem. Caputaq. decisione 314. numero 1. parte 1. Ioseph. Ludouic. decisione Perus. 57. numero 7. part. 1. in quo propterea non habet locum statutum Vrbis libro 1. capitulo 113. quod dum loquitur de minoribus, visum fuit intelligen. de minoribus viginti annis, secundum dispositionem eiusdem statuti in præcedenti capitulo 47. ad text. in l. si cum fundum. ff. de verborum significationib. & faciunt deducta in Bononien. census 17. Martij 1608. coram Reuerendiss. Domino Lugdunen.

6 Neque obstare, quod huiusmodi statutum non habilitet forenses maiores 20. annis ad contrahendum ex allegatis coram Reuerendissimo Patre Domino meo Buratto in causa Tudertina, seu Romana nullitatis obligationis, sub die quarta Iulij præteriti, quia satis est ad istum effectum, quod dictum statutum capitulo 113. intelligatur de minore viginti annis, ità vt dum versamur in maiore viginti annis, cesset illius dispositio, & remaneat in dispositione iuris communis de quo talis contractus ex solo iuramento sustinetur. authen. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio. & hoc casu tanto facilius esset standum assertioni contrahentis, ex quo etiam sine causa contrahere poterat. Put. decisione 245. libro 3. prout etiam nihil facit, quod contraxerit cum solennitatibus, quia non vitiatur propterea contractus alias validus, ex regula capituli, vtile non debet. de regul. iur. in 6. quæ maximè locum habet ex contractibus. Tiraquel. de retract. conuent. ad fin. tot. tit. num. 145. Surd. decisione 248. num. 22.

7 Quod autem dicebatur minores fuisse læsos, ex quo promiserunt de euictione pro patruis, visum fuit cessare ex eo, quia patrui quoque promiserunt pro illis, adeo vt læsio ex hoc capite pro æquali promissione recompensata videatur, & venditio sustineri debeat, stante causa necessaria æris alieni, cum alijs supradeductis, ex quibus, &c.

R. P. D. BVRATTO.

*Romana de Trincijs. Lunæ 16. Februarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Si creditum non est liquidum, & personæ non sunt legitimatæ, mandatum non debet relaxari, etiam in vim obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

*Mandatum nō debet relaxari si facta protestatione, quod legitimentur persona, non fuit facta legitimatio. nu. 1.*

*Præsumitur factum lucrum Societatis, vel per mortem personarum, super quarum vita periculo inita erat, vel lutio, quando intra tempus 19. annorum, non fuit agnita Societas, vel creditum. nu. 2.*

*Statutum Vrbis lib. 6. cap. 158. tollit fidem quibuscumq; scripturis, & cautionibus, post spacium sedecim annorum, etiam viuentibus debitoribus. num. 3.*

*Obligationis Cameralis vigor non potest exerceri, quando negotium est turbidum, & non ita clarum. num. 3.*

DECISIO DCXXXVIII.

1 IOannes Mastinus, vti vnus ex hæredibus Nicolai, tam suo, quam aliorum pretensorum cohæredum nomine, petebat coram me vti subrogato in locum bon. mem. Reuer. P. D. Gypsij iudicis in causa discussionis bonorū quondam Honorij Trincij, mandatum exequutiuum pro Scutis 200. vigore Societatis officij, vt dicitur, per dictum Honorium ad fauorem dicti Nicolai contractæ de anno 1585. contra R. P. D. Damascenum obligatum in forma Cameræ de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus pecunias, per eū vti creditorem dicti Honorij receptas.

2 Quod mandatum Domini denegandum esse dixerunt, tum quia non fuerunt legitimatæ personę actorum, quod sint hæredes dicti Nicolai; tum quia non fuit doctum de credito eiusdem Nicolai, & quidem anteriori, & ideo non intrat obligatio dicti R. P. D. Damasceni de restituendo prioribus, & potioribus. Nec visum fuit Dominis sufficere fidem dictæ societatis contractæ del 1585. quia cum non fuerit obtentum, nec relaxatum mandatum cōtra D. Honorium, vel hæredes, nec minus dicti de Mastinis comparuerint in iudicio discussionis, & graduationis, nec fuerint liquidati creditores, prout omnes alij, & intercesserit cursus annorum 19. a tempore discussionis, & 30. a tempore societatis, intrat præsumptio vel superlucratæ societatis per mortem personarum, super qua rum vitæ periculo erat imposita, vel solutionis, & satisfactionis, quia verisimiliter tamdiu non siluissent, nec distulissent eorum crediti exactionem. Castren. consil. 126. sub nu. 1. vers. tollitur etiam. Aym. consil. 148. num. 12. Dec. consil. 596. sub num. 9. vers. Corroboratur etiam. Cephal. consil. 240. num. 9. Surd. decis. 105. num. 4. Rot. decis. 788. nu. 2. par. 1. diuersorum.

3 Et ideo aliqui etiam ex Dominis dicebant, posse intrare præscriptionem statuti Vrbis sub rubr. de præscriptionibus, cap. 158. lib. 1. quæ tollit fidem quibuscumque instrumentis, scripturis, & cautionibus post cursum sedecim annorum, etiam viuentibus debitoribus, vt ibidem. Vel saltem ex præmissis videbatur rem esse valde turbidam, & propterea non liquidato clarè negotio non posse exerceri rigorem obligationis Cameralis, ad trad. per Galles. in form. procesf. part. 2. 3. part. principalis, num. 8. Et de instrumentis exequutiuis Surd. decision. 27. num. 5. Et ita conclusum, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

*Portugallen. Fructuum. Lunæ 16. Februarij 1615.*

ARGVMENTVM.

Possessio an possit capi per procuratorem habentem mandatum cum clausula generali ad capiēdas possessiones. Item an pro capienda possessione bonorum Ecclesiæ sufficiat, quod acquiratur possessio Ecclesiæ, & ex quibus possessio bonorum Ecclesiæ acquiratur. Item an possessio capta pro certa parte fructuum ante liquidationem dicatur incerta, & quando manutentio competat ei, qui se habuit pro spoliato.

SVMMARIVM.

*Possessio potest acquiri per procuratorem. num. 1.*

*Mandatum cum clausula generali ad capiendas possessiones sufficit pro capienda possessione. num. 2.*

*Possessio bonorum Ecclesiæ penes Ecclesiam residet. nu. 3.*

*Possessio bonorum Ecclesiæ acquiritur per acquisitionem possessionis Ecclesiæ. num. 3.*

*Vtile per inutile in indiuiduis non vitiatur. num. 4.*

*Possessio non solum Ecclesiæ, sed etiam bonorum Ecclesiæ censetur capta per actus possessorios, de quibus in decis. num. 5.*

*Possessio probatur ex locatione iuncta pensionis perceptione, vel alijs adminiculis. num. 6.*

*Successor in officio Notarij potest instrumenta sui authoris publicare. num. 7.*

*Successor in officio Notarij quis probatur ex sua attestatione. num. 7.*

*Possessio capta pro certa parte fructuum ante liquidationem dicitur incerta num. 8.*

*Fallit quando plures non facta liquidatione respectu quota possident. num. 8.*

*Possessio instrumentalis alio existente in possessione nō suffragatur. nu. 9.*

*Mann-*

*Manutentio ratione ciuilis possessionis datur etiam ei, qui amisit naturalem. nu. 10.*
*Possessio capta alio possidente nulla est, & inualida. n. 10.*
*Possessio etiam sine causa potest acquiri. num. 11.*
*Possessio sola sufficit in iudicio manutentionis. nu. 11.*

## DECISIO DCXXXIX.

DE anno 1582. Gregorius XIII. felic. record. dismembratis duabus ex tribus partibus fructuum Ecclesiæ Sancti Martini de Cuciaes, Ordinis Sancti Benedicti de consensu Antonij Gonzalez tunc Rectoris eas monasterio Monialium Sancti Benedicti Portugallen. applicauit cum facultate capiendi libere, & absq; vllius auctoritate, vel licentia possessionem. In vim huius dismẽbrationis Frater Gaspar, vti Monialium Procurator die 1. Martij 1584. possessionem istorum fructuum in ipsa Ecclesia Sancti Martini fuit adeptus, & successiue Moniales de mense Iunij sequenti eosdem fructus cum pensionis exactione locarunt, quod pariter sequentibus annis præstiterunt.

1 Cum autem postea fuissent hac possessione per fiscum Regium spoliatæ, litem in partibus instituerũt, & interim Congregatio Sancti Benedicti sub prætextu alterius applicationis de mense Martij 1588. eiusdem Ecclesiæ possessionem accepit, qua tamen non obstante moniales 14. Aprilis sequentis fuerunt ad pristinam possessionem restitutæ. Vnde causa postmodum ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, dubitaui cui dandum esset mandatum de manutenendo. Verum Dominis placuit, vt particulariter de monialium possessione videretur, & de quo tempore, super quo pluries dubio per me proposito nec resoluto tandem Rota firmauit, monialium possessionem ab anno 1584. cum illa tunc temporis mediante Procuratoris persona fuerit ipsis acquisita. l. 1. §. per Procuratorem. ff. de acquiren. possess. Bart. in l. quod mihi donatum. ff. de donat. Couarr. var. resolut. libro 3. capit. 8. numero 8. in fin. Veral. dec. sion. 60. lib. 10. in manuscript.

2 Nec releuat Procuratorem non habuisse speciale mandatum ad capiendum huiusmodi possessionem, cum sufficiat clausula generalis ad capiendas possessiones, quæ legitur in mandato. glos. in l. 1. §. per Procuratorem. ff. de acquiren. possess. Couarr. vbi supra. numero 9. Ferrett. consil. 220. numero 12. versic. non obstat.

3 Non obstat Procuratorem fuisse adeptum Ecclesiæ possessionem, quæ non suffragatur cum bonorum & fructuum possessionem capere debuisset. Cum. n. d. possessio penes Ecclesiam resideret, Rota decis. 19. numero 8. & sequent. part. 2. diuers. Caputaq. decis. 170. & 182. numero 6. part. 3. Seraphin. decis. 1492. per tot. & præsertim numero tertio. Natta consilio 572. numero decimo, per illam vtique fructuum, & annexorum possessio potuit acquiri. Rota dicta decisione 19. sub numero octauo. part. 2. Anchar. in capit. primo. numero 12. de regul. iur. in 6. Felin. in capitul. auditis. numero 19. de præscript. Couar. var. resolut. capitulo 16. numero 13. libro 3. Aym. consilio 54. numero 14. & consilio 562. numero 22. Afflict. decisione 361. numero 23. Alexand. consilio 81. numero 17. libro 3. Rebuff. in prax. benefic. tit. de immiss. in possess. numero 26. Seraphin. decisione 1447. numero tertio. Rota decisione 1. de restitut. Spoliat. in Alex. numero 4.

4 Et licet respectu Ecclesiæ, quæ non fuit monialibus applicata, possessio non teneat, bene tamen respectu fructuum sustinetur, cum in diuiduis vtile per inutile non vitietur, l. 1. §. sed si mihi. Vbi DD. de verborum obligationibus, & fuit in his terminis decisum in Portalegren. fructuum 17. Februarij 1595. coram Iusto.

5 Accedit per monialium Procuratorem in capienda possessione plures fuisse gestos actus possessorios, vt patet ex instrumento ibi per lignum, lapidem, tegulam, herbam, & per aspectuum oculorum, &c. & ibi cepit naturalem, actualem, & corporalem possessionem d. Ecclesiæ, & de duabus partibus fructuum, ac de omnibus pertinentijs, & proprietatibus, qui actus non solum Ecclesiæ iurium, sed bonorum etiam apprehensioni conueniunt. Paris. de resign. libro 10. quæstione 6. numero 49. Menoch. de retin. possessi. remed. 3. numero 569. Grammat. decisione 71. numero 6. Rebuff. in prax. benefic. tit. de immiss. in possess. num. 6.

6 Præterea d. monialium possessio comprobatur ex bonorum de quibus agitur locatione facta de anno 1584. vna cum pensionis exactione. Menoch. de retinen. remed. 3. numero 562. Gabr. de locat. concl. 4. num. 2. Natt. consil. 672. numero 20. necnon ex alijs locationibus iunctis adminiculis. Bartol. in l. ad probationem. C. locati. & in l. Titia. ff. de solut. Felin. in capitulo. inter dilectos. numero 8. versiculo. item secus. de fide instrument. Grat. consil. 50. num. 48. lib. 1. Menoch. de redint. remed. num. 564. Socin. consil. 11. numero 4. libro 3. Cæsar de Graff. decisione 10. de caus. possess. & propriet. Seraph. decis. 896. nu. 2. Hic autem non solum adminicula, sed etiam probationes reperiuntur ex allegatis.

7 Nec valet dicere instrumentum locationum, & mandati procuræ non esse in forma probanti, cessat enim obiectum cum dd. instrumenta fuerint a successore in officio Notarij rogati publicata, vt ipse successor attestatur Bar. l. si quis ex argentarijs. §. primo. numero 3. de eden. Alexand. in auth. si quis in aliquo num. 5. in fine. & ibi Iaf. num. 5. versic. 10. Fallit Iacob. de S. Georgio. nu. 32. C. eodem. Chisanen. decisione 66. Felin. in capitulo. Albericus. num. 2. de testibus. & in c. fin. num. 7. De fide instrum. Abbas in c. cum P. Tabellio. eod. tit. quæ successoris attestatio hic sufficit. Verall. decisio. 245. & decis. 286. part. 2. Put. decisione 475. libro 2. Boer. decisione 118. numero 4. Capic. decis. 71. num. 7. Paris. de resign. lib. 8. quæst. 11. num. 50.

8 Non obstat, possessionem incertam videri, vti captam de duabus partibus fructuum ante liquidationem, vt fuit dictum in Cæsaraugustana fructuum, 31. Ianuarij 1597. coram bon. memor. Cardinale Pamphilio, quia non dicitur incerta possessio, quando plures non facta liquidatione respectu quotę possident, vt in casu nostro. Socin. in l. 3. §. incertum. nu. 5. post med. vbi Ias. nume. 16. prope fin. ff. de acquir. possess. Paris. consil. 59. num. 23. lib. 1. Gozzad. consilio 55. num. 5. Rot. decis. 59. num. 2. part. 2. diuers. Et fuit dictum in vna Romana Casalis Trisuse 28. Maij, 1595. & 21. Iunij eiusd. coram Litta, & sic allegata decisio Cæsaraugustanà non afficit, cum de bonorum applicatione loquatur, vsque ad certam quantitatem, per quã separatio, & liquidatio erat facienda, quod secus hic accidit ex allegatis.

9 Nec refert moniales post captam possessionem se pro spoliatis habuisse, cum ad illam redintegrari petierint, nam per eosdem ministros qui eas ante spoliarunt, fuerunt 14. Aprilis 1588. realiter, & cum effectu redintegratæ & successiue possessionem continuarunt, vt ex pluribus locationibus postea factis apparet. Nec releuat intermedia Congregationis possessio sub die 14. Martij 1588. ante monialium redintegrationem capta, quia vel ministri Regij spoliatis monialibus penes se possessionem retinuerunt, & illa non fuit Congregationi acquisita cum instrumẽtalis alio existente in possessione non suffragetur. l. prædia. & l. quamuis. §. primo. ff. de acquir. possess. vel non fuit a dictis ministris occupata possessio, sed fructus tantummodo sequestrati, vt Informantes, pro Congregatione supponunt, & isto casu de Monialium anteriori possessione dubitari non potest, ex allegaris.

10 Et quamuis dd. moniales redintegrari petierint, non inde tamen infertur eas cum naturali possessione ciuilem amisisse, vt eisdem manutentio competere non possit. Pute. decisione 419. libro secundo. Menoch. de recup. remed. primo, numero 139. & remed. 15. numero 391. & fuit dictum in causis Mediolanen. Paroch. 22. Iunij 1587. & Oxomen. Cappellaniæ 10. Martij, 1589. coram bon. mem. Card. Platto, cum quibus concordant decisiones in causa, Sanctæ Agathæ Gothorum 8. Iunij 1598. coram Gipsio in Romana domorum. 24. Februarij 1612. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Vbaldo in Papien. bonorum 14. Maij eiusdem anni, coram bon. memo. Penia in Bononien. manutentionis, 16. Decembris 1611. & in Romana de Pinis, die 27. Ianuarij 1614. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, ex quibus constat, possessionem a Congregatione medio tempore captam nullam, & inualidam fuisse. l. si duo, §. creditores. ff. vti possidet. Menoch. de retinen. remed. num. 728. Afflict. decis. 363. num. 4. & 327. num. 2. Rot. decisione 27. num. 7. p. 1. diuers.

11 Nec obstat exceptio, quod contrà formam literarum Apostolicarum fuerit facta fructuum dismembratio: Nam de illius iustitia hodie non agitur, cum sufficiat constare solum de possessione, quæ sine causa etiam potuit acquiri. Bartol. in l. quod meo, numero primo, de acquiren. possess. Iason in l. 3. §. genero, numero 3. eodem. titu. & sola in manutentionis iudicio suffragatur. Bartol. in d. l. 3. numero 2. de acquiren. possess. & latè per Surd. consilio 93. num. 12. Mohed. decisione 20. de restitut. spolia. Couar. pract. quæst. cap. 17. numer. 5. Rota decisione 641. num. 8. part. 1. diuers, &c.

## R E V. P. D. V B A L D O.

*Lucana Terrarum. Lunæ 16. Februarij 1615.*

## A R G V M E N T V M.

Immissio conceditur contra bonæ fidei possessorem, non obstantibus melioramentis, quando non sunt liquida, præstita tamen cautione de referendis melioramentis, quando erunt liquida.

### *S V M M A R I V M.*

*Immissio non impeditur sub prætextu melioramentorũ, quando non scitur in quo statu res, qualis fuerit, antequam detineretur ab aduersario. num. 1.*
*Melioramenta qualiter debeant æstimari. num. 3.*
*Testes deponentes de proprio iudicio in materia melioramentorum quid probent. num. 3.*
*Melioramenta voluptuaria sunt illa, quæ non augent fructus. num. 4.*
*Melioramenta, vt debeant referri, debent perpetuo in fundo esse duratura. nu. 5.*
*Possessor bonæ fidei debet melioramenta cum fructibus cõpensare. num. 6.*

## D E C I S I O D C L.

1 FVerat in hac causa resolutum, permutationem terrarum, de quibus agitur, fuisse nullam, vt in decisione sub die 16. Decembris 1613. coram me. Vnde cum Rector Ecclesiæ, ad cuius fauorem emanauit decisio, prætenderet immitti in possessionem dictarum terrarum, fuit ex aduerso oppositum de melioramentis Ioannis ad ea probanda, & liquidanda, præter restes in alijs instantijs inductos, fuerunt etiam concessæ literæ remissoriales, & postreproductum processum, dedi dubium, an constaret de melioramentis, & ad quam summam, in casu, & ad effectum, de quo agitur. Et effectus erat ad retardandam immissionem Rectoris, pro quã tamen immissione, non obstantibus dictis restium, Domini respondendum censuerunt. Licet. n. ex deductis pro Guinisio cõstare videtur de nonnullis melioramẽtis,

tamen

tamen quia non constat de statu anteriori terrarum istarum de tempore alienationis, quæ fuit de anno 1528.& sic longe supra ætatem testium, non potest sciri, quantum sit melioratum. Curt.iun. consi. 165. n.2.in fin.& n.22.vers.sed difficultas.lib.2. Honded. consi.85.sub n.4.vers.primo quia libro primo, & fuit dictum in Sutrina melioramentorum.9. Decembris. 1589.coram Seraphino, quæ est deci.898.num.6.& in Paduana Iurispatronatus, 31.Maij coram eodem, quæ est decis.952.n.3.par.prima.

2 Præterea quatenus dicta melioramenta per testes probata essent necessaria, vel vtilia, tamen dicebant Domini, non probari, quot & quantum fuerit impensum, vt dignosci possit, quantum sit reficiendum, cum sit tritum in hac materia, spectandum esse, quod minimum est, adeo vt si impensa sit modica, licet melioramenta sint magni valoris, illud modicum sit reficiendum, & è contra, si impensa superat meliorationem, tantum sit restituẽdum, quantum est melioratũ. Bar. in l.in fundo, & ibi Doct.ff.de rei vend. Tiraq. de retract.conuent.§.1.glos.nu.8. Neguf.de pignor. in 4. Membr.5.par.prin.n.11.Valefe.de Iur.Emph. quæ. 25.n.8.circa primum.Gard.de expens.c.24 sub num. primo & seq.& fuit dictum in allegata decisione Seraph.898.n.1.vbi de communi.

3 Et licet aliqui testes deponant de certa quantitate, tamen non deponunt, nisi de proprio iudicio, & quod tantum verisimiliter potuit impendi, vt patet de testibus datis in Summario Guinisij.n.4.& seq. & sic enim probant iuxta tradita per Curt. iunior.dicto cons.165.numero 16.in fin.Dec. consi.255. in causa num.5.& cons.524.n.6. Rot. decis. 29.nu.12. parte prima diuers. & similiter licet prædicti testes deponant de valore melioramentorum secundum tempus hodiernum, vt primus, & quartus ad 27. interrogatorium. Item primus, & tertius ad 77. item quartus super 35. articulo, tamen cum simus in melioramentis factis a prætenso tantum bonæ fidei possessore, certũ est, nõ attendi valorem de tempore restitutionis, sed quatenus sit impensum, si impensa sit minor melioramentis, vt supra dixi, quicquid esset dicendum, si meliorámenta essent facta ab eo, qui prætenderet in re meliorata dominium directum, vel vtile, vt per Doct. in l.domus.ff.de leg.primo, & ita per alias distinguũt Garz.de expens.c.24.n.2.& 3.Valefe.d.quæst.25.n. 28.Neguf.vbi supra n.16.

4 Accedit, quod dicta melioramenta nec videbãtur saltem pleraque esse vtilia, vel necessaria, ita vt venirent reficienda. Nam quo ad domum magnam, illa videtur potius fuisse impensa voluptaria, quam vtilis vel necessaria, cum ex ea nõ fuerint aucti fructus fundi.l.1.2.& 3.& l.impensæ, & l.voluptariæ.& ibi glos. in verb.exornat.ff.dé impens.in reb.dot. fac.l.impensæ.ff.de verb.signifi.& colligitur ex testibus aduersarij deponentibus, quod domus fuit ædificata per Villeggiare, & sic pro voluptate ædificantis pro sustentandis vitibus videbantur parum vtiles, & potius deseruire ad ornatum, & decorem, per fare, vt dicitur, vnà pergolata, & idem dicendum videtur de muris pro claudendo viridario. Fornax vero ad calcem coquendam hodie est damnosa, quia diruta. Fornellus pro pannis lauandis, nec etiam melioramentum vtile fundo dicitur, sed pro commoditate tantum Domini.

5 Quo vero ad meliorationes factas in plantatione arborum, & vitium, nec videbantur reficiendæ, cum non essent perpetuo in fundo duraturæ. Florian. de Sancto Petro cons.1.n.8.& tenuit Rota apud Cæsar. de Graff.decis.13.in fin. eodem tit. quæ est repetita in decis.398.num.6. par.prima, & 312.num. 6. par. secunda diuers.

6 Demum considerabant Domini, quod cum alienatio fuerit a principio nulla, vt fuit resolutum, Guinisius non potest prætendere fructus perceptos, nisi ratione bonæ fidei, quo casu tenetur melioramenta cũ fructibus perceptis compensare. l. sumptus. ff. de rei vend. Neguf.in d.4.memb.5.par. princ.nu 12. Valese.de Iur.emph.quæst.25. sub num.29. Garz. de expens.c.23.nu.38.Rota decis.186.nu.5.par.2. diuers. & in Tiburtina locationis 5.Decembris 1598.coram Illustrissimo Cardinale Mellino.

7 Quare attentis omnibus prædictis concluserunt Domini dandam esse immissionem Rectori, præstita tamen per eum cautione de reficiendis melioramentis, quatenus melius ex aduerso liquidarentur, vel de iure venirent reficienda. Et ita decisum fuit.

## R. P. D. VBALDO.

*Mediolanen. Pensionis, Veneris 20. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, illiusque Argumentum in Summarijs habetur.

### SVMMARIVM.

*Instrumenti verba sunt strictè interpretanda, & arbitrio iudicis, vel partis esse non debet, supplere non expressa in instrumento. n. 1.*

*Arbitrium expirat morte illius, qui arbitrium habebat. num. 2.*

*Prorogatio termini quod sit longior primo termino absurdum est. num. 3.*

## DECISIO DCLI.

1 POst factam resolutionem in Rota sub die 12. Maij præteriti, applicationem pensionis, de qua agitur, fuisse per quinquennium tãtum, instabant Beneficiati Officiales nuncupati pro immissione in quasi possessionem exigendi dictam pensionem,

nem, in cuius dubij disputatione, quia pro Canonicis opponebatur, quod applicatio bonorum de Besate fuisset facta vsque quò fabrica fuisset perfecta, & horum fructuum loco, qui Beneficiatis per concordiam remanserunt, esset subrogata dicta pensio propterea Domini mandarunt, vt particulariter de ista applicatione bonorum de Besate videretur, fuissetne facta tantum ad quinquennium, an potius vsque ad perfectionem fabricæ, quo dubio proposito, censuerunt applicationem dictorum bonorum expirasse, moti ferè ijsdem rationibus, quæ habentur in dicta Decisione 12. Maij præteriti, & præcipuè, quia in eodem instrumento de anno 1583. in quo per deputationem fabriceriorum S. Carol. glor. mem. censetur fecisse dictam applicationem, vt fuit iam resolutum, eadem conceptione verborum vtitur respectu bonorũ Caluenzani, Besate, & pensionis, vnde nulla ratio suadere videtur, vt si applicatio Caluenzani, & pensionis fuerit temporalis ex rationibus in Decisione adductis, respectu bonorum de Besate debeat esse perpetua, vel vsque ad perfectionem fabricæ, cum hoc in instrumento non legatur, nec in arbitrio partis, vel Iudicis esse debeat, supplere non expressa in instrumento. arg. l. quicquid adstringendæ. ff. de verbor. oblig. Alexand. consi. 46. nu. 4. lib. 2. Dec. cons. 552. & consi. 555. in princ.

2 Neque obstare dixerunt, quod maiorem de bonis Besate disponendi facultatem S. Carolus haberet, quam de alijs prædictis, cum in his facultas esset restricta ad quinquennium, vt firmat Decisio, in illis autem nullum esset præscriptum tempus, immo simplex esset facultas collata in arbitrium Cardinalis & in quoslibet vsus sibi bene visos, posset eorum fructus conuertere, vt latius in Breui fel. rec. Gregorij xiij. continetur, quia fuit responsum hodie non disputari de facultate Cardinalis, sed quicquid sit de ea, certum est ipsum tali facultate non fuisse vsum, cum nullibi legatur talis applicatio expressa, sed solum colligatur ex deputatione fabriceriorum pariformiter facta de omnibus, vt supra dixi. Vltra, quod in omnem euentum dictum arbitrium expirasset per mortem S. Caroli. Bar. in l. centesimis. §. fi. n. 9. & seq. ff. de verb. oblig. Gozad. cons. 22. n. 10. & confirmatur, quia cum prima istorum bonorum dispositio fuisset facta solum ad quinquennium, hæc inseruire videtur ad interpretandam mentem disponentis, quod scilicet voluerit in secunda dispositione applicare ad tantumdem temporis spacium, non autem vsque ad perfectionem fabricæ, ne sequatur absurdum, vt prorogatio sit longior primo termino. Bald. in c. fi. num. 32. de consuetud. & fuit consideratum in decisione huius causæ. 12. Maij præteriti, quod etiam videbatur Dominis sapere magnam æquitatem, cum Domini Canonici recuperauerint bona Caluenzani, & in proprios vsus eorum fructus conuertant, ideo non videntur debere prætendere, quod bonorum Besate DD. Beneficiatis semel applicatorum fructus perpetuo remaneant affecti ad fabricam perficien. ex quibus, & alijs deductis in dicta decisione, & per Informantes, fuit, vt supra, resolutum.

## R. P. D. BVRATTO.

*Virdunen. Abbatiæ, Veneris 20. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Clausula arbitrio Rotæ non habet locum ad requirendum possessorium redintegrandæ, vt solum super petitorio cognoscatur. Cetera vide in summario.

### SVMMARIVM.

*Clausula arbitrio Rotæ non habet locum ad reijciendum possessorium redintegrandæ, vt solum super petitorio cognoscatur. n. 1.*

*Possessor non tenetur probare Dominium, sed illius probationem in aduersarium transfert. n. 1.*

*Causa possessorij redintegrandæ est multum fauorabilis pro spoliato, & celeritatem desiderat. nu. 1. in fine vbi etiam quod est magis priuilegiata, quã causa petitorij.*

*Possessorium ante petitorium terminandum est, etiam a Iudice habente arbitrium. n. 2.*

*Spoliatus ante omnia restituendus est, non solum de æquitate, sed etiam de necessitate. n. 2.*

*Clausula arbitrio Rotæ non dat facultatem auferendi, vel lædendi ius partis. n. 2.*

*Testes dicuntur nulliter examinati, quando fuerunt examinati ab vno tantum ex duobus iudicibus delegatis. n. 3.*

*Testes non examinati super omnibus interrogatorijs datis a parte, dicuntur nulliter examinati. n. 3.*

*Personæ mutatio non facit ius actoris deterius. n. 4. Vbi etiam idem de mutatione posterioris.*

*Successor in Beneficio conuenitur ex eisdem actis, & causa in eodem statu permanente, sicut principalis. n. 4.*

*Actum quem quis ad probandum ius suum deducit, impugnare non potest. n. 4 in fine.*

*Procuratoris confessio facta in iudicio contentioso præiudicat principali. n. 5. Vbi præsertim, quando confessio est verisimilis.*

*Possessio præsumitur iusta. n. 6.*

*Confitens, aliquem esse intrusum in possessionem alicuius rei dicitur eiusdem intrusi possessionem probare. n. 6.*

*Confessio in precibus probat cõtra confitentem. n. 6. & 7.*

## DECISIO DCLII.

1 REsponsum fuit per Dominos, non esse locum arbitrio ad reijciendum possessorium redintegran. per fratrem Nicolaum Thom. iam diu intentatum, ad possessionem Abbatiæ. B. M. de Caladia ordinis Cistercien. sequestrata illius possessione,

sione, prout per Sanctissimum rescribi obtinuerat vltimo loco Franciscus, contra quem vti d. Abbatiæ detentorem iudicium possessorium prosequitur d. Frater Nic. Thom. iuxta c. sæpe. de restit. spoliator. Cum enim per binas decisiones fuerit denegatum arbitriũ vigore alterius commissionis Apostolicæ Rotæ concessum, ad cumulandum petitorium cum possessorio ex rationibus, de quibus in eis, multominus dixerunt Domini, esse locum reiectioni dicti remedij spolij, & cognitionis solius petitorij, non tam ratione ordinis possessorij ad petitorium. Bart. in l. dicta num. 14. in fin. versic. tertia regula est. C. de eden. quam ratione præiudicij partis actricis, cum causa possessionis sit quoddam necessarium antecedens, ad causam proprietatis, & possessor transferat onus probandi in aduersarium, super Dominio, de quo in spolio non tenetur probare d. c. sæpe. & sic possessor grauaretur onere probandi, a quo per iudicium possessorium releuatur, vt in d. c. sæpe. not. Bart. num. 3. Abbas. n. 2. & propter difficultatem probationis amittitur quandocunque proprietatis effectus, vt ibidem, ex verbis tex. notant Inno. Imol. Bellam. Ripa in principio, & Menochius de recuper. remed. 15. num. 364. & 365. & causam possessorij restituendæ esse multũ fauorabilem pro spoliato, & celeritatem desiderare dicit Bisignet. decis. 1. in fine. de cau. poss. & propriet. & magis priuilegiatam petitorio. Abb. in c. eum ad Sedem. numero 7. de restitu. spol. Menoch. d. remed. 15. numero 366.

2 Vnde ordo cognitionis possessorij ante petitoriuni ratione præiudicij partis non reijcitur etiam per iudicem arbitrium habentem. Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 17. versic. circa prædicta. ff. de acquir. possess. quem ibi sequitur, Rub. in repet. numero 328. & 329. versic. primus casus, & partis præiudicium fundatur in æquitate, quæ non modo suadet, sed lex iubet, spoliatum ante omnia restituendum, ca. ex conquestione. de rest. spol. cum vulg. quem tex. ad propositum citat Rub. d. §. nihil commune, num. 329. & neminem hoc casu contradicere testatur Menoch. de Arbitr. libro primo quæst. 51. num. secundo. Clausula enim arbitrio non dat facultatem auferendi, vel lędendi ius partis, ad l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. Barto. in l. ambitione, numero 12. ff. de decret. ab ord. facien. & in extrauagan. ad reprimen. in verbo videtur numero 13. vers. quæro item. Menoch. d. lib. primo quæst. 48. in principio.

3 Nec obstare putarunt Domini, quod probatio primi extremi in alijs resolutionibus firmata, super testibus in partibus in vim Remissoriæ examinatis bodie cessat ex nullitate examinis, tamquam facti solum coram Decano, vno ex duobus iudicibus subdelegatis. l. duo ex tribus. ff. de re iud. vbi glo. & Doctores in puncto. Ang. Aret. consilio 132. numero 16. & omissis nonnullis interrogatorijs. capitulo per tuas. in fin. vbi not. de Testibus. Abb. in cap. cum causam. sub numero sexto, prope finem, versiculo alio modo limitatur. eodem titulo, cum alijs per Gagnol. in l. 2. numero 102. ff. si certum petatur, & fuit dictum in Parmen. status 4. Iulij 1614. coram Illustrissimo Cardinale Mellino & ideo intrare videatur arbitrium sublato, vel saltem obscurato primo extremo, iuxta decisionem Reuerendissimi D. mei Damasceni, in Romana Cottiuij. 26. Martij 1606. Nam omissis etiam testibus, primum extremum videtur satis probatum ex mandato procuræ dicti Fratris Nicol. facti, 10. Iunij anni 1594. ad resignandam Abbatiam, quam ipse obtinebat, & possidebat ad fauorem Caroli, quo vsus est, dictus Carolus, qui præuia Procuratoris dicti fratris Nicol. Thom. resignatione, in manibus Sanctissimi obtinuit prouisionem dictę Abbatiæ, & in adeptione professionis illius, mediante executore in partibus deputato, dictus frater Nicolaus se opposuit protestando, quod non fuerat ad eius fauorem reseruata pensio mille Francorum iuxta conuentã de tempore dicti mandati, cui oppositioni postea dicitur per eumdem renunciatum. 27. Aprilis 1595.

4 Quod mandatum procuræ fuit in partibus ad instantiam dicti Francisci compulsatum, & extractum ex originali, & recognitum de mandato iudicis Remissorialis per Rotam deputati, mediante Notario causæ Remissorialis Actuario, ad præmissa specialiter deputato, procuratori dicti fratris Nicolai Thomæ pro certa die, & hora intimato, & ideo sicuti confessio fratris Nicolai in dicto mandato ad resignãdum, quod ipse possidebat Abbatiam, probat factum circa possessionem contra Carolum, contra quem iudicium fuit institutum in spolio, & qui etiam ius suũ deducit ex tali mandato ad resignandum, ita probat contra Franciscum sustinentem vices Caroli, & qui in eadem possessione successit, nec ex mutatione personæ, fiat ius actoris deterius. dict. cap. sæpe. successor enim in beneficio conuenitur ex eisdem actis, & causa in eodem statu permanente, sicut principalis, Rota decisione prima, alias quinta. vt lit. pend. in antiq. Lancel. 2. parte. cap. 20 de Attent. posterio. lib. limit. 24. numero 18. Quia ex mutatione possessionis non mutatur ius Actoris. Guido Papæ decisione 629. numero primo, quam passim sequitur Rota. Nec potest quis impugnare illud, ex quo ius suum deducit. Car. Seraph. decis. 750. numero primo, & fuit dictum coram R. P. D. meo Pirouano in Pacen. Canonicatus. 2. Decembris 1613. & acceptans, & fundans intentionem suam super aliquo facto, non potest contra illud venire, Bald. consilio 466. volum. 2. & consi. 258. libro 4.

5 Corroborantur prædicta ex exceptionibus, & replicationibus Procuratorum Caroli, & Francisci in processu compulsoriali, coram officiali Virdunen. factis, & reiteratis, in quibus expressis verbis fatentur anteriorem possessionem, fratris Nicol. Thom. dum dicunt, ipsum illam amisisse per renunciationem Abbatiæ, ad fauorem Caroli, & ab eo tempore nunquã possedisse, confessiones enim, quamuis factæ per Procu-

Procuratores, præiudicant dictis principalibus, cum sint factæ in iudicio contentioso. Imol. capitulo primo. numero 17. versi. item adde Vite, non contesta. & ibi Felinus numero 15. versiculo prima declaratio. Tanto magis, quia dictæ confessiones sunt verisimiles, ideo attendendæ etiam si alias non præiudicarent, Aym. consilio 202. numero 43. Rota in Vratislauien. matrimonij coram R.P.D. meo Caualerio. 27. Nouembris 1609.

6 Denique ex confessione d. fratris in supplicatione vltimo loco porrecta Sanctissimo, in qua narrauit, fratrem Nicolaum per conuentum in Abbatem electum, & prætextu electionis in Regimine dictæ Abbatiæ & illius fructuum perceptione se intrusisse, & exinde ortam litem, &c. quæ confessio contra ipsum plene probatur. vulg. l. cum precum. C. de lib. caus. & quod similis confessio sufficiat ad probandam possessionem pro manutentione, & possit teijci qualitas intrusionis, quia possessio præsumitur iusta. Aymo. consilio 150. num. quinto Rota decisione 802. parte prima diu. Et tot probationibus simul iunctis, Dominis visum fuit, non posse dubitari de primo extremo.

7 Quo firmato, vt in alijs resolutionibus concluserunt, non intrare arbitrium, vt supra. An autem releuent exceptiones adductæ contra titulum colotatum, & aliæ ad excludendum spolium, Domini reseruarunt videre in disputatione vltimi capitis dubij reseruata, videlicet an intret spolium in casu, & ad effectum, de quo agitur, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Romana Lucri Dotis, Veneris 20. Februarij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Statutum Vrb. cap. 131. libro primo, disponens, quod marito superstite liberis extantibus maritus totam dotem lucretur, quam tamen secundum iuris dispositionem liberis eiusdem matrimonij reseruare teneatur, ad fauorem filiorum nihil disponere dicitur, sed solum ad fauorem mariti, quo ad determinationem lucri.

### *SVMMARIVM.*

*Lucrum dotis illud solum dicitur merito delatum a statuto, quod maritus habet cum effectu, ex titulo lucratiuo. num. 1.*

*Vsusfructus per mortem vsufructuarij redit ad proprietarium etiam ignorantem. n. 1.*

*Fideicommissi proprietas libera remanet apud grauatum vbi fideicommissarius praecedit. n. 2. & num. 3. Vbi adducitur ratio.*

*Pater, vel mater transiens ad secundas nuptias liberis omnia sibi peruenta ex successione filiorum primi matrimonij lucratur, vbi filij ipsi matri, vel patri praedecedunt. numero secundo. & numero 3. Vbi adducitur ratio.*

*Statutum disponens, quod marito superstite liberis durantibus maritus totam dotem lucretur, quam tamen liberis communis matrimonij reseruare teneatur, dicitur disponere solum de lucro dotis ad fauorem mariti, cui nec de iure communi, neque ex testamento, neque ab intestato prouisum fuerat, non vero ad fauorem filiorum, quibus naturali ratione, & iure communi prouisum est. numero 4. Vbi quod tunc censetur reseruatum filijs ius legitima successionis, maxime si statutum reseruat secundum iuris dispositionem, & quod verba reseruare teneatur, nihil de nouo filijs tribuant, & censeantur prolata ad excludendum maritum, & restringendum lucrum, ne transeat in proprietatem.*

*Contrarium vero, quod scilicet vbi statutum dicit lucretur, vel habeant, filij possint succedere ex statuto omisso iure hereditario, nec mater possit de dote testari. numero 6.*

*Pro concordia dic, quod aut verba statuti diriguntur ad maritum, & tunc per verbum lucretur, nihil filijs defertur inducendo nouam successionem sed solum fauore mariti determinatur lucrum, aut verba diriguntur in filios, & tunc tanquam dispositiua directa apta sunt inducere nouam dispositionem, & dare successionem ex statuto & tunc mater non potest disponere de dote auferendo filijs per vltimam voluntatem quod ijs a lege datum est, aut vero statutum vtitur verbis communibus prout remaneat, vel reseruare teneatur, & tunc quia dos potest remanere, vel conseruari in filios iure communi per successionem ab intestato, vel ex iuramento, satis est, quod dos filijs remaneat, vel in eos conferuetur prout iura disponunt, absque eo, quod inducatur noua successio iure communi derogando. n. 7.*

*Maritus id quod lucratur vxore mortua liberis communibus reseruare tenetur, quantum ad proprietatem, vsufructu sibi retento. nu. 5. Vbi quod tunc lucrum modificatur, & excipitur proprietas, ne trãseat in dispositionem in praeiudicium filiorum.*

## DECISIO DCLIII.

CVm Catherina Piuzzellã prædecessisset Saluatori Adobato eius marito, relictis filijs ex eodem matrimonio, apertum fuit illius testamentum, in quo filios suos hæredes instituebat, & si contigerit eos sine filijs decedere substituit Annibalem eius fratrem, & casus mortis eorũ superuenit. Vnde incidit quæstio, an testamẽtum Catherinæ posset suffragari Annibali, quod totum pendebat ab intelligentia Statuti Vrbis Capit. 131. libro primo in quo disponitur, marito superstite liberis extantibus maritus totam dotem lucretur, quam tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare teneatur, quasi propter lucrum totius dotis

dotis marito delatum, & attento onere eam filijs reseruandi adempta sit facultas vxori, & matri respecti uè disponendi de dote in alios, quam in filios, cum ad eam consequendam etiam non hæredes contra voluntatem matris ex statuto venire possint.

1 Verum antequam caperetur resolutio super facultate testandi, placuit Dominis in primis firmare statutum non dare marito, nisi vsumfructum reseruando de alijs particulariter videre. In hac enim materia illud tantum spectatur, quod maritus habet cum effectu ex titulo lucratiuo, & non aliud. Bal. in l. hac edictali. num. 10. & 19. vbi etiam Bertrand. in versic. ita tamen. num. 4. & in 1. num. 32. & 34. C. de secund. nupt. Gabr. consi. 13. num. 32. vol. 2. Ideo cum mortuo marito de dote nihil remaneat penes eū propter verba Statuti ibi, Quam tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare teneatur, satis patet effectu inspecto, quod totum mariti lucrum restringitur ad vsumfructum, cuius natura est cum morte habentis commoditatem terminari, & ad proprietarium etiam ignorantem redire, vt bene declarat Tiraq. in tra. le mort saisit. par. 3. decl. 1. nu. 6. & 7.

2 Nec videtur concludens consequentia alterius effectus considerati ab Informantibus Saluatoris, vt scilicet cessante postea onere reseruationis per prædecessum filiorum dos lucrata remaneat apud maritum sine vllo onere, prout remanet proprietas penes hæredem grauatum, quando fideicommissarius prædecedit. l. cum pater. §. libertis l. qui solidum. §. penult. de leg. 2. Peregr. de fideicom. ar. 52. num. 2. vel quando filij prædecedent patri, vel matri transeuntibus ad secundas nuptias, qui liberè lucrantur omnia, quę prouenerunt ex dote, vel sponsalitia largitione, per l. feminæ. in fin. C. de secun. nupt. quem text. extendit Rota in patre, Put. decis. 4. in fin. lib. 3.

3 Nam quo ad grauatum mirum non est, quia onus restituendi alijs non impedit, quin prius bona pleno iure ad eum transierint, l. generaliter. §. sub conditione. ff. qui, & a quibus. Bald. in l. voluntas, num. 1 n. C. de fideicom. Peregr. eod. tit. art. 4 n. nu. 6. non sic quo ad maritum, in quem proprietatem transire per reseruationem non probatur. Quo ad l. feminæ illius dispositio bene procedit per reconsolidationem, quando semel proprietas transiuit in coniugem, prout illam intellexit Rota in Placentina Antifati, primo coram R. P. D. Pamphilio 6. Iunij. 1614. & postea coram R. P. D. Remboldo 12. Iunij 1615. secus vt in præsenti, in quo adhuc non iustificatur proprietatem in lucro remanere.

4 Secundo intentio statuentium ea etiam colligitur vt disponerent de lucro dotis ad fauorem mariti, cui de iure communi, neque ex testamento, neque ab intestato prouisum fuerat, non verò ad fauorem filiorum, quibus naturali ratione, & iure communi prouisum est, vt in simili Statuto considerat Cuman. consilio 48. in fin. & sequitur Dec. consi. 386. num. 7. vers. & idem. & eo in casu dicebat Cuman. nihil ex Statuto deberi filijs, sed in dubio eis videri conseruatum ius, legitimæ successionis, quod tamen dubium in præsenti etiam tollitur, dum expresse Statutum reseruat secundum iuris dispositionem, & sic alio iure filij capere debent dotem, quam ex Statuto per quod verè filijs nihil defertur, vt fuit firmatum in terminis huius Statuti in Romana Prętensæ dotis 25. Decembris 1594. coram Corduba. Vnde cum Statutum vtatur illis verbis quam tamen reseruare teneatur, quæ filijs nihil de nouo tribuant, sequitur prolata fuisse ad exclusionem mariti, & ad restringendum lucrum ne transiret in proprietatem, Dec. d. consilio 386. numero 7. versi. illa verba, & aperte firmatur in decisione Romana Successionis de Taliaferris 9. Martij 1607. coram Archiepiscopo Lugdunen. & iterum in Romana Lucri dotis 19. Decembris 1608. coram Archiepiscopo Bononien.

5 Et prędicta videntur ad literam disposita in Auth. vxore mortua C. de secund. nupt. in qua dicitur vxore mortua, quod vir lucratur filijs, communibus omnimodo reseruatur, quantum ad proprietatem vsufructu patri concesso, per reseruationem enim modificatur lucrum, & excipitur proprietas, ne transeat in dispositionem in præiudicium filioru m. Crau consilio 214. numero 14. Becc. consilio 74. numero 14. Surd. decis. 63. numero 18. & per eam similiter nihil noui fauore filiorum inducitur, cum reseruatio sit apta tantummodo conseruare, quod reperitur conseruabile, non autem noua determinare Crau. consi. 29. num. 8. consi. 974. num. 17. Surd. consilio 152. num. 29. lib. 2.

6 Nec refert, quod Castren. & eum sequentes in l. si cum dotem. numero 12. solut. matr. dicat, secus esse si Statutum dicat lucrentur, vel habeant, quia tunc filij ex Statuto possunt succedere omisso iure hæreditario, nec mater potest de dote restari, quā distinctionē admisit Rota in causa Esina Dotis 5. Iunij. 1595. coram Blanchetto, quæ est eadem in qua consuluit Handed. consi. 16. lib. 2.

7 Quia dum Statuta differunt inter se in deferendo lucro respectu personarum, & in modo, ita & diuersimode sunt intelligenda, nam si verba dirigantur ad maritum, vt in præsenti Statuto, tunc per verbum lucratur, nihil filijs defertur inducendo nouam successionem, sed fauore mariti determinatur lucrum, vt supra dictum fuit, Si verò verba dirigantur in filios, vt in Statuto per Castr. supposito, & tunc bene dicit Castr. quia verba liberi lucrentur, vel habeant, tanquam dispositiua directa sunt apta inducere nouam dispositionem, & dare ex illo Statuto successionem, qua stante mulier non potest disponere de dote auferendo filijs per vltimam voluntatem, quod eis a lege datum est, vt considerat idem Castr. consilio 122. in 3. dubio 1. par. & Ofasc. decisione 20. numero 7. Thes saur. deci. 34. nu. 1. secus vero si Statutum vtatur verbis communibus, prout remaneat, vt in Statuto Esino, vel reseruare teneatur, vt in hoc Statuto cap. 131. & tunc quia dos potest remanere, vel conseruari in filios

lios alio iure, nempe iure communi per successionem ab intestato, vel ex testamento, satis est, quod dos filijs remaneat, vel in eos conseruetur, prout iura disponunt absque eo, quod inducatur noua successio iuri communi derogando, vt ponderat Cuman. in consilio 48. in fin. & idem Castr. d. consilio 82. in fin. Atque ita visum est Dominis Statutum, de quo agitur, disponere solum de lucro dotis fauore mariti in vsufructu consistente, & nihil noui fauore filiorum inducere.

## R. P. D. BVRATTO.

*Extra Rotam. Ciuitatis Castelli, seu Romana Sequestri 3. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Sequestrum non conceditur ante sententiam contra eum qui non est suspectus, vel habet idoneum fideiussorem.

### SVMMARIVM.

*Possessor lite pendente a commodo possessionis non debet amoueri. n. 1.*

*Exceptio non debet fieri ante sententiam. n. 1.*

*Sequestrum potest concedi etiam ante sententiam, quando persona, contra quam petitur sequestratio, est suspecta. n. 2.*

*Sequestrum non debet concedi ante sententiam contra personam suspectam sine citatione, nisi forte periculum esset in mora. n. 2.*

*Sequestrum quando periculum esset in mora, non debet fieri sine aliqua cognitione, per quam appareat de suspicione. n. 2.*

*Sequestrum non conceditur contra eum, qui possidet stabilia, & eius qualitas est talis, vt possit de eo oriri sinistra suspicio. n. 3.*

*Sequestrum vt concedatur ante sententiam, debent probari mali mores, ad dilapidationem tendentes. numero 3.*

*Suspicio potest probari per testes, & per iuramentum creditoris, quando periculum imminet. n. 4.*

*Fideiussio est medicina sequestri. n. 5.*

*Sequestrum non conceditur contra eum, qui dedit fideiussorem idoneum. n. 6.*

*Sequestratio est inducta in defectum non idonea cautionis. n. 6.*

## DECISIO DCLIV.

1 PRo annullatione & reuocatione sequestri ad instantiam D. Iulij a Tribunali Capitolino obtenti contra D. Franciscam eius matrem (vt prætendit) debitricem redditionis administrationis tutelæ, & curæ per eam gestæ, exequuti contra debitores fructuum censûs alias per eam empti, Domini dixerunt claram esse dispositionem rub. in l. vnica. C. de prohib. sequestrat. pecun. vbi glos. & omnes. ne scilicet possessor lite pendente a commodo possessionis amoueatur. glos. in ca. 20. ver. sequestrari. de sequestr. poss. & fructuum. Paris. consilio 41. num. 18. lib. 1. & ne ante sententiam nimis propere fiat exequutio, contra Tex. in c. 1. C. de exequut. rei iud. Alc. consi. 163. n. 3. volum. 6. quod esset contra æquitatem dicit Imperator. in d. l. vnica.

2 Nec visum fuit intrare limitationem glos. in ead. l. vnica. quando persona, contra quam petitur sequestratio est suspecta, iuxta l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. & glos. in d. c. 2. vers. item cum persona, quia super hac suspicione debet præcedere, si non citatio, quæ videtur requiri, quando periculum nō est in mora, vt conciliando opiniones trad. in d. §. fin. Alex. a num. 2. & 3. Ias. n. 26. vers. Si tamen, & Iacobin. n. 3. & 4. saltem cognitio quędam, per quam appareat de suspicione. Bald. in d. §. fi. Alex. consi. 6. nu. 9. alias vti inhibitio facta sine causa debitori ne soluat, vt tenet Roman. consi. 41. circa finem. vers. aut dictum.

3 De tali autem suspicione neque hodie constat, cū non appareat D. Franciscam non possidere stabilia, nec esse eius qualitatis vt de illis oriri possit sinistra suspicio, quæ præcipuè attenditur secundum Bald. in d. §. fin. n. 2. & ibi Castren. in princ. & num. 3. Ang. n. 4. Curt. in d. l. vnica q. 2. nume. 32. adeo vt necesse sit probare malos mores ad dilapidationem tendentes. Glos. in d. §. fi. Alber. n. 2. versi. posset tamen dici. Bal. ibidem vers. in ea glos. Curt. in d. l. vnic. quæstione 6. num. 35.

4 Quicquid enim sit circa huiusmodi suspicionem, statur simplici iuramento in obtinendo sequestrum post illud obtentum illa debet aliter, quam per iuramentum iustificari, vt in mandato suspicionis fugæ, cui videtur æquiparari, dicunt Alex. conf. 19. num. 1. & 3. lib. 3. Dec. consi. 75. col. 2. vers. 7. Paris. consi. 99. num. 32. & 33. lib. 3. Aym. consi. 978. nume. 5. & dicit Rota in Romana Aluiariorum 19. Septembris prærteriti, corā R. P. D. meo Caualerio & in sequestro, quod sit probanda dilapidatio. Abb. in d. ca. 2. num. 22. de sequestr. poss. & fruct. Gail. obser. 147. num. 5. lib. 1. Paul. de Monte Pico consi. 64. nu. 4. Et fuit resolutum in Toletana Pensionis. 15. Martij 1599. coram 60. me. Penia.

5 Immo suspicio visa fuit DD. inuerisimilis in matre Matrona nobilissima cuius fides fuit etiam per D. Iulium, eius Virum in suo testamento approbata cōstituen. illam tutricem, & curatricem, eius filiorū. Cōsiderabant etiam Domini non esse locum sequestro stante fideiussore per eam præstito in susceptione tutelæ, qui principaliter in solidum, & in forma Cameræ se obligauit pro omnibus & singulis &c. per eam promissis, quæ fideiussio sicuti tollit sequestrum iam factum, vt est Text. in d. l. fideiussor. §. fin. & ibi not. Bar. num. 2. Bald. nu. 1. in fin. Ang. nu. 3. Iacob. n. 5. Alex.

Alex.num.5.& Salyc.in d.l.vnica.num.9.& ibi late Apost.in litera D. C.de prohib. sequestr. pecun. vbi alij omnes.

6 Multo magis impedit concedendum, Bellapert. in d.l.vnica.in princ.Cyn.in fin. vers. tertio, & vltimo, quaeratur. Alber.n.3.Bal.n.21.vers. vlt.not.Zuccard. n.14.Imol.in l.Imperarores.§.idem rescripserunt.n. 5.vers.& adde vlt.& versic.& aduertè.ff. de appellat. Rom.in d.l.si fideiuss.§.si.num.10.in fi.vers. vlterius vides. Io.de Plat.in l.litib.n.4.C.de agric.& cens.li. 11.& ibi Luc.de Penn.col.3.prope finem. vers.nota ex hoc.subdens, quod immo sequestratio est inducta in defectum idoneae cautionis, & tradit etiam Abb. in d.c.2.n.19.de seq.poss.& fruct. Franc. in reg.locuplerari.in fine vers.si tamen de reg.iu.in 6. Ex quibus sola domina Francisca informante Domini pro nunc concluserunt, quo ad fructus tantum esse reuocandum sequestrum.

REVER. P. D. MANZANEDO.

*Terdonen. Bonorum, Veneris 11. Martij 1615.*

ARGVMENTVM.

De nullitate examinis testium ex duobus defectibus, de quibus in summario.

*SVMMARIVM.*

*Testium examen si alicui delegatum fuit, potest delegatus ille aliquem particularem articulum concernentem merum factum subdelegare, nisi fuerit electa industria personae ipsius delegati. n. 2.*

*Testes dicuntur nulliter examinati, si fuerint examinati in alio loco, quam in designato in citatione. n. 3.*

DECISIO DCLV.

1 FVit resolutum, parte Reuerendissimi Episcopi Terdonen. tantum informante, 15. Decembr. proxime praeteriti, testes DD. de Bassis non fuisse valide examinatos, ad quorum in stantiam hodie iterum super eisdem, partibus auditis, & vtraque parte informante, causa reproposita, DD. in decisis standum dixerunt. Placuit enim nullitas in prima decisione considerata, quod iudices Commissarij tenebantur per se ipsos informationes sumere, & non poterant examen Testium Notario subdelegare, prout fecerunt ex iuribus, & rationibus in decisione adductis.

2 Quibus non videbatur obstare, quod delegatus possit aliquem particularem articulum concernentem merum factum subdelegare, iuxta textum in Clem. vnica.& ibi glos.de officio delegati. Hoc enim procederet, quando non esset electa industria personae delegatae, prout illum textum declarandum voluerunt ibi glos. prima & Card. numero 4. & Imol. in princi. & quod in casu nostro, industria personae fuerit electa, satis in dicta decis. fuit ostensum, & iuribus comprobatum. Vltra quod in casu nostro non fuit subdelegatum nudum factum, sed totum examen, & sic citationes testium, & receptiones iuramentorum, quae cum sapiant iurisdictionem, non poterant Notario committi, iuxta eandem glos. in dicta Clem. vnica. Card. Atcar. Abb. & alios in prima decisione relatos.

3 Prout etiam placuit alia nullitas deducta ex examine testium, non facto in loco designato in citatione. Nec responsio visa fuit sufficiens, nempe, quod stante prima citatione ad rotam causam, ista designatio loci facta in citatione, non fuit necessaria, sed ex abundanti. Quia respondetur satis esse, quod videatur induci dolus, dum citatur pars ad actum praeiudicialem in vno loco faciendum, & postea fit in alio. Ex quibus pro nullitate dicti examinis, fuit resolutum, & quamuis decisio amplectatur alias duas nullitates, quia tamē circa illas Domini varie sentiebant, illis pro nunc omissis, ex superioribus adductis steterunt in decisis.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO DECANO.

*Asten. Pensionis, Mercurij 11. Martij. 1615.*

ARGVMENTVM.

De vi, & effectu gratię concessę cum clausula motu proprio, quando sic concessa dicatur, & quādo etiam possit de subreptione gratiae opponi, & de probatione familiaritatis plura de quibus in summario.

*SVMMARIVM.*

*Literae Apostolicae, continentes gratiam pensionis reseruatae Motu proprio, sunt exequendae, licet impetrans non iustificauerit illam, neque sit in quasi possessione exigendi pensionem. n. 1.*

*Motus proprius concessus ad instantiam partis idem operatur, quod concessus ex mera liberalitate Principis. num. 1.*

*Opiniones vbi sunt controuersae, Rota eam sequitur, quā praxis Curiae Romanae magis amplectitur. n. 2.*

*Gratia concessa Motu proprio differt a gratia concessa sub clausula sicut accepimus. n. 2.*

*Papa attestatio de facto alieno probat, quando est in gratia Motu proprio. n. 3.*

*Clausula sicut accepimus posita in gratia facta a Motu proprio non est iustificanda, secus in gratia ad supplicationem partis. n. 3.*

*Motus proprius non obstat, quo minus possit oppoui de surreptione proueniente ex re ipsa, & etiam de ea, quae prouenit*

*uenit ex parte impetrantis, quando ad suggestionem partis obtinetur. num. 4.*

*Tempus certum regulariter in iure non est præfinitum ad expediendas literas beneficiorum, ac pensionum. numero 4.*

*Clausula, quod Papa reseruat pensionem exigendam vigore literarum desuper expediendarum in eiusdem pensionis reseruatione opponi solet. n. 4.*

*Possessio Beneficiorum non potest capi ante expeditionem literarum. n. 5.*

*Gratiæ ex sola signatura factæ validitati illud non obstat quod per Regulam Cancellariæ non est iudicandum, iuxta formam supplicationis, sed literarum. numero 5.*

*Gratia pensionis facta translatario cum designatione loci, ac terminorum exprimendorum in literis expediendis pro priore gratia, sustinetur; licet illa non fuerint expedita. n. 6.*

*Cancellaria cum sit organum Papæ, potest declarare, ac exprimere in literis translatarij locum, ac terminos soluendæ pensionis, qui in supplicationem prioris gratiæ virtualiter continebatur. nu. 6.*

*Gratia facta motu proprio potest notari de defectu intentionis. n. 7.*

*Monacho, & cuiuis Regulari Papa pensionem reseruare potest, & cum Equite Hierosolymitano expressa sibi eius conditione, eo ipso quod reseruat, dispensare censetur. numero 7.*

*Familiaritas inseruientis Cardinali semel probata præsumitur durare etiamsi illa alteri Principi ad tempus modicum inseruierit. n. 8.*

*Testium dignitas, ac magna subtilitas ad fidem assertioni faciendam, est consideranda. num. 9.*

*Attestatio Cardinalis ad fauorem sui familiaris quamuis non plene probet, facit tamen magnum adminiculum. numero nono.*

## DECISIO DCLVI.

1 PLacuit Dominis Decisio in hac causa facta 19. Ianuarij præteriti. Nam cum translatio pensionis fuerit facta Motu proprio, etiam quod D. Eques non iustificauerit gratiam, neque sit in possessione exigendi, nihilominus literæ debent exequi. Abbas in cap. dudum, numero tertio, de priuileg. cum alijs ibi adductis. Et quamuis replicaretur, quod ista limitatio fallit, quando Motus proprius fuit factus ad instantiam partis, ex Parisio consilio primo, numero septuagesimo sexto, libro primo. Apostill. ad Alexand. in consilio 112. in verb. inserta. libro septimo. Bellamera consilio 33. numero vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & Dec. 745. in cipit, licet obseruet Romana Curia. numero octauo, versi. item est alia ratio, & allegabatur etiam Decisio Seraphini millesimo, trecentesimo, & trigesimo nono, nu. 4. iuncta dec. millesimo, trecentesimo, & septuagesimo primo, in pt. Attamen dixerunt Domini contrarium esse verius, quia idem operatur Motus proprius concessus ad instãtiam partis, quam Motus proprius ex mera liberalitate Principis, vt ex sententia Rotæ probat Gambarus de offic. legat. libro tertio numero 61. & sequentibus quem refert & sequitur Seraphinus decisione 365. numero primo & secundo Dec. consilio quinquagesimo primo, numero secundo. versiculo nec obstat. Baldus in cap. nisi specialis. numero quarto, de officio ordin. vbi eleganter.

2 Non obstat Parisius, & alij supra allegati, quia responderi potest, & præsertim ad decision. Bellam. quod ex sententia Rotæ, Gambar. vbi supra numero sexagesimo quarto, illam reprehendit, & in isto conflictu sufficit, quod Rota sequatur illam opinionem quod idem operetur Motus proprius ad suggestionem partis, quod Motus proprius ex mera voluntate Principis, & quotidiana practica Romanæ Curiæ ita seruat. Decisiones verò Seraphini non loquuntur ad propositum. Licet enim ex secunda decisione colligatur, quod gratia Martini Quinti de qua in prima decisione, erat facta Motu proprio, attamen prima decisio non loquitur de contentis in gratia Motu proprio, sed sub clausula sicut accepimus, & ita loquitur Gabrielius de probationibus, conclusione secunda, numero quarto in decisione allegatus. Et quamuis diceretur, quod in casu isto est posita clausula, sicut accepimus, quæ eget iustificatione, etiam quod sit posita in gratia Motu proprio, vt colligitur ex dictis decisionibus Seraphini.

3 Licet enim attestatio Papæ de facto alieno probet quando est in gratia Motu proprio, Gabrielius vbi supra numero sexagesimo, nihilominus ista proprie non est attestatio Papæ, sed simplex relatio, quod ita accepit, quæ non probat ex Decio in capitulo iurauit, numero primo, de probationibus. Non enim attestatur ita esse, sed quod ita accepit, attamen fuit dictum, quicquid dicendum esset ad effectum probationis, vt supra illa assertio probet factum, certum est, quod clausula, sicut accepimus, posita in gratia Motu proprio non egeat iustificatione, secus vero in gratia ad supplicationem partis, ita Put. decisione centesima, libro tertio. in nouis. Guid. Papæ decisione centesima sexagesima prima. Achilles decisione decima, numero primo, secundo, & tertio, de probationibus. Rota decisione quadringentesima & quadragesima septima, numero primo, & secundo, parte prima. Et fuit resolutum in causa Meten. Monasterij 21. Februarij millesimo sexcentesimo, coram b. m. Litta, & in alia Bracharen. Parochialis de Mercyra. 12. Ianuarij, millesimo sexcentesimo quarto, coram bon. mem. Iusto. Et in omnem euentum cessat omnis difficultas, quia sub clausula, sicut accepimus, continetur, quod Cardinalis consensit cassationi pensionis &c. quod est plene iustificatum.

4 Neque

4 Neque releuat, quod Motus proprius non tollit, quo minus possit dari de subreptione, quæ prouenit ex re ipsa, non autem de ea, quæ prouenit ex parte impetrantis. Aegid. decisione 392. & 475. cum alijs per Seraphinum decisione 398. numero quinto. Imo & quando Motus proprius est ad suggestionem partis, potest dari de subreptione, quæ prouenit ex parte impetrantis. Socin. iun. in consilio septuagesimo septimo. numero nonagesimo octauo. libro primo. hic autem adest subreptio re ipsa, cum literæ Pensionis per Serenissimum Dominum Cardinalem non fuerint expeditæ: & ideo videtur obstare extrauagan. iniunctæ. de Elect. Bulla Iulij III. in ord. 33. & Reg. Cancell. 26. Nam fuit responsum, quod in iure regulariter non est præfinitum certum tempus ad expediendum literas. Berous in consilio decimo quinto. numero nono. versicul. & maxime. libro primo. & in terminis pensionis dicit Gigas de pens. quæst. 4. imo in certis casibus Papa exprimit, quando literæ sunt expediendæ, & infra quod tempus, de quibus Modern. Gloss. Reg. 8. gloss. decima quinta. numero 110. & 118. imo in reseruatione Pensionis apponitur clausula, quod Papa reseruat Pensionem exigendam vigore literarum desuper expediendarum. Neque quicquam facit in contrarium d. extrauagans iniunctæ. de elect. quia loquitur in Episcopatibus, & propterea dixi, quod in iure Regulariter non est præfinitum tempus ad expediendas literas.

5 Bulla Iulij III. solum disponit, quod possessio Beneficiorum non possit capi ante expeditionem literarum, de qua Mandos. ad Reg. vigesimam septimam. Cancellar. quæstione tertia. numero tertio. Regul. vero vigesima sexta Cancell. disponit solum, quod non iudicetur iuxta formam supplicationis, sed iuxta tenorem literarum, & propterea cum non agatur de iudicando iuxta supplicationem Serenissimi Domini Cardinalis, sed de iudicando iuxta literas Domini Equitis Translatarij, ista obiectio non officit, tantum enim est agendum, An gratia prima reseruationis pensionis ex sola signatura fuerit perfecta, & conclusio affirmatiua est indubitata ex Doctoribus allegatis in prima decisione, & bene Gigas de pens. quæstione trigesima quarta. per totam. Et cessat omnis difficultas ex extrauagant. Alexandri VI. & Leonis Decimi, quas per extensum refert Bocrius decisione 348. numero septimo. & de eis etiam Cassad. decisione prima. in fine. de renunciat. Et ideo cum gratia reseruationis Serenissimi Domini Cardinalis esset perfecta, & Sanctissimus Dominus Noster sciuerit tantum supplicationem fuisse signatam translatio sustinetur.

6 Neque releuat, quod ista expeditio literarum videbatur necessaria, quia in supplicatione Serenissimi Domini Cardinalis non apponuntur locus, nec termini solutionis, sed dicitur loco, & terminis in literis exprimendis, & propterea cum in Motu proprio Equitis dicatur, quod pensio sit soluenda in loco, seu locis, termino, seu terminis, modoque & forma, quibus prior pensio reseruata fuit, videtur necessario inferendum, quod expeditio literarum per Serenissimum Dominum Cardinalem fuisset necessaria ex traditis in simili per Cassanæum in consilio decimo. numero vigesimo primo. Nam huic motiuo fuit responsum, quod Cassanæus non facit ad punctum, loquitur enim quando certi executores literarum sunt dati, qui non possunt procedere ad executionem, si literæ non sunt expeditæ: In proposito autem, licet quo tempore, & in quibus terminis esset soluenda pensio exprimendum esset in literis Serenissimi Cardinalis, & in Motu proprio, habeatur solum relatio ad priorem reseruationem: attamen cum in literis Equitis fuerint expressi locus, & termini, hoc sufficit, quia in supplicatione Cardinalis virtualiter continebantur locus, & termini, quos postmodum Cancellaria declarauit, quod potuit facere, cum sit organum Papæ. Cassad. decisione secunda. numero septimo. de vnionibus, & decisione tertia. numero tertio. versicul. pro qua interpretatione, de reseruat. maxime quia ista habent suum stylum ordinarium, vt bene per Gigant. de pens. q. 93. per totam, & præsertim in fine.

7 Neque etiam releuat, quod gratia Motu proprio potest notari de defectu intentionis, Doctores in capit. causam, quæ. il secondo. de Testibus. cum alijs per Seraphin. decisione 398. numero primo. & ibi add. Hic autem constat de defectu intentionis, quia Eques est miles Hierosolymitanus, & ideo Religiosus, ex allegatis per Cæsar. de Graff. decisione prima. numero vndecimo. de probat. & ideo gratia corruit ex defectu intentionis. Papa enim non solet reseruare pensiones super Beneficijs sæcularibus Regularibus, cum regularia regularibus, sæcularia vero sæcularibus soleant conferri. capit. cum de beneficio. de præbend. in sexto. Nam fuit responsum, quod Papa Monacho pensionem assignare potest ex adductis per Gigantem de pens. quæstione decima quinta. per totam, hic autem ex certa scientia fuit reseruata ista pensio vigore translationis, cum fuerit expressum, quod Eques erat miles Hierosolymitanus, quod sufficit. Nam postea Papa reseruando pensionem censetur dispensare. Iason. in l. Barbarius. numero decimo quarto. ff. de offic. Prætor. Paris. consilio quadragesimo quarto. numero decimo quinto. & sequentib. libro quarto. Syluan. de Benefic. parte tertia. quæstione decima octaua. numero vigesimo septimo. & in puncto Gambara de offic. leg. libro sexto. numero 259.

8 Denique non obstat, quod familiaritas Serenissimi Domini Cardinalis fuerit apposita per verbum, vt asseris, & ideo debeat iustificari, nam cum lenis probatio sufficiat, cum agatur ad effectum iustificationis, non autem ad effectum reseruationis ex deductis in alia Decisione, ista familiaritas bene probatur ex testibus, & cum semel fuerit probata, præsumitur durare, & sic etiam de tempore translationis pensionis ex allegatis in priori Decisione, & præsertim ex

Crescent.decisione decima octaua.numero primo. de probat. & præsumitur durasse etiam, quod Eques inseruiuerit Serenissimo Duci pro Oratore, cum hoc fuerit ad modicum tempus, ex quo non censetur dissoluta familiaritas. Calderin. consilio octauo. de offic. legat.

9 Et quamuis opponantur aliquæ exceptiones contra istos testes, tamen quicquid sit de eis considerabant Domini, quod hic leuis probatio requiritur, & insuper animaduertebant ad qualitatem testium, & ad attestationem Serenissimi Domini Cardinalis, quæ multum facit, attenta nedum dignitate Cardinalatus, sed etiam excelsa nobilitate personæ, per ea, quæ notat Crottus in consilio 332. numero vndecimo. libro tertio. Vnde quatenus ad fauorem sui familiaris plene non probaret, vt voluit Sarnen. super Reg. de impur. benefic. per ob. fam. Card. quæstione decima tertia. numero sexto. negari tamen non potest, quin faciat magnum adminiculum. Vnde ex omnibus simul iunctis plus quam sufficienter videtur probata familiaritas, ad effectum, de quo agitur. Cessat etiam alia difficultas, scilicet, quod consensus Serenissimi Domini Cardinalis non fuit extensus intra quin decim dies iuxta Constitut. Clement. VII. 19. in Bullario, cum Dataria non seruet amplius dictam constitutionem, vt fuit resolutum in causa Barchinonen. Canonicatus. 10. Octobris 1559. coram Oradino, & nouissime in causa Conchen. Beneficij de Val. de Iudios. 14. Nouembris de anno Millesimo sexcentesimo vndecimo. coram Reuerendissimo Domino meo Archiepiscopo Damasceno.

10 Ex quibus proposita causa 23. Februarij, & dilata, vt Reuer. P. D. Titularis posset deducere iura sua, & iterum reproposita causa supradicta die, & visis diligenter, & consideratis allegationibus datis pro parte D. Titularis, Domini perstiterunt in priori sententia, scilicet literas Apostolicas esse exequendas ex prædictis, & ex alijs rationibus ponderatis in prima decisione, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Calaguritana Beneficij de Brentauilla. Veneris 13. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Beneficium an, & quando dicatur vacare per impetrationem alterius beneficij incompatibilis cum primo.

### SVMMARIVM.

*Beneficij vacatio non dicitur probata per solum assensum, nisi etiam eiusdem beneficij possessio adepta fuerit. numero 1.*

*Beneficium primum non dicitur vacare per consequutionem secundi beneficij, nisi dicti secundi beneficij possessio pacifice habita fuerit per duos menses. numero 1.*

*Reseruatio an, & quando intret in beneficijs propter derogationem Papæ factam octauæ Regulæ. numero 2.*

## DECISIO DCLVII.

1 PRætendebat Franciscus Montora, quod beneficium, de quo agitur, vacasset de mense Maij de anno Millesimo sexcentesimo duodecimo, per ascensum Ioannis de Vandes, qui illud obtinebat ad aliud integrum beneficium incompatibile, & ideo esset reseruatum ratione mensis. Domini tamen dixerunt, non probari vacationem in dicto mense, per solum assensum, nisi etiam probetur adeptio possessionis, per text. in capitul. de multa. & ibi glos. in verbo post receptionem. Abbas numero decimo sexto. versicul. ego indistincte, & Ancharan. numero tertio. de præbendis. & text. in capitul. si tibi concesso. vigesima sexta. in fine. vbi gloss. in verbo vocare. eodem titulo. in sexto. Clement. si plures. eodem titulo. gloss. in capitul. si quis iam translatus. in verbo translatus. versiculo sed propter solam confirmationem. vigesima prima. quæstione secunda. Additio ad Rot. decisione tertia. versiculo & oportet, quod quis. de præbend. in nouis. Vbi dicit, ita seruari in Rota, & quod oportet, quod quis pacifice possederit secundum beneficium per duos menses, vt inducatur vacatio primi. Caput. quen. decisione ducentesima nonagesima quarta. parte secunda. cum alijs per Modernos Hispanos in tractatu de beneficijs. tomo 2. parte 1. cap. quinto. §. 1. numero 100.

2 Sed quatenus etiam probaretur vacatio de dicto mense, non tamen intraret reseruatio, quia ea locum non habet in beneficijs diœcesis Calaguritanæ, propter amplissimam octauæ Regulæ derogationem felic. recordat. Clementis Octaui, pro dictis beneficijs concessam, vt in terminis tradit Gonzal. super regula octaua, gloss. 9. §. primo. numero 72. præsertim, quia dicta regula, non derogat constitutionibus per viam legis, propter bonum publicum emanatis, qualis est dicta derogatio Clementis, vt tenuit Rota in Tirasonen. Vicariæ. decima tertia Octobris. & quarta Decembris 1595. coram bonæ memoriæ Litta. In reliquis sententia Rotalis optime videtur iustificata ex rationibus, de quibus in decisionibus Reuerendo Patre Domino Pirouano, quæ hic non repetuntur, & ideo, solo Gaspare Aluiz. Informante, fuit resolutum pro illius confirmatione.

R. P. D.

REVER. P. D. MANZANEDO.

*Ciuitatis Castelli Vnionis. Lunæ 16. Martij 1615.*

ARGVMENTVM.

Possessione Ecclesiæ acquisita censetur acquisita possessio Ecclesiæ vnicæ, quæ consideratur vti prædium, seu Grancia, nec vacat per mortem Rectoris, item cura beneficij vniti potest exerceri per Vicarios.

SVMMARIVM.

*Possessio probatur per instrumentum, alio non existente in possessione. num. 1.*
*Possessio posterior præsumitur clandestina, & non est manutenibilis. num. 1.*
*Possessione Ecclesiæ principalis acquisita, censetur etiam acquisita possessio Ecclesiæ unitæ. num. 2.*
*Ecclesia unita dicitur possideri per Ecclesiam dominantē, uti prædium, & Grancia. num. 3.*
*Beneficium unitum non uacat per mortem Rectoris. numero 2.*
*Cura beneficij uniti sufficit, quod exerceatur per Vicarios. num. 4.*

DECISIO DCLVIII.

1 Domini dixerunt, Antonio tantum Informāte, illi esse dandum mandatum de manutenendo etiam quo ad Ecclesiam Sancti Angeli, cum de eius anteriori possessione de tempore motæ litis constet ex instrumento illius adeptionis, quod alio non existente in possessione probat, ad text. in l. prædia. vbi Bartol. ff. de acquiren. possess. Socin. consilio 205. numero 5. lib. 2. Caputaq. decis. 337. in princip. par. 2. Rot. decis. 202. numero 3. & 390. numero 2. parte 1. diuers. Non obstat possessio Iosephi, quia tanquam recentior præsumitur clandestina, & non est manutenibilis. cap. licet causam. de probat. Barto. in l. si duo. numero quarto. ff. vti possid. Put. decisione 372. lib. 2.

2 Minus facit, quod possessio Antonij sit tantum de Ecclesia Sancti Rocchi, & Sancti Ioannis, non autem Sancti Angeli, de qua est controuersia, quia cum dicta Ecclesia Sancti Angeli vsque de anno 1523. fuerit accessorie, & per viam subiectionis vnita Ecclesiæ Sancti Rocchi, vt apparet ex literis vnionis, & ex pluribus institutionibus factis per Episcopos pro tempore existentes, in quibus ista Sancti Rocchi denominatur vti principalis, illa vero Sancti Angeli vti ipsi vnita, & annexa, acquisita possessione Ecclesiæ Sācti Rocchi censetur etiam acquisitā possessio alterius S. Angeli, ad trad. per Ferret. cons. 14. num. 4. & 5. Nat. consil. 562. num. 13. Couar. var. lib. 3. c. 16. nu. 13. Rota decis. 19. nu. 7. par. 2. & in nostris terminis Moder. Hispan. ad reg. 8. gl. 5. §. 7. nu. 7. & fuit dictum in vna Caputaquen. Vnionis. 20. Februarij 1589. corā Bubalo.

3 Ecclesia enim vnita dicitur possideri per Ecclesiā denominantem tanquam prędium, & Graneia. Caputaq. decis. 349. par. 3. Gambar. de off. & potest. legat. in vnion. num. 139. Seraph. decis. 645. num. 2. Et per mortem Rectoris non vacat. Sarn. in reg. de triennali. q. 8. num. 2. Hoied. de incompat. par. 2. c. 3. nu. 2. vers. secundo modo. Seraph. decis. 1011. nume. 1. Sed eius possessio remanet penes Ecclesiam principalem. Rotā decis. 1. de restit. spol. in nou. & par. 2. diuers. d. decis. 19. num. 8. & fuit dictum in allegata Caputaquen. Vnionis. Vnde non videbatur opus accipere in specie possessionem dictæ Ecclesiæ Sancti Angeli.

4 Nec obstat, quod Ecclesia Sancti Angeli sit parochialis, & Antonius non habeat legitimam ætatem, quia stante dicta vnione transiuit in naturam Ecclesiæ Sancti Rocchi, quæ est simplex beneficium, quo casu sufficit curam exerceri per Vicarios ab Ordinario positos, vt tenuisse Sac. Congregationem Concil. Trid. Interpretum testatur Moder. Hispan. vbi supra. num. 8. Cetera vero super validitate vnionis deducta videntur respicere petitorium, &c.

REVER. P. D. ANDREA.

*Burgen. Quindenniorum. Lunæ 16. Martij 1615.*

ARGVMENTVM.

De transactione facta super rebus Ecclesiæ, ac de exactione Annatarum multa notanda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

*Transactio facta super iure dubio rei Ecclesiæ ligat successores. num. 1.*
*Læsio Ecclesiæ inspicitur tempore contractus. num. 2.*
*Opinio noua iudicum iuris antiqui declaratoria futuris, & pendentibus solummodo causis inseruit. num. 3.*
*Priuilegium circa aliquod beneficium competens iure speciali, est necessario exprimendum in eius unione. nu. 4.*
*Vnione facta Ecclesiæ sæcularis alicui Monasterio, iura Episcopalia remanent illæsa. num. 5.*
*Sententia quando fertur super materia, circa quā opinionem variatio, & conflictus adest, tunc non dicitur cōtra re de notoria iniustitia ratione dubietatis. num. 6.*
*Transactio facta super re Ecclesiæ si sit præiudicialis, non alligat successores, nisi confirmetur a Superiore. num. 7.*
*Transactio super re Ecclesiæ, nisi postea sequatur utilitas in effectu, non censetur utilis, licet ab initio talis appareat. num. 8.*

*Consuetudo præterita, quando a viris doctis rationabilis non reputatur, non est seruanda num. 9.*

*Iudex, cui si causa denuo committatur, & noua opinio superuenerit communis, debet priorem sententiam reuocare, latam vigore opinionis, quæ tunc bona putabatur. num. 10.*

*Annatæ exactio non est compatibilis cum vnione, & suppressione beneficiorum, per qua tollitur eorum vacatio. num. 12.*

*Ius conferendi beneficia, competens alicui Capitulo, quia est certum, & radicatum, si non exprimatur in eorum vnione, vnio est subreptitia. num. 12.*

*Ius exigendi Annatam de beneficijs, alicui Capitulo competens, cum sit incertum, & conditionale, in vnione illorum non est necessario exprimendum. num. 13.*

*Vnione facta alicuius Ecclesiæ priuilegiatus habeat suã Annatam, & an hoc solum intelligatur de prima vacatione, an vero etiam de tempore futuro. num. 14.*

*Priuilegium Annatæ non comprehendit casum, in quo beneficium amplius non vacat. num. 15.*

*Sententia, quæ non iustificatur ex actis, semper dicitur notorie iniusta de stylo Rotæ. num. 16.*

## DECISIO DCLIX.

1 Contra sententias Rotales pro impedienda illarum confirmatione multa deducebant Informantes pro Capitulo, quæ ad duo potissimum reducebantur. Primum erat, quod iuxta formam Commissionis in secunda parte fuerat commissa causa nullitatis, & notoriæ iniustitiæ sententiæ bonæ memoriæ Cardinalis Pamphilij, & rescissionis trãsactionis inter Rectores, & beneficiatos Sancti Aegidij, & Capitulum initæ, prout de iure, & quod huiusmodi sententiæ tantum reuocarunt sententiam Cardinalis. Vnde remansit firma transactio, quæ cum de eo tempore ius Rectorum esset dubium propter opinionem, quæ tunc vigebat, absque alia confirmatione ligauit successores. cap. fin. de pact. in 6. Natt. consilio 441. numero nono. cum allegatis, & præsertim, quia illa tunc temporis fuit vtilis Rectoribus, cum Rota sequeretur illam opinionem, quod Quindennia deberentur.

2 Et ad iudicandam vtilitatem, vel læsionem, inspicitur tempus contractus, & sufficit tunc negotium vtiliter gestum, licet ex euentu contrarium appareat. l. sed an vltro. §. Is, qui. ff. de negot. gest. Capic. decisione 180. numero quinto. Surdus decisione 278. numero 25.

3 Et licet Rota postea mutauerit opinionem in nouis resolutionibus, non propterea videbatur dicta cõcordia reuocanda, cum ista noua opinio declaratoria iuris antiqui futuris, & pendentibus solummodo causis inseruiat. gloss. in cap. vnico. in verbo de cetero. de postul. prælat. in 6. Card. in Clem. 2. §. quod si Episcopi. quæstione septima. de reb. eccles. non alien. cum allegatis.

4 Secundum respiciebat notoriam iniustitiam sententiæ, pro qua nedum euitanda, sed etiam pro dicta sententia sustinenda considerabant, quod licet vnio tollat suapte natura vacationem, & consequutiue priuilegium Annatæ, cum tamen istud ius Annatæ com petat speciali iure, est necessaria illius expressio, alias vnio est subrepritia, aut saltem ius Capituli remanet illæsum ex deductis in Taruisina plebis de Medullo. 1593. coram Illustrissimo Mellino, & in Tolerana Annatarum. 23. Ianuarij 1589. coram bonæ memoriæ Orano.

5 Et in his terminis dicebant Ioan. Andr. in cap. tua nobis. super gloss. in verbo retinere. de verborum significationib. Vbi dicit, quod facta vnione, priuilegiatus habebit nihilominus suam Annatam, qui non poterat intelligi de prima vacatione, vt in decisione bonæ memoriæ Peniæ. Quia esset restringere ad vnicum casum, scilicet, quando vnio esset facta de vacaturo, & tamen allegat text. in cap. pastoralis. de priuileg. in quo facta vnione Ecclesiæ sæcularis alicui Monasterio iura Episcopalia remanent illæsa, quæ tamen sunt perpetua, & cum Ioã. Andr. & Doct. ibi loquantur de non vacantibus sua natura, vt sunt beneficia de mensa, Hospiralia, & similia, non poterant intelligi de prima vacatione, sed etiam de tempore futuro, quando vacatio cessauerat.

6 Deniquead tollendam notoriam iniustitiam sufficere dicebant, quod fuerit probabile dubium Iuris, ex Corneo consilio decimo. numero tertio. libro quarto. Contard. de nomen. possess. limitatione nona. numero decimo. id quod satis apparebat ex decis. bonæ memoriæ Cardinalis Seraphini, in qua ponuntur fundamenta contrariæ opinionis, quam Rota ibidem sequuta fuit. Imo, & tunc vigebant multæ Rotæ decisiones factæ coram bonæ memoriæ Litta, & alijs Auditoribus super eo, quod sententia fertur super materia, super qua adest opinionum variatio, & conflictus tunc non dicitur constare de notoria iniustitia, ratione dubietatis. Capic. decisione decima. numero decimo octauo. in fin. & seq. Contard. vbi supra num. 50. & 51.

7 Quibus tamen licet ingeniose, & subtiliter excitatis non obstantibus Domini pro confirmatione tenuerunt ex deductis, tam in decisione Cardinalis Seraphini, quam bonæ memoriæ Peniæ, & vltimo loco Domini mei Dunozetti: quia tamen aliqua egebant particulari responsione, quæ deducta non fuerant, & alias deducta hic magis ad viuum resecabantur. Ideo stricte ad singula fuit responsum. Et quidem ad primum, quod transactio non fuerat reuocata per sententias, & sic firma remansit, eidem et sententiæ respondebant, cum in prima explicite Rectores, & beneficiati fuerint absoluti a solutione Quindenniorum etiam vigore assertæ concordiæ inter eos, & Capitulum initæ, quæ sententia fuit confirmata per secundam Reuerendi Patris Domini mei Caualerij. Decisio vero cap. final. de pactis. in sexto. particularem habet rationem, quæ versatur in vtilitate Ecclesiæ Parochialis, quæ tran-

transegerat cum Monasterio, alias vbi illa transactio fuisset præiudicialis, indigeret confirmatione superioris, vt obligaret successorem, prout declarant La pus in d.ca.fin.post Anchar.& Imol. tradunt Gemin. ibid.num. 10. Franc.num. 3.ad fin.

8 Nec obstat, quod transactio tunc videbatur vtilis, quod sufficit pro illa sustinenda ex allegatis. Quia cum facta fuerit ex causa vtilitatis beneficiatorum debebat existere vtilitas tam de tempore contractus, quàm ex post, adeo quod non sequuto effectu vtilitatis nihil referret a principio illam apparuisse vtilem, iuxta communem distinctionem.gloss.in cap.fine exceptione.verbo profuturum. vbi Archidiac. numero quinto. Laurent.de Rodul. numero decimo quarto. Aegid.numero sexto.in gloss.non ne. 12.quæstione secunda.Federic.consilio 249. numero secundo. versicul.simile huic Henric.Boich.in capit.tua. in fin. de his, quæ fiunt a prælato.Rebuff.in comp.alien.numero 72.versic.si vero loquamur.Rot.decis.65.nume.4. par.2.diuers.

9 Ad illud vero de noua opinione Rotæ, quod non sit trahenda ad præterita, Vltra quod procedit in Cōstitutione Principis antiqui iuris declaratoria, & sic non applicatur ad decisiones Rotales, fuit respōsum, quod transactio non impugnatur, ex quo Rota sententiam immutauit, sed quia, vt apparet ex Decisione Cardinalis Seraphini, & bonæ memoriæ Peniæ, Quindennia nunquam fuerunt soluta, ex qua obseruantia non soluendi, & præsertim ex indulto Pij Quinti, & memoriali fel.record. Clementis VIII. manifestissime apparet non deberi Quindennia de illis beneficijs, quorum vniones ante dictum indultum fuerant sortitæ effectum, & de quibus nunc agitur. Nec applicari poterat limitatio. Felin.in c.fin.numero 6.versic. secundus casus est. de constit. Quod vbi consuetudo præterita non reputatur rationabilis a Viris doctis, tunc non procedit. gloss.in c.1. in verbo de cetero. de postul.prælat.

10 Et difficultas cessabat in hoc casu, quo fuerat commissa causa nullitatis, & notoriæ iniustitiæ sententiæ bonæ memoriæ Cardinalis Pamphilij, & rescissionis transactionis. Qua commissione stante cum de eo tēpore iam superuenissent Decisiones contrariæ, in quibus apparebat veritas istius nouæ opinionis, illam debuit iudex sequi, & dictam sententiam reuocare, & transactionem rescindere. Felin.vbi supra.numero septimo. versic. excipiuntur in primo casu. Idem Felin.in c.inter ceteras.num.4. in 5.declaratione. de re iudicata.

11 Ad secundum circa notoriam iniustitiam, in quo primo dicebatur, requiri specialem mentionem iuris Capituli in Vnione beneficiorum, alias remanere illæsum, ex allegatis fuit responsum, vt in decis.Cardinalis Seraphini, & bonæ memoriæ Peniæ, hoc procedere in his, in quibus datur compatibilitas, ita quod vno posito non sequitur negatio, vel exclusio alterius, vt erat casus in Toletana Annaratum, coram Orano, secus in exactione Annatæ, quæ cum non debeatur, nisi sequuta vacatione beneficij, incompatibilis est cum vnione, & suppressione beneficiorum, qua concessa non datur vacatio.

12 Et licet in illa Taruisina Plebis de Medullo ius cōferendi, quod per statutum confirmatum spectabat ad Capitulum, esset incompatibile cum vnione, tamen ideo vnio fuit subreptitia ob non factam mentionem iuris Capituli, quia illud ius erat certum, & radicatum, quia siue occurret vacatio per obitum, siue per resignationem, vel permutationem semper authoritas Capituli erat necessaria in conferendo, vel consentiendo.c. vnico.iuncta glos. in verbo collationem. & ibi Doct. de rer. permutat.in 6. & ideo tale ius erat considerabile.

13 In hac autem exactione Annatæ ius Capituli erat incertum, & conditionale, si & quatenus beneficia vacarent per obitum. Poterat enim contingere, quod beneficia, quæ fuerunt vnità ante vnionem non vacarent, nisi per resignationes, vel permutationes. Vnde cum illud ius Annatæ esset incertum, & euentuale, non erat considerabile, vt in terminis de gratia impediente beneficij vacationem in præiudicium ius habētis, sequuta vacatione tradit Rota decis. 21. nume. 5. vers. pro parte contraria. de præbend.in nou.cum alijs allegatis in dictis decisionibus, coram Cardinale Seraphino. & bo.mem.Penia.

14 Ad doctr. Ioannis Andr. & Doct. in c.tua nobis.de verb.signific. fuit dictum, illam procedere in vnione Ecclesiæ, per quam non extinguitur titulus, nec alteratur status Ecclesiæ vnitæ, iuxt.c. exposuisti.vbi notat Abb.num.7.de præben.quem tex. citat Io.Andr. in d.ca.tua nobis. numero 3.in gloss.verbo retinere. versic. nec putat referendo opinionem Vincentij, & in simili vnione tenuit Rota in Parmen. Prioratus, 14.Aprilis 1600.coram bonæ memoriæ Penia, text. etiam in cap.pastoralis.de priuileg. similiter loquitur in concessione Ecclesiæ, quæ non mutat statum illius, atque ita in statu pristino conseruatur, vt post Innocent. & Doctor. Magistraliter declarat Abb. ibi. numero 7.

15 Ex quibus infertur. Ioan.Andr.& Doctor.vbi supra, loqui in priuilegio compatibili cum Vnione de vacaturo, quo casu priuilegium poterat sortiri effectum in prima, vel vlteriori vacatione, atque ita non applicari ad istas vniones beneficiorum, quæ mutant statum, & extinguunt titulum beneficij, iuxta decis.Rot. 11.de rebus eccles. non alienan. in antiq. Cassad.decis.13.numero primo. super reg. cum simili.b.& propterea non dicuntur vacare. Federic.consilio 200.numero secundo. Sarnen.in reg.de triennali. quæst.8.Paris.consilio 31 numero 10.lib.4. Rebuff. in prax.tit.de vni.num.13.Osasch.decis.116.numero 3. & in terminis, quod illud priuilegium Annatæ, de quo in d.c. tua nobis. non comprehendat casum, in quo non vacat amplius beneficium, iuxta tex.in c. cum accessissent. de constit. post Vincent.Petr.& Abbat.antiqu.in d.cap.tua nobis.tenent ibi Ioan.And. numero 2. Cardin. in secunda opposit. vers. quæro an hæc

hæc indulgentia.& alias tenuit Rot.in decis. bo. memoriæ Peniæ.

16 Demum ad vltimum de probabili dubio istius articuli, & de varietate Rotæ, vt propterea non dicatur constare de notoria iniustitia sententiæ fuit responsum,quod de stylo huius Sacri Tribunalis sententia, quæ non iustificatur ex actis, semper dicitur notorie iniusta. Cæsar de Grassis decisione decima sexta. numero decimo quinto.& decis.2.num.6.de solut. cum ibi allegatis. Et ita conclusum vnanimiter,sententias esse confirmandas.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Romana Consulatus.Lunæ 16.Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Statutum Consulatus Florentinorum cap. 3. & 15.non est ordinatorium,sed inuitatorium.

### SVMMARIVM.

*Statutum quod non fuit adimpletum in forma specifica, nullum operatur effectum.num.1.& 2.*

*Maxime quando Statutum est exorbitans a iure communi.num.2.*

*Statutum imponens pœnam nolenti implere illius formā, non concedit actionem, nisi ad pœnam contra eum, qui Statuti formam non impleuit.num.3.*

*Pœna soluta liberat a contrauentione.num.3.*

*Statuta,quæ non inducunt præcisam coactionem,sunt inuitatoria.num.4.*

*Lex quod non dicit,nec nos dicere debemus.num.5.*

*Statutum exorbitans debet intelligi ad literam, quia est odiosum.num.5.*

*Statutum ordinatorium,si non doceatur perpetuo fuisse adimpletum in forma specifica, non probat. numero 6.*

*Solutio facta,vt censeatur facta ad obseruationem Statuti,debet esse facta coacte,& non sponte.num.7.*

## DECISIO DCCLX.

1 CVm D. Bartholomæus Ruspolus, vti hæres D. Alexandri Ruspoli Florentini in Vrbe cōmorantis,fuerit conuentus a Consulatu Nationis Florentinæ, coram illius Consule, ad soluendum quartam partem, quam dictum Alexandrum retinere,ac retentam soluere debuisse Consulatui dicebatur,secundum formam Statuti editi,ac confirmati a felic.record. Leone X.Paulo III.& Pio IV. habito recursu ad Signaturam Sanctissimi obtinuit committi causam Consuli d. Nationis,terminandam tamen de voto Rotæ.

2 Vnde proposito per me, ad id electo,dubio,an constaret de tali Statuto confirmato, quod suffragetur Consulatui in casu, & ad effectum, de quo agebatur, Domini responderunt,non posse reuocari in dubium adesse statuta a Sede Apostolica confirmata, illa tamen non posse Consulatui suffragari,ad effectum cogendi dictum Bartholomæum Ruspolum hæredem: ratio præcipua decisionis fuit,quia Statuta huiusmodi obligant solummodo Florentinos negotia in Vrbe exercentes ad retinendum dictam quartam partē, quibus dicta Statuta fuerunt intimata, eorumque obseruantiam iurauerunt, sub certa forma præscripta in cap.3.& 15.dicti Statuti,& ita non possunt illa suffragari Consulatui,qui non docuit, vt debebat, concludenter Dominum Alexandrum retinuisse dictā quartam partem,notitiam habuisse contentorum in dicto Statuto, ac iurasse iuxta illorum dispositionem. Bart. in l.prima.§.quod ait Prætor.ff.ne quid in flumin. public.Dec.cons.520.num.11.Gozzad.cons.35.num.16.Cephal.cons.256.num.68.in fin.Surd.cons.248. numero 19.maxime cum simus in Statuto exorbitanti a iure communi.gloss.in Clement.final.de rescript. Crauet.consilio 313.sub numero 1.Becc.cons.53.numero 9.in fin.

3 Vltra quod, dictum Statutum cap.20.alijsque locis imponit certam pœnam nolenti obseruare in eo contenta,iusiurandumque præstitum,vnde sequitur, actionem solummodo Consulatui competere ad pœnam,non autem ad integram summam dispositam in Statuto,argum.l.obligationum fere.§.final.ff.de obligat.& actio. l.prima.§.item si ita.ff. ad legem Falcidiam.Bartol. in l. si stipulatus. numero 27. de verborum obligat.Bald. in l.si quando.§.fin.numero secundo.de legat.1. solutio siquidem pœnæ liberat a contrauentione,vt in terminis similis Statuti decidit Rota in vna Rom.horti,27.Iunij 1607. coram R. P. D. Caualerio,regulariter enim solutio pœnæ æquipollet obseruantiæ Statuti,seu contractus,Rota diuer.decis. 15.num.6.par.1.

4 Quinimo neminem cogi præcise ad soluendum, nec etiam ratione pœnæ pecuniariæ, quæ in pluribus capitulis exigi mandatur,patet ex cap.44. vbi contra eum, qui recusat soluere pœnam statutariam, imponitur pœna dupli, & tertia vice mandatur procedi, prout contra nolentem iurare obseruantiam Statutorum, quibus in cap.15.certa imponitur pœna priuationis,commercij,similiumque,ex quibus collegerunt Domini Statuta hæc proprie dici posse inuitatoria tātum,respectu eorum, qui volunt gaudere priuilegijs, auxilijs,& fauoribus vniuersitatis Nationis Florentinæ in dicto Statuto concessis,non autem præcise coactiua dici posse.

5 Considerarunt denique Domini in omnem euentum dictum Consulatum non posse compellere dictum Bartholomæum hæredem ad solutionem dictæ quartæ partis, ex quo in casu dictus Alexander retinere noluit dictam quartam partem.Statutum enim non disponit illum teneri ad soluendum de proprio, quod autem Statutum non dicit, nec nos dicere

debe-

debemus.arg.l. si seruum.§.non dixit.ff. de acquiren. hæred.Surd.consilio 340.num. 2.late Becc.conf. 53. numero quarto. cum dictum Statutum,vt dixi exorbitans,sit odiosum,& stricti iuris, intelligendumque ad literam,vt verba sonant. Bartol.in l. omnes populi.numero 62.de iustitia,& iur. Menoch. consil. 187. num. 1.

6 Ex his tollitur fundamentum,quod pro parte Cõsulatus fiebat super obseruantia subsecuta, per solutiones factas a pluribus mercatoribus, quidquid enim sit, si libri dicti Consulatus probent contra tertium, & si habeant omnia a iure requisita, ad hoc vt integram fidem faciant,in hoc omnes Domini conuenerunt per solutiones in illis libris descriptas, non probari obseruantiam sufficientem statuti,quia vltra quod sunt ab anno 1586.citra, & sic post 70.annos a die editi Statuti, non in illis exprimitur mercatores de proprio soluisse, nec coacte soluisse, prout in casu, de quo agitur requiritur. Roland.consilio 40.numero 10.volumine primo.Surdus consilio 354. numer. 26. nec ostenditur, mercatores quolibet anno iuxta formam capit. 31.reddidisse rationem dictæ partis,ac illam soluisse,imo contrarium constat ex monitorio facto de anno 1606. in quo mandatur reddi rationem, ab anno 1590. quinimo ex illis solutionibus potius contrarium arguitur, quia si omnes soluissent iuxta formam dicti Statuti, maiores deberent adesse solutiones, & licet aliqui fortasse pro manutentione Consulatus soluerint, seu ad satisfaciendum iuramento per eos præstito, seu ad euitandas pœnas in dicto Statuto 44.c.contentas,tamen non potest corũ solutio adduci ad cogendos alios, qui longo temporis spacio non soluerunt, nec vnquam iurasse probantur.

7 Et solutio aliquarum Summarum facta a D. Alexandro si verificaretur parum obstaret,cum & ipse,sicut alij,sponte soluere voluerit, non autem coacte, vt constat ex lite desuper mota. Ex quibus ita vtraque parte informante fuit decisum.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Leodien.Parochialis.Veneris 20.Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Plures dantur casus,in quibus remissoria est concedenda, & in specie an remissoria concedatur, vbi articuli continent obiectus.

### SVMMARIVM.

*Remissoria est concedenda, vbi articuli sunt releuantes. num. 1.*

*Testes nulliter examinati faciunt præsumptionem. numero 1.*

*Fumus sufficiens pro remissoria oritur ex testibus, licet nulliter examinatis.num. 1.*

*Remissoria est danda, vbi pars obliget se de stando vnica sententia.num. 1.*

*Articuli criminosi non sunt admittendi.num. 2.*

*Dementia non est crimen, sed infortunium.num. 2.*

*Articuli licet concernant obiectus, tamen vbi sunt de iure dantis, sunt admittendi.num. 2.*

*Obiectus excludentes partem non dicuntur obiectus, sed potius ius ipsius dantis.num. 2.*

*Instrumenti fides non tollitur ex depositione testium instrumentariorum,& Notarij, quod non fuit factum tale instrumentum.num. 3.*

*Instrumentum semper præsumitur verum. numero 3. & numero 4. Vbi quod admittit probationem in contrarium.*

*Probatio probationem non excludit.num. 4.*

*Remissoria,vt concedatur sufficit releuantia vnius articuli.num. 4.*

*In possessorio admittuntur leuiores probationes, quæ non sufficiunt in petitorio.num. 5.*

## DECISIO DCCLXI

1 Domini censuerunt, remissoriam esse concedendam Ioanni Vypion, quia articuli concernunt iustificationem gratiæ si neutri,per eum obtentæ,tam circa narrata,quam circa probationem non iuris Ordinarij, venientis ex resignatione, contra quam plures defectus in articulis contenti opponuntur,& sic videntur releuantes. Caffad. decis. 3. de dilat.Caputaq.decis.56. par.3. maxime stante fumo, qui elicitur ex depositionibus plurium testium. Caputaq.decis.60.& 62.par.3.Put.decis. 366. numero 7.lib.2. Et licet dicti testes fuerint nulliter examinati, attamen faciunt saltem præsumptionem. Ruin. consil.46.num.10.lib.4.Dec.conf. 54.num.2. versic. postremo.& pro fumo sufficiunt. Caffad. decis.3. de testib. Et concurrente obligatione de stando vnicæ sententiæ,quam pars dare offert. Caputaq. decis. 56. & 57.par.3.Achil.decis.4.de dilat.

2 Non obstat, quod tertius articulus continens Aegidium de tempore resignationis fuisse dementem,sit criminosus,& ideo non admittẽdus. Caputaq. decis. 63.nu.3.par.3. prout & quartus quod resignatio fuerit facta coram Ordinario collatore,& nõ ab ipso Aegidio,sed ab eius consanguineis.Item & quintus concernens falsitatem mandati procuræ,dari ad resignãdum, quia vltra, quod dementia non est crimen, sed infortunium, dicebatur, quod cum dicti articuli tendant ad iustificandam gratiam si neutri,materia definit esse obiectiua,& efficitur de iure ipsius articulãtis. Vnde videntur admittendi.Rot.decis.1. de sequestr. possess.& fruct.in nouis.& decis.14.num.5.de testib. & decis.18.de except. in antiq. Tale enim ius aliam partem impediens licet sit obiectus, non tamen recipitur vt obiectus, sed vt ius partis. Rot.d.decis.1. in fin.de sequestr.poss.& fructuum.



K 4 Minus

3 Minus obstat, quod dictus articulus circa falsitatem mandati sit irrelevans, cum falsitas prætendatur probari per Notarium, & testes instrumentarios dicentes nunquam factum fuisse tale mandatum, quod tamen non sufficit ad aufetendam fidem instrumento, ex adductis in vna Spoletana beneficij. 26. Iunij 1587. coram bonæ memoriæ Cardinali Blanchetto, maxime quia præsumptio semper stat pro instrumento.

4 Nam respondetur, quod Vypion forsan vltra testes instrumentarios adhibebit alios testes, qui melius concludant dictam falsitatem, & præsumptio licet sit pro instrumento, non tamen inde sequitur, vt non possit contrarium probari, cum probatio probationem non excludat. Rot. decis. 785. numero primo. parte 1. Et in omnem euentum, cum ceteri articuli sint releuantes non videtur posse denegari remissoria, cum ad istum effectum vnius releuantia sufficiat. Cassad. decis. 5. de sequestr. possess. & fruct. Seraph. decis. 1364. numero 3. Et fuit dictum in vna Neapolitana Illegitimitatis. 18. Maij 1607. coram bo. mem. Penia, & alias sæpe.

5 Nec facit, quod septimus articulus continēs, quod Aegidius ex pensione 24. Ducat. auri reseruata super Parochiali, de qua agitur, non poterat commode viuere, & quod aliunde non habebat, sit cōtra id, quod in partibus coram Exequutore fuit probatum per testes pro parte Arnoldi inductos. Quia, vt supra dictum est, probatio probationem non excludit, maxime quia probatio prædicta fuit facta in iudicio possessorio immissionis, in quo admittuntur leuiores probationes, quæ alias non sufficerent in petitorio in quo hodie versamur. Et ita conclusum, &c.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Romana de Marescottis. Veneris 20. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Filius patris testamentum, in quo ipse erat præteritus, vel exhæredatus, licet in eo mater esset instituta, non intelligitur approbasse, nisi ipsius testamenti specificam, & indiuiduam cognitionē habuerit, quamuis matrem tanquam hæredem cognouerit, si tamen ipse non declarauit se non esse hæredem.

### SVMMARIVM.

*Approbatio actus non datur sine scientia approbantis. numero 1. & 2.*

*Relatio, quæ potest ad plura fieri, non ennuncìat præcisam approbationem vnius. num. 2.*

*Faciens per alium, per se ipsum facere intelligitur. numero 2.*

*Credere non tenetur alteri, qui scribit eo dictante. numero 2.*

*Ennunciatum ab vno ex contrahentibus non probat contra alium contrahentem, quando principaliter agitur de ennunciato. num. 2.*

*Filio obediente, & non contradicente matri ob reuerentiā non imputatur. num. 2.*

*Testamentum tale fuisse conditum, non sufficit scire, ad effectum illud approbandi, nisi probatur scientia explicita, & indiuidua omnium contentorum in illo. num. 3.*

*Præiudicialia, vt intelligantur approbata requirūt scientiam explicitam, & indiuiduam omnium qualitatum in approbante. num. 3.*

*Testamentum in quo matre instituta filius est præteritus, non censetur approbatum a filio, qui matri tanquam hæredi morem gerit, nisi præcise sciat se esse exhæredem. numero 4.*

*Scientia explicita qualitatum testamenti non præsumitur, quando in vita eius qui debuit scire, testamentum non fuit leuatum de manu Notarij. num. 5.*

*Notarij non solent esse faciles ad ostendenda testamenta, de quibus sunt rogati. num. 5.*

*Actus nullus, vt dicatur approbatus, oportet vt approbās sciat nullitatem. num. 6.*

*Testamentum nullum, vt dicatur approbatum, necesse est vt approbans sciat testamenti nullitatem. num. 6.*

*Ignorantia iuris regulariter non præsumitur. num. 7.*

*Fallit in iure valde dubio. num. 7.*

*Ignorantia iuris dubij ad euitandum damnum admittitur, sicut ignorantia facti. num. 7.*

*Dubietas iuris potest colligi ex facto iudicis, qui etiam super eo dubitauit. num. 7.*

*Institutio filij etiam in modico sustinet testamentum. numero 7.*

*Ignorantia iuris vt suffragetur necesse est, vt ignorans probat se fuisse motum ad faciendum propter ignorantiam. num. 8.*

*Impeditus, vt excusetur a non facto, necesse est probare se fuisse paratum facere, & impedimentum fuisse causam non faciendi. num. 8.*

*Præsumptio, quod nemo velit iactare suum, anteponitur cuicumque alteri præsumptioni. num. 8.*

*Præsumitur potius fatuitas, quam donatio. num. 8.*

*Filius potius præsumitur nolle impugnare testamentum paternum, quia credidit sibi non licere, quam quod voluerit iactare opulentissimam hæreditatem testamento annullato sibi deferendam. num. 8.*

*Approbatio tacita patris, quia non contradixit in vita nocet filijs. num. 9.*

*Approbatio expressa in qua requiritur specifica, & indiuidua scientia, non suppletur per tacitam. num. 9.*

*Taciti semper minor est virtus, quam expressi. num. 9.*

*Transmissio non impeditur, quando pater in vita fuit impeditus dare de nullitate. num. 9.*

*Ignorans, & impeditus æquiparantur. num. 9.*

DECISIO DCCII.

1 Rota, inhærendo alijs decisionibus in hac eadem causa factis, censuit non constare quod M. Antonius approbauerit testamentum Alphonsi patris, conditum sub die 20. Septemb. 1602. ad effectum de quo agitur. Primo, quia non apparet, quod M. Antonius sciuerit fuisse conditum dictum testamentum, & sine scientia certum est non dari approbationem, vt de se patet, & ex infra dicendis apparebit.

2 Non obstant plures actus dati pro parte DD. de Balleonibus, ex quibus apparet, M. Antonium sciuisse Iuliam matrem scriptam hæredem ab Alphonso patre. Vnde elicitur scientia d. testamenti de anno 1602. in quo mater fuit scripta hæres, quia (vno actu excepto, de quo infra dicetur) alij actus nõ enunciant annum conditi testamenti, vnde possunt referri ad aliud testamentum cõditum per eundem Alphonsum de anno 1592. in quo eandem Iuliam hæredem scripserat, substituendo tamen M. Antonium in omnibus, quod non fecit in hoc vltimo testamento, stante autem possibilitate relationis ad aliud testamentũ probatio DD. de Balleonibus nõ concludit, ad not. in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. quantum ad actũ enunciantem testamentũ de anno 1602. illa est quædam apocha, manu prædicti M. Antonij transcripta, in qua Iulia Balleona, tamquam hæres, vigore dicti testamenti de anno 1602. fatetur, se recepisse quasdam pecunias a Roberto Primo, sed neque ex ista induci per necesse scientiam saltem indubitatam, vt requiritur ex infra allegandis, cẽsuerunt DD. nam aut ex hac apocha prætenditur assertio, seu confessio M. Antonij, quod fuerit conditum dictum testamentũ, & hoc non potest dici, quia apocha non cantat nomine M. Antonij, sed ipsius Iuliæ. Incipit enim, Io Giulia Balleona ho riceuuto &c. & est subscripta a sola Iulia, vnde est confessio ipsius Iuliæ non M. Antonij, ad regulam qui per alium facit, de qua in l. si per aliũ. ff. ne quis in ius voc. vi exem. l. ad eam. ff. de reg. iur. l. liber homo. la secõda. ff. ad leg. Aquil. & etiam Bar. in l. sed etsi vnus. §. si seruus. per totum. ff. de iniu. aut vero prætenditur indubitata scientia, ex quo M. Antonius ita scripsit, & minus hoc potest dici, quia non tenetur scribens credere dictanti. Vnde videmus in fortioribus quod enunciatum ab vno ex contrahentibus minime probat cõtra alium contrahentẽ, quando principaliter agitur de enunciato, Dec. in cap. per tuas. num. 38. de probat. Alex. cõs. 21. nume. 4. lib. 1. Ruyn. cõs. 167. nume. 23. vol. 1. Butr. in c. illud. nu. 3. vers. not. quarto enunciatum, Abb. nu. 6. Felyn. nu. 3. de præscrip. Purpur. cõs. 282. numer. 1. lib. 1. & quiequid dicendũ foret, si M. Antonius prædicta scripsisset de extraneo, cum scripserit de matre, & de illa, quæ in alio testamento fuerat scripta hæres, non est inuerisimilis, vel taxanda illius incuriositas, aut illi imputandum, si forte matri ob reuerentiam non contradixit, Bald. consil. 366. numero 6. versic. idem est lib. secundo.

3 Secundo principaliter fuit dictum, quod etiam si probaretur, M. Antonium habuisse scientiam, quod de anno 1602. fuerit cõditum testamentum, adhuc non sufficere hoc pro illius approbatione in omni sui parte, nisi probetur sciẽtia explicita, & indiuidua omnium cõtentorum in illo, Roman. cõs. 403. nume. 17. in vers. 2. quia quicquid. Crauet. cons. 193. num. 8. & consil. 423. nume. 6. lib. 3. Corn. cons. 153. num. 3. & 4. lib. 4. & facit l. de his. ibi inspectis, cognitisque verbis testamenti. ff. de transact. cum ibi plene not. per Scriben. & est regulare in omni materia præiudiciali, quod requiratur sciẽtia explicita, & indiuidua omnium qualitatum, Menoch. consil. 389. num. 21. & 22. Surd. cons. 329. nume. 27. & 28. & decis. 265. nu. 18. & 19. Rota in Romana de Arronijs 10. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo.

4 Non obstat, quod ex actibus, qui dantur, appareat ipsum sciuisse Iuliam matrem scriptam hæredem, quia ad effectum, de quo agitur, oportet, quod sciuerit nihil sibi fuisse relictum, forte enim existimauit se generaliter fuisse substitutum, prout erat in primo testamento, vel fuisse cohæredem, quod satis fit verisimile, ex quo ipsamet mater exegit credita hæreditatia, etiam nomine, & tanquam procuratrix M. Antonij filij, vt ex datis in Summario Matescottorum, numero 18.

5 Et quod M. Antonius non habuerit scientiam explicitam omnium cõtentorum in testamento de anno 1602. suadetur, quia prædictum testamentum nõ fuit leuatum in vita ipsius M. Antonij, & Notarij rogati, qui captant emolumenta leuationis, non solent esse faciles ad ostendenda testamẽta, de quibus sunt rogati, quod in proposito satis comprobat quædam protestatio facta per Vitellescos contra eandem Iuliam, in qua conqueruntur Notarium rogatum ea de causa noluisse ostendere dictum testamentum. Non obstat actus, in quo se fundant DD. de Balleonibus nempe quædam protestatio facta per Marcum Antonium contra Paulum Vrbanum debitorem hæreditatis Alphonsi, in qua dicitur non fuisse citandam Iuliam Balleonam, quia in illa causa nullum habebat interesse, sed ipsum M. Antonium, & filios tanquam hæredes in hoc Alphonsi, propter quæ verba, ibi, in hoc &c. infertur, quod Marcus Antonius sciuerit, se solum institutum hæredem in Castris, stante, quod illud creditum, vt prætenditur, erat de rebus pertinentibus ad Castra, quia immo ex hoc visum fuit colligi expressam ignorantiam M. Antonij de cõtentis in testamento Alphonsi, quia nullibi legitur relicta credita hæreditatis ipsi M. Antonio, sed omnia credita indistinctè sunt relicta ipsi Iuliæ.

6 Tertio visum fuit tollere omnem difficultatem, quia, vt quis censeatur approbare actum nullũ oportet, vt sciat nullitatem, vt in specie de approbatione testamenti nulli est tex. in l. mater. §. cęterum. ff. de inoffic. testam. glos. in l. non dubium in verbo agnouerit.

rit.C.de testam.Corn.conf. 207.per tot.lib.3. Pedemont. decif. 179. Gabriel confilio 36. numero 59. & sequen.libro 1.& confil.62.num.27. lib.2.& fuit dictum in Anconitana Censuum coram Reuer. P. D. Vbaldo.

7 In proposito autem casu, non apparet M. Antonium habuisse scientiam nullitatis dicti testamenti, & licet regulariter non præsumatur ignorantia iuris, Abb.in c.pastoralis.circa fin.de fide instrum. Bart.in l.omnes populi.nu.67.ff.de iust. & iur. & in istis terminis sensit glos.in d.§.ceterum. verbo competere, attamen Domini existimauerunt, hoc non procedere in iure valde dubio, quia ad euitandum damnum admittitur ignorantia iuris dubij, sicut ignorantia facti, Felyn.in c.de quarta.nume.27.de præscript.glos. vlt.in l.si vir.vbi Bat.num. 1.ff.pro donat. Capic.decis.10.num. 19.& sequen.Rota diuers.decis.214.numero 5.& decis.561.par. 1.& decis.132. nu.7.pat.2. quod autem ius in proposito esset valde dubium, ex illo facile deprehenditur, quod Rota in hac eadem causa coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto semel resoluit testamentum fuisse validum, & institutionem M. Antonij sustineri in æstimatione Castrorum, vnde non est imputandum M.Antonio, si credidit illud, quod Rota censuit, & quod M. Antonius crediderit se institutum in aliquo a patre, quæ institutio in modico sufficit pro validitate testamenti, ad tex.in l.omnimodo.C.de inof.testam.glos.in §.aliud quoque capitulum.in verbo,aliud quoque. authẽ.vt cum de appell.cognosc. Bald. in l.hac edictali.nu.8. C.de secund.nupt.Ias.in auth.nouissima. numer.15. C.de inoff.testam. Dec.consil.407.num. 16. Clar.in §.testamentũ.q.38.in vers.sed numquid tota deprehenditur ex protestatione contra Vrbanum supra pondetata, in qua dixit se hæredem Alphonsi patris in illo credito,& tamen, vt postea resoluit Rota, non fuit relictus hæres in aliquo.

8 Non obstat, quod vt ignorantia iuris suffragetur probari deberet,quod quis fuerit motus ad faciendũ propter dictam ignorantiam, sicut diximus de impedito qui vt excusetur a nõ facto,debet probare,quod esset paratus facere, & quod impedimentum fuerit causa,quod non fecerit, Bart.in l.qui commeatus.ff. de re milit.Afflict.decis.29.Boer. decis.40.numer.4. quia respondetur,tantam esse præsumptionem, quod nemo voluerit iactare suum ad not.in l. cum de indebito.ff.de probat. vt omnis alia præsumptio sit prius admittenda,l.cum aurum,& ibi Bart.ff.de solut.Ancharan.consi.32.num.4. Natt.conf.73.num.9.lib.1. Curt.iun.conf.46.nume.5.lib.1.Becc.consil.90.sub nume.18.hinc dicunt Doctores, potius præsumi fatuitatem, quam donationem, Bald.in l.generaliter. numer.14.C.de non num.pecun. Aym.Crau.consil. 142.num.26.Becc.in d.conf.90.num.18.Paris.consilio 88.num.13.lib.3.cum alijs per Mascard.de probat.conclus.554.num.7.lib.1.& proinde existimauerunt Domini,præsumendum,quod M.Antonius magis fuerit motus ad approbandum testamentum paternum (quatenus de approbatione constaret) ex eo quod crediderit, sibi non licuisse illud impugnare, quam quod voluerit iactare opulentissimam hæreditatem sibi annullato testamento deferendam.

9 Ex quibus cessat fundamentum deductum ex tacita approbatione.ex quo M.Antonius nõ contradixit in vita, vnde nec possint contrauenire eius filij, ex Bal.in l.si ille. §.quod si quando.num.2.C.de decur. lib.10.cum alijs allegatis in causa Sutrina Successionis.15.Martij 1604.coram me, quia si nõ constat de tali scientia, per quam sufficiat expressa approbatio, vt patet ex prædictis, multo minus sufficiet tacita, quia taciti est semper minor virtus, quam expressi, l. maritus.C.de procur.l.cum ex filio. §.fin. ff.de vulg. Oldrad.consil.126.num.8. Crauet.conf.92.num.3. Dec.consil.416.num. 10.& sicut Bald.in d.l.si ille, & alij allegati in prædicta Sutrina Successionis coram me, admittunt, quod non impediatur transmissio, si patet in vita fuit impeditus dare de nullitate, idem videtur dicendum,quando ignorauit, quia ignorãs, & impeditus æquiparantur,ad trad. in l.1.ff.pro suo, l.qui in alterius. ff.de regul.iur. Crauett.consilio 56. numero 9. Oldrad. consilio 270. numero 5. Et ita conclusum &c.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Bononien.de Montercutijs. Veneris 20.Martij. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Institutus in vsufructu quando alio instituto in proprietate solum post mortem vsufructuarij efficiatur hæres in totum,cum onere restituendi hæreditatem vsufructu finito hæredi scripto, per fideicommissum,in hac decisione plures enumerantur coniecturæ.

## *SVMMARIVM.*

*Testatoris mens in interpretandis vltimis voluntatibus potius attendenda est, quam nimia iuris subtilitas. numero 1.*

*Testatoris voluntas ex coniecturis elicitur. numero 1. in fine.*

*Relinquit verbum non adiectum vniuersitati bonorum non importat institutionem, maxime quando res certa non relinquitur personæ necessario instituenda. nu. 2.*

*Dispositio testatoris facta,& limitata ad certum tempus, vltra illud non debet extendi contra mentem ipsius testatoris.nu.3.*

*Vsufructuarius relictus, & liberatus a præstatione fideiussionis,& confectione inuentarij, non censetur institutus in proprietate. numero 4. Declara, vt numero 8.*

Vsufru-

*Vsufructuarius in proprietate institutus non tenetur conficere inuentarium, nec praestare cautionem. numero 4.*

*Vsufructuarius non censetur institutus in proprietate, quando testator alium nominat haeredem.nu.5.*

*Obseruantia subsequuta est magnae considerationis, in interpretatione vltimarum voluntatum. num.6. Declara, vt num.9.*

*Conditio significatur per ablatiuum absolutum. nu.7.*

*Conditione non purificata conditionalis dispositio non habet locum.nu.7.*

*Haeres, vt cohaeredem vniuersalem habere dicatur, sufficit habere spem, quod quis ex testamento haereditatem vniuersam quandoque adire possit. num.7. uers. Huic enim obiectioni.*

## DECISIO DCCIII.

1 Cum D. Sebastianus de Monterentijs vti filius,& haeres quon. Lucretiae de Comitibus egerint contra haeredes Francisci de Comitibus super rescissione plurimorum contractuum factatum inter d. Lucretiam, & quondam Iulium de Comitibus fratrem d. Lucretię ad elidendam actoris intentionem oppositum fuit, D. Sebastianum a limine iudici repellendum, quia ipse haereditatem matris adiuit, quae fuerat haeres d. Iulij fratris, & ita sicut d. Lucretia non potuit contra Iulium cui successerat agere, quia omnes fuerant confusae actiones, ita nec poterit d. Sebastianus haeres matris impugnare d. cōtractus, vnde de ordine Rotae dubitaui stricte, an Lucretia, cui relictus fuerat vsusfructus alio non dato haerede, quamdiu durabat vsusfructus, fuerit haeres dicti Iulij, quo dubio proposito DD. negatiue respōdendum esse censuerunt, quicquid enim sit de illa toties disceptata iuris quaest. in qua tot grauissimorum Iurisconsultorum inter se dissentientium sententiae leguntur, vtrum institutus in vsufructu quando alius instituitur in proprietate solum post mortem vsufructuariae efficiatur haeres in totum cum onere tamen restituendi haereditatem vsufructu finito haeredi scripto per fideicommissum, cum in interpretandis vltimis voluntatibus mentem potius testatoris, quā nimiam iuris subtilitatem attēdere debeamus. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstr. l. cum quaestio. C. de leg. & voluntas testatoris post eius obitum necessario elicienda sit ex coniecturis. l licet Imperator. ff. de legat. 1. l. cum iurium. C. de fideicom. cum similibus. ideo DD. existimarunt, hanc quaestionem esse decidendam ex praesumptionibus, quae magis in hoc casu vrgere, & incalescere visae sunt, ad effectum, vt d. Iulius nō censeatur voluisse Lucretiam sororem haeredem vniuersalem in proprietate pro medietate scribere.

2 Prima, & maxima coniectura elicitur ex verbis ipsiusmet testamēti. Nō enim testator dū vsufructuariā sororem reliquit vsus est verbis directis generalē haeredis institutionem importantibus, sed his verbis iure legati, institutione, & alias omni meliori modo reliquit. Vnde potius videtur legatum voluisse facere, aut haeredis particularem institutionem, hoc vsufructu, quam haeredem vniuersalem, etiam in proprietate, verbum siquidem, reliquit, cum non adijcitur vniuersitati bonorum, vel quod non importat institutionem, maxime quando res certa non relinquitur personae necessario instituendae. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebell. Benedictus in c. Rainutius. vers. in eodem test. numer. 57. Imol. numero 8. Couar. ibidem. §. 1. nume. 5.

3 Quod eo magis dicendum est, quia quando testator Franciscum de Comitibus ex fratre nepotem voluit haeredem scribere, vsus est verbis directis, scilicet instituit, nominauit, & elegit. Vnde colligitur testatorem illum voluisse instituere in proprietate, etiam de viuente sorore, ne alias potius ipsius haereditas deueniret ad haeredes sororis minus dilectos, quod ex eo probatur, quia liberalitatem suam semper restrinxit ad vitam sororis, vnde dispositio facta, & limitata ad certum tempus, vltra illud non debet extendi contra mentem testatoris. l. statuliberū. §. Stichum. de legat. 2. l. a. §. si mulier. ff. de liber. agnosc. Dec. consil. 61. num. a. Patif. consil. 20. num. 7. & sequentib. li. 3. cum multis alijs adductis in vna Romana de Vaninnis. 17. Februarij 1606. coram Reuerendissimo Lugdunen.

4 Secundam praesumptionem in eo consistere iudicarunt DD. quod testator, postquam sorori vsumfructum reliquit, eandem liberauit a confectione inuentarij, & a praestatione fideiussionis, quae praestari solet, & debet per vsumfructuarium solummodo, nō autem per haeredem in proprietate. Si enim soror habuisset proprietatem cum vsufructu, nullo modo potuisset cogi ad confectionem inuentarij, quam rationem ponderauit Dec. consil. 277. numero 50. Ruin. consilio 165. numero primo, libro tertio. Cephal. consilio 37. numero 24. Menoch. de praesumpt. libro 4. praesumpt. 134. num. 16. quibus accedit, quod dum testator liberat a fideiussore sororem, grauat haeredē quatenus sit locus fideiussioni, ad praestandam cautionem pro ipsa sicque noluit per hęredem molestari. Ex quo infertur, non fuisse Dominam bonorum in proprietate, quia nullo tempore potuisset ei molestia inferri. Roman. consilio 206. Dec. d. consilio 277. Mantic. de coniect. vltim. volunt. libro quarto, tit. 5. art. 15. numero 6. & sequ. Rot. coram R. P. D. meo Vbaldo in vna N. Apothecae. die 9. Martij 1613. hodie denuo confirmata.

5 Oritur, & ex ijsdem verbis tertia coniectura ex eo, quod grauat haeredem suum Franciscum testator ad fideiubendū pro sorore vsufructuaria. Vnde non censetur ipsam voluisse grauare, nisi illum honorando titulo institutionis. Nominat enim illum haeredem viuente ipsa sorore, quae ideo dicenda est vsufructuaria, vt ex illis concludit Dec. d. conf. 277. nu. 6. Simō de Pretis, de interpt. vltim. volun. solut. 1. nume. 39. & 41. lib. 3.

Consi-

6 Considerarunt quarto loco DD. cum in testamento relictus fuisset vsusfructus tam iure legati, quam omni alio meliori modo, etiam vsufructuaria haberet æqualiter titulum legati, vel in subsidium titulũ instit. interpretationem huius quæstionis plurimum dependere ex obseruantia, quæ alias pro interpretat. vltim. volunt. magnæ est considerationis. Abb. in ca. cum dilectus. nume. 22. de consuetudine. Put. decis. 22. in fin. lib. 3. Vnde cum ex pluribus actis etiam iudicialibus adductis per Informantes pro Sebastiano constet statim post obitum Iulij testatoris sorores, quibus vsusfructus redditus erat, gessisse se tanquam vsufructuarias tantum, nepotem vero hæredem scriptum declarasse se hæredem in proprietate, collegerunt DD. nunquam Lucretiam fuisse hæredem in proprietate bonorum Iulij, sed solum vsumfructuariam.

7 Nec obstare visum fuit, quod dicitur, nepotem non fuisse institutum hæredem pure, & simpliciter, sed solummodo finito per mortem sororum, & extincto vsufructu, & cum proprietate consolidato, quo casu cum incertum sit tempus mortis vsufructuariæ illa verba finito vsufructu important conditionem. l. 1. l. dies incœptus. ff. de condit. & demonstrat. & ideo nõ dum purificata conditione, seu tempore præscripto in institutione, non potest dici cohæres, sed solum mere substitutus. argumento l. ciuilibus. l. 2. in fin. & l. hæres meus. in principio. ff. de condit. & demonstrat. & sic aut in incerto, quod dici non potest, hæreditas permanebit, aut ante purificationem conditionis proprietas debuit residere penes sorores hæredes in vsufructu. Ruin. conf. 36. volum. 2. Cephal. consilio 472. num. 55. lib. 4. cum multis alijs per Informantes allegatis. Huic enim obiectioni responsum fuit, vt quis dicatur habere cohæredem vniuersalem sufficere spem adesse, etiam quod quis ex testamento hæreditatem vniuersam adire quandoque possit, vt post Alex. & infinitos quos citat Bero. cons. 58. nume. 6. lib. 2. respondit Rot. in Romana hæreditatis, coram Reuerendissimo D. Lugdunen. stantibus præcipue responsionibus supra declaratis, quæ non aderant in consilijs Ruin. & Cephal. supra alleg.

8 Nec etiam obst. coniectura allegata per hæredes quondam Francisci de Comitibus inde colligi Lucretiam fuisse hæredem in proprietate, quia testator eam ab omni fideiussione, & confectione inuentarij liberare voluit, quia si non fuisset hæres proprietaria de iure non poterat a dicta cautione liberari. l. 1. C. de vsufructu. Bart. in l. nemo potest. nume. 3. ff. de leg. 1. vbi Rip. numer. 39. cum alijs per Gabr. de vsufructu. conclus. 1. nume. 20. Placuit enim responsio, testatorem hoc sciuisse, vnde vlterius proceden. declarauit velle, vt si cogeretur soror ad talem fideiussionem infrascriptus hæres ad fideiuben. pro ea grauaretur sicq; patet testatorem intellexisse Lucretiam sororem posse cogi ad fideiubendum, sicque remanere simplicẽ hæredem vsufructuariam, quæ proprie cogitur ad cauẽdum, & non proprietarius.

9 Non obstant denique, quæ dicuntur contra obseruantiam eam non esse attendendam, quia hæredes scripti nullo iure possunt ex eorum confessione, aut obseruantia immutare voluntatem defuncti. Vnde sequitur, nec Lucretiam sororem restringendo se ad vsumfructum, nec dictam Franciscam nepotem declarando se hæredem ante extinctionem vsusfructus, potuisse mutare naturam testamenti, quatenus sorores fuissent hæredes grauatæ, & dictus Franciscus nepos substitutus. Huic enim obiectioni responderunt, regulam esse veram, quando constat de voluntate testatoris clara, & certa, non autem in hoc casu applicari, vbi voluntas illa est multum incerta, & dubia, sicque multum deferen. est pro interpretatione vltimæ voluntatis obseruantiæ ex supradictis. Et ita decisum, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Clusina Possa. Veneris 20. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Magistralis est decisio, pluraque continet notanda, de quibus in Summario, & agitur præcipue de secunda inuestitura feudi, Principe ignorante, quod alius in eodem feudo ius habebat, an, & quando talis cõcessio dicatur subreptitia ex eo, quod in illa non fuit derogatum Regulæ de iure quæsito non tollendo.

## SVMMARIVM.

*Gratia, seu inuestitura dicitur subreptitia defectu intentionis, quando Papa illam concessit ignorans alium in ea habere ius ex titulo oneroso, & ex benemeritis. numero 1.*

*Gratia, seu inuestitura subreptitia defectu intentionis remanet nulla, & non præiudicat habentibus in ea ius. num. 2.*

*Princeps non præsumitur velle tertio præiudicare, sed potius illius iura reseruare. num. 2.*

*Princeps in contractu feudali non habet largas habenas, & propterea qualibet inuestitura semper intelligitur sine præiudicio tertij. num. 2.*

*Iuri in spe existenti, quando habet causam a præterito non censetur a Principe derogatum absque derogatione Regulæ de iure quæsito non tollendo. num. 3. Declara, vt num. 4. & 5.*

*Gratia euentualis præiudicat etiam tertio habẽti ius, quæsitum, quando Papa præuenit illum euẽtum, & impedit, ne contingat vacatio. Declara, ut num. 4. & seq.*

*Ius secundarium, & in consequentiam non subiacet Regulæ de iure quæsito non tollendo. Declarã, ut numero 6.*

Inne-

2 *Inuestitura feudi finita generatione renouari debet cum proximiore, si Dominus feudum pro se retinere nolit. nu. 7. Declara, vt nu. 8. & seqq.*

*Papa Superiorem non habet. nu. 9.*

*Papa potest durante generatione inuestiti in feudo alijs inuestituram concedere in casum deuolutionis, cum tunc non dicatur agi de praeiudicio inuestiti. numero 11.*

*Derogare Regulæ de iure quæsito non tollendo an sit necesse quando vacatio contigit non viuo concedente, sed eo mortuo. nu. 12. & seqq.*

*Prælatus successor dignitatis, quando teneatur obseruare concessionem factam a suo antecessore defuncto. numero 12. & seqq. Vbi etiam quid in Papa, aut Imperatore.*

*Princeps concedendo feudum generaliter quando etiam concessisse videatur accessiones, & incrementa ipsius feudi. nu. 14. & 15.*

*Feudi deuolutio, quando pertineat ad vsufructuarium, & non ad Dominum directum. nu. 16.*

*Feudi concessio, & inuestitura quid comprehendat, attenditur valor feudi. Declara, vt nu. 17.*

*Vendita re duobus præfertur secundus emptor, cui Res tradita fuit. Declara, vt nu. 18. & seqq.*

*Dominium ex contractu Principis transfertur etiam sine traditione. nu. 18.*

*Titulus lucratiuus non est sufficiens ad excludendam Prælationem anterioris concessionis. num. 19.*

*Feudorum concessiones, pro quibus Camera non recepit sufficientem recompensam inualidâtur a Bulla Pij I V. Declara, vt nu. 20.*

## DECISIO DCLXIV.

1 SEquêdo ordinem reseruatæ disputationis proposui dubium super releuantia Breuis Gregorij XIII. Et Domini censuerunt illud nô obstare D. Marchioni a Cornea. Quia in narratiua Breuis præsupponitur facta côcessio de huiusmodi Posta Alexandro, & Paulo de Sfortijs, vsque ad tertiam eorundem generationem, & quod in eo sit data facultas nominandi Io. Baptistam, & Alexâdrum eorundem ex fratre nepotes, vsque ad tertiam illorû generationem tantum, qua finita Posta ipsa ad Camerâ Apostolicam reuertatur eo ipso, vnde cum non ad Cameram, sed ad DD. a Cornea positos in locum Cameræ hæc Posta deuolui deberet, ex hoc falso præsupposito bene intrat defectus intentionis, vt considerat Seraphin. decis. 965. numer. 12. par. 1. Nam si Gregorius sciuisset concessiones DD. a Cornea non concessisset DD. de Sfortijs facultatem nominandi per alias generationes, vel saltem attenta earum qualitate, quia sub titulo oneroso, canone releuanti, & benemeritis emanarunt, difficilius concessisset, prout in similibus terminis responderunt Paris. consil. 11. numc. 133. & 137. libro primo. Roman. consil. 298. nume. 1. vers. 2. Decian. consil. 18. num. 385. volum. 1. Menoch. consil. 294. num. 20.

Et exinde cessante intentione concedentis inuestitura DD. de Sfortijs remanet nulla, & subreptitia, vel saltem non præiudicialis DD. a Cornea habentibus titulum a Principe, Io. And. in c. si motu proprio. de præben. in 6. Abb. in c. cum olim nume. 15. de re iud. Bero. consi. 146. num. 37. lib. 3. neque enim præsumitur Principem voluisse tertio præiudicare. cap. quamuis. in fine. de rescrip. lib. 6. l. 2. §. merito. & §. si quis a Principe. ff. ne quid in loc. publ. fiat. l. impuberi. ff. de admin. tut. sed potius eorum iura reseruare. Bald. in l. 1. num. 5. ff. de constit. Princip. Paris. consilio 23. nume. 153. lib. 1. Honded. consi. 39. num. 45. vol. 2. Surd. consil. 42. num. 20. præsertim quia versamur in contractu feudali, in quo Principes nô habêt largas habenas, vt dicit Paris. d. cons. 23. nume. 153. lib. 1. & ea ratione quælibet inuestitura semper intelligitur sine præiudicio alterius, c. 1. in princ. pet quos fiat inuestit. Afflict in c. 2. num. 2. de feud. dat. in vicem. leg. Commiss. Natta consil. 509. nume. 7. & 9. & ex alijs latissime comprobat Card. Mantic. de tacit. conuent. lib. 23. tit. 19. nu. 20.

3 Et quamuis ius DD. a Cornea de tempore côcessionis Breuis dici posset adhuc in spe ex verbis ibi, quibuscumque alijs concessionibus cessantibus, nihilominus quia tale ius habebat causam de præterito, de eo erat facienda mentio, & necessaria erat derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo. Sarnen. ad dictam regul. q. 4. nu. 12. vers. secundus est casus, Rota decis. 614. num. 9. par. 1. diuers. Cæs. de Grass. decis. 1. de verborum signific. Seraphin. decis. 1082. par. 2. habet enim hoc ius, inquit Sarnen. certam, & probabilem spem de præsenti, quod inducit quoddâ ius ad rem, quo priuari videtur præiudiciale, vt dicit Bart. in l. post emancipationem, §. primo. ff. de liberat. legat.

4 Nec placuit Dominis responsio data, quod in huiusmodi gratijs euentualibus non dicatur fieri præiudicium considerabile ad effectum regulæ, quando Papa præuenit illum euentum, & impedit ne contingat vacatio, cum semper remaneat gratia in suo robore, licet expectet euentum, vt per Put. decis. 347. libro 1. secundum nouam impress. Rota decis. 21. nu. quinto. de præbend. in nouis. & coram bon. mem. Cardinale Seraphino decis. 1410. num. 18. & sequentib. in quibus locis videtur probari, quod etiam absque derogatione regulæ de iure quæsito &c. Papa præuenit vacationes in præiudicium vnionum admittendo resignationes, & promotis ad Episcopatum concedit retentionem beneficiorum de iure patronatus, impediêdo vacationes absque eo, quod dicatur lædere ius patronorum, vel etiam concedendo vniones beneficiorum non dicatur tollere ius Capitulo habenti ius exigendi medias Annatas, cum semper impediatur vacatio, ne contingat, quæ omnia dicebantur præsenti casui applicari, dû Breue Gregorij fuit expeditum ante huius Postæ vacationem.

5 Prædicta enim dixerunt procedere in suspensione ad modicum têpus, non adimente spem gratiæ euentualis,

tualis, secus vero vbi adest quasi certitudo extinctionis gratiæ propter admissionem trium generationum Io. Baptistæ & Alexandri, ob quarum dilationē vnica generatio superexistens DD. a Cornea in totum tollebatur, & ius perimebatur, idem Put. in terminis regulæ. decis. 288. num. 88. secundū nouam impress. lib. 3. quod etiam fuit firmatum in Eugubina S. Stephani 15. Martij 1599. coram bo. memor. Cardinali Pamphilio vltra quod conclusio supra allegata videbatur etiam restringenda in beneficialibus, in quib. Papa habet plenitudinem potestatis, prout eam restringit, Roman. consil. 298. num. 2. versic. & sic hæc vera sunt. Quod idem dicendum non videtur in contractibus feudalibus, in quibus Papa non solet ius alteri quæsitum sine causa auferre, Paris. consilio 11. nu. 79. lib. 1. latissime Gabriel. de iur. quæsito nō tollend. concl. 5. in 1. ampliat.

6 Et addebatur, quod ex verbis Breuis non suspenditur, sed penitus tollitur ius DD. a Cornea, cū ibi expresse dicatur, quod finita generatione Io. Baptistæ, & Alexandri Posta reuertatur ad Cameram eo ipso, quod de directo contrariatur inuestituræ DD. a Cornea, dum cessantibus concessionibus admittitur fructus, & emolumenta accrescere ad D. Iacobū, & eius hæredum vtilitatem, sicuti accrescerent ad vtilitatem Cameræ, & hac ratione attēta cessant, quæ dicuntur de iure, quod tollitur secundario, & in consequentiā, vt non subiaceat regulæ, vt per Curt. iun. consilio primo, numero 22. & Seraphin. decis. 1445. quia dum Posta reuerti debet ad Cameram, principaliter læduntur DD. a Cornea, non autem in consequētiam, cum directe priuentur iure sibi ipsis ex antiquis inuestituris competenti.

7 Nec etiam visa sunt obstare, quæ dicebantur ad demonstrandum cessare effectum intentionis, nec esse necessariam regulæ derogationem, dū DD. a Cornea nullum ius habent in casum renouationis, cum finita generatione Domino nolente feudum pro se retinere, D. Dux vti proximior deberet in renouatione præferri, Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiu. & ex alijs allegatis per Gabr. de iur. emphyt. concl. 1. nume. 14. & plenius per Rosenthal de feud. tom. 1. c. 7. concl. 24. per totam, quod idem etiā sequuta inuestitura dicebatur hodie fieri debere in præiudicium secundo loco inuestitorum ex Bald. consilio 82. lib. 1. relato per Gozad. cons. 20. nu. 10. Mandos. ad Roman. cons. 22. in litera K. limit. 1. vers. sed ego credo, quod &c.

8 Doctrina enim Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. & æstiu. quæ fuit originalis, non ita indistincte recipitur in hac materia feudali, cum multi tenueruntt eam non esse veram, nec practicabilem, prout respondet Roman. consilio 70. num. 3. vers. non obstant. dicens veram non esse, Andr. Gail. pract. obser. lib. 2. obseru. 148. num. 3. vers. sed verior, &c. post alios affirmans veriorem opinionem, quod Dominus non teneatur consanguineos præferre extraneis, & ita in practica obseruari, nisi aliter de consuetudine receptum sit, & Clar. in §. feudum, qō. 87. testatur, contrarium numquam vidisse in feudis obseruari, & quod durum esset obtinere, & illū sequitur Menoch. consil. 400. num. 31. vers. respondetur. 1. Rosenthal. de feud. in allegat. concl. 24. n. 21. & Pistor. in lib. 2. q. 44. num. 10. dicunt aduersari ex diametro omnib. iuris feudalis rationibus, cum concessiones ita factæ intelligantur, vt feudo finito id ad dominum libere redeat. c. 1. si de feud. defunct. cap. 1. de succes. fratr. neque vasallus de feudo aliquid statuere possit, quo se defuncto ipsum dominum obliget, c. 1. §. & si clientulus. de alienat. feud. c. 1. §. è contrario. de inuest. de re alien. fact.

9 Præterea in supremo Principe, prout est Papa, vel Imperator, dicta Bart. non videntur procedere, vt affirmant Paris. consi. 23. num. 250. lib. 1. Gabr. de iur. emphy. conclu. 1. num. 22. Rosenthal de feud. d. c. 7. quæst. 24. num. 20. & videtur probari ex eisdem Bar. propositionibus, dum ad repellendam iniuriam denegatæ renouationis subdit, posse appellari de iure canonico ad superiorem, vt cogar, quod fiat restirmatio, quod non conuenit Papæ non habēti superiorē, Bartol. in l. omnes populi. num. 53. vers. præterea speciale. ff. de iusti. & iur. Bald. in procem. ff. num. 23. & sunt textus aperti in l. 1. ff. a quibus appellari non licet, l. 1. C. de sent. præfe. præt. qui in terminis allegantur a Paris. consil. 118. num. 1. vol. 1. vbi latissime firmat hanc conclusionē. quod indubitabile etiam redditur, quando mouentur supremi Principes ex iusta causa, nempe ob benemerita, vt considerant supra relati Paris. & Gabr. & quæ maxima fuisse in familia de Cornea recensentur in antiquis eorum inuestituris.

10 Alia etiam ratione euitatur doctrina Bart. cum nō versemur in concessione facta de aliqua re particulari, sed in fructu, & emolumēto succedente ex qualitate vniuersalitatis huius feudi, cuius alienationem sicuti DD. de Sfortijs non poterant in totum impedire, ita nec pro parte respectu Postæ id potuerūt, quia hoc est de natura vniuersalis concessionis, vt transferatur omne ius concedētis, etiam si illud particulariter cedi, vel alienari non possit, vt considerant Schrader. de feud. par. 3. c. 4. nu. 41. & 42. & alij allegati in prima decisione in hac causa facta.

11 Ex quibus patet bene subsistere durante etiam generatione inuestiti potuisse Papam concedere inuestituram in casum deuolutionis, cum non agatur de præiudicio inuestiti, Afflict. decis. 292. per totā, Clar. in §. feudum, quæstio. 14. per tex. in princip. qui succes. feud. dar. teneant. cap. 1. qui succed. ten. capit. 1. §. moribus. si de feud. defunct. & latissime comprobat Paris. consil. 22. num. 41. & 23. num. 76. lib. 1. Schrader. de feud. par. 3. cap. 2. numer. 17. & præiudicium, quod prætenditur præseruari in inuestitura de vacaturo per text. in cap. 1. §. si quis inuestierit. de feudo dato in vicem Leg. Commiss. & in cap. si quis in fine, qui succe. tenean. cum alijs pōderatis per Hartman. Pistor. quæst. iur. lib. 2. par. 2. quæst. 20. & in consilijs

post

post eandem quæstionem impress.in 1.num. 22.& in 2.nume. 39. est intelligendum respectu iuris quæsiti ex ipsa inuestitura, puta ex pacto, vel quia inuestitura sit perpetua, & non temporalis ad certas generationes, vt ideo non impediatur feudi venditio cum consensu Domini, vel de alio interesse habente causam de præterito, non autem de præiudicio petendi renouationem, quod non est cõsiderabile, antequam extincta sit generatio. Cald.de renouat.emphyt. li. 1. quæst.9.ad finem. vel si in aliqua parte est considerabile, tollitur ex natura ipsius concessionis de vacaturo, dum supremo Principi id licuit, vt iam dictum est, alias numquam daretur inuestitura de vacaturo propter vinculum, & necessitatem in Principe admittendi renouationem.

12 Non obstat secundo, quod principaliter ad eundẽ finem euitandi derogationem regulæ dicebatur, eam scilicet non esse necessariam, quia ex inuestitura de vacaturo nullum ius erat quæsitum DD. a Cornea, dũ viuo concedente vacatio non contigit, sed eo mortuo, de quo tempore successor dignitatis non tenetur eam obseruare, c. 1. qui succes.feud.dar.ten. cap. 1. §. moribus. si de feud.defunct. Capic.decis. 162. nu. 5. & 6. Schrader.de feud.par.3.c.2.num.25. Rosenthal de feud.c.6.conclu.16.in princip.& num.13. Pistor. quæst.iur.27.nu. 1.par.2.

13 Datæ enim fuerunt duæ respõsiones. Primo, quod c.1.qui success. feud.dar.ten.& alij text.allegat.loquuntur in Prælato inferiori a Papa, nempe in Archiepiscopo, Episcopo, Abbate, & alijs, qui cum præsentium tantum rerum, non etiam post mortem suam gerendarum habeant administrationẽ c. fin. 12.q.1. c.2.de donat. successoribus suis præiudicare non possunt, cum non iure successionis, sed vel postulationis, vel electionis, & sic nouo titulo ad dignitatem ascendant, & in his terminis loquuntur Aluarott. Afflict. & alij in d.c.1.qui successores teneantur. quorum auctoritate nituntur, Capic. Schrader. & alij supra allegati, & ita loquitur Gabriel consilio 83. num.23.& 53. libro primo. Et quamuis ratio glos. in dicto ca. pit. primo, in verb. compelluntur. Qui success.feud. dar.ten. videatur etiam conuenire Papæ, & Imperatori, qui nihil habent a prædecessore, & per eam ad Imperatorem extendunt Isern. & Præposit. in dicto cap. 1. colum. 2. vers. in glos. fin. & Afflict. ibid. nu. 94. Mart. Laud. numero decimo quinto. & eos simpliciter refert Schrader. d. cap. 2. num. 25. tamen de ratione diuersitatis non quærunt, quæ maxima est inter casum, & casum, cum in Prælato inferiori causa alienandi feudum nondum apertum non præsumatur, secus autem in Papa, aut Imperatore, vt declarat idẽ Gabr. dicto consil. 83. num. 22. & 53. libro primo. per quam successores, etiam non hæredes, possunt obligari, c. Abbate sane. de re iud. in 6. Bal. consil. 159. vol. 3. Ias. consilio 9. nume. 13. & 14. volum. 3. ideo si præsumptioni addatur etiam iustificatio causæ, de potestate nõ erit dubitãdũ. In præsenti autẽ cõstat de meritis huius familiæ erga Sedẽ Apostolicam, de solutione notabilis summæ pecuniarũ, & de cautione Scutorum duorum millium conuento, quæ omnia probant versionem contractus in vtilitatem Sedis Apostolicæ, quæ numquam moritur. c. si gratiose. de rescr. in 6. Bald. consil. 431. num. 7. lib. 2. & obligat successorem in dignitate ad obseruandum contractum cum prædecessore factum. Dyn. & Bald. in l. digna vox. C. de legib. latissime Gabr. de iure quæsit. conclu. 5. nu. 2. Præterea Glossa prædicta videtur intelligenda, & contrarium tenentes, de gratiosa infeudatione, secus si sapiat contractum, & cõcurrant benemerita, vt declarat idem Afflic. in d. c. 1. n. 52. & Bursat. consil. 30. nu. 50. vol. 1. Socin. iun. consil. 91. nu. 18. lib. 2. Schrader. de feud. par. 3. c. 2. nu. 38.

14 Secundo fuit responsum, quod quidquid posset cõsiderari in feudo particulari, separato de vacaturo, cessare tamen videretur in feudo dato in consequentiam alterius vniuersalis feudi iam aperti, prout contigit de huiusmodi Posta, quæ est intra fines Marchionatus Clusij, & pars illius dicitur, & ex sui natura cessante inuestitura consolidatur, & redintegratur cum principali feudo, vt fuit ponderatum, & probatum in prima decisione huius causæ, ita vt concessio de vacaturo non abstrahatur totaliter a præsenti, sed comprehendat actum iam factum respectu inuestituræ huius Marchionatus, vt considerat idem Bursat. d. consil. 30. num. 51. nec res difficilis videtur assignare rationem diuersitatis inter concessionem rei particularis, & separatæ, & alterius rei sub generali feudo in consequentiam comprehensæ, quamuis cadat sub eadem ratione, quod prædecessor non possit disponere de rebus, quæ non cadunt in tempore suæ administrationis. Quia hic est effectus causæ vniuersalis, vt remoto impedimento concessionum trahat ad se omnes partes sub se comprehensas tanquam incrementa, & accessiones. Decian. consilio 123. num. 28. libro 3. etiam quod particulariter alienari prohiberentur. Paris. consil. 23. numer. 103. lib. 1. Gabr. de iur. quæs. consil. 8. num. 10.

15 Et si dicatur, quod consequentia feudi vniuersalis magis deducitur ex dispositione c. 1. §. si quis de manso. tit. si de inuestit. feud. controu. quam ex tenore inuestituræ, & eo casu, quia si Dominus directus in concessione feudi vniuersalis aliquid sibi reseruauit, & est in possessione illius, quod sibi reseruauit, tunc non veniunt accessiones, & incrementa, vt colligi videtur ex eodem §. si quis de manso. & in specie notant ibidem. Afflict. num. 3. & 19. Decian. consil. 123. numero 57. in 2. memb. suæ distinctionis. lib. 3. quod in præsenti dicitur concurrere dum Iulius Tertius in concessione Clusij DD. a Cornea sibi retinuit recognitionẽ directi dominij dictæ Postæ, quæ recognitio consistens in censu vnius libræ ceræ albæ semper per DD. de Sfortijs fuit persoluta, non autem ab ipsis de Cornea. Obiectum remouetur ex eodem text. §. si quis de manso. dum loquitur de reseruatione certæ partis fundi, & in præsenti agitur de reseruatione cẽsus, qui præstatur tantummodo in recognitionem supremi domi-

dominij, nec participat de vtili dominio rei feudalis, vt respondit Menoch. cons. 330. num. 6. & sequentib. lib. 4. quinimmo in concessione DD. a Cornea Papa nihil sibi reseruauit, sed totum Clusium concessit, cũ sola praeseruatione habentium inuestituras, quibus cessantibus voluit, quod DD. a Cornea accrescerent, prout Camerae Apostolicae accreuissent, ideo pacto etiam interueniente admittitur in d. §. si quis de manso. vt accessiones, & incrementa debeantur inuestito.

16 Et hinc cessant, quae dicebantur esse animaduertẽda contra Honded. cons. 86. num. 21. lib. 2. qui in hac causa respondit, & asserebat deuolutiones pertinere ad vsufructuarium, non autem ad Dominum directũ, vt scilicet procedat si Iulius Tertius concessisset vsum fructum huius Postae DD. a Cornea, cuius vigore exegissent censum a DD. de Sfortijs, quia tunc cessante linea soluentis censum, deuolutio pertineret ad vsufructuarium, secus autem, quando Camerae soluitur, cũ ad illum, qui pro se censum retinuit, pariter deuolutio pertineat, vt per Ioan. Andr. in addition. ad Speculator. titul. de locato. §. nunc aliqua. q. 93. in verb. qui tabernas. litera Z, nam Camera nihil pro se retinuit, quod participet de vtili dominio feudi, sed totum Clusium cum iurisdictione concessit, & Ioan. Andr. loquitur de eo, cui concessum est in feudum ius percipiendi pensiones alicuius feudi, non autem in recognitionem, quae soluitur Domino directo in signum superioritatis, quae non facit Cameram vsufructuariam.

17 Minus obstat praesumptio, quae deducitur ex valore huius feudi ad arguendum, quod Papa noluerit cõprehendi hanc Postam sub generalitate Clusi. Ioan. Andr. ad Speculator. in d. §. nunc aliqua. q. 43. versic. qui tabernas. cum alijs allegatis, quia satis cessat praesumptio vbi de aperta voluntate concedentis constat: Concessio enim facta per Iulium Tertium comprehendit emolumenta, & fructus etiam in maxima quantitate, & quantumlibet excrescentibus. Vltra quod in pretio concessionis intrant benemerita DD. a Cornea, quae possunt aequipollere valori huius Postae quamuis notabili.

18 Et his stantibus dispositio l. quoties. C. de rei vẽd. deseruire non potest, quae etsi locum haberet in feudis, vt tenuerunt Ias. ibidem. num. 30. Bald. Aluarott. Afflict. in c. 1. §. si facta. si de feud. defunct. Rosenthal post alios. de feud. c. 6. conclus. 9. num. 1. tamen cum non agatur de feudo duobus ab eodem Domino vendito, neque a diuersis Dominis, quia secunda concessio DD. de Sfortijs facta non dicitur concessio, si defectu intentionis corruit, vt supra dictum est, & vbi possent applicari, obstarent multae limitationes, quae passim a Scribentibus solent admitti, nempe quia versamur in supremo Principe, ex cuius contractu transfertur dominium sine traditione. Socin. iun. cons. 65. num. 6. vol. 1. Paris. in cons. 1. num. 58. & 108. lib. 1. Gabr. de communi de empt. & vendit. concl. 2. num. 39. ideo statim dicitur ius quaesitum DD. a Cornea, in quorum praeiudicium Dominus de feudo concesso vlterius disponere non potest.

19 Praeterea agitur de feudo deuoluto in consequentiam iuris vniuersalis, & sicuti DD. de Sfortijs non praeferuntur in Cluso, ita nec etiam in Posta, quae est pars illius, debent praeferri, ac demum, quia concurrunt habentes titulum onerosum, vt in praesenti, ex parte DD. a Cornea, cum DD. de Sfortijs habentibus titulum lucratiuum, qui titulus sufficiens non est ad excludendam praelationem anterioris concessionis, vt affirmant Ias. in d. l. quoties. nume. 27. Couarr. variar. lib. 2. c. 19. nume. 5. Pistor. de feud. lib. 2. q. 29. Rosenthal c. 6. concl. 12. numer. 10. Gabr. de empt. & vendit. concl. 2. num. 32.

20 Postremo non obstat Bulla Pij IV. in ordine 125. in qua annullantur omnes infeudationes, pro quibus Camera non recepit sufficientem recompensam, quia haec qualitas non deficit in concessione DD. a Cornea, in qua interuenit pretium, canon releuans, & benemerita, quae aequipollent sufficienti recompensae. Et ita fuit resolutum.

## R. P. D. ANDREA.

*Elboren. Fructuum. Veneris 20. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Decretum, quod institutus in beneficio debeat petere confirmationem a Sede Apostolica infra sex menses, operatur, vt si non petat, beneficiũ vacet ipso iure, & fructus post sex menses perceptos debet restituere.

### SVMMARIVM.

*Clausula alioquin, &c. est comminatoria, & inducit nullitatem ipso iure. num. 2.*

*Haeredes eius, qui fructus beneficij suos non fecit, tenẽtur restituere. num. 3.*

*Fructus praebendae vacantis de iure commum debentur interessentibus. num 3.*

*Gratia in forma dignum, & commissaria ante executionẽ nihil operatur. num. 4.*

*Gratia in forma dignum, & commissaria ad effectum valide impetrandi post incursum in poenam est nulla, si veritas in supplicatione fuit occultata. num. 5.*

*Fructus suos facit habens titulum sufficientem, & bonã fidem. num. 6.*

*Rebuff. in reg. de subrogat. glo. 4. num. 23. declaratur. numero 7.*

*Fructus suos, vt faciat quis, non requiritur titulus, sed sufficit qualis occasio possidendi. num. 8.*

*Beneficium secundum Rota consuetudinem vocat, quando moritur ille, qui habet supplicationem signatam, etiã si literae non sint expeditae. num. 8.*

*Distri-*

*Distributiones accrescunt interessentibus.num.9.*
*Fructus beneficij, qui proprie sunt fructus, non accrescũt interessentibus, sed Ecclesiæ.nu.10.*
*Compositio cum Camera Apostolica solet fieri pro fructibus male perceptis.nu.10.*

## DECISIO DCLXV.

1 CVm olim Didacus Vaz. Pereira Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Elboren. iuxta formam Indulti fel.rec.Pij Papæ IV. post electionem de se factam per concursum,& institutionem Ordinarij ad Regiam præsentationẽ teneretur infra sex mensses nouam prouisionem a Sede Apostolica obtinere, & iuta Cameræ soluere, alias dictis sex mensibus elapsis Canonicatus, & præbenda eo ipso vacarent, & ipse de prædictis obseruasset, & obijsset, postquam per tres annos possederat Canonicatus, & fructus præbendæ similiter percepisset, Capitulum contra hæredes egit vigore statuti confinnitati pro fructibus male perceptis corã Ordinario Elboren.qui illos condemnauit pro fructibus perceptis per totum tempus, exceptis primis sex mensibus, datis ad expedien. pro quibus eos absoluit. Causa introducta in Rota coram me,& proposito dubio in contumaciam hæredũ, an sententia de partibus esset confirmanda. Rota in omnibus eam confirmandam censuit.

2 Ratio decisionis fuit, quia in Indulto concesso Serenissimo Regi Portugalliæ adest expressa clausula Decreti obligans eos, qui præsentati fuerint a Rege ad huiusmodi præbendam petere confirmationem Apostolicam infra sex menses a die institutionis cum clausula, alioquin dictis sex mensibus elapsis, &c. Cum igitur Didacus non expediuerit literas infra sex menses, incidit sine dubio in pœnam contentam in dicto decreto, quod non solum est comminatorium, sed inducit nullitatem ipso iure, iuxta decis. Crescen. 18.de præbend.vbi aliæ referuntur,& nouissime fuit dictum in Colimbricen.pensionis quinta Nouembris 1614.coram Reuerendo Patre Domino meo Mãzanedo,& in terminis collationis a legato vigore Indulti cum simili clausula expedien. infra sex menses renuit Rota in vna Vlixbonen.beneficij quarta Decembris 1600. coram bonæ memoriæ Cardinale Pamphilio.

3 Quo fit vt a die priuationis Didacus nõ fecerit fructus suos, & consequenter illius hæredes eos teneãtur restituere, vt post Angel.in l.prædonis loco. ff.de pet. hæred.trad.Castren.ibi,num.secundo,dicens tenendum mẽti singulariter, cum aliis allegatis per Moder. Hispan.ad reg.8.glos.56.nume. 125.Neque ad hunc effectum respectu fructuum opus erat alia declaratoria. Felin.in cap. Rodulphus. numero 38.de rescript. Et iure merito dicti fructus adiudicati fuerunt Capitulo, quia interessentibus accrescebant tam de iure communi, iuxta cap. ptimum, de cleric.non resid.in 6. glos.in clem. 2.verbo pars dimidia. de ætat.& qualit. quam vigore statuti confirmati, de cuius obseruantia deponunt septem testes pro parte Capituli examinati super 8.articulo, Summario.nu.6.& latius in processu a fol. 104.vsque ad fol.132.

4 Neque mouebat in contrarium noua gratia obtenta per Didacum, quia cum esset in forma Dignum,& commissaria ante exequutionem, quæ nunquam facta fuit, nihil posuit in esse,& ideo nõ potuit Didaco suffragari.clem.1.vbi Card.nu.7.& 8. Vitalin.num.15. de concess.præb. Mandos. in reg. de annal.quæst.55. nu.3.Card.Seraph.decis.1446.num.3.& fuit dictum in Burgen.Canonicatus.28.Aprilis 1593.coram bo. mem. Card.Pamphilio, & in Calaguritana beneficij de Ocon 30.Ianuarij 1603. coram Reuerendiss.Lugdunen. & in alia Calaguritana de Branteuilla 7.Nouemb.1614.coram R.P.D.meo Pirouano.

5 Quæ gratia ex alio nõ poterat Didaco esse vtilis, quia falso narrauerat se nullos in dictis sex mensibus fructus percepisse, & nihilominus contrarium probatur ex testibus in Summario.num.3. Cum tamen ad effectum valide impetrandi post incursam pœnã priuationis esset necessaria huiusmodi expressio fructuũ, quos perceperat Rebuf.in reg.de subrog.glos.4.n.23.in fi. Cassad.decis.6.nu.1.& seq.de præben. Pur.decis.13. eod.tit.& decis.26.& 131.lib.1.

6 Quo vero ad sex menses datos ad expedien. Didacus pro illo tempore fecit fructus suos, cum fuerit institutus ab Ordinario etiam vigore Indulti, & sic habuit titulum sufficientem, & bonam fidem ad eos acquirendos c.ex frequentibus. vbi nor.Abb.nume.2. de instit.idem Abb.in c.grauis. nu.4.vers.si vero habuit.de restit.spol.

7 Et non obst. Rebuf.vbi supra,nu.23.quia loquitur in recipiente fructus ex simplici nominatione,non autem vbi præcessit institutio, prout in casu isto. Et tanto magis,quia ad effectũ, vt quis fecerit fructus suos, non requiritur titulus,sed sufficit qualis occasio possidendi. Surd.decis.25.nume. quinto,& decis.211.numer.7.& fuit dictum in Romana Vineæ 7.Iunij 1610. coram Illustrissimo Lancellotto, & fatetur malam fidẽ abesse.l. sed etsi lege. §.scire. vbi nor. Bartol. numero secundo.ff.de petit.hæred. Surd consilio 115.num.7. Cassad.dicta decis.6.n.9. vers.quia procedit.de præben.& tenuit Rota in dicta Romana Vineæ,& in Pãpilonen.de Ianzi. 26.Octobris 1607. coram R.P.D. meo Decano.

8 Non obstat,quod per illius obitum,qui literas non expediuit,beneficium vacare non dicatur,sed eo modo,quo prius.Simonett.de reseru.q.55. cũ aliis alleg. Quia licet ita teneat Cancellaria, tamen contrarium seruat Rota,quod nimirum per illius obitum, qui solam habet supplicationem signatam literis non expeditis beneficium vacare censeatur. Rot.decisione vltima,numero quarto,de rescript.in antiqu.quæ est in practica firma in Palatio,vt ait Cassad decisione octaua,nume. 8. de restit.spoliat.& idem traditur in decis. 40.par.3.lib.2.& decis.1919. par.3.lib.tertio diuers. Et quamuis indultum Pij IV. nouam vacationem literis nõ expeditis, hoc tamen intelligitur post sex mẽ-

ses datos ad expediē. vt sunt verba clara, ibi alioquin dictis ex mensibus elapsis Canonicatus, & præbenda eo ipso vacare censeatur, prout in similibus terminis firmat Nauarr. in c. accepta in oppositione 8. solut. nu. 37. de restit. spoliat. & fuit allegata decisio in Hispalen. beneficij de Xezez 12. Maij 1603. coram bon. mem. Litta. Ex quibus ita conclusum vnanimiter sententiam de partibus esse confirmandam.

9 In extensione tamen præsentis decisionis quo ad fructus Capituli scrupulum mihi iniecit exceptio, de qua in ventre statuti, ibi exceptis pœnis, quæ statim ad certum locum applicātur. Vt enim omittam distributiones, quæ interessentibus accrescunt d. c. vnico. de cleric. non residen. in 6. & glos. in clem. 2. de æta. & qualit. in verbo. pars dimidia. cuius naturæ etiam est communis massa, grossa ad hoc destinata, vt inter residentes certo anni tempore diuidatur. Couarru. li. 3. var. cap. 3. numero 7. post med. vers. & sane ni fallor. Guttier. canon. quæst. libro primo, c. 1. nume. 107. & seq. Nauarr. consil. 20. Canonicus Cathedralis. nu. 2. de celebrat. Missar. vbi iuncto num. 1. expresse tenet eos non deberi Cameræ Apostolicæ, quod etiam patet ex Cassad. d. decis. 6. nume. 6. vers. aut inspicimus. de præbend.

10 Alij tamen fructus, qui proprie fructus sunt, in casum amissionis non accrescunt interessentibus, sed cedunt Ecclesię, iuxta distinctionem glos. in clem. 2. verbo suspensus. de vit. & honest. cleric. Felin. in c. Apostolicæ. nu. 12. vers. durante autem. de excep. Couarr. vbi sup. num. 7. post princ. vers. in ipsis vero fructibus. Et solet fieri compositio cum Camera Apostolica pro eis male perceptis. Cassad. decis. num. 2. de præben. Addo quod statutum, in quo se fundant Canonici, loquitur de pœnis, quæ per statuta Ecclesiæ infligūtur. Huiusmodi autem pęna priuationis aliunde prouenit ex Constitutione scilicet Pij IV. Nisi in omnem euentum probet Capitulum, huiusmodi fructus esse de distributionibus quotidianis, ex quo inter ipsos interessentes diuiduntur, vt per Couarr. d. cap. 13. num. 7. vers. & sane. ni fallor. Guttier. & Nauarr. vbi supra, quod tamen non probauit. Vnde super hoc vellem stricte partes iterum audire, & DD. meorum vota expectare.

## REV. P. D. ANDREA.

*Cremonen. Pensionis. Luna 23. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Gratia confirmationis pensionis nulla est, quando in ea non exprimitur altera pensio, quam beneficium prius grauatum erat, quod quando verum sit, bene in hac decisione declaratur.

## SVMMARIVM.

*Solutio pensionis retardari non potest, donec non constet de non iure illius, qui reseruatione pensionis consensit. numero 1.*

*Pensionis reseruatio non valet, quando est facta super beneficio grauato de alia pensione, nō facta mentione illius alterius pensionis, qua beneficium grauatum est. nu. 2. Declara, vt nu. 3.*

*Confessio vnius alteri non praiudicat. nu. 2.*

*Instrumentum publicum ab Archiuista extractam plene probat. num. 4.*

*Gratia non est necesse, quod iustificetur in his, qua sunt narrata a Papa, & non a parte. Item nec in his qua sunt superflua, & non necessaria. nu. 5.*

## DECISIO DCLXVI.

1 Domini steterunt in decisis sub die 5. Decembris anni præteriti, dummodo iustificetur valor beneficij Sanctæ Vrsulæ per Annibalem possessi, & valor obtēti, de quo erit particulariter videndum. Non obstat, quod pensio fuerit reseruata de consensu Baldi Catanei, quem dicitur nō constare habuisse ius in beneficio, & sic pensio remanet nulla, ex defectu cōsensus, quia placuit respōsio, quod Schitius, per cuius obitum fuit prouisus Annibal, obtinuit sibi cedi ius a d. Baldo, & per consequēs, cum ipse magnificeerit illius ius, nec Annibal eius successor potest illud impugnare, vel saltem, donec non docetur de notorio non iure Baldi, non potest interim retardari solutio. Achill. decis. 1. & 9. de pension. & fuit dictum in Reatina Pensionis 28. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo.

2 Prout non obstat, quod in reseruatione huius pensionis non fuit facta mentio de alia pensione, qua erat grauata ista Cappellania, de qua erat facienda mentio. Cassad. decisione tertia de pension. Cresce. decisione prima, in principio. de rebus eccles. non alienan. Verall. decisione septuagesima septima, libro secundo, in manuscript. & 301. parte secunda, in impress. Accoramb. decisione decima sexta, & fuit dictū in Valentina Pensionis 25. Maij 1601. coram Illustrissimo Mellino, & in aliis. Quia fuit responsum, quod non cōstat de tali pensione, nisi ex narratiua ipsius Annibalis in eius gratia, quæ non præiudicat Domino Scipioni ab illo causam non habenti. l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confess. Achill. decisione quarta, numero secundo, eod. titulo, nec percutit tempus reseruationis suæ pensionis, prout requiritur. Crescen. vbi sup. num. 1.

3 Illa etiam conclusio, quod de prima pensione est facienda mentio in secunda, intelligitur de valide reseruata, alias de pensione nulla non requiritur mentio. Verall. decis. 301. par. secunda. Et propterea qui dat de nullitate secundæ pensionis, ob non factā mentionem primæ, tenetur probare illius validitatem, vt sæpius

pius fuit resolutum,& in specie in Senogallien.pēsionis.23.Iunij 1586.coram Cardinali Plarro,& in Valentina pensionis 25. Iunij 1601.coram Illustrissimo Mellino,& in eadem 4.Decembris 1602. coram Reuerendissimo Bononien.

4 Ad illud vero, quod non iustificabatur clericatus D.Scipionis,cum non exhibeātur literæ parētes, sed sumptum informe, in quo etiam adest diuersitas in diœcesi, cum in eo legatur nomen Scipionis Rotæ Ciuitatis Castelli. Reseruatio autem pēsionis cantet ad fauorē Scipionis Rotæ Feretran.diœe.placuit responsio,Clericatum iustificari ex instrumento publico extracto ab Archiuista,quod facit fidem, vt fuit dictum in Syracusana Quartæ, 24. Maij 1606. coram Litta, & in Hispalen. Decimarum de Aiamonte. 12. Maij 1614.coram R. P. D. meo Pamphilio, & vlterius est subscriptum ab Episcopo Callien. ad trad. per Doct. in c.post cessionem.de probation.

5 Expressio autem Feretran. diœces.de qua in literis pensionis non indiget aliqua iustificatione,tum quia fuit facta à Papa, non à parte. Seraph.decis.330.n.3. Tum quia est superflua, & minime necessaria. Aegid. decisio.4. cum alijs adductis in Conchen. beneficij. 11.Maij 1609.& 10.Maij 1610. coram Reuerendiss. Domino meo Damasceno. Ex quibus,& alijs in decisione adductis,& hic per Informantes,quæ DD. placuerunt, & per quæ tolluntur omnia in contrarium deducta, fuit conclusum, esse standum in decisis.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Ariminen.Fideicommissi.Lunæ 23.Martij 1615.*

## ARGVMENTVM

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, & quamplures examinantur coniecturæ pro exclusione, & inclusione nepotum, & quando testator dicatur considerasse rationem conseruandæ agnationis.

### SVMMARIVM.

*Filiorum appellatione non veniunt nepotes, aut pronepotes.num.1.*

*Hæres grauatus ad fauorem filij, non dicitur grauatus ad fauorem nepotis.nu.1.*

*Filiorum appellatione veniunt nepotes,vbi agitur de exclusione substitutorum in fauorem hæredis instituti.numero 2.*

*Secus vbi agitur de inducendo fideicommisso. numero 2. & numero 3.Vbi declaratur l.Lucius.85.de hæred.instit. num.13.*

*Fideicommissum tanquam onus non debet temere induci. numero 2.*

*Hæres debet grauari minus quam fieri potest.nu.2.*

*Filij positi in conditione non censentur vocati. nu.3.*

*Filiorū appellatione ex coniecturis ueniunt nepotes dummodo coniectura sint plures,& violentæ. nu.4.*

*Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, vbi testator discretiue loquutus fuit de filijs,& nepotibus. nu.5.*

*Filiorum appellatione nō ueniunt nepotes ubi testator uocauit filios cum dictione suos.nu.6.*

*Verbum dicti est repetitiuum supra uocatorum. nu.6.*

*Verbum suorum de sui natura est personalissimum. numero 6.*

*Filiorum appellatione non ueniunt nepotes,quando testator reciproce substituit filios nec ad ulteriorem substitutionis gradum processit. nu.7.*

*Verbum superstitem habet uim expressionis proprij nominis.num.7.*

*Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, nec testator censetur illorum habuisse rationem, quando usus fuit uerbo singulari,& nepotes plures poterant nasci. nu.7.*

*Numerus singularis non extenditur ad pluralem.nu.7.*

*Filij in conditione positi ubi sunt uocati,censentur uocati ad portionem patris,non autem patrui. nu.8.*

*Filiorum appellatione nepotes, ac pronepotes ueniunt ubi testator habuit rationem conseruandæ agnationis,etiam si sint solum in conditione positi. numero 9. contrarium. num.11.*

*Agnationis ratio censetur cōtemplata,ubi testator sæpius repetijt qualitatem masculinitatis. nu.9.*

*Contrarium uero quia differunt consideratio masculinitatis,& agnationis. nu.10.*

*Agnationis conseruationem excludit feminarum uocatio.num.10.*

*Agnationis conseruandæ ratio non censetur considerata, quando testator illam non expressit.nu.10.*

*Filijs & nepotibus est magis debita hæreditas patris, uel aui,quam hæreditas transuersalium. nu.10.*

*Agnationis conseruandæ ratio intelligenda est iuxta terminos præcedentes substitutionis, ita ut non fiat intentio de casu ad casum, nec de persona ad personam,uel de gradu ad gradum.nu.11.*

*Filij in conditione positi ex sola ratione conseruandæ agnationis non censentur uocati.nu.12.*

*Dispositio l.cum auus.ff.de condit.& demon.habet locum in quolibet descendente.nu.13.*

*Præsumptiones,& specialia nō sunt multiplicanda.n.14.*

## DECISIO DCLXVII.

1 CVm anno præterito die 2.Maij proposuissem dubium, vtrum factus fuisset locus fideicōmisso in fauorem Dominici,& Thomæ pronepotum ex Antonio filio Marini testatoris in præiudicium Clementiæ, & Gaudentiæ neptum ex Balthasare filio dicti Marini, quæ hæreditatem paternam adierant, Domini tunc inclinabant in fauorem dicti Dominici, & Thomæ masculorum ex coniecturis tunc examinatis, sed postea re maturius discussa, hodierna die communi omnium suffragio responderunt, non fuisse purificatum fideicommissum. Præcipuum

cipuum fundamentum decisionis illud fuit, quia si verba testamenti perpendantur, apparebit nepotes, multo minus pronepotes non fuisse in conditione positos, tantum abest, vt sint vocati, sed solum filios, certum est autē regulariter nepotes, aut pronepotes sub nomine filiorū non contineri. l. quod si nepotes. sexta. ff. de testament. tut. §. si. instit. qui testam. tut. da. poss. & propterea receptior Dominorum opinio est, grauatum hæredem ad fauorem filij, non posse dici grauatū ad fauorem nepotis. Bart. in l. alimenta. in princ. ff. de alimen. & cibar. legat. Bald. in l. Gallus. §. instituens. num. 6. & ibi Aret. num. 40. ff. de liber. & posthum. Roman. consil. 438. nu. 15. Alex. consi. 1. nu. 12. & seqq. libro primo. Dec. consil. 95. num. 5. & sequ. Curt. sen. consil. 45. num. 19. Cuiac. consult. 42. incipien. filij appellatione cum multis aliis per Informantes cōgestis, & hanc communem esse opinionē testantur Honded. consil. 60. numero 61. & 71. libro primo. Eman. Suarez communium opinionum litera F. verbo filiorum appellatione. in fin. Alciat. consilio 479. numero 34. & 47. Dec. consilio 95. numero 6. & 9. Marcabr. consilio sexagesimo primo, numero 95. & 96. Cephal consilio 707. num. 56. & 58. Menoch. consil. 215. nu. 95. & 97. & 105. Rub. Alexan. consil. 144. num. 4. Socin. sen. cons. 104. in princ. lib. 3. Socin. iun. consil. 30. numero 26. lib. 3. Rimin. iun. consil. 358. numero 228. & præcipue, num. 232. Thesaur. quæst. forens. libr. 1. quæst. 91. nu. 8. cui sententiæ subscripsit Rota coram Seraph. decis. 1486. num. 9. coram Illustrissimo Mellino, in Romana Fideicommissi 21. Aprilis 1603. & nuper coram Reuerendo Patre Domino meo Verospio, in vna Ariminen. Fideicommissi. 31. Ian. 1614. & alias sæpe.

2 In hanc sententiam eo libentius iuerunt Domini, quia in hoc casu non agitur ad exclusionem substitutorum in fauorem hæredis instituti, quia tunc sub nomine filiorum posset dici nepotes comprehendi. Verum dicti pronepotes prætendunt inducere ex præsumptionibus fideicommissum, & grauare dictas Clementiam, & Gaudentiam filias ad restitutionem hæreditatis paternæ, quo casu cū agant de lucro captando, & dictæ feminæ hæredes patris de damno vitando, appellatione filiorum in cōditione positorum nullo iure veniunt nepotes, aut pronepotes, vt bene distinguit Cephal. dicto consil. 107. numer. 16. & 17. vbi respondet omnibus rationibus, & auctoritatibus in contrarium adductis. Rolan. consil. 43. num. 27. li. 4. Menoch. consil. 215. numer. 22. & 32. Tiraq. qui plura refert de primogen. quæst. 40. numer. 55. & 56. cum enim est in dubio non debere temere induci fideicommissum, tum ratione oneris, quod continet. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupill. tum quia minus, quam fieri potest, grauandus est hæres. l. vnum ex familia. §. si rem. d. Titia cum testamento. ff. de legat. 2.

3 Neque huic receptiori Dominorum sententiæ obstat tex. in l. Lucius. 85. de hæred. instit. Fundamentū eorum, qui contrariam sentētiam amplectuntur, quia si mens Iurisconsulti accurate perpendatur, non inde colligitur, appellatione filiorum regulariter venire nepotes, quærebatur enim solum. An conditiones adiectæ substitutioni factæ Sticho, & Pamphilo seruis testatoris essent positæ copulatiue, vel alternatiue. Et licet decisa quæstione subiungatur liberos fratris testatoris præferri seruis substitutis, non ideo infertur adfuisse nepotes, cum bene possit verificari in filiis primi gradus, & in omnem euentum tunc demū sequeretur venire nepotes, quando quæstio agitaretur ad excludendum fideicommissum. Secus in hoc casu ad includendum iux. dictam distinctionem Cephali. Roland. consilio 43. nume. 23. volum. 4. qui testatur de magis communi. Oddo consil. 90. num. 1. in fine. Tertio respōdetur, l. Lucius. procedere, vbi alias sequeretur absurdum extraneos penitus, vt erant serui, de quibus Iurisconsultus in d. l. Lucius. loquitur, præferri cōiunctis testatoris, vt superius citati Doctores respondent, & inter alios Dec. consilio 95. numero 9. Bero. consi. 122. numero secundo, lib. 2. Alexan. dict. consi. 1. num. 12. vers. & respondet. lib. 1. & quod d. lex Lucius. sit intelligenda cum prædictis distinctionibus patet, quia alias stabiliret regulam indistincte filios positos in conditione censeri vocatos, licet contraria sit verior. iux. glos. in d. l. Lucius. ff. de hæred. institu. quam Rota sequitur inter diuers. impress. Dec. 1485. lib. 3. par. 3. Verall. decis. 101. par. 1. in manuscript. in Recanaten. Hæreditatis. 24. Maij 1607. coram Penia, & alias sæpe.

4 Et licet aliquando ex coniecturis ab hac communiori opinione Rota recesserit, nihilominus debent concurrere coniecturæ, non solum plures, sed etiam violentæ, ex quibus clare, & non æquiuoce testatoris voluntas possit necessario induci ad hoc, vt a proprietate verborum recedatur. In proposita autem facti specie tantum abest, vt afferantur coniecturæ pro inclusione nepotum, prout afferri deberent, stante regula in contrarium ex allegatis, quinimo præualere visæ fuerunt illæ, quæ pro non vocatione nepotum deducuntur.

5 Quarum prima, & maxima ea est, quod testator qn̄ voluit vocare filios filiorū, & sic nepotes illos expresse vocauit, vt in substitutione de filiis filiorum Bernardini, & ita si illos vocare voluisset in substitutione Andreæ, & Balthasaris illos vocasset, aut saltem in conditione potuisset. atg. l. vnicæ. §. sin autem. C. de caduc. tollend. c. ad audientiam. de decim. dum enim testator loquitur discretiue de filijs, & filiorum filijs, sub appellatione filiorum nunquam comprehenduntur nepotes, Ruin. consil. 121. num. 4. lib. 2. Gozadin. consil. 29. numer. 16. & in terminis. Soc. consilio 73. numer. 21. vers. hæc pars. lib. 4. Socin. iun. consil. 168. numero 77. libro secundo. Gabr. de verborum signif. conclus. prima, numer. 83. & 93. Surd. consil. 164. numer. 9. Menoch. d. consil. 215. num. 69. Peregr. consil. 65. num. 20. lib. primo. qui hanc esse regulam in iure receptam absque difficultate dicit, & eam amplexa fuit Rota apud Seraphin. decisione 1486. numero 12.

in

in causa Aucnion. 6. Iunij 1578. coram Bubalo in Romana fideicommissi. 21. Aprilis 1603. coram Illustriss. Mellino, & nuper in dicta Ariminen. fideicommissi coram R.P.D. meo Verospio.

6 Secunda coniectura deducitur ex verbis substitutionis, quæ in testamento leguntur, si quis dictorum suorum filiorum decesserit sine filijs, partem præmorientis ad superstitem deuenire voluit ex quibus clare colligitur, testatorem solum respexisse ad filios primi gradus ponderando illud verbum dictorũ, quod est repetitiuum ad supra vocatos, quasi nominasset Andream, & Balthasarem. Paris. cons. 86. num. 36. lib. 2. Ror. decis. 49. par. 1. diuers. idque tanto magis, quia adest illud verbum suorum, quod de sui natura est personalissimum. Thes. decis. 64. ante fin. Seraph. decis. 1337. num. 4. Nepotes enim aut pronepotes non dicuntur filij testatoris, vt bene ad exclusionem nepotum considerauit Rota in dicta Ariminen. corã Reuer. P. D. meo Verospio.

7 Tertiam coniecturam eliciebant Domini ex illis verbis, pars præmorientis ad superstitem perueniat, quasi in hoc testamento solum facta fuerit reciproca substitutio inter Bartholomæum, & Andream, quatenus alter eorum sine filijs naturalibus, & legitimis decessisset cum nec ad vlteriorem substitutionis gradum processerit, illa siquidem dictio ad superstitem habet vim proprij nominis, ac si testator dixisset deueniat ad Bartholomæum, & Andream quicunque alteri superuixerit. Paris. cons. 9. nu. 24. & consil. 37. nu. 53. lib. 2. Curt. iun. cons. 57. nu. 9. cum alijs alleg. per Simon de Pretis, lib. 3. solut. 1. nu. 15. tanto magis, quia testator vsus est verbo singulari, vocat enim superstitem ad partem præmorientis, non autem præmorientium, & nihilominus si habuisset rationem nepotum, aut pronepotum, ex quo plures vltra duos poterant nasci, debebat vti verbo plurali superstitum, & præmorientium, cum numerus singularis ex sui natura, & significatione non extẽdatur ad pluralem; vt post alios Surd. cons. 369. nu. 3.

8 Considerarunt denique Domini, licet ex coniectu ris possit dici aliquando filios filiorum, aut pronepotes testatoris esse vocatos, cum sunt in conditione positi, contra communiter receptam gloss. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupill. quam sæpe Rota sequuta est, nihilominus hoc est intelligendum respectu portionis eorum Patris, non autem ratione portionis patrui, de qua nunc controuertitur. Ita Rot. in causa Senogallien. fideicommissi. 14. Maij 1601. coram Penia in causa Roman. Fideicommissi. 12. Nouembris 1607. coram Reuerendissimo Domino Bononien. & nuper in Prænestina bonorum. 11. Iunij 1613. coram Reuerendiss. Sacrato.

9 Quibus positis non obstant coniecturæ alias ponderatæ in fauorem pronepotum, quarum maxima ea est, quod testator habuerit rationem conseruandæ agnationis, quo casu non defuerunt grauissimorum Doctorum sententiæ, qui sub nomine filiorum nepotes, pronepotesque, per quos conseruatur agnatio comprehendi existimarunt, licet solummodo reperirentur in conditione positi. Decian. consilio 31. numero 128. libro primo, & consilio 28. numero decimo, libro secundo. Honded. consilio sexagesimo primo, numero vigesimo octauo, libro primo. cum multis allegat. per Informantes, quæ ratio contemplatæ agnationis elicitur ex septies repetita qualitate masculinitatis in omnibus testamenti partibus. Vnde colligitur testatoris voluntas, vt agnationi suæ prouideret. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 5. nu. 35. cum multis adductis per Peregr. art. 25. num. 47. de fideicommissis.

10 Huic obiectioni pluribus modis responderũt Domini, & primo ex repetitione masculinitatis non induci necessario rationem contemplatæ agnationis, magna enim differentia est inter considerатam masculinitatem, & agnationem, licet enim testator prædilexerit masculos, non ideo sequitur testatorem legem agnationi suæ dixisse. Corn. in l. 1. C. de condit. insert. num. 20. Paris. cons. 41. nu. 83. lib. 3. Gratian. cons. 3. num. 18. lib. 1. Seraph. decis. 1216. nu. 6. maxime cum vocauerit in eisdem tabulis in certum casum feminas, quæ vocatio excludit conseruationem agnationis, vt ex multis rationibus, & auctoritatibus respondit Rota in vna Viterbien. Fideicommissi. 10. Maij 1613. coram Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo, confirmata die 16. Februarij, & 26. Maij 1614. coram eodem, & prius in Amerina successionis. 2. Maij 1592. coram bonæ memoriæ Penia, & 16. Nouembris 1607. coram Illustrissimo Lãcellotto. Sienim testator in istis pronepotibus voluisset conseruare agnationem, sine dubio patrem, & auum, ad eorum fauorem grauasset, vt in simili argumentatur Gabriel. cõsilio octuagesimo octauo. numer. 8. par. secunda, & cons. 97. num. 7 par. prima, quia istis nepotibus magis erat debita hæreditas eorum patris, vel auis, quam transuersalium. argu. l. in suis. vbi Bald. Castr. & Alberic. ff. de liber. & posthu. l. cum ratio. ff. de bon. damnator. §. fin autem. Institut. de hæred. instituen. & ibi gloss. in verb. existimantur.

11 Et licet sine veri præiudicio præsupponeretur testatorem de conseruatione agnationis suæ cogitasse, non ideo sequeretur purificatum fuisse fideicommissum in fauorem pronepotum, nec ideo appellatione filiorum nepotes, & pronepotes comprehenderentur. Dec. consilio 286. numero 9. versic. non obstat, & numero 10. Decian. cons. 26. numero 86. Ferret. consilio 384. num. 15. Menoch. cons. 328. numero 36. quos citat, & refert Pedroc. cons. 28. num. 3. & sequentib. Rota apud Seraph. decis. 1486. numer. 17. & 18. ad inducendum enim fideicommissum in præiudicium grauati, ratio conseruandæ agnationis intelligenda est iuxta terminos præcedentis substitutionis, ita vt non fiat extensio de casu ad casum. Late Cephal. consilio 26. numero 11. Hondedæus consilio 78. numero 49. libro primo. Surd. decis. 9. numero 16. multoque minus de persona ad personam, vel de

de gradu ad gradum, iux. conf. Dec. 286. nu. 8. & 9. toties a Rota canonizatum, cum multis alijs per Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. nu. 6. etiam si dicta ratio conseruandæ agnationis legeretur expressa. Pedroch. conf. 38. nu. 3. vers. ex qua re infero. & num. 4. & ex multis conclusit Rota apud Seraphin. decisione 1426. num. 10. & 18.

12 Consideratum quoque fuit, etiamsi positi essent in conditione dicti nepotes ex solo agnationis respectu non necessario dici vocatos, vt ex pluribus auctoritatibus DD. qui de communi testantur, firmauit Rota in dicta Viterbien. fideicommissi, & præcipue quia, vt superius fuit dictum, non agitur de portione paterna, sed de successione patrui, ad tollendam filiabus paternam successionem, quæ vocatio difficilius inducitur ex rationibus adductis in decisionibus supra allegatis.

13 Nec obstat testatorem exclusisse propriam filiam, & ita ex identitate rationis censeri nepotes exclusisse. Termini enim non sunt pares, dum illam exclusit consideratione filiorum, qui erant ipsius fratres, quæ ratio non æque militat, quando agitur de exclusione neptis in fauorem non nominatorum pronepotum, vt in specie respondit Rota apud Seraphin. dicta decis. 1216. Nec denique obstat absurdum consideratum pro parte pronepotum fore, si fideicommissum non sustineretur, vt ipsi remanerent exclusi per Alexandrum, vel filios masculos fratrum testatoris, cum Andreas decesserit sine filijs masculis. Placuit enim responsio deducta in consil. Cephali 107. nu. 17. nepotes autē & pronepotes venire posse appellatione filiorum ad euitandum fideicommissum, sed non ad inducendum grauamen, & vinculum fideicommissi, vltra quod nepotes se possent tueri dispositione l. cum auus. ff. de condit. & demonstrat. quæ habet locum in quocumque descendente. Gabr. de fideicom. conclus. 2. numero 5.

14 Et in omnem euentum existimauit Rota in concursu præsumptionum præualere illas, quæ superius ad exclusionem fideicommissi fuerunt ponderatæ. Hæ enim, quæ pro parte Dominici adducuntur, si releuarent, non deberent tamen extendi contra vniuersas ex regul. de non multiplicandis specialibus, & præsumptionibus, de qua per Scribentes in l. 1. C. de dot. promiss. Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. CAVALERIO.

*Leodien. Domus Claustralis. Lunæ 23. Martij 1615.*

ARGVMENTVM.

Vocatio quando dicatur facta simul, & quando ordine successiuo, eleganter explicatur.

*SVMMARIVM.*

*Vocati simul, & coniunctim censentur, qui fuerunt vocati cum copula in eadem oratione. num. 1.*

*Dictio nec non resoluitur in copulam. num. 1.*

*Vocatio plurium cum copula &, non censetur facta ordine successiuo, sed simul quando in testatore nulla concurrebat necessitas illos vocandi, vel instituendi. num. 2.*

*Vocati sub nomine collectiuo censentur vocati ordine successiuo, & non simul. num. 3.*

*Vocatio filiorum nepotum, & filiorum sororum, non censetur facta sub nōīe collectiuo, sed potius appellatiuo. n. 3.*

*Vocatio autem sub nomine liberorum, & ascendentium dicitur facta sub nomine collectiuo. num. 3.*

*Vocati sub nomine appellatiuo omnes simul admittuntur, non autem ordine successiuo. nu. 3. Vbi maxime quando est eadem ratio in omnium vocatione.*

*Copula admittit concursum vtriusque copulati continuatiue. num. 4.*

*Dictio aliquis concepta in numero singulari est apta comprehendere plures, & æquipollet numero plurali. nu. 5.*

*Testator non præsumitur, quod per codicellos voluerit recedere a testamento. num. 5. Vbi maxime, si in illis se retulit ad testamentum.*

DECISIO DCLXVIII.

1 Testator reliquerat domum claustralem, de qua agitur, filio, vel filijs natis ex suis sororibus, nec nō filio, vel filijs natis ex suis nepotibus, Ioanne, & Laurentio promotis tamen, seu promouen. ad Præben. Ecclesiæ Leodien. Cum autē Henricus natus ex sorore testatoris, & promotus ad præbēdam ad huiusmodi legatum fuisset admissus, iuxta legem a testatore præscriptam. Tractu temporis cū ad similem præbendā promotus fuisset Christophorus testatoris pronepos ex d. Laurentio nepote, qui propterea ad idem legatum admitti prætendebat, post latam sententiam, in partibus absolutoriam, ad fauorē Henrici causa in Rota cōmissa, dubitaui, an Christophorus esset admittendus ad legatū huius domus, & causa pluries proposita, & non resoluta. Tandem Domini responderunt Christophorum esse admittēdum, quia cum filij nepotum sint vocati vna cum filijs sororū per dictionem copulatiuā, censentur simul & coniunctim vocati. l. si ita quis. ff. de hæred. instit. §. si eadem. inst. de leg. l. si duobus. in prin. ff. de leg. 1. l. vnic. §. bis ita. & §. vbi autem. C. de caduc. tollen. Dec. cons. 247. visa. sub nu. 1. vers. circa primum. Copula autem satis videbatur clara per illam dictionem, nec non, quæ resoluitur in copulam, vt est gloss. in Clem. 1. in verbo, nec non. de offic. deleg. quam alias Rota approbauit in vna Cremonen. Pensionis. 18. Maij 1584. quæ est decis. 791. num. 2. par. 2. diuersor.

2 Hæc aūt tanto magis censuit Rota procedere in casu proposito, quia in testatore nulla cōcurrebat necessitas vocandi, vel instituendi huiusmodi filios sororum,

rum,& nepotum, & sic transuersales, non autem patrem,filios,& descendentes,in quibus attenditur ordo charitatis, ad trad. per Moder. de fideicõ.art. 17. nu. 23.qua necessitate cessante plures vocati nõ censentur vocati ordine successiuo,sed simul propter naturam copulæ, quæ tunc retinet propriam naturam suam,& non resoluitur,in disiunctiuã.Ita cõtra Bart. qui in hoc fuit solus teste Ias. ibi,tenent fere omnes DD.in l.Gallus.§.quidam recte.vbi Bal.Ang.Imol. Alex.& Ias.qui nu.24.attestantur de magis cõmuni. ff.de liber.& posth.Alex.conf.13.n.8.& seqq. lib.4. Socin.conf.51.nu.14.lib.4.Dec.d.conf.247.sub numero 1.vbi de communi, licet ibi sequatur contrariã opinionem propter alias rationes. Gabr.consil.130. nu.10.li.1.& conf.101.nu.1.lib.2.Card.Manric.de coniec.vlt.volun.li.4.tit.9.nu,19.verf.ad contrariã. Bursat.conf.236.nu.1.li.3. vbi de communi. Socin. iun.in d.§.quidam recte.sub num.32.Cæs.de Grass. decis.2.num.3. Vbi plures cumulat, de testam.cum alijs adductis per Moder.de fideicom. art. 17.nu.20. verf.contra vero.

3 Nec Domini putauerũt obstare, quod dicebatur, huiusmodi nepotes videri vocatos sub nomine collectiuo,& sic ordine successiuo, nõ aũt omnes simul,ad trad.per Bar.in d.§.quidam recte.per l.pero.§.fratre. ff.de leg.3.& l.cum ita §.in fideicõmisso. ff.de leg.2. l.vlt.C.de verb.sign.cũ alijs adductis per Dec. d.cõs. 247.n.2.verf.vnde succedit. Nam respondebatur in præsenti casu fuisse vocatos filios nepotum,& filios sororum,quę vocatio non censetur facta sub nomine collectiuo, sed potius appellatiuo ,cum non sit facta sub nomine liberorum,& descendentium,sed sub nomine simplici filiorum, quo casu omnes simul admittuntur, non autem ordine successiuo, vt bene distinguit Dec.d.conf.247.sub nu.2.& ibi clarius Addentes in verb.tertius casus. pręsertim cum eadẽ sit prorsus ratio in vocatione filiorum natorũ ex sororibus, & natorum ex nepotibus, quo casu indubitatum est, omnes simul esse vocatos, vt post Robert.Torniell. quos allegat,concludit Menoch. de præsumpt.lib.4. præsump.70.nu.17.& seqq.& num.25.late Moder. de fideicommis.d.art.17. nu.35.

4 Hinc excludebatur aliud obiectũ, quod Henricus præuenerit in promotione ad præbẽdam,& in possessione domus,quia si omnes simul erant vocati, Christophorus etiã quod postea fuisset promotus nihilominus erat admittendus ad portionem suam,tanquã vocatus stante pręsertim copula supra ponderata, sub qua ambo sunt vocati, quæ admittit concursum vtriusque copulati non successiue, sed continuatiue ex adductis d.art.17.n.14. sed cessare videbatur omnis difficultas ex verbis,quibus vsus est testator,nolo priorem promotum excludere posteriorem promotum,ex quibus apertissime colligebatur,testatorẽ voluisse et Christophorũ vocare, licet postea promotũ.

5 Tandem dictum fuit non obstare, quod idẽ testator in codicillis postea factis disposuisset,vt statim ipso defuncto domus hæc perueniret ad Præpositũ Ecclesiæ Leodien.eius vita durãte, & eo defuncto redire deberet ad manus exequutorũ , donec aliquis suorum consanguineorũ promoueretur, ex quo videbatur fuisse reuocatum, relictum factum in testamẽto, quia placebat respõsio, licet illa dictio aliquis sit concepta in numero singulari,tamen est apta comprehẽdere plures,& ideo æquipollet numero plurali,vt per eosdem Modern.de fideicõ.art.19.nu.17. & art.32. nu.61.Fulgos.conf.47.nu.1. Pręsertim cum codicillans expresse se retulerit ad ipsum testamentum per illa verba prout in suo testamento præfato larius contineri dixit,& asseruit. Vnde si in dubio ea est capienda interpretatio , vt testator noluerit per codicillos recedere a dispositis in testamẽto . Dec.conf.189.incip.circa primum.nu.8.Natt.conf.476.nu.7.in casu proposito cessare videtur omne dubiũ , cum testator in successione huius domus se expresse retulerit ad ea,quæ antea larius in testamento disposuerat.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Romana Restitutionis Dotis. Lunæ 23. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Vtile Saluianum interdictum competit ei, qui habebat obligatum auctorem aduersarij tempore quo possidebat rem,de qua agitur,quę litis tempore ab eodem aduersario possidetur.

### SVMMARIVM.

*Instrumentum crediti dicitur probatio probata. nu.1.*
*Instrumentum fideiussionis ostendit obligationem fideiubentis.num.2.*
*Testes deponentes de possessione tempore obligationis sufficiunt pro Saluiano interdicto intentando. nu.2.*
*Possessio aduersarij probatur ex litis sustentatione,quam ipse facit. nu.3.*
*Possessio aduersarij probatur etiam per testes.nu.3.*
*Hæres succedit in iuribus,& actionibus defuncti. nu.3.*
*Saluianum competit , quando concurrunt qualitates illius,nempe quod tempore obligationis possideret auctor aduersarij , & quod tempore litis possideat eandem rem aduersarius. nu.3.*

## DECISIO DCLXIX.

1 IOannes Curtus pro recuperatione dotis Alexandræ Gucchiæ,cuius hęres extiterat, vtili Saluiano interdicto conuenit Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis tãquam illa domum possideret olim possessam a Ioã. Baptista de Sanis, qui pro huius dotis restitutione fideiusserat, & causa in secunda instantia mihi commissa ,dubitaui, an dicto Ioanni Saluianum , seu via exequutiuã competeret, & Rota censuit illi competere Saluianum. Constat

enim de illius credito per instrumentum dotis Alexandræ, quod facit probationem probatam. Bal. in l. Imperator. nu. 13. ff. de statu homi. Iaf. in l. 1. nu. 10. ff. de nou. oper. nunc. Verall. decis. 421. num. 1. par. 2. Franc. Marc. decis. 511. nu. 12. par. 2.

2 De obligatione dicti Io. Baptistæ vna cum omnib. ipsius bonis cōstat pariter ex instrumento fideiussionis. Rota in causa Cesenaten. Bonorū. 17. Iunij 1596. coram Card. Seraphino, & in Romana Saluiani interdicti 22. Maij 1589. coram bo. me. Penia. Quod autem idem Ioan. Baptista domum, de qua agitur, obligationis tempore possideret, apparet ex testibus, qui bene ad hunc effectum probant. Castr. cons. 168. nu. 1. lib. 2. Menoch. de adipisc. remed. 3. nu. 161.

3 Patet vlterius Archiconfraternitatem domū istam hodie possidere tum ex litis sustentatione, vt fuit resolutum in causa Regien. Bonorum. 21. Maij 1576. coram bo. me. Cardin. Blanchetto, & in Romana domorum in Burgo. 24. Maij 1602. corā Illustris. Lancellotto. Tum ex depositione testium qui dictā possessionem expresse concludunt. Vnde cum per testamentum Alexandræ constet, Ioan. Curtum fuisse illius hæredem, & per consequens omnia defunctæ iura, & actiones in eum fuisse translatas. l. hæredem, & l. hæreditas. ff. de reg. iur. Castrens. cons. 91. num. 3. lib. 1. Ruin. cons. 200. nu. 4. vers. quia ex persona hæredis. lib. 1. Franch. decis. 83. n. 5. par. 1. bene dictum fuit, eidem Ioanni competere Saluianum, cum omnia concurrant ad hunc effectum necessaria. Verum quia pro parte Archicōfraternitatis excipiebatur de præscriptione, Domini voluerunt de illa particulariter videre, &c.

REV. P. D. ANDREA.

*Anconitana Computorum. Vener. 27. Martij 1615.*

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur, quæ fiunt tam appellatione pendente, quam in spretum inhibitionis Rotalis.

*SVMMARIVM.*

*Appellatione pendente nil nouandum. nu. 1.*
*Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta est timenda. numero 1.*
*Iudices inferiores non debent iudicare de viribus iudicum superiorum. nu. 2.*
*Obligatio Cameralis vulneratur per consensum in iurisdictionem alterius iudicis. nu. 3.*

DECISIO DCLXX.

1 Domini omissis alijs circa nullitatem, & iniustitiam sententiæ, quæ non percutiebant dubium principale, constare de attentatis censuerunt. Cum enim sententia Illustris. Legati ad fauorem Comitis lata fuisset die 20. Februar. 1612. & eadem die interposita appellatio, causaque cōmissa in Rota sub die 21. Martij eiusdem anni, & exinde relaxata citatio cum inhibitione in forma, & in partibus excequuta sub die 18. Martij 1613. nulli dubiū est, quod attētata excusari non possunt, tum ratione generalis regulæ, nil nouati, appellatione pendente, quam tritam, & quasi pro adagio vsurpatam firmat Lancel. de attentat. 2. p. c. 12. in præfat. nu. 83. & seq. Quam etiam vigore inhibitionis, quæ cum fuerit Rotalis, siue iusta, siue iniusta, est timēda. Ror. decis. 26. in fi. de appellat. in antiqu. Put. decis. 395. lib. 2. Verall. decis. 23. par. 2. Cæs. de Grass. decis. 3. num. 10. eod. titu. Lancellot. vbi supra 2. par. c. 20. ampliat. 11. nu. 2. cum alijs adductis in vna Romana iuris nominandi 5. Nouembris. 1613. coram Reuer. P. Do. meo Dunozetto.

2 Et ratio est, quia si sumus in Curia duo sunt remedia in promptu, videlicet reformatio cōmissionis adeundo signaturam, vel moderatio inhibitionis ab ipsomet Auditore facta. Si vero in partibus, tunc nō est aperienda via inferioribus iudicibus, vt de inhibitionibus superiorum iudicent, & eas facile negligunt. Achill. decis. 29. numero 6. de appellat. Put. dicta decisione 395. in fine libro secundo. Lancellot. dicta secunda parte, cap. 12. limitatione prima, n. 110. & latius ampliat. 11. nu. 4. in fin. & num. 5. & sæpius fuit in Rota resolutum.

3 Neque obstare, quod videretur agi de obligatione Camerali, quia omisso, quod etiam in casibus, in quibus non datur appellatio stante inhibitione Rotali procedit dicta Regula, vt plures cumulat Lancellot. d. ampliat. 11. nu. 9. & sequ. fuit responsum, quod per sententiam Vicarij Ariminen. in quem Comes consenserat, dicta obligatio Cameralis fuerat vulnerata. Rota decis. 132. ante num. 1. par. 2. diuers. cum alijs per Modern. super reg. 8. glos. 6. nu. 202.

R. P. D. REMBOLDO.

*Bononien. de Scappis. Lunæ 30. Martij 1615.*

ARGVMENTVM

Cedens omnia iura, & actiones contra aliquem, debet dare cessionario omnia iura, & instrumenta, quibus contra illum agere possunt, alias præstare interesse.

*SVMMARIVM.*

*Obligatus in cessione iurium contra aliquem debet etiam apochas illi consignare. nu. 1.*
*Promissio de consignādo dubia interpretatur, vt consignatio fiat comodo, quo de iure consignatio fieri debet. nu. 1.*
*Pro-*

*Promittens factum non obligatur precise, sed praestando interesse liberatur. num. 2.*
*Praescriptio non venit agere non valente. num. 3.*
*Instrumentum, seu apocham non subscribens, non potest conueniri. num. 4.*

## DECISIO DCLXXI.

1 Domini censuerunt, non esse receden. a resolutis in hac causa sub die 15. Decembris praeteriti. Nam quod Scappi teneantur cōsignare Luchino apocham ab ipso petitam, vel saltem damna, & interesse, per dictum Luchinum ob defectū apochae passa, praestare, satis clare demonstratum fuit rationibus in eademmet decisione deductis, & apparet etiam plus quam manifeste ex lectura ipsiusmet instrumenti transactionis, dum in eo ipso faciliori releuatione dicti Luchini, & verba instrumenti sonant, Scappi eidem cesserunt omnia, & quaecumque iura, & actiones contra Balzanum, & alios eiusdem Luchini confideiussores, ipsis quomodolibet competētia, promittētes insuper se esse veros, & legitimos creditores, atque ad hunc effectum omnes, & singulas scripturas necessarias, & opportunas consignari. Sicuti enim tergiuersari oon potest, quin apocha, de qua agitur, vere necessaria, & opportuna sit Luchino ꝓ faciliori eiusdem releuatione cum vltra obligationem, vt praetenditur dicti Balzani principalis debitoris contineat ēt obligationem aliorum cōfideiussorum cum hypotheca omnium iurium, & booorum ipsorum. Ita certum esse videtur, quod promissio consignandi d. apocham nedum resultat ex generali cessione omnium iurium, & actionum, ad not. per Bal. in l. si nomē. ff. de haered. vel act. vend. & Alex. in l. sciendum. nu. 10. ff. de verb. oblig. Sed etiam ex claris verbis instrumenti, quae Dominis visa sunt includere scripturas necessarias, non solum ad effectum docendi de credito dd. de Scappis, sed parandi etiam actionem Luchino, & quatenus essemus in dubio icta interpretatio accipien. esset, vt scilicet promissio facta intelligatur eo modo, quo de iure fieri debebat consignatio, iuxta fusius in alia decisione deducta.

2 Et stante hac promissione procul dubio Scappi tenentur praestare factum, vel saltē in subsidium ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. obligat. l. si quis ab alio. & ibi Alex. Ias. & alij. ff. de re iud. cum alijs per Surd. cons. 52. nu. 8. Interesse autem Luchini ascendere videbatur ad lib. 5063. Tū quia ad illarum computationem oō exhibita ipsi apocha nullarenus cogi poterat, tum quia quatenus etiā nunc ipsi dicta apocha exhiberetur, posset mediante illa dictas libras solutas recuperare.

3 Neque obstat, quod dicta apocha per lapsum multorum annorum sit praescripta, atque ideo illius exhibitio Luchino prodesse non possit, quia vltra alias responsiones, in alia decisione datas, dictum etiam fuit, quod cum vigore dictae apochae nulla fuisset quaesita actio Luchino, nec aduersus principalem debitorem, neque aduersus alios eiusdem Luchini confideiussores ante solutionem ab ipso factam, non potuit nisi a dicta die anni scilicet 1612. currere praescriptio ad regul. vulg. quod non valenti agere, non currit praescriptio. Et si tempus a die quo apocha confecta fuit computādum esset, vtique etiam eadem praescriptio Scappis impedimēto fuisset, quo minus creditum dd. libr. 5063. compensare potuissent.

4 Ceterum, quia aliquibus ex Dominis visum fuit satis concludenter probari praedictam apocham non fuisse a Balzano subscriptam. Et quod consequenter Luchinus illius vigore non potuisset conueoire Balzanum, sed tantum alios confideiussores dempta eius rata, ad gl. in l. Modestinus. in verb. actionū. vbi Bar. n. 8. in fi. Paul. de Cast. nu. 3. ff. de solut. Ideo mandarunt, vt de hoc particulariter videretur, &c.

## REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

*Argentina Commendae. Lunae 30. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Concessio quando dicatur commenda, & quādo oppignoratio, & quando confirmatio importet nouam concessionem, & an vnio probetur per immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo.

### SVMMARIVM.

*Restitutio in integrum datur aduersus rem iudicatā, vbi constat de illius iniustitia. num. 1.*
*Commenda, & vnio temporalis fraternizāt inter se. n. 2.*
*Contractus talis iudicatur, qualis a partibus denominatur. num. 2.*
*Donatio, & non feudum dicitur, quando concedens vsus fuit verbis damus, & donamus. num. 2.*
*Verba regere, & manutenere, conueniunt potius commendae, quam pignori. num. 3.*
*Commenda aequiparatur deposito, non tamen in omnibus, quia depositarius non facit fructus suos, sed commendatarius potest sumere alimenta, & expensas ex fructibus beneficij. num. 3.*
*Cōmēda in dubio potius praesumitur, quam pignus. nu. 4.*
*Verba habere in potestatē non conueniunt pignori. nu. 4.*
*Pignus dicitur esse in potestate debitoris, non autem creditoris illud, recipientis. nu. 4.*
*Pignoris fructus non spectant ad creditorem, sed cum sorte principali computantur. num. 4.*
*Commenda, seu beneficium commendatum potest impetrari. num. 4.*
*Confirmatio vnionis cum clausula vnimus, annectimus, &c. facit, quod confirmatio valeat in vim nouae concessionis. num. 5.*
*Confirmatio valet in vim nouae concessionis, quando confirmans*

*firmans intendit plus dare, quam in confirmato continea tur. num. 5.*

*Vnio potest probari per immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo. num. 6.*

*Pignus non præscribitur de iure Canonico, nec de iure ciuili data scientia, quod sit vere pignus. num. 6.*

*Titulus inualidus, dummodo sit iusto errore causatus, sufficit ad præscribendum. num. 6.*

## DECISIO DCLXXII.

1 DOmini negotio mature discusso censuerũt, constare de causis restitutionis in integrũ, quia sententia Rotalis est iniusta. Iniustitia autem est potissima causa restitutionis, quia indubitate continet læsionem. Innoc. in c. cum ex literis. nu. 7. vers. quod si probauerit. de restit. in integ. Odd. de restit. in integr. q. 34. art. 7. num. 37. & q. 36. nu. 10. Prædicta autem iniustitia satis demonstratur, quia Rota habuit sensum hanc esse oppignorationem, & tamen constat fuisse commendam, nedum si incipiamus primam concessionem, sed etiam confirmationem Magni Magistri, quæ etiam ampliat primam concessionem, vt statim dicetur.

2 Et pro resolutione est aduertendum, quod commẽda, & vnio temporis fraternizant inter se. Cassad. decis. 2. nu. 8. de vnio. quod multum inseruit pro intelligentia huius materiæ, quare cum Prior in concessione per tres vices vtatur verbo commendamus, & commendatis, nunquam autem vtitur verbo oppignorationis, & in dubio talis contractus iudicatur, qualis a partibus nominatur. Bart. in l. cotem. §. qui maximos. q. 5. Vbi etiã Castren. ff. de publican. Barbat. in c. ad quæstionem. de rer. permut. Anchar. & Imol. in c. propter sterilitatem. ad fin. de locat. Ang. cons. 2. n. 9. Rip. in l. 2. in prin. col. pen. ff. si cer. pet. cum alijs per Tiraq. de retract. consang. §. 30. gl. 1. nu. 7. Becc. cons. 35. nu. 9. Surd. decis. 326. nu. 8. Crau. cons. 20. nu. 1. & 2. & per tot. Et hinc fit, quod si dubitetur, an aliqua concessio sit feudũ, vel donatio simplex, verba quibus vsus fuit concedens, inspicienda sunt, vt si dixerit damus, & donamus, sit donatio, & non feudum. Alber. in rubr. C. de donat. Dec. post alios cons. 468. nu. 12. & seqq. Tiraq. loc. cit. num. 8. Crauet. d. cons. 20. num. 4.

3 Et prædicta comprobantur ex alijs verbis ibi, vt illa regere, manutenere, & custodire, quæ magis conueniunt commendæ, quam pignori. Commẽda enim, & vnio ad tempus fraternizant, vt dixi, inter se. Cassad. alleg. decis. 2. num. 8. de vnio. & ideo magis illa verba videntur conuenire commendæ, vel vnioni ad tẽpus, quia verbum regere, non proprie conuenit pignori. Eoque magis, quia commendæ proprium est habere quodammodo in depositum. ca. nemo. de elect. in 6. l. commendare. ff. de verb. signif. vbi Rebuff. & idem in prax. in tit. de commend. nu. 2. & 3. vbi subdit, nõ per omnia commendam comparari deposito, cum depositarius non faciat fructus suos, sed ex commẽda liceat sumere alimenta, & expensas facere ex redditibus beneficij commendati. Vnde cõmendæ bene cõueniunt alia verba regere, & gubernare, & tollitur, quod possint conueniri etiam pignori, ex quo percipiuntur fructus, quod repugnat pignori, vt statim dicetur.

4 Accedat prædictis, quod in his terminis in dubio pignus non præsumitur. Rot. decis. 168. nu. 1. par. 1. Menoc. de præsump. li. 2. præsumpt. 193. n. 4. quod eo magis procedit in casu isto stante pacto, quod domus sit in potestate fratrum, quod verbum habere in potestate non conuenit pignori, quod dicitur esse in potestate debitoris, non autem creditoris recipienti pignus. Menoc. loc. prox. alleg. nu. 4. 5. & vsque ad finẽ, & stante alio pacto, quod concessio censeretur facta vsque quo de illa prouisum fuerit, quocirca voluerunt, quod prouisus teneatur dare, & persoluere domui Viridis, cui fuit facta Vnio floren. 310. quasi voluerint, quod domus vnita possideretur vsque ad illam prouisionem, & interim domus, cui fuit facta commẽda, vel vnio, faceret fructus suos, & adueniente tempore dissolutionis, recuperaret capitale, quod secus fuisset, si pignus constitutum esset, cum in illo, quis non faciat fructus suos, imo tenetur cum sorte principali illos cõputare, vt vsura euitetur. c. cum contra. de pignor. l. 1. C. de distr. pign. Couar. var. resol. li. 3. c. 18. nu. 4. Neque hoc pactum vllo modo repugnat commendæ, immo consonat ex alio capite, cum beneficia commendata possint impetrari. Put. decis. 25. lib. 1. Immo si fuisset pignus concedentis, vsi fuissent verbo puta luitionis, vel simili.

5 Et quod tollit oẽm difficultatem est cõcessio Magni Magistri, licet enim confirmationes Magni Magistri, & Capituli, & Eugenij IV. istam videantur vocare vnionem in perpetuum, & tamen fuit commenda, vel vnio temporalis. Est tamen aduertendum, quod literæ confirmationis eiusdem Magni Magistri, quæ postea per Capitulum Generale, & vltimo loco per Eugeniũ IV. confirmantur, duo continent. Primo confirmationem dictæ commendæ per Priorem Alemaniæ factũ, quam vnionem, seu adiunctionem vocat simpliciter, & absque declaratione, quod fuerit facta in perpetuũ, vel ad tempus. Secundo post dictam confirmationem procedit vlterius in his verbis, ex vlteriori gratia de voluntate, & assensu præfatis dictam domum cũ suis iuribus, & pertinentijs vniuersis eidem domui Argentinæ, tenore præsentium perpetuo vnimus, adiungimus, annectimus, & incorporamus, quę verba indicãt vltra confirmationem pręcedentem, quæ erat de vnione ad tempus voluisse magnum Magistrum ad vlteriorem gratiam concedere vnionem perpetuam, quod dicitur noua gratia. In vim cuius ista vnio perpetua valet. Dec. cons. 341. nu. 7. Ruin. cons. 31. nu. 1. & cons. 35. nu. 31. lib... Seraph. decis. 1432. nu. 1. quod magis procedit, quando superior confirmans intelligit plus dare, quam in confirmato cõtinebatur, ad not. per Felin. in c. inter dilectos. n. 6. de fid. instr. Vnde etiam cũ ista noua gratia Magni Magistri fuerit ex post facto ꝑ Capitulũ Generale confirmata, & pariter per Eugen. IV. in forma cõmissaria cũ sententia exequutoris absque

que dubio dicẽdũ est, nos versari in vnione perpetua.

6 Vltimo loco fuit consideratum, quod vnio potest probari, per immemorabilem, aut quadragenariã cũ titulo. Rot. decis. 10. de reb. eccl. non alien. in antiq. Felin. cons. 2. nu. 2. Mil. in verbo, vnio potest probari per testes. Et fuit dictum coram me, in causa Feltren. præbendæ. Hic autem prædictæ concessiones possunt inseruire pro titulo. Tempus vero adest. Et quãuis diceretur pignori non præscribi de iure Canonico, neque de iure ciuili data scientia, quod sit vere pignus, vt per Castr. cons. 70. nu. 9. lib. 1. quia pignus non est titulus habilis ad transferendum dominium, attamẽ pro responsione considerabatur, quod ex tot cõfirmationibus fratres potuerunt credere iustum titulũ, qui sufficit dummodo iusto errore sit causatus, iux. notat. in l. Celsus. ff. de vsucap. negari etenim non potest, quin confirmatio Magni Magistri, & Capituli, excedant terminos pignoris. Vnde adest titulus sufficiens ad præscribendum, maxime si etiam iungatur confirmatio Apostolica. Et ita conclusum, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Mediolanen. Decimarum de Varisio. Lunæ 30. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Plura reperies notanda, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

*Sententia antiqua probat etiam sine actis. num. 1.*

*Iudex laicus est incapax iurisdictionis in materia decimarum. Eius tamen sententiæ productæ coram iudice Ecclesiastico fidem faciunt. num. 2.*

*Decimarum iurisdictio, & cognitio non spectat ad iudicẽ laicum. Declara, vt num. 3.*

*Dominium non probatur, nec per sententiam, nec per confessiones, non sequuta traditione. num. 4.*

*Dominium Ecclesia acquiritur sine traditione. num. 4.*

*Status præsens quando faciat præsumere eundem statum in præteritum. num. 5.*

*Enunciatiua antiquissima habent vim famæ. num. 6.*

*Decimandi ius alicui Ecclesiæ competens numquid probetur per antiquissimas descriptiones bonorum, & turrium illius Ecclesiæ. num. 7.*

*Decimandi ius non acquiritur sine vsu. num. 8.*

*Decimandi ius probatur per instrumenta locationum decimarum. num. 9.*

## DECISIO DCLXXIII.

1 CVm Ecclesia Collegiata Varisien. ad firmandum ius suum, quo ad pertinentiam vniuersalis, & integralis decimæ totius plebis obtinuisset formari dubium. An decimæ vniuersalis, & integralis locorum, de quibus agitur, ab anno 1218. vsque ad annum 1396. spectauerit ad Præpositum, & Canonicos d. Ecclesiæ, & illo hodie proposito, responderunt Domini pro Collegiata sola informante, negligentibus tamen Rectoribus pluries citatis, informare, & per annum, & vltra ad eorundem instantiam dilata dubij propositione. Primo enim dantur sententiæ vsque de anno 1218. latæ inter homines diuersarum terrarum, & locorum plebis, & Syndicum eiusdẽ Collegiatæ super iure vniuersali decimandi, quæ omnia in eis contenta bene probant etiã sine actis. Put. decis. 328. in nou. impress. lib. 2. Rot. decis. 143. nu. 8. & 11. par. 2. diuers. ac etiam contra tertium, vt dicit Ruin. cons. 28. nu. 16. lib. 4. Menoc. cons. 612. nu. 10. lib. 7. Cassad. decis. 3. nu. 1. 2. & 3. de procurat.

2 Quæ sententiæ, etsi latæ fuerint a iudice laico, qui videtur incapax iurisdictionis in hac materia decimarum. Rebuff. de decim. quæst. 10. nume. 37. & 38. Couar. pract. quæst. c. 35. num. 2. Nihilominus productæ coram iudice Ecclesiastico fidem faciunt. c. fin. de exceptio. in 6. Ang. in authent. de sanc. Epis. §. si vero. in fin. Abb. in c. at si clerici. num. 12. de iud. Fel. in ca. causam, quæ. nu. 4. de testibus. Cappell. Tolos. decis. 199. saltem quo ad indicandum factum respectu tertij. Bart. in l. 2. num. 12. C. de edendo. Couarr. pract. quæst. c. 20. num. 9. Menoch. lib. 6. præsumpt. 18. numero 6. & in proximis terminis Seraphin. decis. 1047. num. 4.

3 Ex prædictis autem sententijs duo in facto notificantur. Primum confessio, & recognitio incolarum, q integre decima eorundem locorum deberetur d. Collegiatæ dum allegarũt minutas decimas sibi ipsis fuisse a Capitulo remissas, & donatas, quod arguit in necessariũ antecedens. Ius originariũ decimandi fuisse penes Canonicos eiusdẽ Ecclesiæ, secũdũ vero qđ nõ obstãte articulata donatione, seu remissione fuerũt condemnati ad soluendum decimas de exceptuatis.

4 Non obstat, quod neque sententia, neque confessiones probent dominiũ non sequuta traditione, de qua hic non apparet, vt per Alex. cons. 1. n. 4. lib. 5. & Dec. cons. 564. nu. 3. Cassad. decis. 7. de caus. poss. & propr. Quia cum ex parte hominum istorum locorum nihil esset transferẽdum, dum apud eos ius decimæ esse nõ posset, tanquam incapaces. c. fin. 16. q. 1. c. ad hæc. de decimis. Rebuff. q. 10. n. 16. cod. tit. Crescent. decis. 1. eod. tit. Seraph. decis. 1387. nu. 1. neque id prætenderent. Nõ repugnat quin dominium decimarum penes Capitulum vere recognoscere possent absque probatione traditionis, cum hoc sit priuilegium Ecclesiæ, vt illi dominium acquiratur sine traditione. l. fi. C. de sacros. eccl. Bal. cons. 337. num. 5. lib. 1. Oldr. cons. 278. nu. 6. Abb. cons. 53. nu. 1. li. 1. & de iure deberi credere potuerunt propter signa Matricis totius plebis, quæ ponderantur in decis. 20. Decembris 1610. coram Archiepiscopo Lugdunen.

5 Nec refert, quod ad effectum illius disputationis non releuarent, quia ideo fuit, quia nõ probatur Collegiat anterior alijs Ecclesijs in Parochiales erectis, quod

quod in præsenti necessarium non est, sed sufficit excludere ius Parochialitatis per negatiuam probationem, quod de eo tempore Ecclesię, quæ nunc se opponunt, non probentur fuisse in statu Parochialitatis, & ratio est, quia ex statu præsentis Parochialitatis non licet eis arguere in præteritum propter repugnantiam status de præterito. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumption. 21. nu. 15. Menoc. lib. 6. præsumpt. 65. per rot. qui status de præterito non præsumitur de Ecclesiasticis Curatis. Aegid. decis. 675. Staphil. de qualitat. & stat. benefic. num. 2. Rebuff. in prax. tit. sæculare beneficium quotuplex. num. 11.

6 Et bene confirmatur ex Bulla Gregorij IX. anno 1224. quæ datur, in qua inter Ecclesias ab ista Collegiata possessas illæ recensentur nuncupatæ Cappellæ signum comprehensionis, & subiectionis earum, vt considerauit Rot. in Theatina Iurisdictionis. 4. Maij. 1612. coram Reuerendissimo D. Decano, quod etiam magis visum est iustificate, dum Canonici, & Præpositus soluerunt pro Cappellis prædictis collectam impositam de anno 1326. Clem. 1. de Iure patronat. & c. 1. de eccl. ædific. Fuit resolutū in Massanen. Iurisdictionis. 24. Nouembris 1610. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Lugdunen. & in Vlixbonen. iuris conferendi. 2. Decembris 1605. coram bo. mem. Litta. quibus accedunt enunciatiuę, quod prædictæ essent Cappellæ succursus ipsius Collegiatæ, quæ deducuntur ex literis S. Anselmi Archiepiscopi Mediolanē. de anno 1098. & ex instrumentis anni 1199. 1338. 1385. 1478. quæ dantur, sub nu. 6. quæ cum sint antiquissimæ, & supra centum annos, habent vim famæ, & valde stringunt hanc negatiuam probationem. cap. cum olim. de censib. Put. decis. 204. nu. 4. in fin. secundum nou. impress. lib. 2. Rot. decis. 462. nu. 3. par. 1. diuers. & late fuit firmatum in causa Tuden. Parochialis. 7. Nouembris 1611. coram R. P. D. Vbaldo.

7 Secundo principaliter dantur publica documenta pro locis Dauerij Bobiati Bodij Auiati de anno 1369. & Grossij, & Galliati, de anno 1270. & loci de Lēnago, & de Buguigiate, de anno 1270. & 1280. ac loci de Brunello de anno 1233. in quibus de ordine, & mandato Vicarij Archiepiscopalis Mediolanen. & Consulum iustitiæ eiusdem Ciuitatis, & de anno 1356. ex ordine Galleatij Vicecomitis Ducis Mediolani apparent factæ diuersæ consignationes, descriptiones bonorum, & iurium prædictæ Collegiatæ, & inter ceteræ Consules Terrarum electi ad talem descriptionem, & consignationem dixerunt, & protestati fuerunt, quod decima, & ius decimandi dd. locorum vniuersaliter, & integraliter spectat, & pertinet ad Præpositum, & Canonicos d. Collegiatæ ex quibus pertinentia sufficienter videtur probari etiam contra tertium cum huiusmodi descriptio, quæ non differt ab inuentario, nō deducatur principaliter in præiudicium tertij, sed ad probandum ius competēs Collegiatæ, vt declarat Afflict. decis. 324. nu. 14. Peregr. de fideic. art. 44. nu. 12. Ruin. cons. 168. num. 1. & 2. lib. 4.

8 Nec obstat, quod consignatio, & descriptio sufficere non videatur, nisi etiā probetur vsus pro parte Collegiatæ istius iuris decimandi, cum patientia eorumdem, de quorum interesse agebatur, sine quo vsu non videtur acquiri ius decimandi, ex tradit. per Innoc. in c. in literis. num. 12. de restit. spol. Quia huiusmodi interesse pro parte laicorum cessat, cum sint incapaces iuris decimarum, & Rectores de eorum iure Parochialitatis de eo tempore non doceant, vt supra dictum est.

9 Postremo dantur etiam instrumenta locationū totius decimæ loci de Malnate de anno 1352. & 5. partis decimæ locorum Galliati, Rodij, & Lemnagi de anno 1377. & aliud instrumentum quietantiæ, pro sexta parte decimæ Galliati factæ per Canonicum eiusdem Collegiatæ, de anno 1270. quæ omnia cum sint antiquissima præsumuntur effectuata saltem ad effectum adminiculandi alias probationes. Gabr. conclu. 4. nu. 16. de locat. Cæs. de Graff. de caus. possess. & propriet. decis. 10. nu. 7. & ita fuit resolutum, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Mediolanen. Iuris patronatus. Ven. 3. Aprilis 1615.*

## ARGVMENTVM.

Ponuntur plura, ex quibus probatur Ius patronatus, & consensus Ordinarij, in illius constructione.

## SVMMARIVM.

*Ius patronatus acquiritur ex constructione beneficij cum consensu Ordinarij, etiam absque reseruatione. nu. 1.*

*Consensus Ordinarij in constructione Iuris patronatus. præsumitur ex lapsu multi temporis, ac continuatis præsentationibus. num. 2.*

*Ius patronatus probatur ex præsentationibus continuatis excedentibus centum annos. num. 2. Vbi etiam attento Concilio Tridentino.*

*Enunciatiua supra centum annos habent vim famæ. n. 2.*

*Ordinarij præsumuntur difficiles in admittendis præsentationibus, nisi de Iuris patronatus subsistentia appareat. num. 3.*

*Ordinarij attestationi circa probationem Iuris patronatus multum defertur. num. 4.*

## DECISIO DCLXXIV.

DVm causa reproponeretur super resolutis die 23. Aprilis 1613. Domini voluērūt particulariter videre, an constaret de iure præsentandi ad Canonicatus, & dubio super hac parte proposito, fuit resolutum, constare de Iure patronatus quo ad Canonicatus.

1 Fundamentum decisionis fuit visum clarum, quia de fundatione apparet vsque de anno 1031. per chartam iudicati Rozo nuncupati, in qua enunciatur Ec-

clesiam

clesiam in proprio illius fundo esse ædificatā,& quod statuit, vt omni tempore in eadem Ecclesia esset Monasterium,& Canonica,Monasterium secundum regulā S.Benedicti,Canonici vero essent numero quatuor, quod idem Benedictus confirmauit in codicillis anni 1036. quibus,& status præsens videtur se cōformare,cum ex præsentationibus,quæ dātur,adsint tres Canonicatus,& aliud beneficium curatum loco quarti suffectum pro maiori populi commoditate, & eo ipso quod quis construit beneficium cum auctoritate Ordinarij, nulli dubium est, quod acquirit Ius patronatus in illo etiam, quod expresse sibi nō reseruauerit Ius patronatus, vt affirmant Io.Andr. Card. Butr.& alij relati per Felin.in c.significauit.nu.2. de testib.Rot. decis.5. de Iure patr. in antiq. reprobata contraria opinione Lambert.eod. tit.li.1.par.1.q.2. ar.4.n.14.Rota decis.167.nu.4.par.2.diuer. Et sæpe in alijs causis Rota sequuta est hanc opinionem.

2 Neque de consensu Ordinarij videbatur posse dubitari,quia ex multiplicatis præsentationibus effectū sortitis,quæ dantur ab anno 1285. vsque ad annum 1475.interpollatis tēporibus, & dicto anno 1475. vsque ad vltimam præsentationem continuatis, inde præsumitur nedum consensus Ordinarij spacio tanti temporis, prout firmauit Rota in causa Firmana Iuris patronatus.10.Decembris 1584.coram Orano,& in Lunen.Sarzanen.Cappellaniæ.9.Iunij 1600. coram Reuerendiss.Archiepiscopo Damasceno,in qua aliæ decisiones allegantur. Sed concludens probatio Iuris patronatus ex fundatione, & dotatione deduci potest,cum ab anno 1475. citra continuatæ præsentationes, & effectuatæ excedant cursum centū annorum,quod sufficit,cum in hac parte Concil. Trid.sess. 25.c.9.de reform.non immutauerit probationem de iure communi suffragantem , prout fuit firmatum in causa Barchinonen. Vnionis.5.Decembris 1597.corā Gipsio, & in Firmana Iuris patron. 8. Maij 1591. coram Orano,maxime iunctis enunciatiuis aliarum, quæ præcesserāt dictum annum 1475. in quibus enūciātur Cortesellæ patroni ex fundatione,& dotatione,quæ cum sint supra centum annos,habent vim summæ,& probant Ius patronatus. Ferret. cōs.293. n.6. Achil.decis.7.nu.1.de Iure patr.& sæpe Rota tenuit, vt in Bobien.Cappellæ.17.Febr.1612. corā bo. me. Penia,& in Tuden.Parochialis.7.Nouemb.1611. coram R.P.D.Vbaldo, & cum enunciatiuæ prædictæ, vt plurimum emanauerint in institutionibus Ordinarij,eo magis adminiculantur, quia Ordinarij semper præsumuntur difficiles in admittendis præsentationibus, nisi de illorum subsistentia bene appareat. Rota de Iure patron.in nouis. Put. decis.237.lib.2. Seraphin.decis.1232.nu.2. Sed præterea consensus Ordinarij vere etiam probari videtur ex sententia Milonis de anno 1188. lata,in qua Ius patronatus approbatur ab eodem Archiepiscopo Milone tanquam ex fundatione,& dotatione,& non simpliciter, sed visis instrumentis,priuilegijs,& testibus, & matura discussione, cui multum esse tribuendum firmauit Rota coram bo.mem.Seraph.decis.1141.num.8. Super qualitate autem huius Iuris patronatus nihil voluerunt resoluere, cum de ea super repositione dubij resoluti sit particulariter agendum, si pro parte Marliani fuerit petitum,&c.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Romana Casalis. Veneris 3. Aprilis 1615.*

## ARGVMENTVM.

Bona minoris an possint alienari, quando vsuræ superant fructus bonorum hæreditariorum , & quando maritus cui fuit ipsa minor nupta,non vult recipere dotem in bonis stabilibus.

### SVMMARIVM.

*Decretum iudicis validum præsumitur,& allegantí contrarium incumbit onus probandi.num.* 1.

*Alienatio bonorum minoris valida est,quando fœnus,& vsura superant fructus bonorum hæreditariorum. n.*2.

*Census nullitas eo,quia non interuenit actualis numeratio pecuniæ,potest in Signatura Sanctissimi sanari.n.*3.

*Fraus regulariter,& maxime in matre tutrice non præsumitur.num.*4.

*Locatio nō probat verum valorem,quia potuit fieri ex affectu.num.*5.

*Alienatio bonorum minoris pro paranda dote ipsi minori valida est,quando maritus non vult recipere bona stabilia in dotem.num.*6.

*Res minus valere dicitur,quando super ea adest lis,& vēditur absque cautione de euictione.num.*7.

## DECISIO DCLXXV.

1 CVm sub die 23.Maij 1614.fuerit resolutum, informāte solum D.Octauia de Maximis,cōstare de nullitate alienationis Casalis,vendi ti q.D.Francisco Scapuccio, a q. D.Brigida de Magistris, & D. Modesta eius matre,& curatrice. Hodie eius filij,& hæredes,examinatis de nouo testibus,obtinuerunt denuo super dicta resolutione audiri,& du bio bis proposito,causa diligenter examinata, Domini recesserunt a decisis,ea maxime ratione,quia cum regulariter præsumatur pro validitate decreti iudicis,& d. D. Octauiæ incumbat onus concludēter probandi contrarium,vt ex multis allegatis fuit in hac causa decisum,die Vener.26.Nouemb.1610.corā bonæ mem.Penia,tota facti serie perspecta,non solum omnia,quæ pro parte D.Octauiæ adducuntur, nō cōcludūt ex falsa causa iudicē huic alienationi Casalis decretum suum interposuisse, quin potius probationes adductę ꝓ parte DD.de Scapuccijs magis incalescūt ad iustificandā necessitatē causæ dictæ alienationis.

2 Indubitati enim iuris est,licitum esse alienare bona stabilia minorum,qñ fœnus,& vsuræ superant fructus

ctus bonorum hæreditariorum, per text. expressum. in l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorū qui sub. Imol. cons. 98. n. 4. Ang. Aret. cons. 128. n. 25. & 26. Nat. cons. 631. n. 27. vers. ex præmissis igitur. qđ fundamentum in iure verissimum iustificatur in facto, nā si ratio habeatur solius calculi dati pro parte D. Octauiæ, apparebit vsuras superare fructus Casalis, quod solum quondam D. Brigidæ in partem hæredi tatis obuenerat, fructus siquidē dotis promissæ ascendebat singulis annis ad Scuta 180. fructus censuum non controuersorum ad Scut. 84. vltra censum debitum Canonicis Sāctæ Mariæ Maioris, quod erat Scutor. 40. sicque comprehensō canone Scut. 66. omne illud fœnus constituebat summā Scut. 370. fructus vero Casalis, de tēpore cōtractus, vt cōstat ex locatione ad nouennium, facta ante per quinquennium, nō excedebat Scuta 293. Vnde ad sensum patet, interusuria longe excedere fructus Casalis, non cōprehensis, quæ annuatim ad resarciēdā domū, aut meliorandū Casale fundi dominus, etiam parcissimus impendit.

3 Nec obstare visa fuerunt ea, quæ contra partitam Scut. 40. debitā singulis annis dictis Canonicis adducuntur, s. non esse habendā rationē dictæ sūmæ in hoc calculo, quia cēsus erat nullus ex Cōstit. sanctis. mē. Pij V. cum non fuisset facta actualis pecuniæ numeratio. Placuit. n. Dñis responsio, cum debitū pro Canonibus decursis, & ad euitandā caducitatē nullo iure posset controuerti, potuisse in Signatura Sanctissimi obtineri sanationem huiusmodi nullitatis, & in omnem euentum cum necessario soluenda esset sors principalis, eadem summa erat recipienda sub vsuris, vel vendendum Casale, & ideo æquitas suadet habēdam esse rationem huius partitæ ad istum effectum.

4 Prout non obstare visum fuit, quod dicebatur verisimile esse locationem istam vltimam Scut. 293. factam a d. D. Modestia, fuisse in fraudem minorum, vt postea viliori pretio dictū Casale ad manus Scapuccij ex primo matrimonio filij perueniret. Responsum enim fuit, vltra quod fraus regulariter, & præcipue in matre tutrice nō præsumitur, cessare oēm doli præsūptionem, ex eo, quod per quinquenniū antea reperiebatur facta huiusmodi locatio, & verisimile non est matrē in fauorē conductoris penitus extranei, tanto tempore voluisse hoc præiudicium filiabus inferre, locando Casale pro minori pretio, si valor d. Scuta 293. excederet, tum etiam quia d. Casale, vt deponūt testes fuit exhibitum pro eodem pretio marito Brigidæ, qui illud in solutum accipere recusauit.

5 Nec etiam satis concludēter probatus videtur verus valor fructuum d. Casalis, ex eo quod ex anteriori locatione facta ad rationem Scut. trium pro quolibet rubro, vel ex posteriori facta pro Scut. 500. Nam quo ad primam cum facta pro Scut. tribus pro quolibet rubro, & Casale solummodo consistat in rubris 90. euidenter patet pretium esse multo minus, & non ascendere nisi ad summam Scut. 270. & licet adesset pactum facultatiuum seminandi quo casu cōductor tenebatur soluere Scut. quinque pro quolibet rubro seminato, tamen nec ex hoc necessario colligitur dictum Casale fuisse tunc locatum pro maiori affectu, cum nec totum Casale posset seminari quolibet anno, quo vero ad locationem posteriorem attinet, nec etiam illa probat verum valorem redditus d. Casalis, tū quia non est locatio, sed reconductio facta potius ex affectu, quam ex vero valore, vt euentus docuit, cū subconductor fuerit coactus deserere locationem, & fugam arripere, tum etiam, quia medio tēpore potuit d. Casale meliorari a dicto D. de Scapuccijs emptore, & in omnem euentum non sufficit dictæ D. Octauiæ probare per possibile fructus Casalis ad eam summam ascendere, quæ sufficeret ad omnia alia debita hæreditaria soluenda, sed cum ex supradictis impugnet decretum iudicis, clara & euidens incumbit probatio, quæ in hoc casu non videtur adesse.

6 Placuit & Dominis aliud fundamentum adductū ad sustinendā d. alienationē marito. s. recusante recipere bona stabilia in dotē, tunc licitum esse tutori illa alienare, vt dos detur in pecunia, & hanc iustā alienationis minorum causam esse iuridicā tradit Iuris consultus in l. siue generalis. ff. de iur. dot. l. lex, quæ tutores. & ibi gl. C. de administ. tut. gl. in l. ob æs. C. de præd. minor. cū simil. quod huic casui applicatur. Cum. n. Brigida esset nubilis, & D. Pacificus nunquā potuerit adduci, vt Casale in dotē acciperet, sed vellet pecunias, & hac de causa matrimonij tractatus pene fuerit dissolutus, necessario inferendum est sufficientem adfuisse causam alienandi, & quamuis dicatur in decisione precedenti, istam causam nō amplius fuisse vrgentem, quia matrimonium iam erat contractum sub promissione solutionis dotis, infra trienniū, & ita remanebāt pecuniæ dotales sub vsuris, placuit tamen responsio, quod Scapuccius pro tali dote fideiusserat, & lapso triennio cogebatur soluere in pecunia Scut. 3. mill. & ideo bene potuit durante adhuc triennio vendere Casale, vt adueniente tempore pecuniæ essent paratæ, nec enim qui veniale exponit Casale debet spectare vltimam horam termini, quia subesset periculum, vtrum emptor tunc reperiretur, qui legitimo pretio emere vellet, tum maxime, quia ex supradictis apparet vsuras superasse fructus, & omnis dilatio semper fuisset nociua minori.

7 Considerarunt etiā Domini non ita facile potuisse vendi extraneo, & ignoto istud Casale, cum super eo antiqua lis extitisset, & prætensa deuolutio, & emptum fuisse sine vllo fideiussore de euictione, quod facit partem pretij, ad l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Couar. var. resol. lib. 2. c. 3. n. 4. vers. quinto infertur. Rota decis. 148. nu. 5. par. 2. Quibus non obstare visum fuit, quod dicitur pro parte D. Octauiæ adfuisse bona mobilia, quo casu non poterat ad stabilium alienationem deueniri, nam cum hoc nō probetur nisi ex inuentario facto, multo ante tempus dictæ alienationis, & illa potuerint esse alienata pro soluendis alijs debitis hæreditarijs, non venit ex hoc capite rescindendus contractus celebratus cum solemnitatibus, tam ex dispositione iuris, quā statuti requisitis.

Quod

Quod autem dicitur consanguineos, qui huiusmodi alienationi consensum præbuerunt, prout requirit statutum, habuisse in hoc contractu considerabile interesse, hoc in facto non subsistit, aut saltem non est probatum, vt debet, satis concludenter, ideo Domini de eo nullam rationem habuerunt. Ex quibus ita vtraque parte informante fuit decisum.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Signina Castrorum. Veneris 3. Aprilis 1615.*

## ARGVMENTVM.

Venditio facta sub certa forma conuenta inter cōtrahentes, reseruato beneplacito Summi Pontificis, si beneplacitum det diuersam formam ab illa prius conuenta, per hoc rescinditur contractus, etiam si res esset tradita. Reliqua sunt in Summarijs.

### SVMMARIVM.

*Emptionis causa finalis est consecutio irreuocabilis rei emptæ. num. 1.*

*Instrumenti proœmium designat causam finalem, propter quam fit actus. num. 1.*

*Verba, pro se eximendo, &c. in instrumento apposita, designāt causam finalē, & quod aliter facturus nō esset. n. 2.*

*Geminatio actus magis enixam, & præcisam voluntatem ostendit. num. 2.*

*Consensus antecedens necessarius si deficiat impedit effectū contractus, sicut si deficeretur causa finalis, facitque cessare consensum contrahentium. num. 3.*

*Confirmatio a Superiore obtenta contra formam in instrumento conuentam, est inutilis, & perinde ac si non esset obtenta. num. 4.*

*Beneplacitum Papæ debet ad vnguem seruari, alias nihil operatur. num. 5.*

*Venditor qui non potest consequi finem, propter quem mouebatur ad vendendum, prout fuerat conuentum, potest recedere a venditione. num. 6.*

*Venditor si non potest consequi pretium de æquitate, potest recedere a contractu ne careat re, & pretio. num. 6.*

*Contractus etiam nominatus, si non potest sequi implementum causa finalis rescinditur. num. 7.*

*Contractus, quando materia, propter defectum alicuius requisiti necessarij deuenit ad impossibile tempus essendi, in totum resoluitur. num. 7.*

*Venditori licet recedere a venditione, quando res deuenit ad casum, a quo incipere non potest. num. 8.*

*Principis factum impediens effectuationem contractus, impedit actionem ad interesse. num. 9.*

*Contractus resolutio datur, quando non potest per venditorem agi cum interesse. num. 9.*

*Intellectus ad tex. in l. bonafidei. ff. de act. empt. num. 9.*

*Ratificatio alterationum factarum in beneplacitis Principis, non inducitur ex solutione alicuius partis pretij sine mandato venditoris. num. 10.*

*Procurator non potest contractum, sub diuersis modo, & forma celebratum alterare, & immutare, sine nouo, & speciali mandato. num. 10.*

*Ratificatio contrahentium non prodest, quando non est seruata forma rescripti Papæ facti in odium contrahentiū, in fauorem tamen creditorūm. num. 10.*

*Promissio non dependens a voluntate promittentis, resoluitur in promissionem facti proprij, quod promittens adhibebit omnem diligentiam. num. 11.*

*Diligentia promissa dicitur adhibita, quando quis non semel, sed bis instando non obtinuit. num. 11.*

*Princeps sine noua causa non præsumitur mutare voluntatem. num. 11.*

*Promissio contrahentis non petendi reductionem ad viam iuris, eaque obtenta non vtendi, interpretatur dummodo contractus confirmetur iuxta illius formam, ita vt possit effectum sortiri. num. 12.*

*Venditor non potest cogi ad obseruationem cōtractus, quā do emptor non pot est cogi ad solutionem pretij. nu. 12.*

*Emptor non offerens pretium venditori, nisi sub conditionibus non dependentibus a voluntate sua, dat signum, quod non vult soluere. num. 13.*

## DECISIO DCLXXVI.

1 POst celebrationem plurium instrumentorum, super venditione Castrorum Montis Fortini, pro tribus ex quatuor partibus totius Oleuani, ac medietatis Casalis della Torre facta Illustrissimo D. Cardinali Aldobrandino Excellentissimus D. Martius Columna, qui non poterat consequi effectuationem præuia Oris aperitione obtinuit per speciale rescriptum committi causam supereius rescissione, & annullatione A. C. cum voto duorum Rotæ Auditorum, a quo cum voto prædicto emanauit sententia pro rescissione, & annullatione contractus, postmodū causa ista in Rota mihi commissa, eaque supradicta die proposita, Domini vnanimi consensu resoluerūt, licuisse Excellentissimo Domino Martio a prædicto contractu recedere, & vt clarius res ipsa pateat, primo firmatum fuit, quod causa finalis venditionis respectu Illustrissimi Domini Cardinalis fuit irreuocabilis consequutio rei emptæ, vt est de natura emptionis, & colligitur ex pactis, & cautelis ad istum effectū in instrumento appositis, respectu vero Domini Martij venditoris fuit non solum pretium, prout est commune votum omnium venditorum. glos. in l. inciuile. vers. assignetur. C. de rei vendicat. Bart. in l. fin. versic. sed quare magis. ff. de condict. cau. s. dat. Bal. in l. final. post medium. vers. nam sicut. ff. de acceptil. sed vt illud ei solueretur iuxta conuentionem, vt cum eo liberaretur ab ære alieno, & maximis interusurijs, & alijs incommoditatibus, quibus valde premebatur occasione societatum, officiorum, cambiorum, & pignorum penes Hebræos in magna quantitate, vt colligitur ex ipso instrumento, & præcipue, ex proœmio, ex quo

quo causa finalis desumitur.l.final.vbi Bart.nume.3. & Bald.num.2.ff.de hæred.instit.Socin.consil.91.numero 4.& consil.93.nume.1.in fin.lib.1. Dec.consilio 600.in princ.Crauett.consil.192.num.21.versicul.ex proœmio.cum alijs per Tiraq.in tracta.cessant.caus.limitat.1.num.64.& seqq.Mantic.de tacit.libro 3.tit.12.numero 3.

2 Præcipue ponderando verba illa pro se eximendo, &c.quæ causam finalem denotant.l.penult.§.finali.vers.pro alimentis.ff.de alimentis,& cibar.legat.Aymon.d.consil.192.num.2.vers.& quia causa.cum plurib.adduct.per Surd.consil.443.nu.29. Et ostendunt, quod quis aliter facturus non esset. Bald.in cap.1.in princ.de testib.& confirmatur ex eo,quod eadem causa venditionis pro se a dicto ære alieno,& illius maximis interusurijs eximen.& liberan. fuit etiam expressa in beneplacito a S.D.N.impetrato,quæ geminatio magis enixam,& præcisam voluntatem ostendit.l.Ballista.ff.ad Trebell.Aym.consil.201.num.42.consil.59.num.8.& consil.140.num.2.lib.2.

3 Secundo firmatum fuit, quod ista bona vendita erant obnoxia primogenituræ,& fideicommisso D.Orinthiæ matris D. Martij, necnon Monti Passarano, cui præuia dismembratione ab alijs bonis D. Martij fuerunt in specie pro dote assignata, & alijs hypothecis contractis ante Bullam Baroniæ, quibus stantibus,neque D.Martius poterat consequi pretium pro se disbrigando a dictis debitis, & interusurijs, neque D.Cardinalis Aldobrandinus potuisset irreuocabiliter castra consequi nisi mediante confirmatione Apostolica cum derogationibus, ad primogenituram, & hypothecas præfatas. Ideoque in instrumento venditionis fuit præcise facta conuentio de liberatione Castrorum cum derogationibus præfatis a Sanctissimo impetran. & per consequens huiusmodi beneplacitū fuit antecedens necessarium, vt dictus contractus effectuari posset,quo casu illius defectus, sicut defectus ipsius causæ finalis facit cessare consensum contrahētium,vt per Ias.in l.quominus. num.17. vers.octauo nota.ff.de fluminib. Et sequitur Ofasch.decis.167.numero 25.& seqq.

4 Tertio fuit firmatum, quod beneplacitum non potuit obtineri a Sanctissimo, iuxta modum inter partes conuentum, sed alteratis conuentionibus, & præcipue circa solutiones destinatas in extinctionem societatum officiorum cambiorum, & pignorum cum Hebræis. Nam summa conuenta in Scutis septuaginta millibus reducta fuit ad Scuta viginti quatuor millia. Et similiter circa inuestimentum pro multiplico in extinctionem Montis Passarani,nec non solutionibus faciendis depositario dicti Montis pro fructibus decursis,& non solutis,& quod extinctionem censuū, & solutionem fructuum, in quibus obligati erant pro Domino Martio Illustrissimus D.Cardinalis, & frater de Lante,de quibus fuerat actum in instrumento. Vnde sequitur huiusmodi confirmationes esse inutiles, & haberi perinde, ac si nunquam fuissent obtentæ,vt in terminis Io.Ant. Lanar.ex Isern. consil.96. numero 7.& 8. Et eo magis, quia alterationes fuerūt circa substantialia, & causam finalem respicientia, sine qua Dominus Martius non fuisset venditurus, vt dictum est.

5 Quod clarius probatur ex eo, quia Sanctissimus Dominus Noster in vtroque beneplacito consulendo creditoribus certam formam dictis solutionibus faciendis præscripsit,non immutatis terminis,& temporibus in instrumento appositis, immo illis expresse inhærendo cum decreto, quod solutiones omnino fieri debeant (vt præfertur) alias gratiæ nullæ sine eo ipso,& venditori,ac emptori,& alijs minime suffragentur, quæ forma cum non fuerit seruata, confirmationes Apostolicæ corruerunt. Rot. decis.8.de dolo, & contumac.in nou.& in causa Valentina Baroniæ.10. Martij 1603.coram Reuerendissimo Attrebaten.

6 Ex quibus resultare visa fuit clara resolutio supradicta, quia cum ex præfatis pateat, quod contractus huiusmodi non posset habere suum effectum, prout fuerat conuentum,& præcipue respectu Domini Martij, qui non poterat consequi pretium pro se eximendo a præfatis debitis, pro quibus principaliter fuit motus ad vendendum, bene potuit D.Martius, qui alias non fuisset venditurus a venditione recedere ex æquitate.l.cum te fundum.C.de pact.inter emptor.& venditor. vbi Imperator eam æquitatem considerat, quia aduersa pars acceptis suis nummis nullam passa videri potest iniuriam,& glos.ibi in verbo conueniat. in fin.vers.vel verius.& glos.final. in l.a conditione.ff.de rescind.vendit. Abb.in c. cum rerum. nu.2. post med.vers. inde concludo.de condit.appos.Corn.consil.101.num.17.& 71.vers.& hoc nisi modus.libro 1. Alciat.consil.69.num.14.lib.8.Aym.d.consil.192.numero 22.& consil.246.nume.2.& consil.299.nume.1. Boss.de remiss.merced.numero 50.versic. nisi esset pactum,& tenuit Rota in causa Imolen.Molendini.10. Nouembris 1603.coram Reuerendissimo Bononien. in Romana Prætorum. 29. Nouembris 1607.coram bonæ memoriæ Scotto, & in Romana Pensionis domus.16.Nouembris 1611.coram R.P.D.Pirouano. Idque etiam probat text.in l.bona fides.52. ff.de act.empt. quæ similiter fundatur in æquitate, ne venditor,qui non potest consequi pretium,careat etiam re. gloss.ibi,in verbo beneficium. Alber.nume.2.Bart.in Summario.

7 Nam vbi amplius sequi non potest implementum causæ finalis, tunc contractus etiam nominatus rescinditur,vt bene declarat Castren. in dicta l.bona fides.numero secundo.Socin.consilio 26 numero 4. in fin.& numero quinto.libro tertio. Vbi propter interdictum Regis Franciæ sequi non poterat causa finalis venditionis,quem refert, & sequitur Surdus consilio 381.numero sexto. Et bene ad propositum facit, quod quando materia (prout in casu isto) propter dicti beneplaciti defectum deuenit ad impossibile tempus essendi, tunc contractus in totum resoluitur, vt docet Bald.in l. si Gaudentius. versic. aut deuenit ad impossibile tempus. C. de contrahen.empt. cum quo con-

concordat ibi Salyc. Idem Bal. in l. patre furioso.nu. 3.ff.de his qui sunt sui, vel alien. iuris.

8 Et præfata eo magis visa sunt admittenda, stante beneplacitorum reductione ad viam iuris, per quam cum fuerit sublatus omnis illorum effectus perinde est, ac si nunquam fuissent concessa, vt tenuit Rota in causa Albanen. beneficiorum 20. Ianuarij. 1601. coram Illustris. D.Cardinali Lancellotto, res dicitur deuenisse ad casum, a quo incipere non potuit, quo casu bene licuit D. Martio à contractu recedere ex Bald.in d.l.si Gaudentius. Cum alijs supra allegatis.

9 Nec in casu isto potest euitari resolutio contractus ex actione ad interesse iux. tex. in l.ex conditione.ff. de rescind. vendit. quia D. Martius non poterat agere ad aliquod interesse, ex quo impeditur, seu potius non effectuatio contractus perueniebat a facto Principis nolentis confirmare contractũ prout inter partes fuit celebratum, quo casu, cum non posset agi ad interesse l. huius. ff. de euict. est locus repetitioni rei venditæ iuxta æquitatem, de qua in d.l.cum te.C.de pact.inter empt.& vendit. Et in d.l.bona fides. Cum ibi notat. per Bar. in summ. ff. de act. empt. Vbi Salyc. nume. 1. & Castren. in summ. intelligunt illum textum, si venditor non possit consequi precium ex facto Principis. Soccin.d.consil.26.nu. 4.& seq. vol.3 Surd.d.cons.381. num.6.

10 Nec potest induci ratificatio D. Martij alterationum factarũ in beneplacitis ex solutionibus factor.3488.b. 68.factis,(vt dicitur) de mãdato D.Cardinalis creditoribus D.Martij, quia nõ constat, quod huiusmodi solutiones fuerint factæ in vim alicuius beneplaciti, nec quod D. Martius habuerit notitiam de dictis alterationibus in beneplacitis per Sanctissimum appositis, & quod etiam illis stantibus dederit ordinem pro huiusmodi solutionibus faciẽ. prout est necesse ad inducendam ratificationem. l. mater.ff.de inoff. testam.l.si per errorem. ff. de iurisd. omn.iud. late Aym. cons. 197. Et fuit decisum in causa Viterbien. bonorum. 27. Ianuarij 1597. coram bo. mem. Cardinal. Pamphilio, nec potest suffragari consensus D. Iuliæ ipsius vxoris & procuratricis, quia vltra quod de tali consensu non constat non poterat ipsa contractum, sub diuersis modo, & forma celebratum alterare, & immutare sine nouo, & speciali mandato, D.Martij iux. notata per Bar. & alios in l.si hominẽ. ff.mandati, & in l.nõ abstulit. C. de nouat. Et in omnem euentum, cum forma data in dictis beneplacitis circa solutiones omnino facien. concernat fauorem creditorum, & sit apposita in odium ipsorum contrahentium, prout in præfatis verbis, nec venditori, nec emptori, nec alijs suffragentur, & ista forma non fuerit seruata, intrabunt clausulæ annullatiuæ de quibus in beneplacitis, ita vt propterea quælibet ratificatio nihil poterat operari. Oldrad. cons.319. sub numero quarto, vers. Imo si Prælatus Abb.in cap.dilecto, nume.14. de præben.Gabr.de clausul.conclus.3.nu.16.

11 Non obstat promissio D. Martij de impetrando à S. D. N. confirmationem contractus, quia ista promissio cum non pẽderet ab eius potestate, resoluitur in promissionem facti proprij, vt D. Martius adhiberet omnem diligentiã, & curam pro illa obtinenda, iuxta glo.communiter receptam in c.ex literis.162.in verf. iã patres. Vbi Abb.nu.1.& 6. Alex.de Neuo num.12.& seq.& in c.sicut.in verf. iurantis. Vbi Butr.nu.9.vers. vnde dicit.glo.de sponsal. Et tenuit Rota in causa Perusina dotis 5.Decemb.1607.corã Reuerendiss. Atrebaten.& in Anconitanæ Pecuniariæ.20.Iunij præteriti, coram me & sic cũ prodicta confirmatione obtinenda fuerit bis Sanctissimo supplicatum, & Sãctitas sua noluerit cõcedere, nisi cum dictis alterationibus, clausulis & decretis, nihil potest D. Martio imputari, cũ ex his appareat quod fuerit adhibita omnis diligentia, & quod maior ipsius D. Martij diligẽtia nihil profuisset, ad tex. in l.penult.§.si ea cõditione. ff.ad leg. Rhodiam de iact. Cappel.Tholos. decis. 256.prope finem.verf. ergo effectus. Paris.cons. 24. nu.22.vol.1. In Principe enim absq. noua causa mutatio voluntatis non præsumitur. Prob. ad Monac. in c.frustra.nu.5.de reg.iur. in 6.Rolan. cons. 15.nu. 55.& seqq. lib.3.

12 Nec obstat, quod D.Martius promiserit obseruare contractum, & non contrauenire, nec petere reductionem ad viam iuris, & obtenta non vti, &c. quia ista promissio debet intelligi, quatenus cõtractus cõfirmaretur iuxta illius formã, ita vt posset suum effectum sortiri, quod cum obtineri non potuerit (vt ex prædictis patet) potest etiam ipse alienans, agere. Nec dicitur contrauenire, non enim debet posse cogi venditor ad obseruationem contractus, dum non potest emptor cogi ad solutionem pretij, cum hoc sit contra substantialia cõtractus, quod nec ab initio conueniri possit.l.si cõuenerit.57.ff.de pact.not.Castren.in primo. not. Ista enim non fuisset venditio, sed perditio, per quam D. Martius rei dominio, & pretio caruisset firmo remanente ære alieno, & excrescentibus interusurijs, quibus omnia eius bona consumebantur.

13 Minus obstat, quod D. Card. potuisset fortasse ẽt non obtento beneplacito solutionẽ offerre, quia fuit responsũ, nõ fuisse factã talem oblationẽ, prout facere tenebatur, vt post Bal. & alios dicit Cagnol. in l.2. sub.nu.227.C.de rescind. vendit. Quinimo pẽdente Iudicio corã A.C.ad instãtiã D.Martij, intẽtato, fuit pro parte eiusdem D.Card. continuò protestatum de inobseruãtia D.Martij in pactis, & promissionibus ad implendis, offerendo tantũ solutionẽ illis adimpletis, & nõ alias aliter, nec alio modo. Ex quib. clare patet, ꝙ nolebat soluere recedẽdo a pacto. Et ita decisũ.&c.

## REVERENDISS. P. D. DAMASCENO.

*Romana officij Notariatus. Veneris 3. Aprilis. 1615.*

### ARGVMENTVM.

Dominiũ rei emptæ spectat ad eum, cuius nomine fuit facta emptio, & pecunias erogauit, neq. ad effectũ impediẽdi remediũ possessoriũ sufficerẽt cõiecturę simulationis, ꝗa hę respiciũt petitoriũ.

*SVMMARIVM.*

*Dominium rei empta spectat ad illum, qui emit, & preeium erogauit. num. 1.*

*Dominij reseruatio probat dominium esse apud illum, cui fit reseruatio. num. 1.*

*Possessoriũ nõ impeditur ab eo, qui in administratione rei habet causam ab eo, qui remedium intentat. num. 1.*

*Possessorium remedium non impeditur per exceptionem simulationis. num. 1.*

*Simulationis exceptio respicit petitorium. num. 2.*

*Simulatio, qua delictum includit, requirit plenissimam probationem. num. 3.*

*Testis vnus nihil probat. num. 3.*

*Testis deponens per verbũ mihi videtur, nõ probat. nu. 3*

*Tractantur multa, qua postea non fiunt. num. 3.*

*Expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur. num. 4.*

*Coniectura alijs coniecturis contrarijs tolluntur. nu. 4.*

*Coniectura illa in dubio sunt praferenda, qua magis sunt conformes publicis scripturis. num. 4.*

*Coniecturarum numerus non est attendendus, sed ponderositas. num. 4.*

*Commodum qui sentit, debet sentire etiam incommodum. num. 5.*

*Simulationis probatio non attenditur, vbi non ostenditur causa simulandi. num. 5.*

*Electa in dubio semper debet censeri illa via, per quam excluditur pæna. num. 6.*

*Possidere non dicitur, qui nomine alterius administrat. num. 7.*

*Possidens habet vtrumq. remedium, manutenenda, & redintegranda. num. 7.*

## DECISIO DCLXXVII.

1 FVIt tentum dominiũ officij, de quo agitur, spectare ad Ioannẽ Baptistam, qui habet fundatam intentionẽ super dicto dominio ex venditione sibi facta per Demosthenẽ prædicti officij Dominum, cum erogatione pretij à se facta, ad l. cũ tes. ibi pretiumque numeratum. C. de probat. & signanter ex eo, quod quando Demosthenes resignauit Ioanni Augustino aduersatio Ioannis Baptistæ, reseruauit sibi dominium quæ reseruatio probat dominium apud illum, cui fit talis reseruatio, vt dicit Rota in causa Rom. montium coram fel. rec. Clemente VIII. tunc Rotę Auditore, relata inter diuersas impressas decisiones. 262. numero. 3. & 6. par. 3. & In causa Romana officij scriptoriæ prima. Aprilis 1588. coram Cardinale Pamphilio, & in alia Romana officiorum Plumbi, 4. Iulij 1601. coram eodem, & in Romana census. 22. Iunij 1609. coram Domino Decano, & alias sæpe, & vltra prædicta probatur Dominium respectu ipsius Ioannis Augustini, ex eo quod passus fuit se deputari à Ioanne Baptista in administrationem prædicti officij, promisitque illi bonum, & fidelẽ computum reddere. Vnde non potest refricare dominij quæstionem contra Ioannem Baptistam, à quo causam habet, saltem ad effectum impediendi remedium possessorium, quo nunc agitur. l. si quis conductoris. C. locati, cuius dispositio habet locum contra quemcunque ab alio prætorio nomine possidentem, vt per glos. & scribentes ibidem, & præcipue salic. prope fin. vers. quæro secundo, an non solum Angelus. in fin. Neuiz. cons. 33. numero 22. Rom. cons. 94. num. 6. lib. primo, & late prosequitur Menoch. de recuper. remed. 11. numero 35. & seq. & fuit dictum in causa Romana pecudum die 4. Nouembris. 1611. coram Reuerendo Patre Domino Caualerio.

2 Non obstat prætẽtio Ioannis Augustini, quod prædicta omnia fuerint simulata, & quod in effectu ipse Ioannes Augustinus voluerit emere officium, & Ioannes Baptista sibi mutuare pecunias cum responsione 8. vel 7. pro centenario. Nam præter quod exceptio simulationis non impedit remedium possessorium, quo nunc agitur cum illa concernet petitoriũ. Abb. in cons. 73. numero. 5. & 6. lib. 2. Paris. cons. 54. num. 18. lib. primo. Rota in Romana census. 26. Nouembris. 1604. coram Ludouisio, & In esina Saluiani 22. Martij. 1615. coram me. Item quod nulla simulatio prætenditur cum Papa, à quo pendebat traslatio dominij, & ex quo Papa voluerit illud transferre in Ioannem Baptistam, non autem in Ioannem Augustinum, vt patet ex decreto super resignatione officij, visum fuit non constare de aliqua simulatione, neque etiam cum Augustino.

3 Et in primis fuit præsuppositum, quod quicquid sit in alijs simulationibus à iure non improbatis de quibus tot. tit. C. plus valere quod agitur. in istis, quæ includunt delictum, requiritur plenissima probatio. l. sed si maritus. §. fi. ff. qui, & à quibus. Castr. cons. 161. sub numero primo, lib. 2. Dec. cons. 464. num. 8. Grammar. dec. 76. nu. 29. Verall. decis. 563. p. 3. Rota in Romana fructuum dotis de Vellis. 23. Februarij 1598. coram Reuerendissimo Lugdunen. efficere autem talis probatio visa fuit in prædicto casu. Nam prætensus antecedens tractatus non probatur nisi per vnum testem, licet qui nihil probet, tum quia sit vnicus. licet. c. veniens. de testib. l. maritus. ff. de quæst. Rota in Romana nullitatis contractus. 9. Iulij. 1604. coram Reuerendissimo Ludouisio, tum quia deponit per verbum mihi videtur, & sic dubitatiue. Dec. cons. 256. num. 4. Signorol. cons. 241. nu. 6. Afflict. decis. 38. num. 7. Vltra quod multa tractantur, quæ postea nõ fiunt l. si voluntate. C. de rescind. vendit. Natt. cons. 31. num. 12. lib. primo.

4 Quo ad prætensam confessionem deductam ex depositionibus habitis pro confessatis, negatur adesse tale decretum, quia iudex Capitolinus non illud fecit simpliciter, sed nisi Ioannes Baptista infra certum tempus magis præcise respondisset, & Ioãnes Baptista infra tẽpus præfixũ dicitur respondisse, ꝙ Ioãnes August. proprius emisset hoc officiũ absque implicatione Ioannis Baptistæ, nõ cõcludit, quin ex post, vel

quia

quia Ioannes Augustinus non inuenit pecunias promissas pro pretio, vel alias non potuerit libere emi per Dominum Ioannem Baptistam, quod Ioannes Augustinus exercuerit libere officium absque implicatione Ioannis Baptistæ, nihil est, quia nec qualitas personæ Ioannis Baptistæ viri nobilis, nec scientia professionis Notariatus quærebant, vt se implicaret in hoc officij exercitio, quod ex istis fiat verisimile voluisse emere pro se proprio, nihil etiam facit, quia via infertur ad exercitium, non autem ad dominium, cuius est capax quilibet nobilis, & non aptus ad illud exercendum. Quod officium fuerit emptum in capite Ioannis Augustini, cum quo minime apparet, Ioannem Baptistam habuisse coniunctionem sanguinis, vel amicitiæ, pariter non obstat, quia cum Ioannes Baptista reseruauerit sibi liberam dispositionem, non intererat sua ponere officium magis super capite vnius, quam quod in deputatione Ioannis Augustini in administrationem non sit illi constitutum certũ salarium, vel actum de expensis deseruientium, & pẽsione apothecæ in exercendo officium, non concludit simulationem, quia prouisio super istis remanebat in dispositione iuris, ad l. cõmodissime. ff. de liber. & posthum. & de hoc est agendum in redditione rationis. Receptatio vniformis scutor. 25. singulis mensibus non probatur in facto, & probata non releuaret, cum ita potuerit taxari post officium emptum, quod Ioannes Augustinus promiserit releuare indemnẽ Ioannem Baptistam ab omni damno, quod occasione fideiussionum, & rogituum per Ioannem Augustinum rogandorum, & respectiue recipiendorum, quam ex alia causa ratione dicti officij, non concludit, quin dominium fuerit penes Ioannem Baptistam, quia sunt damna contingentia ratione malæ administrationis, quæ propterea pertinent ad administrationem, non autem ad Dominum cõuenti ad rationem 8. pro centenario, non probatur in facto, quod nõ fuerit reddita ratio, nihil est, quia hinc orta est cõtrouersia. Cetera etiam magis leuia fuerũt bene sublata per Informantes per Ioannem Baptistam, quo quibus Domini transiuerunt; & quatenus prætensæ coniecturæ per se possent facere aliquem scrupulum visæ fuerunt eli di, & conquassari ex alijs contrarijs coniecturis, certum est enim, quod coniecturæ contrarijs tolluntur. l. Diuus. & ibi glos. in verb. æstimari ff. de rest. in integrum. Surd. d. cons. 80. n. 21. Rota in Parmen. statutus. 10. Aprilis 1606. coram Ludouisio, & quod in dubio illæ sunt præferendæ, quæ sunt magis conformes publicis scripturis. Facit tex. in l. 2. ff. de transaction. Gozad. cons. primo, nu. 26. Menoch. lib. 6. præsumpt. 2. per totũ, & quæ sunt exclusiuæ delicti Bart. in l. si procurator tuus ibi, venit eidem notab. ff. de cõ dict. iudebiti. Ang. Arc. cons. 51. n. 25. Alciat in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. vbi supra. nu. 1. & non est attendendus numerus illarum, sed ponderositas. Patis. consi. 20. n. 25. & cons. 11. n. 26. lib. 2. Menoch. consi. 30. n. 5. lib. 1.

5 Prima igitur coniectura est, quod cum Ioannes Augustinus expendisset scuta 91. cum dimidio, in expeditione huius officij, obtinuit hanc expensam sibi refici per dictum Ioannem Baptistam, vt patet ex quietantia facta per ipsum Ioannem Augustinum, signũ euidẽs, quod officium fuerat expeditum ad fauorem Ioannis Baptistæ, quia alias dicta expensa non pertinuisset ad illum, sed ad ipsum Ioannem Augustinum, ad reg. qui sentit cõmodum, &c. qui sentit. de reg. iur. in 6. l. naturaliter, cum sequen. & c. ff. eodem. Secunda est, quod Ioannes Augustinus confidebat de simplici verbo Ioannis Baptistæ, & è conuerso Ioannes Baptista de verbo Ioannis Augustini, aut non confidebat alter de altero, si confidebat nõ erat opus facere, quod contractus emptionis cantaret in persona Ioannis Baptistæ, sed satis fuisset, quod Ioannes Baptista mutuasset Ioanni Augustino pecunias pro exercendo officio obligando illud, si opus fuisset pro securitate restitutionis pecuniarum, quod Ioannes Augustinus promisisset soluere 8. pro centenario. Si vero non confidebat alter de altero, nil egerunt contra hæredem sub hac forma, quia Ioannes Augustinus sic agendo non assecurauit pro se dominium officij, vt modo doceat experientia, nec minus Ioannes Baptista assecurauit suum capitale, vel 8. pro centenario, nam quantum ad capitale, si pretium officij decresceret, vel officium facto Papæ extingueretur, non haberet Ioannes Baptista aliquam scripturam, cum qua se posset reualere contra Ioannem Augustinum petentem similiter restitutionem suarum pecuniarum, nec minus posset Ioannes Baptista, durante officio, petere certum quid per centum a Ioanne Augustino, cum semper hic nulla reperiatur scriptura confecta. Vnde applicatur conclusio, quod non admittitur probatio simulationis, vbi non ostenditur causa simulandi. Bal. in l. ab Anastasio. n. 2. l. mandati. Castr in l. iuris gentium. §. dolo l. ff. de pact. Bart. in cõsi. 65. num. 5. Matt. cons. 628. n. 17. cum alijs per Mascard. de probat. conclus. 448. n. 1. Rota in Hispalen. præeminentiarum. 20. Nouembris 1591. coram bo. mem. Gipsio, & in Romana de Ceulis 28. Aprilis 1595. corã bo. me. Penia, & in Bonon. pecuniaria. 5. Decemb. 1603. coram Reuerendo Patre Domino Caualerio. Tertio facit, quia vtraque pars poterat consequi secum via tecta, & licita, vnde non est verisimile, quod elegerint hanc viam illicitam, & subiectam pœnæ spirituali, & temporali, cum minime vtraque pars sit bene versata in materijs contractuum, etenim potuisset Ioannes Baptista emere, prout emit, pro se ipso, & postea facere pactum de quandocumque, vel infra certũ tempus resignãdi Ioanni Augustino, & interim potuisset Ioannes Baptista tanquã Dominus officij percipere fructus illius, quos etiã potuisset taxare ad certam competentem summam, vt indies fit in societatibus officiorum, & sic Ioannes Augustinus tutus de habendo officio, & Ioannes Baptista de habendis fructibus, donec rehaberet pecunias suas, quod est in effectu illud, quod prætendit Ioannes Augustinus fuisse de intentione partium.

7 Stantibus autem prædictis, quod scilicet Ioannes Baptista vere sit Dominus officij, & agatur contra illum, qui pro tali illum recognouit, nulla visa fuit dubitatio, quin sit annuncian. ad illud, cum Ioannes Augustinus non dicatur sibi possedisse, sed Ioannes Baptista, cuius nomine administrabat officium. l. 3. §. fin. de acq. vel amit. poss. l. non solum. §. quod vulgo gestis. de vsucap. Aug. consi. 12. vers. 2. quia. Alex. consi. 121. in princ. lib. 5. Io. de Imola consi. 68. n. 7. vers. videndum est ergo, & consequenter possidendo competit sibi vtrumque remedium, siue manutentionis ratione ciuili, siue recuperando ratione naturali, in qua per suam administrationem tuebatur. Bal. consi. 131. n. 3. li. 1. & ex his etiam sequitur ipsum non teneri recipere pretium a se erogatum, quod offertur per Ioannem Augustinum. Et ita conclusum &c.

R. P. D. VEROSPIO.

*Ferrarien. Bonorum, Veneris 3. Aprilis 1615.*

ARGVMENTVM.

Iustificatur sententia ex multis, quæ latius in decisione continentur.

*SVMMARIVM.*

*Sententia, quæ seruatis seruandis est lata, debet exequi. num. 1.*

*Sententiæ iustitia suadetur ex pluribus decisionibus in ea factis. n. 1.*

*Clausula quatenus villis, bonis &c. in literis Apostolicis quomodo sit intelligenda. n. 2.*

*Forma data actu omitti non debet. n. 2.*

*Literæ cum clausula si in euidentem non executis iterum possunt executioni demandari. Fallit quando iurisdictio fuit consumpta. n. 3.*

DECISIO DCLXXVIII.

1 Visum Dominis fuit, sententiam Rotalem esse confirmandam, cum illius validitas, & iniustitia controuerti non possit. Validitas probatur ex reuolutione Processus, in quo legitur specialis causæ commissio, citatio ad sententiam adsunt mandata procuræ, & omnia constat seruata fuisse de iure seruanda. Caputacq. decis. 262. par. 2. Iustitia pariter innotescit ex decisionibus in hac eadem causa factis coram R. P. D. meo Dunozet. ex quibus apparet malè fuisse pronunciatum in partibus in vim rescripti, si in euidentem super inuestitura bonorum, de quibus agitur ad fauorem D. Marchionis Gualenghi facta per Episcopum Ferrarien. Illustrissimi Cardinalis Leni Prædecessorem, & sic bene fuit ad eiusdem Cardinalis Instantiam dicta sententia de partibus reuocata, præsertim quia non seruata forma rescripti, si in euidentem emanauit. c. cum dilecta vbi Doctores de rescr. Abb. consi. 41. nu. 23. lib. 1. Dec. in c. prudentiam. in 4. notab. de off. deleg. Paris. consi. 41. n. 15. li. 4. Gozzad. consi. 73. & 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 21. num. 11. & fuit dictum in vna Cortonen. rescissionis locationis 26. Ianuarij 1590. corā Orano.

2 Quæ forma tanto magis veniebat seruanda stante in literis Apostolicis clausula, quatenus villis, rebus bonis, & iuribus prædictis prius coram vobis specificatis &c. Caputaq. deci. 150. n. 5. parte prima & fuit dictum in allegata Cortonē. rescissionis. Nec releuat fuisse factam expressionem in genere, quia cum certa data esset forma specificandi. Vtique illa debebat ad vnguem seruari c. Pisanis & ibi glos. in verb. irritum. de restitu. spol. & habetur in allegata decisione Cortonen.

3 Nec valet dicere, literas si in euidentem nulliter exequutas, iterum exequutioni posse demandari. Nam iurisdictio in vim dictæ commissionis tributa in primo actu etiam nullo fuit consumpta. Alex. consi. 81. num. 7. lib. 3. Ias. consi. 36. num. 22. lib. 3. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. n. 220. de verb. signifi. & fuit dictum in Cortonen. bonorum. 3. Iulij. 1589. coram Cardinale Platto. Ex quibus, & alijs per Reuerēdum Patrem Dominum meum Dunozettum latius deductis Rot. censuit illius sententiam esse confirmandam, cum præsertim nihil de nouo pro parte Domini Marchionis deductum fuerit, imo nec informatum, & cetera.

R. P. D. ANDREA.

*Tirasonen. Pensionis, Veneris 3. Aprilis 1615.*

ARGVMENTVM.

De extractione, & publicatione instrumentorum, quando dicantur legitime factæ.

*SVMMARIVM.*

*Notarius potest absque literis compulsorialibus, & alia solennitate extrahere, & publicare dicta testium ab ipso examinatorum. n. 1. & 2.*

*Instrumenta possunt extrahi a successore in officio absque alia solennitate. num. 4. Vbi præsertim quando fuerunt extracta vigore compulsorialium, & illarum seruata forma.*

*Instrumenta, & aliæ scripturæ dicuntur legitimè extracta, & publicata, quando fuerunt extracta vigore compulsorialium. n. 5.*

DECI-

DECISIO DCLXXIX.

1 IN causa Tirasonen.pensionis,die 13.Martij proxime præteriti eum dubitaretur An cõstaret de vnione Ecclesiæ Parochialis loci de Ablitas ad Collegiatã oppidi de Tudela,ad effectũ,vt pensio super fructibus dictæ Parochialis ad fauorem Petri Fernandez sine consensu Capituli reseruata esset valida, vel inualida, Rota pro faciliori directione causæ voluit particulariter videre, An iura Capituli essent in forma probanti. Quo dubio proposito hodie 3. Aprilis solo Capitulo informante, quia procedebatur per contradictas,illa esse bene extracta respondit circum scripto,an probarent,de quo postea erit videndum.

2 Quantum enim ad examen 13. Testium summar. n.3.& aliud 8. testiũ eodẽ summar.n.4.si illud, prout dicitur,fuit extractum ab eodemmet Notario actuario per quem dicti testes fuerunt examinati, res carebat difficultate cum ipse bene potuerit eorũ exemplũ authenticum dare absque literis compulsorialibus,& alia solennitate in extractione requisita. Rot.decis.1. de fid.instrum.in nou.& deci.4.co.ti.in antiq.Veral. decis.170.nu.1.parte prima,& deci.351.in pr.p.2.& fuit sæpissime resolutum,& in specie in Hispalen.legitimatis 12.Decembris 1611.& in Tuden.Parochialis. 9.Aprilis 1612. coram Reuerẽdo Patre Domino meo Vbaldo, & in Mediolanen. Decimarum 4. Iulij 1614.coram me.

3 Sed est aduertẽdum, vt vnus ex Dominis dicebat, quod ex attestatione, quæ datur in nouo sũmario, n. 1.non colligitur, quod dicti testes fuerint examinati coram illo Notario, sed tantum quod ille fecit extrahere,& extraxit dictum examen ex processu in causa Tirasonen.Parochialis de Ablitas, qui erat in officio penes ipsum.

4 Quo vero ad sententiã antiquam ordinarij testes examinati super decimarum perceptione,& assignatione congruæ pro Vicario,& instrumenta præsentationum,& institutionum, de quibus in eodem nouo summario.n.2. non videbatur posse dubitari de illorum legitima extractione,tum quia fuit facta a successore in off. Dec.in auth.si quis in aliquo.nu.26. C.de eden. Veral.decis.244.n.3.p.2.& fuit dictum in Illerden. Visitationis 14.Nouemb. 1611. corã Reuerendissimo Domino meo Decano,& in Mediolanen. Decimarum 23.Ianuarij 1612.coram Reuerend. Patre Domino meo Pirouano,& in d. Mediolanen. Decimarum 4.Iulij 1614.corã me. Tum quia ex suprabundanti fuerunt extracta vigore cõpulsorialium,a Rota emanatarum seruata illarum forma,& citato Valentino de Gratia legitimo contradictore. Rota d.decis. 1. & 2.de fid.instru.in nou.& 4.eod.tit.in antiq. Vnde haberi debent pro legitime extractis etiam respectu Petri,qui non interuenit in illo iudicio Veral. decis. 351.n.6.par.2.

5 Eadẽ ratio legitimæ extractionis fuit habita quo ad alia duo instrumenta videlicet cuiusdã præsentationis a Capitulo factę de Vicaria de Ablitas, 15.Nouembris 1498.& sententiæ de anno 1519.super iure percipiendi omnes decimas per d. Capitulum in præfato oppido de Ablitas,quæ fuerũt extracta per Christophorũ de Reus Notarium ex suis protocollis,& originalibus,penes se existentibus, & etiã vigore dictarum literarum cõpulsorialium,eodem summario n.2. prout ẽt literæ Apostolicæ Alc.III.& aliæ legati Apostolici sub Cælestino III. instrumentum concordiæ cum Episcopo Donario Regia,eiusque confirmationes factę per Adrianũ IV.& d.Cælestinũ,quæ fuerũt extracta de suis originalibus existẽtibus in Archiuo d.Ecclesię vigore compulsorialium d. n. 2. visa fuerũt bene extracta,ex supra dictis. Et ita conclusum.

REV. P. D. ANDREA.

*Toletana Decimarum de Capilla. Lunæ 6. Apri. 1615.*

ARGVMENTVM.

Procuratores si fuerint insimul constituti,vel substituti, quando vnus alium præoccupare dicatur,per productionem mandati, seu alios actus, & quando etiã nullitas defectu præsertim mandati possit reijci a Rota habente Arbitrium.

*SVMMARIVM.*

*Procuratores duo quãdo simul sunt substituti, vnus aliũ præoccupat per productionem mandati, & per alios actus.num. 1.*

*Declara, vt talis præoccupatio non inducat nullitatem actorum gestorum a procuratore præoccupato ipso iure, sed parte opponente.nu. 4.*

*Mandatum procura restrictum ad lites in vna ciuitate non extenditur ad lites vertentes in alia.nu. 1. Declara,vt n. 5.& n.9.*

*Testes nulliter examinati possunt sanari arbitrio Rota, quando fuerunt examinati cum interrogatorijs a parte datis.n.2.& 3.*

*Nullitas defectu citationis,vel iurisdictionis,seu etiam mandati sanari potest,quando causa est commissa arbitrio Rota,quando nullitas non est totalis.n.4.*

*Dictio & ampliat dispositionem.n. 5.*

*Dictio quibuscunque includit etiã maiora expressis.n. 5.*

*Interpretatio semper fieri debet, vt verborum superfluitas euitetur.num. 6.*

*Obseruantia subsequens declarat Verba contractus,qua tenus essent dubia n.7.*

*Citatus tanquam procurator censetur approbatus a citante, etiam quod non sit procurator.nu.8.*

*Nullitas non obstat, vel saltem sanatur a Rota, habente arbitrium, quando est turbida.n.9.*

DECISIO DCLXXX.

1 FVerat resolutum in hac causa 10. Maij 1604. coram bo.mem. Cardinale Pamphilio, testes, qui iurarunt citato Nicolao fuisse nulliter examinatos ob defectum mandati, quia licet ipse fuerit in solidum substitutus simul cũ Gabriele, tamen Gabriel per productionem mandati, & alios actus illum in officio praeoccupauerat c.si duo.de procur. in 6.& c.non iniuste,& vtrobique.glos.& Doct.extra eo.tit. Nec suffragati aliud mandatum eidem Nicolao datum,quia fuit restrictum pro Ciuitate Toletana, & sic non erat sufficiens pro Ciuitate Abulen. vbi testes iurarunt. Veral.decis.335.par.2.Cum autem pro parte moderni Excellentissimi Ducis fuisset obtenta sanatoria,cum clausula Arbitrio Rotae, & proposito de more Dubio An intraret arbitrium sub die 11. Martij 1615.nec liqueret, hodie 6. Aprilis illo repproposito Domini vnanimiter affirmatiue responderunt.

2 Ratio Dominorum fuit, quia testes examinati citato Nicolao vti Procuratore Domini Archiepiscopi fuerunt examinati cum eisdem interrogatorijs productis a Gabriele indubitato procuratore, vt constat ex lectura interrogatoriorum, de quibus in prima par. processus remissorialis,fol. 1276.& ex lectura depositionis testium, vt supra examinatorũ. fol. 1468. quo casu, cum nihil aliud potuisset circa illos testes releuans adduci, quod non fuisset adductum in eisdem interrogatorijs,quae plene fuerunt euacuata, ideo intrat arbitrium ad sanandum huiusmodi defectum, ex decis.Put.301.lib.3. saepius canonizata. Et in indiuiduo consimilis defectus in Calaguritana Iuris Votan.19. Ianuarij 1590.coram bo.mem. Orano, & in Treueren.Decimarum 20. Martij proxime praeteriti,coram Reuerendo Patre Domino meo Dunozet.

3 Alia etiam ratio adducitur a Puteo vbi supra,quia pars dando interrogatoria videatur praehibuisse consensum, vt in absentia eius examen fieret, quod efficit illud validum. Bal.in l.si quando.n.14. C. de test. Felin.in c.2.num.13.in 8.limitatione,extra eo.Gab. de citat.conclus.prima,n.346.Caes.de Graff.decis.9. n.6.vers.3.Nam pars de sen.& re iud.Rot.deci.415. nu.fin.par.prima,& 217. num.2. par.3.lib.3.diuers. Vnde licet Gabriel verus procurator fuerit absens,& Nicolaus ab eo praeoccupatus interfuerit examini, sufficit illud factum fuisse cum interrogatorijs a Gabriele productis, vt propter illius consensum possit examen sustineri. Et in hoc fundamento dationis interrogatoriorum per Gabrielem, vt dixi, fuit concors Dominorum sententia. Illa autem decisio coram bo. mem.Cardinale Pamphilio fuit facta cum praesupposito,quod interrogatoria fuerint data per Nicolaum.

4 Aliud etiam motiuum placuit maiori parti Dominorum,quod hic non adest totalis defectus mandati, quo casu aequisitas suadet intrare Arbitrium pro illius sanatoria, quemadmodum intrare solet in defectu citationis,vel iurisdictionis quando non est totalis.Vestr.in prax.lib.5.cap.13.num.2.& lib.7.cap.1 num.6.Cael.de Graff.decis.4.in fin. de rescript. & de Stylo attestatur Reuerendus Pater Dominus Marchesanus in tract.de commiss.par.2.c.1.num.63.& c. 3.nu.35. Quod autem hic non adfuerit totalis defectus mandati patet,quia aut volumus attendere substitutionem Nicolai simul cum Gabriele,& cum ambo fuerint substituti in solidum, licet absque clausula, quod non sit melior conditio praeoccupantis, vel quod vnus possit perficere quod alius inchoauit, illa praeoccupatio Gabrielis non excludebat Nicolaum ipso iure sed tantũ ope exceptionis, & vbi is,qui praeoccupauit,instaret,ne alius admitteretur. Vnde validum fuit examen hoc non opposito,Aret.in l.si pluribus.n.4.vers.Illa tamen praeoccupatio.ff. de leg. 1. & fuit dictum in Pampilonen.Matrimonij 4. Februarij 1585.coram bo.mem. Orano & in Iuden. Parochialis 20. Maij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno.

5 Aut vero consideramus aliud mandatum Archiepiscopi,datum eidem Nicolao, & negari non potest quin sit aptum comprehendere, etiam alia loca praeter ibidem expressa,quia licet in eo fuerint specificatae Regiae Audientiae, & Cancellariae Vallisoleti, & Granaten.& Ciuitas Toletana,& oppidum de Alcala,& Nicolaus fuerit deputatus pro Ciuitate Toletana,sicut pro alijs tribus locis expressis certi sunt procuratores constituti, Attamen post loca expressa sequitur,& in alijs quibuscumque tribunalibus Ecclesiasticis,& saecularibus, quibus oportuerit, & fuerit necesse, quae dictio & ampliat mandatum vltra loca, & casus specificatos Put. Decis.230. lib.2. Crescen. decis. 3.de procurat.& est doctr. Bal.in rub. n.17.C. de contrahen. empt. quod contractus ampliatur per ampliatiuas dictiones,& copulas attenta etiam generalitate verborum.In alijs quibuscumque tribunalibus &c. quae includit non solum alia,verum etiã maiora expressis vt late per Felin.in c. sedes n. 5. in 2.& quinta declaratione.de rescrip. Vbi in specie loquitur in mandatis procuratorum.

6 Hinc cessat interpretatio ex aduerso data ad illa verba, & in alijs quibuscumque Tribunalibus, vt intelligantur de Tribunalibus earumdem ciuitatum, pro quibus procuratores praefati respectiue fuerunt constituti. Quia cum superius fuissent nominata ciuitas Toletana,& oppidum de Alcala non erat necesse expresso continente exprimere contenta,quae co ipso veniebant.l.2.& l.qui in cõtinentibus. ff. de verb. signific.l.cum tabernam.ff.de pignor. Ideo vt vitetur superfluitas,pro qua euitanda omnis possibilis interpretatio fieri debet.l.si stipulatus, ff. de vsur. Gozad. consi.74.n.8.Gabr.consi.154.n.10.lib.primo. etiam inri contraria,vt pluribus firmat Ceph.consi.257.n. 28.& seq. & fuit dictum in Romana Vineae 14. Martij 1608.coram Illustrissimo Lancelloto,verba subsequentia,& in alijs qnibuscumque tribunalibus necessario debent intelligi de alijs tribunalibuus aliarum ciuitatum.

7 Et

7 Et hunc intellectum probauit obseruantia subsequuta dum in ciuitate Abulen. Nicolaus se gessit pro procuratore, qui propterea tale mandatū habuisse pręsumitur. Dec. conf. 77. n. 3. in fi. verf. & ad hoc bene facit, & pro tali vero, & legitimo procuratore, etiā ille fuit habitus, & receptus a Iudice, & a parte Ducis, quæ obseruantia declarat verba contractus, & mādati, quatenus illa essent dubia. Castrensf. conf. 347. n. 4. li. 1. Craue. conf. 101. n. 3. Gab. conf. 53. n. 15. & cōs. 66. n. 14. li. 2. Rot. dec. 571. n. 3. p. 1. Sur. dec. 134. n. 9.

8 Attento etiā quod Nicolaus erat incola Ciuitatis Toletanæ, vt enunciatur in mandatis, & venir, & diu commoratus fuit in Ciuitate Abulen. pro hoc examine. Vnde præsumitur mandatū, cum hæc non soleant fieri gratis & presertim, quia vt dixi illius psona fuit per partem aduersam Ducis approbata, cū fuerit tanquā procurator Archiepiscopi citatus, vt in terminis est decis. Seraph. 1407. n. 1. & in specie de duob. Procuratoribus in solidum datis dicitur fuisse resolutum in Bononien. fideicommissi de Mauris 24. Nouemb. 1606. coram Illustrissimo Lancelloto, & in Romana Dotis, seu testamenti, 4. Decembris eodem anno coram Reuerendissimo Bononien.

9 Addebat vnus ex Dominis circa intellectum ca. si duo. illū tex. loqui de præoccupatione iudiciali, quæ fit per litis contestationē, qualis nō fuit ista ad examē faciendum vt in terminis fuit respōsum in Iuden. Parochialis de Robodera 20. Maij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Ex quibus vel est dicendū huiusmodi nullitatem non obstare vel saltem negari non potest, quin sit turbida, quo casu intrat arbitrium pro sanatoria, etiā si sit nullitas mādati. Crescen. decis. 8. in fi. de re iudic. & fuit dictum in Elboren. iuris cōferen. 18. Martij 1611. coram Reuerendo Patre Dño meo Manzanedo. Et ita conclusū.

## R. P. D. BVRATTO.

*Fauentina fideicommissi de Castellanis. Lunæ 6. Aprilis 1615.*

## ARGVMENTVM.

Proximitas quando grauati, & quando grauantis censeatur considerata.

*SVMMARIVM.*

*Fideicommissum absolutum inducitur ad fauorem familiæ, & agnationis, ex prohibitione alienationis pro conseruatione bonorum in familia, & agnatione. n. 1.*

*Proximitas grauati, & non grauantis, in fideicommissis attenditur. n. 2. maxime si qui se vocatum prætendit, est de descendentibus grauati. n. 3. & absque dubio concurrentibus coniecturis. n. 4.*

*Linea vna in fideicommissis, & primogenituris semel admissa, donec aliquis extat de illa linea, ceteri de alia linea excluduntur. nu. 3.*



*Proximitas grauati, non autem grauantis dicitur considerata, quando Testator non habuit respectum ad personas, sed tantum ad sanguinis successionem. n. 4.*

## DECISIO DCLXXXI.

1 Domini resoluerunt pro Castora vnica filia Pauli vltimi grauati ex hæredibus quondā Caroli Testatoris. Nā supposito etiā in præsenti disputatione (citra tamen veri præiudicium, prout partes cōueniebāt) quod ex prohibitione alienationis immobiliū per dictum Carolū facta pro perpetua conseruatione in eius agnatione, & familia de Castellanis resultet absolutum fideicōmissum ad fauorē d. familiæ, & agnationis, iuxta distinctionē Soc. in l. qui Romæ. §. cohæredes n. 17. Et ibi ēt alij cōmuniter. ff. de verb. oblig. Quod tenent etiā Crot. qui de communi. in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 23. ff. de leg. 1. Corn. conf. 22. n. 6. vol. 2. Dec. conf. 23. nu. 2. & nu. 4. verf. 6 moueor. Cur. iun. conf. 114. n. 16. Aym. conf. 130. n. 10. & alij plures de communi, relati per Gabr. de fideicom. conclus. 9. n. 37. & Peregr. in hac eadem causa, conf. 42. n. 7. vol. 5. qui dicit, non esse vlterius laborandum cum ista sit opinio recepta, quam etiam ante illum sine difficultate procedere dixit Rot. deci. 568. n. 1. & seqq. par. 1. diuersor. & latè Caball. conf. decisiuo 60. n. 1. Et quod ad illud in defectum masculorum feminæ sint vocatæ, vt latè ostēdit idē Peregr. d. cōf. 42. a n. 8. vsque ad 11. Et in eadē causa cōf. 58. eo. vol. 5. De quo nūc principaliter nō cōtrouertitur.

2 Tamen Castora vti filia d. Pauli vltimi grauati venit præferenda Lucretiæ illius Amitæ, licet proximiori Carolo Testatori, cum (circumscriptis tamen coniecturis in contrariū) attendatur proximitas grauati, & non grauātis, vt iuxta intellectū l. cum ita. §. in fideicōmisso. ff. de leg. 2. tenent Soci. in l. si cognatis. n. 40. ff. de re. du. & in l. hæredes mei. §. cū ita; n. 16. in fi. ff. ad Trebell. & in conf. 299. n. 21. li. 2. Cur. iu. cōf. 125. n. 4 Paris. conf. 23. n. 263. verf. & in simili li. 1. Thob. Non. conf. 41. n. 29. Moli. de Primog. li. 3. c. 9. n. 11. & cōmunem, & magis cōmunem dicunt idem Soci. cōf. 73. n. 14. li. 4. Soci. iun. conf. 126. n. 56. verf. item etiā ex prædictis vol. 1. & conf. 22. n. 20. verf. & vltra multa. li. 4. Ruy. conf. 191. n. 7. li. 7. Goza. conf. 4. n. 17. & 31. Alcia. conf. 32. n. 8. li. 9. Tho. 3. Par. Imolen. conf. 121. n. 11. & seqq. & conf. 122. n. 6. Iul. Clar. in §. Testamentū. q. 76. col. penul. verf. sed hic cōcurrit. Marzar. in Epito. de fideicom. q. 35. in fi. & conf. 1. n. 25. & 28. cum alijs late per Cardinalē Mantic. de coniec. li. 8. tit. 12. n. 30. Decian. conf. 25. n. 10. & 14. verf. non obstat quod in fideicommisso, & conf. 100. n. 6. lib. 3. Hiero. Lauren. deci. Auinionē. 37. n. 3. verf. maior vt mihi videtur Bursa. conf. 170. n. 23. vol. 2. Peregri. de fideicom. ar. 20. n. 2. verf contra iū, & Caball. d. conf. decisiuo 60. n. 6. Et veriorem testantur idem Soci. iu. d. conf. 126. Rui. conf. 159. n. 6. li. 2. Rol. d. conf. 100. n. 15. Marzar. d. q. 35. in fi. verf. Ego postquā. Magon. deci. Lucen. 83. n. 16. & seqq. Et ab ea recedendū nō esse Port. Imolen. alios allegans d. consi. 122. num. 6.

# Decisio DCLXXXI.

& ita fuisse iudicatum per Rotam Senensem, & Florentinam, testatur Socin. iun. d. consi. 126. num. 40. Marzar. d. q. 25. in fin. Quam etiam opinionem passim sequitur Rota vti veriorem & magis communẽ, & signanter decis. 72. par. 1. diuersor. n. 1. & decis. 22. n. 3. lib. 3. par. 3. & in vna Romana legitimæ, de Vrsinis 24. Maij 1585. coram bo. me. Cardinale Blãchetto, & in vna Romana fideicommissi de Serlupijs 23. Februarij 1601. coram bo. me. Iusto. Et in hac eadem causa pro veritate consultus tenuit Peregr. d. cons. 42 num. 11. vol. 5.

3 Procedit autem sine vlla difficultate quando (vt in præsenti casu) is qui se vocatum prætendit in fideicõmisso est filius, vel descendens ipsius grauati. Socin. iu. d. cons. 126. n. 21. & seqq. Corn. cons. 230. nu. 11. vers. & licet. li. 3. Laderch. cõs. 45. n. 12. Card. Manti. d. tit. 12. n. 30. in fi. vers. sed hæc sententia. Pro quo facit recepta illa conclusio in Primogenituris, fideicommissis, & feudis, quod donec extant capaces de vna linea semel admissa, ceteri alij excluduntur. iux. c. 1. de nat. success. feud. Vbi Bal. & omnes. Ruyn. cons. 159. n. 6. vers. & pro hoc videtur casus. Grat. respons. 8. n. 1. 2. 5. 6. & seqq. Couar. pract. quæst. c. 38. nu. 6. versi. etenim qui primogenitum constituit Rot. decis. 15. n. 8. & decis. 100. n. 1. par. 2. Molin. de Primog. Hispa. lib. 3. cap. 4. n. 14. & cap. 9. n. 1. Decian. consi. 127. n. 14. li. 3. Sur. cons. 403. n. 10. & 11. Peregr. de fideicõ. art. 20. sub nu. 2. vers. 5. videtur casus. & art. 27. n. 14.

4 Prout etiam non habet difficultatem concurrentibus coniecturis. Coua. d. c. 38. nu. 3. vers. 2. conclusio. ibi nisi ex voluntate &c. Rot. d. decis. 72. nu. 4. Gabr. cons. 107. n. 8. li. 1. Deducitur autem in isto casu potissima coniectura ex eo, quod Testator mandauit bona perpetuo conseruari in agnatione de Castellanis ideo enim censentur vocati etiam ij qui nec nati, nec concepti erant tempore obitus Testatoris, & sic ij qui nullo modo ab intestato illi succedere poterant, & ita dici non potest considerata proximitas grauãtis, sed grauati, quasi Testator non habuerit respectũ ad personas, sed tantum ad sanguinis successionẽ vt arguit Socin. d. cons. 249. n. 21. vers. 14. confirmatur, & cõs. 86. n. 11. in fine vers. comprobetur lib. 3. Rot. d. decis. 72. n. 5. vers. 3. coniectura. Raudens. cons. 14. n. 22. li. 1. dicẽs, huiusmodi coniecturam cõmuniter receptã. Ex quibus patet per mortem d. Pauli non esse factum locum fideicommisso ad fauorem Lucretię. An autem ea possit venire ex capite alienationis per Castoram factæ contra Testatoris prohibitionem, erit alterius inspectionis &c.

## REVERENDISSIMO P. D. COCCINO DECANO.

*Romana fideicommissi, de Sancto Petro. Lunæ 4. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Fructus quando veniant in restitutione fideicommissi, & an inuestimentum ex ijs factum de ordine testatoris censeatur factum gratia hæredis, vel potius fideicommissarij, & quando remediũ l. fi. C. de edic. Diu. Adr. toll. competat pro fructibus, & inuestimento ex illis facto de ordine Testatoris.

## SVMMARIVM.

*Fructus regulariter non veniunt in restitutione fideicommissi, etiam si testator vsus sit verbis generalibus, & amplis. n. 1. & 2.*

*Fallit. 1. quando tempus restitutionis est adiectum gratia substituti n. 3.*

*Fallit 2. vbi hæres est rogatus fructus restituere. n. 3.*

*Fallit 3. quando coniecturis constare potest testatorem voluisse etiam fructus restitui. n. 3.*

*Remedium l. fi. C. de edic. Diui Adr. toll. non competit nisi pro rebus, quæ erant testatoris tempore mortis. n. 1.*

*Fallit in instrumento facto de ordine Testatoris, de quo ad effectum vt competat remedium l. fi. proinde iudicatur, ac si fuisset in bonis Testatoris. n. 8.*

*Remedium l. fi. C. de edi. Diui Adr. toll. non competit pro fructibus. n. 1.*

*Declara procedere in fructibus maturatis post purificatum fideicommissum, secus in fructibus inuestitis ante purificatam conditionem de mandato Testatoris in augumentum fideicommissi. n. 8.*

*Declara 2. procedere vbi agitur contra singularem successorem possidentem rem singularem secus vero quando agitur aduersus possessorem pro hærede. n. 9.*

*Fructus spectant ad fideicommissarium seu primogenitũ, nõ autẽ ad hæredem, quando dilatio ad capiendum fideicõmissum seu primogenituram nõ fuit data fauore hæredis, sed fauore primogeniti seu fideicommissarij. n. 2.*

*Dilatio ad capiendã primogenituram dicitur data fauore vocati, non autem hæredis, quando in ea hæres nihil habet agere. n. 2.*

*Fructus percepti antequam monasterium construatur debentur monasterio, vbi fuit legatum prædium pro monasterio construendo. n. 2.*

*Dilatio ad capiendam primogenituram dicitur data fauore vocati, quando Testator voluit fructus inuestiri in augumentum sortis primogenituræ. n. 2.*

*Substitutus in hæreditate censetur substitutus etiam in augumento prouenienti ex inuestimento fructuum hæreditatis quod Testator voluit fieri in augumentum portionis hæreditariæ. n. 4.*

*Augumentum ijsdem regulis iudicatur quibus principale, & idem ius statuitur in augumento quod in principali aucto. n. 4. & n. 7.*

*Augumentum hæreditatis a Testatore ordinatum censetur*

*tur non solam in gratiam hæredis, sed etiam in gratiã substituti, & fideicommissi quando Testator considerauit decus & honorem familiæ.n.5.*

*Familiarum nobilitas & honestas diuitijs conseruantur, & ob inopiam pereunt.num.5.*

*Consequens qui vult, necessario etiam vult antecedens. num.5.*

*Voluntas Testatoris interpretari debet secundum naturam, cum ex naturali ratione quid Testator senserit percipiatur.num.5.*

*Augumentum hæreditatis quod debet fieri ex fructibus, debet censeri potius ordinatum gratia hæredis, quam fideicommissarij. num.6. Vbi declara.*

*Tempus restitutionis censetur magis inductum gratia hæredis, quam fideicommissarij. num.6.*

*Fructus vbi ex mandato Testatoris inuestiuntur in augumentum hæreditatis, nõ dicuntur amplius fructus, sed portio hæreditaria. num.7.*

## DECISIO DCLXXXII.

IO. Antonius de S. Petro instituit Primogeniturã in certis bonis ad fauorem filiorum Aloysij Iunioris, quibus, & eorum descendentibus deficiẽtibus, vel non existentibus vocauit Io. Baptistam de S. Petro, & interim donec Primogenitus nascatur, & perueniat ad ætatem 14. annorum, vel donec purificetur vocatio Io. Baptistæ per non existentiam filiorum Aloysij, voluit fructus bonorum dictæ primogeniture inuestiri in augumentum sortis prædictæ primogeniture. Insuper in alijs bonis æquis portionib. instituit Aloysium, & Io. Baptistam prædictos, & voluit quod Aloysius non posset percipere fructus suæ portionis donec susciperet prolem legitimam, & interim voluit ipsos inuestiri in augumentum dictæ portionis hæreditariæ, quam dispositionem in codicillis temperauit, concedendo, vt Aloysius ex portione sua posset percipere Scuta 500. & non vltra, residuum verò deponeretur, prout in d. testamento, & etiam voluit in d. testamento, quod Ioan. Baptista non fruatur sua portione hæreditaria, nisi cum vxorem duxerit, & interim eius redditus voluit inuestiri in augumentum sortis d. portionis, & immediatè post istas dispositiones testator vsus fuit his verbis; Prædictos Aloysium, & Io. Baptistam, vt præfertur, institutos, eorumq. filios, & descendẽtes in infinitum masculos legitimos, &c. ad inuicem vulgariter, pupillariter, reciprocè, & per fideicommissum substituit, & sibi hæredes & successores vocauit, ac fore voluit, & tandem, vt decus, & honor domus, & familiæ, memoriaq. ipsius testatoris diutius conseruetur prohibuit alienationem bonorum primogenituræ, & fideicommisso subiectorum.

1 Stan. hac fetie facti, cum sit factus locus primogenituræ, & fideicommisso ad fauorem ipsius Io. Bapt. iux. resolutionem factam 13. Februarij præteriti, dubitaui, an ei esset danda immissio in bonis emptis ex fructibus, & ex fructibus fructuum, & hoc tam respectu primogenituræ, quam fideicommissi, quod dubiũ habet duas difficultates principales, Prima est, An istud augumentum comprehendatur in primogenitura, & fideicommisso, quia fructus regulariter non veniunt in restitutione fideicommissi, etiam si testator vsus sit verbis generalibus, & amplis, vt probat tex. in l. in fideicommissariam, vbi Doct. ff. ad Trebel. l. quod his verbis in princ. ff. de leg. 3. l. scribit Celsus. l. deduct. 1. §. fin. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. artic. 49. nu. 23. Card. Mant. de coniect. vltim. volun. lib. 7. titu. 10. Secunda difficultas est, quatenus istud augumentum comprehendatur in primogenitura, & fideicommisso, an pro illo competat remedium l. fin. quod non competit nisi pro rebus, quę erant Testatoris tempore mortis, vt est text. in verbis in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. & in specie, quod hoc remedium non competat pro fructibus dicit Spec. & alij Doctores, quos allegat Peregr. de fideicomm. art. 48. nu. 61.

2 Quantum attinet ad primam difficultatem, & quo ad fructus, & fructus fructuum primogenituræ, res videtur carere omni prorsus difficultate, quia dilatio ad capien. primogenituram non fuit facta fauore hæredis, sed fauore primogeniti, & Io. Baptistæ, quare fructus ad ipsum Io. Baptistam spectant, vt est text. apertus in l. si ita relictum. §. Pegasus. de leg. 2. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de vsur. l. Lucius Titius. §. hæredes. ff. ad Trebell. vbi Bart. Angel. consil. 331. num. 1. vers. 4. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. quod autem dilatio ad capien. primogenituram esset data fauore primogeniti ex Aloysio, & fauore Io. Baptistæ dubitari non potest, quia nihil in ea habebat agere hæres, quare fructus ad ipsos absq; dubio spectant, vt in iuribus supra alleg. & in fortioribus terminis, sed benè ad propositum dicunt quamplures Doct. quos allegat Card. Mant. d. loco. vers. & ex hoc deducitur, inquiunt enim, quod si legatur præ dium pro monasterio construendo fructus percepti antequam monasterium construatur, debentur monasterio, & sic fructus collecti, antequam esset purificata vocatio ad primogenituram, spectant ad ipsum Io. Baptistam, & cessat omnis difficultas, quia cũ Testator voluerit fructus inuestiri in augumentum sortis primogenituræ, vtique dicen. est dilationem fuisse factam gratia vocatorũ ad primogenituram, quia alias non esset in augumentum primogenituræ, & propterea dispositio Testatoris ita est intelligenda. Old. consil. 9. versic item cum iura, nu. 3 Gemin. consil. 67. per totum, & pro resolutione huius articuli optimè etiam faciunt rationes infra ponderandæ.

3 Quantũ attinet ad fructus portionis relictæ Aloysio iuniori idem dicendum est, nam licet verum sit, quod fructus non veniant in restitutione fideicommissi, hęc tamen regula fallit, quando tempus restitutionis est adiectum gratia substituti, vt in d. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. 2. cum alijs supra alleg. & sic regula in casu nostro non procedit, si apparebit augumentum fuisse factum, nedum gratia hæredis, sed etiam gratia substituti, & fideicommissi. Limitatur

tur etiam prædicta regula, quando quis est rogatus fructus restituere, & sic in casu nostro limitabitur, si apparebit Aloysium fuisse rogatum fructus restituere, d.l. in fideicommissariam. in princ. ff. ad Trebell. & in d.l. si ita relictum. §. Pegasus. ibi, cum incremento. Et etiam limitatur, quando coniecturis constare potest testatorem voluisse fructus etiam restitui, Angel. d.consil. 331. num. 1. versic. 4. fallit. Card. Mantic. de coniect. vlt. volun. loco alleg. num. 9. vbi alias fallentias adducit, quæ quidem tres fallentiæ hic optimè applicantur.

4 Nam quod testator voluerit fieri augumentum, ne dum gratia hæredis, sed etiam gratia substituti, & fideicommissi satis patet, cum voluerit inuestimentum fieri in augumentum portionis hæreditariæ, & Ioan. Baptista simpliciter sit substitutus Aloysio: Vnde satis patet substitutum fuisse etiam in d. augumento, vt benè ad propositum declarando communem intellectum. l. centurio. ff. de vulgar. & pupill. dicit Ripa ibi. num. 41. qui licet non loquatur in nostris terminis, eius tamen rationes optimè faciunt ad præsentem casum, quæ etiam coadiuuantur, ex eo, quod idem iudicandum est de ipso augmento, ac de ipso principali, Calder. consil. 12. de constit. & consil. 32. de testam. Bald. consil. 407. num. 3. lib. 1. vbi quod idem ius statuitur in augumento, quod in principali aucto, bene Surd. decis. 78. nu. 11.

5 Et prædicta optimè comprobantur, nam testator considerauit decus, & honorem suæ familiæ, & quod memoria eius conseruaretur, & hæc voluit facere tam mediante primogenitura, quàm fideicommisso prædictis, vt patet ex verbis supra relatis. Vnde manifestissimè colligitur, quod augumentum debebat fieri nedum in gratiam hæredis, sed etiam in gratiam substituti, & sic fideicommissi, vt illo magis aucto melius familia, & memoria conseruaretur, diuitiæ enim operantur, quod construetur honestas, & nobilitas familiarum, quæ ob inopiam perire solent, auth. de test. §. sancimus. Rom. consil. 411. num. 2. versic. constat autem, vbi apostilla in vers. dignitas. quod etiam eod. modo voluit circa portionem Ioan. Baptistæ, interim quod vxorem duceret, vnde cum ambo fuerint æquis portionibus instituti, & æquè prohibiti de recipien. fructibus suæ portionis alter donec filios procreasset, alter verò donec vxorem duceret, & vterq; alter alteri fuerit reciprocè substitutus immediatè post ordinationem d. augumenti vtriusque portionis, & vterque fuerit prohibitus alienare ratione expressa conseruationis memoriæ testatoris, & honoris familiæ, videtur per necesse dicendum, quod augumentum fuerit ordinatum in fauorem fideicommissi, & substitutorum ex regula, quod qui vult cõsequens, necessario etiam vult antecedens, l. illud. de acq. hæred. Anchar. consi. 161. in princ. & hæc eo magis procedere debent, quia cum indubitatum sit augmentum primogenituræ spectare ad substitutum, ita dicen. est de augumento portionis fideicommissi cum in vtroque casu militet eadem ratio voluntatis testatoris scilicet decus & honor familiæ. In interpretanda enim voluntate testatoris debemus naturam sequi, quæ nos dirigit ad intellectum verum, vt inquit Bald. in consil. 40. num. 2. vers. & quia debemus. vol. 3. quod nihil aliud est dicere, nisi vt perquiramus naturalem rationem, ex qua quod testator senserit percipi possit, Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 6. ex quibus ne dum cõstat testatorem voluisse fieri augumentum in gratiam fideicommissi, sed etiam colligitur quod grauauit hęredem ad ipsum restituendi, cum voluerit fieri in augumentum portionis hæreditariæ, maxime cum concurrant plures coniecturæ supra ponderatæ.

6 Non obstat, quod cum augumẽtum proueniat ex fructibus debet censeri magis inductum fauore hæredis, quam fideicommissi, prout tempus restitutionis censetur magis inductum gratia hęredis, quam fideicommissarij, ex alleg. per Card. Mant. loco superius allegato num. 11. quia hoc est verum in dubio, secus autem, quando sumus in claris, prout sumus in casu isto, vt patet ex prædictis, quo casu absque dubio augumentum censetur inductum, ne dum fauore hæredis, sed etiam fideicommissi, vt in d.l. si ita relictum. §. Pegasus, ff. de leg. 2 cum alijs per Cardin. Mant. loco superius allegato. nu. 10.

7 Minus obstat, quod in omnem euentum prædicta procederent quo ad fructus, nõ autem quo ad fructus fructuum. Nam ista distinctio in casu isto inter fructus, & fructus fructuum est verbalis, quia cum testator voluerit fructus inuestiri in augumentum fortis primogenituræ, & portionis hæreditariæ post inuestimentum eum fructus augeant primogenituram, & portionem hæreditariam, non est agendum amplius de fructibus fructuum, sed de fructibus primogenituræ, & portionis hæreditariæ, quia tales sunt effecti isti fructus de mandato testatoris, qui ita potuit disponere, §. disponat, auth. de nupt. maxime cum augumentum recipiat naturam principalis aucti, vt notant Doctor. præcitati, & bene Brun. de argum. q. 5. & q. 9.

8 Quantum attinet ad secundam principalem difficultatem, an pro augumento competat remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. licet verum sit, quod nõ competit nisi pro rebus, quę erant testatoris tempore obitus, & sic non competat pro fructibus. Pro responsione tamen est aduertendum, quod iste non est propriè casus noster, quia Doctor. allegati in obiecto loquuntur de fructibus maturatis post purificatum fideicommissum, qui non est casus noster, cum agamus de fructibus inuestitis ante purificatam conditionem de mandato testatoris in augumentum primogenituræ & fideicommissi, & propterea inuestimentum factum de mandato testatoris proinde iudicandum est ad effectum, vt competat remedium l. fin. ac si fuisset in bonis testatoris, vt post Socin. Alciat. Siluan. & alios dicit Surd. in decis. 15. nu. 21. in fin. & sequent. qui Doct. licet loquantur, quando bona emuntur ex pecunia testatoris, attamen mouetur ea ratione, quia bona de mandato testatoris fuerunt empta, quæ ratio militat in casu isto, quia licet fuerint empta de fructibus,

bus, tamen de mandato testatoris, & illi non spectabant ad hæredem, vti fructus sunt, cum testator voluerit illos inuestiri in augumentum primogenituræ, & fideicommissi.

9 Vlterius aliqui ex Dominis considerabant, quod quo ad fructus non potest agi remedio l.fin. quando agitur contra singularem successorem possidentem iẽ singularem, secus vero quando agitur aduersus possessorem pro hærede prout in casu isto, Peregri. de fideicomm. artic. 48. nu. 61. Circa tamen hoc vltimum respõsum per alios Dominos nihil fuit firmatum. Ex quibus resolutum fuit, Ioanni Baptistæ dandam esse immissionem, etiam quo ad augumentum primogenituræ, & augumentum portionis relictæ Aloysio iuniori, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Ferrarien. Dotis. Lunæ 4. Maij 1615.*

Confessio receptionis dotis ex pluribus præsumitur facta animo donandi, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

*Exemplum scriptura factum absque authoritate iudicis non probat. num. 1.*

*Confessio facta a viro constante matrimonio censetur facta animo donandi. nu. 2. Vbi quod in dubio non censetur facta ad probationem veritatis, nec ex ca probatur numeratio.*

*Amplia etiam in confessione facta erga socerum. num. 2. Vbi maxime si tempore confessionis erat absens.*

*Confessio receptionis dotis facta per virum vbi est simulata non praiudicat creditoribus mariti etiam futuris. num. 3.*

*Contractus simulatus non praiudicat creditoribus etiam futuris. num. 3.*

*Confessio receptionis dotis ex præsumptionibus & coniecturis colligitur, an emanauerit animo donandi, & in praiudicium creditorum futurorum. num. 4.*

*Confessio receptionis dotis præsumitur emanasse a viro animo praiudicandi creditoribus, quando vir de tempore confessionis erat magno ære alieno grauatus. nu. 5.*

*Dos congrua vt cognoscatur quæ sit, debent attendi qualitates tam soluentis, quam ei cui soluitur. nu. 6.*

*Confessio receptionis dotis præsumitur facta animo donandi, quando solutio ei qui dotem soluere debebat, erat fere impossibilis. num. 6.*

*Confessio receptionis dotis præsumitur facta animo donandi, quando si vera esset solutio dotis esset facta ante tempus conuentum. num. 7.*

*Confessio receptionis dotis redditur suspecta, quando in ea maritus nullum præstitit iuramentum assertorium seu promissorium. nu. 8.*

*Confessio receptionis dotis non dicitur facta sub spe futura numerationis quando est relatiua ad quietantias, & sic est de soluta & non de soluenda. num. 9.*

*Donatio facta per virum vxori per viam confessionis non confirmatur nisi per mortem viri. num. 10.*

*Fallit vbi non est insinuata, & excedit summam 500. aureorum. num 10.*

*Vxor pro donatione sibi facta a viro, qua morte viri confirmata fuit, est posterior omnibus iuris creditoribus. num. 10.*

*Simulatio potest quandocumque opponi. num. 11.*

*Confessio receptionis dotis præsumitur vera, vbi constat de solutione alicuius summæ in confessione enunciata. num. 12. Vbi limita.*

*Confessio receptionis dotis præsumitur vera, vbi maritus post confessionem vxori alimenta præbuit. nu. 13.*

*Aduerte d. coniecturam esse leuem, & per se solam non sufficere. num. 13. Vbi quod tollitur per alias coniecturas, & nec habet locum, vbi potest præsumi alimenta fuisse alia de causa præstita.*

### DECISIO DCLXXXIII.

1 Domini tenuerunt non constare de credito dotali Ceciliæ. Quia non præcessit aliqua dotis promissio, exemplum enim prætensæ apochæ promissionis (vt asseritur) confectæ de mense Ianuarij 1586. in instrumento confessionis de anno 1587. sine Iudicis authoritate insertum non facit fidem. glo. in c. Abbate S. Siluani. in vers. fiat fides. vbi etiam Butr. & Abb. de verb. signific. Afflict. dec. 273. num. 4. in fin. Præsertim cum d. apocha fuerit per Notarium Io. Mariæ Marito Ceciliæ restituta nulla facta recognitione, adeo vt non constet quod fuerit vera, & a Iulio Patre Ceciliæ, & testibus in ea nominatis subscripta, potius quam a dicto Io. Maria conficta.

2 Et ideo inferebatur d. confessionem constante matrimonio censeri factam animo donãdi, iuxta doctr. Bar. in l. 2. §. creditum. sub nu. 5. ff. si cert. petat. Ioan. Andr. in 1. addit. ad Specul. tit. de donat. inte. vir. & vxor. in ver. Alb. Gal. distinguit. Castr. consil. 86. nu. 1. lib. 2. & de communi, & magis communi testantur Alex. consil. 45. num. 6. lib. 1. & consil. 142. sub nu. 4. lib. 5. Socin. in l. 1. num. 101. ff. solut. matrim. & consil. 79. num. 1. lib. 4. Ruin. cons. 130. num. 1. & cons. 183. num. 1. lib. 1. Menoch. præsumpt. 12. num. 57. & 58. & num. 66. vbi quod difficile esset in foro ab hac magis recepta recedere, & tenuit etiam Rot. vt in decis. 485. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers. Put. decis. 55. num. 8. & seq. lib. 3. in nouiss. & latè in Rauennaten. Saluiani 28. Iunij 1602. coram Reuerendiss. D. Bonon. in qua referuntur aliæ antiquiores. Et pro ea plures de communi attestantes allegant Gabr. cons. 163. num. 40. vol. 2. qui eam tenet ibi, num. 38. & Surd. consi. 489. nu. 1. vol. 4. & de magis communi Cephal. consil. 163. nu. 20. in 2. & Illustris. D. Card. Tuscus in verb. dos confessata conclu. 748. num. 103. Et licet controuersia sit inter DD. an confessio censeatur facta spe futu-

ræ

ri nisi per mortem viri.l.2.vbi glos. in verb.munita & DD. C.de dot.caut.non num. Soc.in d.l.1. num.71. & 97.vers.1.conc.ff.solut.matri. Menoch.d.præsum. 12.num.67. Vel nullo vnquã tempore etiam pro nulla parte confirmari posse, cum excedat 500. aureos, & non fuerit insinuata, & sic tam ratione rei quam personæ dicatur prohibita Sali. in l.donationes quas parentes.num.3.vers.item nota C.de donat. int. vir. & vxor.quem in nostris terminis sequuntur Socin.in d.l.1.nu.97. vers. illud autem.vbi testatur se ita alias consuluisse, eiusque consilium approbatum fuisse a Collegio Pisano. Curt. Iun.consil.95.num.6.versic. quia illa Paris consil.62.num.20.lib.1.Roland.consilio 93.numer.13.vers.vlt.obstare vol.1.Menoch.d. præsumpt.12.num.39.& 40. Mant.de tacit.d.tit.20. nume.25. Et ideo Ceciliam esse posteriorem quibuscunque creditoribus Bald. Nouell.d.p.10.num.18. post med.vers.ex quo notabiliter sequitur,dicens ita vidisse de facto obtentum. Campeg.d.q.53.num.3. vers.nec dixeris. Crot.in d.rept.l.si constante.num. 147.vers.ita decidit Bald. Bellon.d.consil.47. nu.6. & d.consil.87.nu.6. & tractari non posse de huiusmodi confessione, nisi prout de donatione inter virum, & vxorem, vt ex pluribus Couar.d.c.7.nu.4. vers.2. Menoch.d.præsumpt.12.nu.68.

11 Et ex prædictis non obstat lapsus temporis ad opponendam exceptionem dotis non numeratæ, cum enim sit simulata vti facta animo donandi, pôt quandocunque opponi de ista simulatione. Socin.in d.l.1. nu.102.in 2.lim.vers.ad contraria Gozad.d.cons.28. num.23.vers.octauo Couar.d.c.7.nu.4.vers.quarto. itidem Menoc.d.præsum.12.nu.74. Surd.cons.489. num.4. Cephal.d.consil.163.num.20. in fi. Mant.d. tit.20.num.29.& fuit dictum in allegata Rauennaten.Saluiani coram Reuerendiss.Bonon.

12 Nec præsumi pôt numerario totius dotis ex quietantijs nonnullarum summarum in dict. confessione insertis, iuxta trad.per Socin. consil.82.nu.2.in fin. & Rot.in Rom.dotis, seu Pecun. 17.Iunij 1602.coram Reuerendiss. Bonon. cum alijs alleg.per Informantes. Quia non probant nec illis standum est supradictis,tantoq. minus, cum non sint penes debitorem, sed in manibus creditoris, vt est notissimum. Nec etiam præsumi potest vera confessio ex solutione ducatorum 500. facta Io.Mariæ, quia fuerunt relicti Ceciliæ per eius matrem in testamento titulo legati; Nec fuerunt recepti ad computum dotis, sed vigore d.legati, & quidem coactè, cum Cecilia, & Io.Maria egissent ciuiliter contra Iulium pro d.legato,& obtinuissent domum hæreditariam Iustinæ subhastationi exponi, vt dicitur in supradicto instrumento venditionis de anno 1586.& d.ducati 500. non fuerunt soluti a Iulio,sed ab officialibus societatis emptricis supradictæ domus.

13 Minus præsumi potest ex præstatione alimentorũ Ceciliæ facta post d.confessionem ab eius marito ex doctr.Bald.in l.vnic.num.4.sub vers.vnde quæritur, ibi vt quia vir exhibuit. Socin. consi.82.nu.3.vol.3. cum alijs de communi allegat. per Surd.de Aliment. priuileg.22.num.17.& Rot.decis.155.num 6.par.2. diuers.& in d.Rom.dotis, seu pecuniaria coram Reuerendiss.Bonou. Quia prætermisso quod ista est cõiectura,& secundum aliquos non multum vrgẽs Soc. in d.l.1.num.94.vers. igitur talis coniectura. ff.solut. matrim. Bald. Nou.de dot.d.p.10.num.15.versi.qua tamen coniectura. Præsertim sola Aym.consil.40.nu. 4. in fin.& in tract.de antiq. temp.1. princ. partic.3. incip. propositum nostrum.num.72.& in decis.Reuerend. Bonon. plures aliæ concurrebant, & præsertim promissio præcedens tolliturr etiam per supra deductas,quæ sunt plures,& vrgentiores,vt arg.l.fin.de in integr.restit.tit.generali tradit Socin.in dicto versiculo igitur talis coniectura. Et in proposito præsumi potest,quod præstita fuerint alimenta, quia Ioan. Maria receperat dd. ducatos 550. relictos a Matre Ceciliæ. Et propterea DD. dixerunt non constare de eredito Ceciliæ, nisi in dictis ducatis 500.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Melentana Emphyteusis. Lunæ 11.Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Alienatio rei Ecclesiæ, quæ fuit confirmata per sententiam iudicis, vigore Breuis Apostolici, præsumitur valida, & vtilis, & plura deducuntur ad huiusmodi materiam.

### SVMMARIVM.

*Sententia iudicis præsumitur iusta, & valida. numero 1.*

*Alienatio rei Ecclesiæ, quæ fuit a Papa confirmata, præsumitur vtilis, & valida. num. 1. Vbi maxime stante obseruantia plurium annorum. & numer. 2. Vbi quod damnum, & inualiditas debet per allegantem plene probari.*

*Capituli consensus in alienatione rei Ecclesiæ non requiritur quando administratio rei alienandæ residet penes particulares personas. num. 3.*

*Consensus alienius requisitus in alienatione rei Ecclesiæ probatur ex petitione confirmationis per ipsum facta. num. 3.*

*Producens scripturam videtur omnia in eis contenta fateri. num 3.*

*Negatiua citationis vt dicatur probata ex inspectione processus, processus debet produci integer. nu. 4.*

*Solemnitas extrinseca, quæ non solet semper in actu interponi, præsumitur ex lapsu multi temporis, etiam si non sit enunciata. num. 4.*

*In locatione rei Ecclesiæ in perpetuum potest fieri diminutio sextæ partis valoris rei. num. 5.*

*Læsio debet probari de tempore alienationis. num. 6.*

Læsio

*Læsio vt probetur non debet haberi respectus ad melioramenta per emptorem facta. nu. 6.*

*Alienatio rei Ecclesiæ vt dicatur damnosa, debet haberi etiam ratio eorum, quæ possunt verisimiliter contingere in diminutionem valoris, & fructuum ipsius rei. num. 7.*

*Alienatio rei Ecclesiæ præsumitur vtilis, & valida, ex obseruantia plurium annorum nu. 8.*

*Affrancandi facultas spacio multi temporis præscribitur, numero octauo.*

## DECISIO DCLXXXIV.

1 DOmini censuerunt, non constare de bono iure Capituli. Nam cum alienatio Viridarij facta de anno 1547. vigore Breuis Apostolici fuerit confirmata per Iudices Commissarios, pro quorum sententiæ validitate, & iustitia stat omnis iuris præsumptio. l. 2. verf. quod non arbitramur. & ibi Baldus. C. de offic. iudic. ciuil. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. l. ab emptore. 2. resp. ff. de probat. Gabr. de sent. conclus. 1. numero primo, & seqq. Surd. consilio trigesimo nono, numero septimo, & fuit dictum in vna Romana Casalis Vener. 26. Nouemb. 1610. coram bon. mem. Penia, & in eadem coram me, Vener. 3. Aprilis. proximi præteriti, & in terminis pro vtilitate, & validitate alienationis rei Ecclesiæ præsumendum esse tradidit Baldus in cap. primo, numero septimo, qui feud. dare poss. Abb. consilio quadragesimo primo, numero secundo, libro primo. Alexand. consilio septuagesimo nono, numero sexto, circ. fin. lib. 1. Paris. consilio vigesimo quarto, numero quinto, libro quarto, Menoch. consilio 287. numero trigesimo quinto, & seq. libro tertio. Seraph. decis. 1125. numero primo, Rot. diuers. decis. 479. numero 1. par. 1. & fuit sæpissimè decisum maximè vero secuta 50. annorum obseruantia. glo. in cap. peruenit, & ibi Imol. numero decimo, de empt. & vendit. Felyn. in cap. illud. numero sexto, de testib. Alexan. consilio decimo septimo, numero octauo, lib. 4. Put. decis. 365. numero secundo, libro secundo. Seraph. dicta decis. 1125. numero tertio, decis. 1307. numero septimo, fuit dictum in Leodien. Bonorum Mercur. 3. Decemb. 1607. coram Illustrissimo Bononien. & alias sæpe.

2 Vnde dicendum est ad Capitulum spectare onus concludenter, & non per possibile probandi inualiditatem, & damnum euidens Ecclesiæ, Baldus loc. alleg. Socin. consilio quinto decimo, numero vigesimo septimo, lib. 1. Corn. consil. 181. numero vigesimo septimo, libro primo. Couar. var. resol. libro secundo, capitulo decimo septimo, numero secundo. Rot. Diuers. decis. septuagesima octaua, num. 4. parte secunda. Fuit dictum in vna Rauennaten. Pineti, Vener. 23. Martij 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio, in Bononien. Bonorum de Manzumatico Lunæ, 26. Decemb. 1607. coram R. P. D. meo Decano. & in alijs causis.

3 Ex deductis autem pro Capitulo non visa fuit satis probata dicta inualiditas, aut læsio. Nam quo ad inualiditatem, quæ deducebatur ex defectu citationis Capituli iuxta resolutionem formatam coram me in Ferarien. Bonorum Lunæ. 16. Iunij 1614. placuit responsio, non fuisse citandum Capitulum, ea ratione, quia horum bonorum administratio penes Vicarium, Oeconomum, & Iuratos Ciuitatis residebat, quorum interuentus in productione dicti Breuis ex petita ab eis alienationis confirmatione sufficiens fuit, ex decis. 636. parte prima diuers. Idq; magis in hoc casu procedere visum fuit, quia per talem productionem non solum resultabat scientia, sed etiam approbatio, respectu rescripti, & illius formæ, & oriebatur confessio eorum, quæ in scripturis productis continebantur. Crau. cons. 201. numero quinto, Paris. consilio centesimo vigesimo quinto, numero vigesimo libro primo, & consilio septuagesimo nono, num. 3. lib. 3.

4 Accedebat etiam hoc casu non fuisse productum integrum processum, vt possit dici probata ex illius inspectione negatiua citationis. Seraph. in his terminis decis. 1307. numero secundo & tertio. Rot. dicta decis. 636. numero quinto, quam citationem ex obseruantia tot annorum præsumi etiã si non sit enunciata, cum simus in solennitate extrinseca, quæ non solet semper in ipso actu interponi, tradit Felyn. in cap. Alber. numero quarto, versic. si autem in instrumento, de testibus. Rot. diuers. decis. centesima nonagesima tertia, numero vndecimo, & quartodecimo, & hanc sententiam inuiolabiliter, & perpetuo Rotam obseruasse testatur Seraph. decis. 1402. numero tertio. Quo vero ad læsionem deductam, ex quo hæc locatio in perpetuum facta fuit pro eodem canone vnciarum octo, pro quo prius facta extiterat, Domini dixerunt, ex eo non probari læsionem, quia prior erat ad tempus, hæc vero in perpetuum in qua posset dici esse detrahendum sextam partem, ex auth. preterea. C. de sacrosan. Eccles. Ias. dicto consilio quinquagesimo quarto, sub numero vigesimo quinto. Anchar. consilio centesimo decimo secundo, numero primo. Seraph. dicta decisione 1125. numero quarto. Rot. diuers. dec. septuagesima octaua, numero quinto, parte secunda, fuit dictum in dicta Leodien. & alias sæpe, quod tantum abest vt factum fuit, vt vltra Canonem Emphyteuta singulis annis in dicto instrumento teneatur ad onus vnius Missæ celebrandæ in die festiuitatis Sanctæ Luciæ, & ad solutionem aliquarum decimarum, vt ex depositionibus testium comprobatur.

5 Et licet conductor ad tẽpus teneretur in dicto Viridario, arbores ad certum numerũ, & certam quantitatẽ apponere, tamen vltra, quod nõ constat arbores appositas fuisse, ille idem conductor pro executione Breuis examinatus deposuit, responsionem annuam fuisse excessiuam, & in posterum eo pretio amplius voluisse

luisse conducere, adsunt etiam alij testes, tunc tempo ris in partibus, & in hoc iudicio examinati concludenter deponentes, hanc alienationem in euidentem Ecclesiæ vtilitatem cessisse. Quas quidem rationes, & depositiones tanto magis Dominis vrgere visæ sunt, quia nullus alius conductor reperiebatur, & dictum Viridarium indigebat multis expensis pro refectione, & manutentione murorum, tum etiam, quia positum in loco decliui quotidianis aquarum iniurijs, & Turcarum incursionibus, & deuastationibus obnoxium erat. Vnde cũ dictam alienationem in euidentem Ecclesiæ vtilitatem cessisse iudices pronunciauerint, eorum omnium habuisse rationem præsumendum est.

6 Non obstant testes examinati pro Capitulo in hoc iudicio dum de ampliori redditu dicti Viridarij deponunt. Nam non solum non percutiunt tempus dictæ alienationis prout requiritur ad probandam læsionem. l. si de voluntate, in fin. C. de rescind. venditio. Cagnol. post alios. in l. secunda, numero ducentesimo decimo tertio, in fin. & ducentesimo decimo octauo, cum seqq. C. eod. Cald. consilio quinto, post medium, de rer. permut. Seraph. dicta decisione 1125. numero quinto, & fuit sæpissimè decisum. Quinimo multo minus probant læsionem, deponunt enim de melioramentis factis Emphyteuta, propter quæ vberiores fructus ex Viridario percipiuntur, glo. in cap. ad aures. in verb. nisi tunc, & DD. de reb. Ecclesiæ non alienandis, & in cap. cum dilecti. in verb. tunc valentem. de emptio. & venditio. Calder. dicto consilio quinto, versic. nec obstat. Guido Papæ decisione centesima quinquagesima septima. Parif. consilio vigesimo quarto, numero septimo, libro quarto. Rot. diuers. decis. decima octaua, sub numero quarto, parte prima. Ad præcipuum vero fundamentum Capituli, quod deducitur adesse læsionem ex pacto affrancãdi quod Emphyteutæ concessum est, quandocunque tradere vna, vel duabus vicibus terra eiusdẽ redditus vnciarum octo, quod pactum, seu ius affrancandi vocant, ex decisionibus Lucanis coram Illustrissimo Lancellotto, & Reuerendo Patre Dom. meo Pamphilio, & R. P. D. meo Vbaldo.

7 Placuit responsio hunc casum esse multum diuersum. Nam in illis decisionibus Lucanis agebatur de permutatione, in qua Ecclesia rei traditæ dominium amiserat, & solum actionem ad pretium, vel ad rem habebat, quo casu Ecclesiam læsam fuisse meritò iure fuit resolutum, cum melius sit incumbere rei, quam actioni. Hic vero alienatio facta fuit in Emphyteusim, cum pacto tamen affrancandi, quo casu Ecclesia amittere nunquam poterat dominium Viridarij nisi traditis terris, & licet læsio posset prætendi, ex quo pro eodem redditu affrancatio fuit concessa, tamen cum nõ sit probatum concludenter Viridarium fuisse perpetui redditus vnciarum octo, sed potius contrarium ex testibus tunc temporis examinatis, non potest dici probata læsio, eoque minus, quia terræ erant dandæ præuia æstimatione facienda a communibus amicis pro eodem redditu perpetuo, & fieri potuit, vt iudices diligenter informati reperirent terras dandas quocũque loco non potuisse dari, nisi vtiliores Capitulo, & quæ non ita periculo incursionis Turcarum subiectæ sint, ob nimiam vicinitatem mœnium Vrbis, vt postea docuit experientia, neq; quæ tot expensis ad euitandam aquarum iniuriam indigeant, aut pro illarum cura, & manutentione, prout in simili locatione considerauit Rota Diuers. decisione septuagesima octaua, numero quarto, parte secunda.

8 Et quicquid esset dicendum, vbi essemus in recenti alienatione, tamen in hac ob secutam obseruantiam quinquaginta annorum omnes probationes in contrarium elisæ remanent, vt respondit Rota coram Seraphino dicta decisione 1307. numero sexto, & præsertim, quia affrancatio non fuit facta tot annorum spacio, visa fuit Dominis facultas illa affrancandi præscripta, iuxta magis receptam opinionem. Gabriel. de præscript. conclusione sexta. Rol. consilio vigesimo primo, numero quadragesimo quarto, & quadragesimo quinto, libro secundo. Decian. resp. decimo, numero quinquagesimo secundo, & sequentibus libro primo, & resp. decimo tertio, numero quadragesimo quinto, libro tertio. Menoch. consilio centesimo quadragesimo tertio, numero decimo septimo, & sequentibus, libro secundo, & consilio ducentesimo primo, numero octuagesimo quinto, libro tertio. Ex his simul iunctis vtraque parte informante bonum ius Capitulum non fouere ad petendam reuocationem alienationis Domini responderunt.

## R. P. D. BVRATTO.

*Veneta Donationis. Lunæ 11. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Per solam accusationem sine citatione non inducitur litis pendentia in causa Criminali ad effectum, vt supersedeatur in ciuili.

### SVMMARIVM.

*Litis pendentia inducitur per monitorium, sicut per citationem nu. 1. & 2.*

*Causa Criminalis, vt faciat supersedere in causa Ciuili, numquid sufficiat sola accusatio. num. 2. & 5. & seqq. omnibus.*

*Monitorij, seu Citationis forma præscripta quo ad exequutionem seruanda est, & non seruata exequutio dicitur nulla. nu. 3.*

*Citatio, seu monitorium personaliter præsentatum, si persona haberi potest, sin minus domi dimissa copia dicitur nulliter exequutum, si Nuncius antequam domi illud*

*lud præsentaret, non fecit diligentiam de personaliter reperiendo. nu. 3.*

*Litis pendentia, seu prauentio non inducitur per citationem, seu monitorium nulliter exequutum: Immo totus processus corruit. nu. 4.*

*Litis pendentia non inducitur per solam oblationem libelli citatione non subsequuta, nu. 5.*

*Criminalis processus non dicitur initiatus per solam inquisitionem nisi fuerit transmissa citatio. n. 5.*

*Præuentio non dicitur inducta per solam inquisitionem nō sequuta citatione, nu. 5. Vbi amplius, quod non sufficit mandatum decitando.*

*Accusatus non dicitur ad effectum, vt non possit reaccusare suum accusatorem, nisi illius nomen sit receptum inter reos. nn. 6.*

*Contumacia sine citatione non inducitur. nu. 6.*

## DECISIO DCLXXXV.

1 POst resolutiones factas 5. Maij. & 27. Iunij, anni præteriti, quod causa criminalis mota contra Antonium de Domo non præiudicaret ciuili per eum intentatæ, adeo vt in ea esset supersedendum, & alias duas 7. Nouembris, & 30. Ianuarij præteriti super iustitia mandati exequutiui ad fauorem dicti Antonij relaxati contra hæreditatem, & iura hæreditaria olim D. Rodulphi Pij, annuæ pecuniariæ præstationis, cum parte dicti Antonij instaretur pro expeditione dicti mandati, & denuo pro filia, & hærede Dom. Rodulphi opponeretur de causa criminali, Anno 1608. contra Dominicum dicti Antonij fratrem, & Authorem coram A. C. per eam mota super prætensa falsitate, & vsu instrumenti donationis dictæ annuæ præstationis per quondam Dominum Rodulphum factæ dicto Dominico, & de sententia condemnatoria in pœnam confessatorum criminum per A. C. Locumtenentem Criminalem lata, fuit interim nomine Procuratoris Fiscalis, & dictæ filiæ Rodulphi pro suo interesse ciuili ei adhærentis proposita Commissio in Signatura Sanctissimi in qua supplicabatur committi A. C. vt constito sibi de dicta causa criminali præuia quatenus opus esset opportuna auocatione causæ, & causarum Ciuilium illas ad suum Iudicem Criminalem remitteret, cum facultatibus inhibendi, & alijs, in forma, & Sanctissimus habitis prius suffragijs viua voce mandauit in Rota videri, An dicta causa criminalis contra Dominicum esset præiudicialis causæ motæ per Antonium eius cessionarium.

2 Et dubio proposito DD. dixerunt, non constare de causa criminali quæ præiudicet ciuili. Ad docendum enim de causa criminali potissimum fundamentum erat in duobus. Primo, in Monitorio habente vim citationis contra dictum Dominicum de dicto anno 1608. per A. C. expedito, & in Ciuitate Venetiarum exequuto, quod regulariter inducit litis pendentiam, sicut citatio gloss. in clement. secunda, in verb. plenè, & ibi Scriben. vt lite pendente, & in sententia condemnatoria, quæ sicuti afficiebat Dominicum, ita & Antonium eius cessionarium, ad vulg. reg. l. exceptiones. ff. de exceptio. Secundò, in dicta accusatione de falso, quæ sola sufficit, vt sit supersedendum in causa ciuili, ad tradita per cumulatos à Farinac. quæstione centesima, capitulo secundo, numero sexagesimo sexto.

3 Neutrum tamen visum fuit obstare. Nam quo ad Monitorium, quod idem est quod citatio. Mandos. tit. de monit. quæstione decima septima, numero quarto, illud habebat formam præscriptam, vt personaliter intimari deberet Dominico in Ciuitate Venetiarum commoranti, quatenus eius persona commodè haberi posset, sin autem facta diligentia per dictam Ciuitatem, in qua habitare solet, & illius loca publica, & eo non reperto per affixionem ad valuas domus eius habitationis, seu Ecclesiæ Parochialis, &c. Et tamen Nuncius solum retulit illud præsentasse domi solitæ habitationis dicti Dominici cum dimissione copiæ intra Ianuam, & parietem eiusdem domus. Et sic fuit nulliter exequutum, cum non fuerit seruata forma præscripta, in l. quarta, §. Prætor ait. numero decimo secundo, ff. de damn. infect. vbi communiter not. Archidiac. in capitulo, de illicita, numero tertio, vigesima quarta, quæstione tertia. Zabarell. consilio decimo, numero decimo tertio, versic. nec hominis. Socin. de citatio. articulo decimo tertio, numero primo, versic. vel si non seruat. Caputaq. decisione centesima decima prima, numero primo, parte prima, & in terminis similis monitorij, Cardin. Seraphin. decisione 972. num. 6. Farin. cons. 89. nu. 3.

4 Et ideo non fuit inducta litis pendentia. cap. gratum. de officio delegati, glos. in clement. secunda, in versic. plenè. in fine, & ibi Cardin. quæstione sexta, vt lite pendente, latè Lancell. de attent. lite pendente, secunda parte, capitulo quarto, in præfatione numero nonagesimo quinto, & sequentibus. Prout etiam nec dici posset inducta præuentio, vt facit text. in capitulo proposuisti. de foro competen. in illis verbis legitimè citatus, & in quinto notab. Tiraquel. de tetract. lignag. §. octauo. glos. secunda, sub numero quarto, cum alijs latè per Farinac. tit. de inquisit. quæstione septima, numero sexagesimo primo. Immo corruit totus processus, Boss. in pract. Crimin. in titulo de citatio. numero decimo tertio. Gramm. consilio Crimin. septuagesimo primo, numero octauo. Clar. de communi in pract. crimin. §. fi. quæstione trigesima prima, in princip. Chartar. de exequut. capto bann. cap. fin. numero centesimo quinquagesimo sexto.

5 Quo vero ad accusationem, seu querelam pariter visum fuit, illam solam sine transmissione citationis non sufficere, nec habere vim controuersiæ motæ, vt in causa ciuili, est text. in l. libertus, la secunda. ff. de in ius vocando. vbi Bart. & Bald. not. de libelli oblatione etiā ad effectum interrumpēdi præscriptionem, Bartol. in l. 1. numero primo, & Bald. numero 2. C. quando

quando lib. Princ. dat. & in causa criminali, quod non dicatur initiatus processus nisi post transmissionem citationis, licet in actis posita fuerit inquisitio. Bald. in d. l. 1. nume. 3. versic. secundo quæro. dicit consultum fuisse in quadam causa relata per Angel. in l. 1. numero 1. & 2. C. de iudic. & in dicta l. libertus. in fin. & determinatum fuisse in dicta causa. Castrens. in dict. l. libertus. vbi etiam expresse dicit, quod Iudex potest eam retrahere, & abolere, & ideo non esse præuentam iurisdictionem per solam positionem inquisitionis in actis, dicit Iacobin. ibidem. numero tertio. & in dicta l. 1. in fin. vbi refert Angel. ibi. & in dicta l. libertus. Quia non est præuentio, sed voluntas præueniendi. Bald. in l. 1. numero 15. versic. quæro. in fin. C. de confess. quem refert, & sequitur Boss. titu. de for. compet. num. 103. Farinac. de inquisitione, d. quæst. 7. numero 57. qui nume. 60. ex communi DD. opinione subdit non sufficere mandatum de citando sine citationis exequutione, quæ est cuiuslibet processus initium. §. fi. Instit. de pœn. tem. litig. Clem. fin. vt lit. pend. Bal. in d. l. 1. C. quando lib. & c. late Lancellot. de attent. in Præfat. a num. 13. ad 24.

6 Neque etiam potest quis dici accusatus ad effectum, vt non possit reaccusare suum accusatorem, nisi illius nomen sit receptum inter Reos, vid. si est præsens per litis contestationem, & si absens per contumaciam. Bald. in l. 1. num. 30. & ibi Salic. num. 15. in fi. C. de ijs, qui accus. non poss. Clar. in pract. crim. §. fin. lib. 5. quæst. 14. num. 13. quem Magistraliter loqui testatur Farinac. tit. de accusat. quæst. 12. num. 23. in fine. Quæ contumacia non potest considerari in non citato. Bald. in l. fin. num. 10. vers. & intelligas. ff. de restit. in integr. Corn. consi. 17. num. 6. lib. 1. Chartar. de exeq. capt. bann. c. fin. nu. 160. vel illegitime citato. glos. in c. de causis. in vers. venire. de offic. deleg. in ca. veniens. in fin. de accusat. Afflict. decis. 366. num. 16. Ias. in Rubr. ff. de in ius vocan. num. 8. & in l. licet. numero 6. C. de procurat. Graminat. decis. 79. num. 10. vers. & sic debet intelligi.

7 Nec contradicunt l. fin. C. de fid. instrum. & authoritates allegatæ per eundem Fariuac. in supra allegata quæst. 100. num. 66. ad ostenden. quod sola accusatio de falso sufficiat ad effectum supersedendi in causa ciuili, quia conclusio procedit, quando post accusationem subsequuta fuit legitima citatio, & nullus ex Doctor. citatis contrarium sentit, & ita fere ad terminos declarat Lancell. in d. præfat. num. 16. & seqq. versic. ad contraria.

8 Nec similiter applicantur doctrinæ Salic. in l. si docueris. nume. 1. C. de fals. Veral. decis. 274. par. 2. & aliorum dicentium, quod sola exceptio falsi tanquam præiudicialis retardat exequutionem instrumenti, quia procedunt in exceptione proposita coram eodem iudice ciuili, in cuius exceptionis propositione nulla requiritur citatio, secus vero quando criminalis accusatio principaliter coram alio iudice proponitur, quia tunc necessaria est citatio ex supradictis.

9 Et eadem ratione tollitur cons. Rimin. 294. lib. 2. quia interrogatorium, quod fit in causa ciuili, an quis velit vti instrumento pro vero, ex quo vult redarguere de falso præsupponit præsentiam partis interrogatæ in iudicio, vel citationem ad respondendum, vt ex tot. tit. de interrog. act. & patet ad sensum. Ex quibus fuit ita resolutum.

## REVER. P. D. ANDREA.

*Senogallien. Prædij. Lunæ 11. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Executio Cameralis obligationis non impeditur per exceptionem non implementi, aut aliam requirentem altiorem indaginem.

### SVMMARIVM.

*Executio Cameralis obligationis retardari non potest. numero 1.*

*Exceptio non adimplementi, quando requirit altiorem indaginem, non impedit executionem Cameralis obligationis. num. 2.*

*Exceptio super qua lis pendet dicitur requirere altiorem indaginem, & non impedit executionem obligationis Cameralis. num. 2.*

*Fructus prædij empti ex promissione emptoris debiti solui debent eo ipso, quod emptor est in possessione rei emptæ, licet res non sit libera, vel non fuerit adimpletum. nu. 3.*

*Emptor retinere non debet rem, & pretium. nu. 4. in fine.*

*Emptor possidens rem emptam, & ex ea fructus percipiens, tenetur ad onera rei, ex qua fructus percipiuntur. nu. 5.*

## DECISIO DCLXXXVI.

1 DVbitaui, an Domini de Fidelibus teneantur ad fructus censuum ab ipsis accollatorum, & pro quo tempore, & Domini indistincte Betuardinum teneri ad solutionem fructuum censuũ, vel creditoribus anterioribus pro eadem quantitate voluerunt. Quantum enim ad fructus ante sententiã Reuerendi Patris Domini Zambeccarij, non erat dubium, quin pro illis ipse teneretur, cum prædium sibi esset traditum, & constaret de ipsius obligatione Camerali ex publico instrumento non vulnerato, cuius exequutio quemadmodum sententiæ, & rei iudicatæ propterea retardari non poterat. Angel. in l. 4. §. condemnatum. numero 4. ff. de re iudicat. Castr. in l. post rem iudicatam. in fin. vbi attestatur de pract. Romanæ Curiæ. ff. eod. Cephal. consil. 439. num. 16. Gabr. consi. 67. num. 8. lib. 1. Menoc. de arbitr. cas. 17. num. 5. Gallesi. ad form. Cam. oblig. par. 1. quæst. 2. nu. 11. & 18. Thessaur. decis. 26. num. 1. Seraph. decis. 736. in princ. & decis. 1437. nume. 1. Rot. decis. 741. nu. 1. par. 1. diuers. & alias sæpe.

2 Nec releuare videbatur exceptio non adimplementi pro parte Bernabei venditoris, tum quia illa ex deductis in alia positione erat valde turbida,& requirebat altiorem indaginem, ita vt illa non possit retardare solutionem vigore huius obligationis Cameralis liquidæ,& claræ. Roman.consilio 76.numero tertio. & sequent.Gallesf.vbi supra.quarta parte. quæstione prima.numero decimo septimo. Canar.de exequu. instr. quæstione 51.Ioan.Paul.decis.65.Seraph. decisione 1107. numero 4. & dictum fuit in Calaguritana, seu Hispalen.pensionis.28. Iunij 1605.coram bonæ memoriæ Penia, & in Romana Census. 23. Februarij 1609.coram Reuerendissimo Bononien.& in Romana exequutionis Laudi, 12.Decembris 1613.coram Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo, & in specie de exceptione, super qua lis pendebat,quæ ideo dicebatur requirere altiorem indaginem, fuit decisum in vna Romana de Anguillaria. 6. Martij 1592.coram Orano.

3 Tum quia fructus cum ex promissione emptoris debeantur solum inspicitur, quod emptor sit in possessione,licet res non sit libera,vel non fuerit adimpletum. Bald.in l. 2.numero 7. Vbi etiam Castr. numero 1.C. de vsur. Alexand.consilio 147.numero 3. libro quinto.cum alijs.per Gabr. de empt.& vendit. conclus.4. numero 9.& latius per Surd.consilio 101.numer.23. & decis.117.num.7. & fuit dictum in vna Beneuentana pecuniariæ. 15. Iunij 1607.coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in terminis accollationis census in vna Asculana pecuniariæ. 11. Decembris 1606.coram R.P. D.meo Decano.

4 Minus quoque dicta solutio retardari poterat ob sequestra exequuta, & molestias illatas emptori super hac possessione ab alijs creditoribus, quia facilis, & expedita videbatur prouisio iuxta conuenta in instrumento,in quo emptor suscepit onus censuum Scutorum 4270. & omne commodum, & incommodum illorum promittens fructus ab illo die in posterũ decurrendos soluere,&c.cum pacto expresso, quod in euentum, in quem insurgerent alij creditores anteriores,qui molestarent dictum emptorem,ipse posset anterioribus satisfacere dictis censibus omissis, & pro illa rata remaneret liberatus a dicto onere. Si enim isti creditores sunt anteriores potest eis satisfieri, & hoc modo emptor erit liberatus aduersus posteriores, si vero sunt posteriores soluendo census accollatos poterit illos repellere ex iuribus sibi cessis, nec interim sub isto prætextu debet retinere rem, & pretium aduersus æquitatem.l. curabit.C. de act. empt. l. Iulianus. §.ex vendito.ff.eod.cum simil.

5 Quo vero ad fructus post sententiam super rescissione huius venditionis quicquid sit an hodie possit exequutiue agi contra emptorem ob assertam vulnerationem,cum dicta sententia esset suspensa per appellationem,non poterat ipse interim se eximere a dicto onere soluendi fructus, ne hoc modo per indirectum habeatur exequutio sententiæ, quæ reperitur suspensa per appellationem. Et licet esset via exequutiua,nõ tamen cessat æquitas scripta,de qua in d.l. curabit. & in dicto §.ex vendito. Quinimo de rigore iuris, cum ipse rem possideat, & fructus percipiat,tenetur ad onera rei,ex qua fructus percipiuntur.l. hactenus. & l. si pendentes.§.si quid cloacarij.ff. de vsufruct.l. neque stipendium.ff.de impens.in reb.dotal.fact.l.quæro.ff. de vsufruct.legat. Card. in Clem. 1. notab.3.de cens. Valesch.de iure emphyt.quæst. 17.num. 1.& seq. Molin.de Hisp.primog.lib.1.c.27.num.8.Pinel.in l. 1. par.nume.72.C.de bon.matern. plene etiam Gaz.de expens.c.11.num.45.& seq. & fuit dictum in Romana restitutionis fructuum.23.Iunij 1603. coram Reuerendissimo Attrebaten. Vbi consequenter fuit facta illatio ad solutionem censuum,& ita conclusum.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Hispalen. Legitimitatis. 11.Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Peregrina est materia huius decisionis, sed mirabili ordine, & eruditione digesta, quando scilicet Papa matrimonium nulliter contractum inter consanguineos in radice dispensasse censeatur,etiam in tertij præiudicium.

### SVMMARIVM.

*Origo status controuersiæ,& historia decisionis recensetur.num. 1.& 2.*

*Dispensationis gratia iustificari debet in substãtialibus, & in his in quibus dispensatio fundata est.num.3.*

*Præsumendum est pro validitate actus,quem quis ex onere sibi iniuncto facere tenetur.num.3.*

*Matrimonium inter consanguineos a Papa dispensatum, quando dispensatum in eius radice censeatur. nu.4. & seqq. & per totam decisionem.*

*Matrimonium inter consanguineos,vt dispensatum dicatur in radice,debet concurrere petitio, voluntas,& desiderium supplicantium,& non voluntas,& intentio Pontificis concedentis,& quando hac duo requisita interuenisse dicantur.num.4.& seqq.& per tot.decisionem.*

*Diuortium præsupponit matrimonium præcedens. nu.5. Vbi etiam quod proprie dicitur diuortium, vbi adest matrimonium.*

*Concessio gratia refertur ad petita, & Principis responsio intelligitur secundum supplicata.num.6.*

*Matrimonium solo consensu contrahitur.num.7.*

*Matrimonium inter consanguineos de iure ciuili permissum est,secus de iure Canonico.num.7.*

*Pontifex matrimonium inter consanguineos de iure positiuo nullum potest dispensando verum, & ualidum reddere,prout ex tunc ac si dispensatio illud præcessisset. numero 8.Vbi etiam quod prolem susceptam ante dispensationẽ põt legitimare,ac si ab initio legitime nata fuisset.*

Papa

*Papa ea, quæ sunt de iure positiuo, potest reuocare, & ex tunc.num.8.*

*Princeps potest facere, vt res facta habeantur pro infectis.num.8.*

*Remanere verbum significat continuationem actus præcedentis cum perseuerantia.num.9.*

*Matrimonium inter consanguineos in radice dispensatū censetur ex solo verbo remanere, posito in dispensatione. num.9.*

*Dictio, sic, est repetitiua omnium qualitatum præcedentium.num.9.*

*Illud relatiuum verbum est repetitiuum antecedentium in eadem oratione immediate.num.10.*

*Verba sunt semper interpretanda, ut superfluitas euitetur.num.11.*

*Matrimonium nulliter contractum inter consanguineos, vbi a Papa est dispensatum in radice, non requiritur nouus consensus, sed sufficit ille primus cum affectu maritali præstitus.num.12.& 13.*

*Papa potest dispensare in radice matrimonij etiam post mortem alterius, ex coniugibus, si tamen dispensatio per parentes in uita petita fuerit. numero 13.*

*Matrimonium inter consanguineos nulliter contractum censetur a Papa dispensatum in radice, quando ipse Papa declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & postea nascituros.num.14.& 15.*

*Exinde dictio refertur ad factum proxime præcedens in oratione positum.num.15.*

*Matrimonium inter consanguineos vbi est dispensatum in radice, operatur etiam in præiudicium tertij ad successionem vocati. numero 16.& 17.& 18. Vbi præsertim quando dispensatio fuit a parentibus petita.*

*Directe quod non licet, quando per consequentiam liceat. num.17.*

*Papa potest dispensare in matrimonio nulliter contracto inter consanguineos etiam in præiudicium tertij. num.19.*

*Indefinita oratio non æquipollet vniuersali in testibus, & probationibus.num.20.*

*Probatio per testes præualet probationi per scripturam. num.20.*

*Veritas præponenda est communi reputationi. numero 20.*

*Pater loquendo non potest filijs præiudicare. numero 21.*

*Concilio derogatum an censeatur propter clausulas derogatorias, non obstantibus derogatorijs, &c. appositis in gratia, & dispensatione.num.24.*

## DECISIO DCLXXXVII.

1 Cum ista causa fuerit per duas instantias acriter in hoc Sacro Tribunali ventilata, & factæ plures decisiones, in quarum prima coram D. meo Vbaldo iudice primæ instantiæ. 11. Maij 1612. fuit dictum, literas dispensationis fel. recordat. Gregorij XIII. obtentas de anno 1573. præsumi iustificatas, quæ decisio fuit confirmata 5. Nouembris eiusdem anni, & illa supposita fuit 4. Februarij 1613. præcipuus articulus istius causæ, nempe an dispensatio fuisset in radice matrimonij discussus, & nemine discrepante pro affirmatiua resolutus, & sic lata sententia pro validitate literarum d. dispensationis, & quod continebant dispensationem in radice matrimonij de facto, & nulliter contracti illud approbando, prout ex tunc declarando D. Annam Ceron legitimam, & naturalem filiam DD. Martini de Ceron, & D. Annæ Emanuel quo ad vtrumque forum, & quo ad capacitatem successionis, etiam in præiudicium tertij. A qua sententia fuit appellatio interposita pro parte D. Don Francisci Duarte, & causa in secunda instantia commissa Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, fuerunt coram ipso pro parte D. Annæ quædam acta de nouo producta, ex quibus iunctis alijs primæ instantiæ fuit petita confirmatio primæ sententiæ, attamen quia concessæ fuerant D. Don Francisco literæ remissoriales ad proban. in partibus, illarumque dilatio pendebat interim non videbatur posse deueniri ad sententiam fuit habitus recursus ad Signaturam Sanctissimi, qui eidem Domino Archiepiscopo commisit, vt arbitrio Rotæ procederet ad secundæ sententiæ prolationem non obstante dilatione remissoriæ pendente, & stantibus nouiter deductis pro parte D. Annæ, & dato dubio, an dictum arbitrium intrauerit fuit resolutum affirmatiue 28. Aprilis 1614. ex rationibus in decisione tunc facta late adductis. Vnde secunda sententia in confirmationem primæ fuit lata a qua denuo pro parte D. Don Francisci fuit prouocatum, & causa in hac tertia instantia mihi commissa, & productis testibus hinc inde vigore remissoriæ in partibus examinatis, & hodie proposito dubio, An dictæ duæ primæ sententiæ venirent confirmandæ. & vtraque parte acerrime informante, & conclusiones in primis decisionibus firmatæ, quia valide pro parte Domini Don Francisci impugnabantur, fuerunt per DD. denuo omni maturitate, & diligentia discussæ, & omnibus hinc inde deductis bene perpensis, & consideratis nemine contradicente fuit resolutum, sententias præfatas fore confirmandas ex iuribus, & rationibus optime in prædictis decisionibus deductis, & exequentibus.

2 Et primo quia licet in prima decisione fuerit dictum prædictas literas dispensationis præsumi iustificatas hodie tamen ex nouiter deductis pro parte D. Annæ visum fuit non solum præsumi, sed clare probari iustificationē dictarum literarum apparet enim de productione dispensationis coram Ordinario Hispalen. ipsumque in mandatis dedisse Rectori S. Magdalenæ, vt dd. literas videret, contentaque in illis adimpleret, & ad denunciationes iux. formam Concil. Trident. procederet, & non reperto alio Canonico impedimēto vltra deducta in dd. literis Apostolicis d. Martinum Ceron, & D. Annam Emanuel in matrimonium in facie Ecclesiæ coniungeret, dum tamen d. Re-

ctori constaret ipsos confessos fuisse sua peccata, & pœnitentiam sibi impositam adimpleuissent. Item & apparet postea Ordinarium eidem Parocho licētiam impartitum fuisse de isto matrimonio celebrando in Hospitale Sancti Gregorij eiusdem Parochiæ Sanctæ Magdalenæ præceden. duabus tantum denunciationibus, vltima tamen post contractum matrimonium facienda. fuit etiam data fides Confessarij eorundem coniugum, qualiter ipsi sua peccata confessi fuerant, & pænitentiam impositam adimpleuerant. 18. Iulij 1573. & sic ante contractum matrimonium, quod fuit 20. Iulij eiusdem anni. Et ne posset dubitari dictum Franciscum de Medina esse Parochum prædictæ Ecclesiæ fuit producta licentia Ordinarij eidem Francisco concessa exercendi curam animarum, ministrandique Sacramenta in dictæ Ecclesiæ S. Magdalenæ. 21. Ianuarij dicti anni 1573. Ex quibus per legitima documenta apparuit de dicto matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, & de exhibitione dd. literarum Apostolicarum coram Ordinario, & circa illarum exequutionem de obseruatione dispositionis Sacri Concil. Trid. sess. 22. cap. 5. de reformat. Vnde iam amplius non potest dici, literas præfatas præsumi tantum iustificatas, verum intrepide firmatur hodie clare, & plene illarum iustificationem probari.

3 Ex quibus resultat responsio ad motiuum hodie in contrarium excitatum contra dictam iustificationem uempe, quod narratiua, quod Martinus Ceron, & D. Anna Emanuel contraxissent ab initio matrimonium clandestine per verba de præsenti non appareat iustificata, cum tamen sit quid substantiale, & fundamentum dispensationis in radice, & in qua D. Anna Ceron fundat suam intentionem, vnde necessario erat ab ipsa iustificandum. Put. decis. 266. libro 3. Rot. diuers. 268. nume. 4. par. 1. Respondebatur enim quod cum Concil. Trid. in d. c. 5. circa iustificationem similium literarum dispensationis gratiose concessæ iniunxerit tantummodo Ordinario, quod summarie, & extraiudicialiter se informet, & constet ex superius adductis exhibitas sibi fuisse istas literas Gregorij XIII. & ipsum illas Parocho exequēdas dedisse, quin & Parochum in vim d. mandati Ordinarij, & dictarū literarum ad matrimonij contractum in facie Ecclesiæ deuenisse necessario est dicendum de illarum iustificatione quo ad istud caput, & reliqua necessaria Ordinario constitisse saltem extraiudicialiter, prout Cōcil. Trid. exposcit, sicque præsumendum esse, cum sit actus spectans ad onus sibi iniunctum. Innoc. in c. innotuit. nu. 4. vers. de solennitatibus autem. de eo qui furt. ordin. suscep. Ferret. cons. 362. n. 5. li. 2. & tenuit Rot. in supra relata prima decisione, 11. Maij 1612.

4 Quo vero ad conclusionem principalem firmatam in d. decisione 4. Februarij 1613. nempe dispensationem istam fuisse in radice, quam Informantes pro D. Don Francisco hodie enixe curarunt subuertere, & persuadere contrarium, nempe non fuisse in radice, quasi non fuisset concessa super primo matrimonio de facto contracto, sed super secundo in facie Ecclesiæ, & iux. Trid. contrahendo, ad quem effectum contrahentes tāquam inter se consanguinei in gradibus prohibitis egebant dispensatione Apostolica. Nihilominus prædicta decisio, & conclusio in illa firmata DD. placuit, illamque ex pluribus comprobarunt. Primo, quia ex literarum serie apparet, supplicantes potissime petijsse a Sanctiss. istam dispensationem in radice, & Pontificem eandem illis concessisse, ita quod hābemus petitionem, voluntatem, & desiderium supplicantium, & voluntatem, & intentionem Pontificis cōcedentis, & vtramque versari circa istam dispensationem in radice.

5 Quo ad volūtatem, petitionem, & desiderium supplicantium ex illorum narratiua clare desumitur, qua tenus narrant, quod partes ipsorum desiderantes, qđ ipsi matrimonium contraherent, sperantes dispensationem super dd. impedimentis a Sede Apostolica obtinere, tractarunt de d. matrimonio inter supplicātes contrahendo, quibus tractatibus præcedentibus supplicantes spōsalia inter se per verba de futuro, seu matrimonium per verba de præsenti clandestine contraxerunt, & se carnaliter cognouerunt. Cum autē in sic per ipsos contracto prælumpto matrimonio remanere non possent, stantibus impedimentis prædictis, absque Sedis Apostolicæ dispensatione, quæ verba satis notant matrimonium de facto contractum, & quod supplicantes in illo remanere volebant, sed non posse absque Apostolica dispensatione, & prosequuntur, & si diuortium fieret inter ipsos, grauia exinde scandala inter suos parentes, & consanguineos, seu affines oriri possent, quæ verba bene comprobant, quod supplicātes volebant, & petebant dispensationem ad permanendum in d. matrimonio nulliter contracto, cum fugiant diuortium fieri inter ipsos propter scādala, quæ exinde subsequerentur, diuortium enim faciendū supponit matrimonium præcedens, ad tex. in l. inter stuprum. 101. §. diuortium. ibi diuortium inter virum, & vxorem fieri dicitur. & l. inter diuortium. 191. ff. de verb. sign. Alber. in suo dictio. in liter. D, versic. diuortium proprie dicitur, vbi est matrimoniū, &c. & DD. in rub. de diuortijs in decretalib. vnde qui diuortium vitare cupit, clare desiderat in matrimonio præcedente perseuerare, idemque continet supplicatio subsequens ibi, propterea nobis humiliter supplicari fecistis, vt vobis in præmissis de opportunæ absolutionis beneficio, & dispensationis gratia prouidere dignaremur, ponderando verbum in præmissis, quod refertur ad prius narrata, & sic ad dispensationem super perseuerantia in matrimonio nulliter cōtracto, & quod diuortium non permitteretur fieri, ne scādala orirentur.

6 De voluntate autem, & intentione Summi Pontificis, & quod voluerit supplicationi prædictæ annuere, & sic super dicto matrimonio nulliter contracto in illius radice dispensare, & illud approbare, & supplicantes de permanendo in illo facultatem concedere satis ex eisdem literis Apostolicis desumitur, cum post supradictam narratiuam, & supplicationem Pontifex dicat: Nos igitur huiusmodi supplicationibus incli-

inclinati, &c. quæ denotant intentionem Pontificis annuendi dictis supplicationibus, & ad illas se referentis. Concessio enim refertur ad petita.cap.inter.in fine.de fide instrumentorum. l.si defensor. §. 1. ff. de interrog.action.vbi quod Principis responsio intelligitur secundum supplicationem petentis.ad idem est text. in §.prætetea. Institut.de inutil.stipulat. Alexand.consilio septuagesimo quinto. numero duodecimo.libro quinto. Paris. consilio tertio. numero quinquagesimo sexto. libro quarto. Menochius consilio trigesimo tertio.numero decimo quarto. Surdus consilio quadragesimo nono.numero vigesimo quarto.& consilio trecentesimo quinquagesimo septimo. numero trigesimo quarto. & prosequitur Pontifex in hæc verba, vobiscum, quod impedimentis consanguinitatis non obstan. in vestro sic contracto matrimonio remanere, seu illud inter eos publice seruata forma Concil. Trident. denuo contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solennizare, & in eo postmodum similiter remanere libere, & licite valeatis authoritate Apostolica tenore præsentium dispensamus. Distantiam vero secundi respectu tertij, & quarti, & quinti graduum prædictorum vobis non obstare declaramus. Prolem susceptam (si qua sit) & suscipiendam exinde legitimam decernendo, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus. Quibus verbis Pontifex duo potissima concessit, alterum approbationem matrimonij de facto contracti, & dispēsationem in illius radice. Alterum vero, prolem ex illo matrimonio susceptam, prout ex tunc legitimam decreuit.

7 Quo ad primum cum in sic contracto matrimonio supplicantes remanere concesserit, satis illud approbasse videtur. Cum alias nullatenus coniuges tali peccato cohabitationis implicatos permitteret, ad text. in capit. quod nobis. qui filij sint legitimi. Nec fas est de Summo Pontifice dicere, quidquam tale promisisse sine prædicti matrimonij approbatione vlterius, quia nullitas dicti matrimonij de facto contracti procedebat ab impedimentis consanguinitatis inductis a iure positiuo, nempe text. in capit. non debet. de consanguinitat. & affinitat. cuius prohibitione cessante, & dato affectu matiali expresso verbis inducentibus consensum ad matrimonium illud resultabat validum, cum solo consensu matrimonium contrahatur. capit. cum locum. capit. cum apud. capit. tuæ. de sponsal. capit. sufficiat. 27. quæstione 2. & cum de iure ciuili tale matrimonium inter consanguineos sit permissum.l.3.ff. de titu nup.l. secunda. C. de institut.& substitut.l. celebrandis. C. de nuptijs. §. duor. Institut. eodem titulo.

8 Vnde Pontifex, qui potest tollere impedimentum a iure positiuo procedens, potest etiam illo sublato dispensare in radice illius, & relinquere matrimonium in terminis priorum consensuum, & sic verum, & validum, prout ex tunc, ac si dispensatio illud præcessisset, idem Ancharanus consilio 409. numero quinto. iuxta Ioann. Andr. in capit. per venerabilem. numero trigesimo. Abbas numero vigesimo secundo. Cardin. numero nono. Ancharanus numero vigesimo primo.& sequent. Alexand. de Neuo numero decimo octauo. qui filij sint legitimi. & ex eodem tempore potest prolem susceptam legitimare quasi ab initio legitime nata fuisset, & ad ius ciuile reducere primæuum ius naturæ quo omnes legitimi nascebantur, vt in authent. quibus mod.natur.effic. legit.post princip. Couarruu. in 4. secunda parte.capit.8.§.octauo. numero decimo tertio. Molin.de primogenit. Hispan. libro tertio.capit.secundo.numero duodecimo. Anton. de Rosell. de legitimat. libro secundo. in principio. numero decimo nono. & vigesimo. Mart.Laud.eodem tractat. numero octuagesimo quinto. & nonagesimo secundo. Guglielm. Benedict.in cap. Raynutius verb. & Vxorem nomine Adelasiam.in præludijs, numero ducentesimo secundo,& sequent. Natar.consilio primo.& secundo. numero duodecimo. & per totum. libro quarto.titul. qui filij sint legitimi. Eugen.consilio quinquagesimo tertio.numero quinquagesimo secundo.& sequent. Maiol.de irregular.libro primo. capit. quarto. numero vigesimo. Cels. Vgo consilio trigesimo primo.numero septimo.& decimo. Peregr.de fideicommiss. articul. vigesimo quarto. numero octuagesimo. Henriquez de matrimon.libro vndecimo. capit.vigesimo. numero secundo. Ludouicus Lopez secunda par. Instructor.capit. vltim. conclusione tertia. & sic sublato per Pontificem dicto impedimento, intrat prædicti matrimonij approbatio, prout ex tunc, & ac si ab initio validum fuisset, intratque illius dispensatio in radice ex communi deducta ex Doctoribus superius citatis, qui pro hac parte ponderant glossam in verb.pro infectis, iuncto text.in Clement. prima.de immunitat. Eccles. quæ gloss. dicit in hæc verba per hoc puto, quod excommunicatus ex viribus illius Constitutionis absolutione non egeat, & prosequitur dicens, & vide quanta est Papalis potestas circa ea, quæ simpliciter sunt de iure positiuo, quia reuocat illa, vt ex tunc, quam gloss. sequuntur ibi Cardin. numero sexto.oppositione prima. Anch uan. numero quatto. Imol.numero sexto. Tiraquell.de iur. constit. secunda pat. limitatione septima. numero quadragesimo septimo. ibi ex quo poteris notare posse Principem facere, vt res factæ habeantur pro infectis, etiam quo ad effectus præteritos, & est bonus tex.in l.qui in prouincia.§. 1.ff. de ritu nuptiarum ibi confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quæsitorum, quod ante annos 40. contractum est perinde, ac si legitime concepti fuissent, & tex. in c.quia circa. de consang.& affinit. Quod autem dicta impedimenta iuris positiui Papa in suis literis remouere voluerit, bene denotant verba ibi, distantiam vero secundi respectu tertij, & quatti, & quinti graduum prædictorū vobis non obstare declaramus.

9 Quæ confirmantur ex illis verbis in vestro sic contracto matrimonio remanere valeatis, ponderando verbum, remanere, significans continuationem actus præcedentis cum perseuerantia. l. sed si manente. ff.

de precar. l. in amissionem. ff. de capit. diminut. quia & ex hoc solo verbo, remanere, tenent Doctor. induci dispensationem in radice, vt tradit Anton. de Rosell. vbi supra. dicto libro secundo. numero decimo nono. Cels. Vgo Conf. 31. numero sexto. & septimo. Molin. loco supra citato. Boerius decisione 264. numero vigesimo sexto. & sequent. Rota diuers. 207. parte prima. Peregr. dict. articul. vigesimo quarto. numero septuagesimo nono. & pro hac sententia est text. in cap. quia circa. de consanguinit. & affinitat. ibi, vt remaneant in copula sic contracta. Ad idem ponderantur illa verba, in vestro, iuncta dictione, sic contracto, quæ dictio, sic, est repetitiua omnium qualitatum præcedentium. cap. veniens. in fin. de iureiurand. Menochius consilio 232. numero vigesimo primo. quin, & ista dictio, sic, est idem, quod sicut. Authent de nupt. §. si vero solum. iuncta gloss. verb. sic, Vnde idem est, ac si dixisset in vestro matrimonio sicut est contractum remanere valeatis, & hac eadem dictione, sic, vsus fuit Pontifex ad concedendam dispensationem in radice in dicto c. quia circa. ibi, vt remaneant in copula sic contracta. Vnde apparet Pontificem concessisse facultatem remanendi in prius sic contracto matrimonio de facto, & per consequens illud approbasse, & in illius radice dispensasse.

10 Quibus non obstant subsequentia verba continuatiue a Pontifice prolata ibi, seu illud inter vos publice seruata forma Concilij Tridentini de nouo contrahere illud in facie Ecclesiæ solennizare, &c. ex quibus ex aduerso prætenditur Pontificem dispensasse non in primo de facto contracto, sed in secundo postea in facie Ecclesiæ contrahendo, prout supplicantes post dispensationem illud de nouo contraxerunt, quod non fecissent, si dispensatio fuisset in radice matrimonij prius contracti de facto. Respondetur enim primo, quod Pontifex in prima parte istius concessionis non dixit in contrahendo, sed in contracto remanere valeatis, Tum etiam, quia ista concessio Pontificis non est, quod possent nouum matrimonium in facie Ecclesiæ contrahere, sed potius, quod possent in primo remanere, aut illud met de nouo publice, & in facie Ecclesiæ solennizare pro euitando scandalo, quod posset oriri inter ignorantes primum matrimonium de facto contractum fuisse, & videntes publice in simul supplicantes cohabitare, & hoc denotat relatiuum illud, inter Vos publice, &c. iuncto alio relatiuo sequenti, ibi, & in eo postmodum remanere, quæ relatiua illud, & in eo sunt repetitiua primi matrimonij in eadem oratione immediate ante a Pontifice relati ad text. in l. pluribus. in princip. de verborum obligation. & ibi Doctores. Bartol. in l. si quis seruum. §. final. numero quinto. de leg. 2. & bene Ruin. consilio centesimo primo. numero nono. versic. quia autem filij. libro secundo. Cephal. consilio 269. numero 28. libro 2. Gabriel. consil. 127. num. 5. lib. 2. Peregr. vbi supra art. 16. num. 25.

11 Quæ confirmantur ex facultate supplicantibus concessa remanendi in isto de nouo in facie Ecclesiæ solennizando, nam cum in matrimonio contracto inter consanguineos mediante dispensatione Apostolica liberum sit perseuerare, & cohabitare quin, & ad hoc ratione matrimonij tales coniuges omni iure teneantur, superflua erat facultas remanendi in tali matrimonio, vt autem illa euitetur, iuxta text. in l. si quando. de legat. primo. cap. si Papa. de priuileg. in 6. Cephalus consilio centesimo quadragesimo nono. numero tertio. libro secundo. Gabriel. consilio centesimo octauo. numero vigesimo quarto. & trigesimo quarto. libro secundo. dicendum est, Pontificem in prædictis verbis intellexisse de primo matrimonio nulliter contracto, quod illud possent de nouo solennizare in facie Ecclesiæ, & in illo remanere. Primum namque, vt in narratiua dicitur, fuit clandestine contractum, vnde Pontifex voluit illud met clandestine factum, & sine solennitatibus postea de nouo posse solennizare publice, & in facie Ecclesiæ, vt scandala euitarentur. Ad idem ponderatur, Pontificem non dixisse, seu nouum matrimonium contrahere, sed potius dixisse, illud de nouo contrahere, si nouitas non cadat super nouo matrimonio contrahendo, sed super de nouo illud prius factum contrahendo, & solennizando, & non quia stante approbatione Apostolica primi matrimonij de facto contracti, & illius dispensatione in radice esset opus de nouo illud publice, & in facie Ecclesiæ solennizare, sed ad hoc, vt scandala, vt supra dixi, euitarentur.

12 Quibus non obstant Couar. super 4. 2. par. cap. 8. §. 8. numero decimo tertio. quem sequitur Sanchez de matrimonio. libro octauo. disputatione septima. numero vigesimo quinto. qui videntur tenere, quod tunc intelligatur remanere in matrimonio prius contracto de facto, quando nouus consensus, vel tacitus resultans ex cohabitatione, vel expressus resultans ex solennizatione in facie Ecclesiæ accesserit, & quod ab isto consensu de nouo præstito assumat vires istud matrimonium. Attamen si inspiciantur DD. adducti per Couarr. pro hac opinione dict. numero 12. nempe Bart. Bald Alberic. & Guglielm. omnes isti loquuntur, quando duo consanguinei in gradu prohibito sine dispensatione contraxerunt, & prolem susceperũt, & postea obtinuerunt dispensationem simpliciter ad contrahendum, quæ dispensatio cum non dicatur in radice, dicend. est prædictos DD. non loqui in casu nostro, & Boer. & Anton. Rosell. etiam adducti a Couarr. totum contrarium asserunt. Vnde contraria sententia videtur tenenda, quod immo in præsenti casu ad validitatem primi matrimonij contracti de facto stante dispensatione in radice non requiratur nouus consensus, sed sufficiat ille primus cum affectu maritali præstitus, ex quo solo cessante prohibitione iuris positiui matrimonium verum, & validum inducitur, vt supra diximus per text. in cap. cum locum, & in cap. cum apud, & cap. tuæ. de sponsal. not. Ancharan. conf. 409. nu. 5. & probatur in gl. in verb. de cetero. in d. c. non debet. communiter recepta, teste Abb. ibidem. numero fin. post Ioan. Andr. & Anchar. vbi supra,

supra,& Boer.d.264.nume.26.& Peregr.d.artic.24. num.79.

13 Quæ comprobantur, quia si in casu nostro opus esset nouo consensu ad validitatem primi matrimonij contracti de facto illud validaretur ex nouo consensu, non vero ex primo, & sic non daretur dispensatio in radice, nec quod Pontifex posset in illa dispensare, quod stantibus supradictis, & communi omnium sententia nefas est dicere, nullitas enim istius primi matrimonij procedens ex prohibitione canonica, non operatur mutationem animi voluntatis, & mutui consensus ab initio per contrahentes præstiti, sed influit in actum nempe matrimonium producendum a tali consensu illud impediendo, ne producatur, vnde dicta prohibitione semota de medio remanet ille primus consensus quo ad sui essentiam integer, & habilis ad talem productionem, taliter quod accedente dispensatione in radice resultat matrimonium in vim illius primi consensus validum ex tunc, non vero ex alio consensu de nouo præstando. Quæ confirmantur ex communi Scribentium sententia, & Auchar. in dicto consil.409.& Put.decis.483.num.3.lib.2. & Rota d.decis.207.par. 1. quod Papa potest dispensare in radice matrimonij, etiam post mortem alterius ex coniugibus, si tamen dispensatio per parentes in vità fuerit petita. Ergo bene infertur, quod ex solo primo consensu tale matrimonium remanet validum, cum post mortem alterius ex coniugibus non valeat nouus consensus adhiberi.

14 Eadem conclusio, quod ista dispensatio fuerit in radice, probatur ex eisdem literis Apostolicis, ibi Prolem susceptam si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo, &c. vbi Pontifex declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & postea nascituros, quod non fit nisi dispensando in radice, iuxta tex. in dicto c. per venerabilem. ab ibi Doctor. quorum multi affirmant, quod ex sola ista clausula censeatur dispensatio in radice, Vgo de Celso in dicto cons.31. numero sexto. Nauar. dicto consilio 1. Cephal. consilio 307. a num.52. vsque ad 63.& præcipue. numero 55. Molin. qui de communi, dicto cap.2. numero duodecimo. versic. atque quando Roman. Pontifex. Rosell. vbi supra, libro secundo. in princip. numer.19. versicul. alio, & quamuis. Couarr. & Sanchez aliquo modo se opponant supradictis, verum tamen est, illos etiam affirmare, quod si legitimatio filiorum fiat ratione matrimonij dispensati tunc iudicabitur dispensatio in radice, sic Couar. vbi supra, dicto §.8. nume.13. ad fin. ibi cum ratione matrimonij facta non fuerit, & Sanchez dicta disput.7. nume.21. ibi, quia non facta est in ratione matrimonij præcedentis.& in num. 29. ibi, secus tamen esset, vbi nulla matrimonij irriti dispensatio permitteretur, &c. itaque omnes concordãt, quod si fit legitimatio prolis susceptæ, facta prius mentione matrimonij de facto in ordine ad dispensationem super illo, quod inducatur dispensatio in radice, & hic est noster casus.

15 Quod clarius desumitur ex eadem clausula, ibi exinde legitimam decernendo, ponderando dictionem, exinde, quæ refertur ad factum Pontificis proxime præcedens, vt in c. 1. ad finem. de testib. libro 6.& in l. Fiscus. ff. de iur. fisc. Bartol. in l. non dubium. numero 23. C. de legib. & ibi Bald. numero secundo. nempe ad dispensationem præcedentem de remanendo in vestro sic contracto matrimonio, & sic exinde nempe ex dicta dispensatione proxime præcedenti decernit Pontifex prolem susceptam legitimam, & in idem incidit, si dictio, exinde, referatur ad primum principium istius facti, nempe ad primum consensum clandestine præstitum per supplicantes, quasi voluerit Põtifex, quod exinde, id est a dicto tempore primi consensus proles suscepta legitima censeretur, prout in tex. in §. ab hostibus. vers. si vero, ibi decesserit, exinde ex quo captus fuit pater, filius sui iuris esse videtur. inst. quib. mod. Ius patr. pot. sol. Brison. de verb. signific. lib.5. verb. exinde. fol.202.

16 Quæ dispensatio in radice est tantæ potentiæ, vt operetur etiam in præiudicium tertij alias vocati ad successionem, prout fuit firmatum in dicta decisione 4. Februarij 1613. ea ratione, quia istud præiudicium venit consequutiue, quod non attenditur sublato impedimento inter contrahentes per dispensationem. Ruin. consilio 189. numero 16. libro secundo. Aucharan. dicto consilio 409. numero 5. versic. canonica igitur constitutio, cum alijs in dicta decisione congestis, vltra quos hanc sententiam tenent etiam Boer. dicta decis.264. num.33.& Molin. dicto libro 3. cap.2. numero 10.& seq.& Peregr. dicto artic.24. num. fin. Ludouic. Lopez in 2. parte instructor. ca. fin. §. de dispensatione petenda. versic. præterea notandum est, quod legitimatio.

17 Quæ confirmantur ex Bart. in l. 1. numero 1. ff. de auctor. tutor. dicenti, quod quando aliquid per se separatim ab alio est prohibitum, sed illud necessario sequitur ad positionem alterius permissi, quod non licet directo, licet per consequentiam, vt in eadem l. 1. & in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. l. si is qui duos. in fin. ff. de liberat. legat. l. non solum. de in integr. restit. & Bartol. sequuntur Paul. de Castr. in l. quoties. numero 9.& ibi Iason. post Cyn. & Salicet. numero 10. C. de iudic. Vincent. Caroc. in cap. cum quid. par. 1. limitat. 6. num. 3.& seq. de reg. iur. in 6.& sic plenissima potestas Pontificis super matrimonio in radice dispẽsando extenditur etiam ad effectus exinde consequutiue resultantes, & etiam quo ad præiudicium tertij alias successuri, & nimirum cum ex dicta dispensatione in radice matrimonium de facto reponatur in tali statu validitatis in quo fuisset, si illud legitima dispensatio præcessisset, & ad eundem statum reducitur proles ex illo suscepta. Vnde prout si talis proles esset procreata ex vero & legitimo matrimonio præcedente legitima dispensatione, succederet patri, nec illius successio diceretur in præiudicium tertij cum ille tertius non esset vocatus ad successionem, nisi in casu deficientiæ prolis legitimæ, vnde illa existente verum esset dicere nulli præiudicium ex successione similis pro-

his inferri, ergo eodem modo est dicendum de filio nato ex matrimonio contracto de facto, superueniente super illo, dispensatione in radice, quæ matrimonium reddit validum ex tunc, & filios ex illo susceptos legitimos ex eodem tempore, & ab initio suæ conceptionis, vt superius late probauimus, quin & tali casu non potest dici præiudicium alicui tertio illatum, cum nunquam huic tertio ius succedendi competierit stante tali prole ab initio suæ conceptionis legitima per dispensationem in radice, & quamuis dum ista dispensatio non obtinebatur, haberet ille tertius aliquam spem succedendi, illa euanuit per dispensationem in radice subsequutam ex superius adductis.

18 Quod eo magis procedit in nostro casu, cum Patres Dominæ Annæ de Ceron, dum viuerent, dispensationem istam petierint, & obtinuerint, quo casu verum est talem dispensationem in radice prolisque susceptæ legitimationem valere in præiudicium tertij, teste Put. dicta decisione 483. numero secundo. libro secundo. Peregrin. dicto articul. 24. numero 83. Sanchez dicta disput. 7. numc. 6. versic. sed dic dupliciter ex doctrina Bart. in l. Gallus. §. & quod si tantum. numero 14. in princ. & in versi. respondeo quandoque. ff. de lib. & posthum.

19 Quibus non obstat, quod Princeps sæcularis habens plenam potestatem legitimandi in terris suæ ditioni subiectis non possit tamen illud facere in præiudicium tertij habentis ius ad succedendum in aliqua primogenitura, quantumcumque talis legitimatio operetur quo ad alios effectus. Respondetur enim militare diuersam rationem in Summo Pontifice, qui habet potestatem disponendi super matrimonio, & qui præcipue illud legitimat, & approbat, & super illo de facto contracto in radice dispensat, ex quo sequitur proles ex tali matrimonio suscepta legitima ab initio, & ex his in necessariam consequentiam venit effectus talis dispensationis, etiam in præiudicium tertij, quæ potestas dispensandi super matrimonio, cum deficiat in Principe sæculari, nimirum si illius legitimatio non operetur in præiudicium tertij. Et ex supradictis fuit responsum ad obiectum, quod D. Anna Ceron fuisset nata de anno 1568. & ante dispensationem, quæ fuit obtenta de anno 1573. nam cum dispensatio fuerit in radice, prout ex tunc, & legitimatio prolis susceptæ ex eodem tempore sequitur obiectum non obesse.

20 Minus obstare videbantur testes super communi reputatione illegitimitatis D. Annæ deponêtes, quia, cum non testentur de tempore, debent intelligi de tépore ante dispensationem in radice obtentam, maxime cum licet loquantur indefinite talis locutio in testibus, & probationibus non æquipollet vniuersali. Cum debeant per necesse concludere. Felin. in capit. auditis. num. 24. de præscript. Cæsar. de Graff. decisione 13. num. 13. de test. Vltra quod veritas resultat ex ipsa dispensatione in radice effectum sortita, quæ probatior pet scripturas præualet probationi per testes. Bald. consil. 109. in princip. libro 4. Aymon. consilio 54. num. 15. Seraph. decis. 339. num. 7. Et potest esse, quod isti testes ignorauerint dispensationem in radice, vnde nihil concludere videntur, & veritas debet anteponi reputationi, & illa cedere veritati. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. vlt. num. 4. per tex. in c. cum Bertoldus. §. licet. de re indic. c. consuetudo, & c. veritate. 8. o. distinct.

21 Minus faciunt testes de auditu à Martino Patre D. Annę, quod ipsa tanquam illegitima non poterat in suo maioricatu succedere, quia respondetur eundem Martinum in suo vltimo testamento Dominam Annam suam filiam legitimam, & naturalem vocasse, & tanquam talem ad successionem sui maioricatus illam inuitasse, & videtur magis standum factis, quam verbis. Vltra quod nec pater poterat sic loquendo filiæ præiudicare. Bald. in l. filium. in prima lectura. numero 15. ff. de his qui sunt sui, vel alien iur. Abbas in c. transmissæ. num 4. & 10. in fin. qui fil. sint legitim.

22 Nec etiam facit, quod huiusmodi dispensatio fuisset eisdem Oratoribus denegata per Sanct. memoriæ Pium V. vt testes remissoriales declarant, vnde prætéditur, quod hoc fuisset narrandum Gregorio XIII. in ista dispensatione obtenta. Negatur enim opus fuisse mentionem facere de tali denegatione, cum Pius Quintus moueri potuerit ad denegandum ex aliqua causa, quæ non placuit successori, quinimo illi placuerint aliæ rationes, puta ad euitanda scandala, & ne Domina Anna Emanuel perpetuo innupta, & diffamata remaneret, vt in gratia dicitur, vltra quod, & aliæ causæ animum Gregorij XIII. mouere potuerunt, quæ semper in supremo Principe præsumuntur.

23 Tandem ad obiectum, quod istud matrimonium de facto contractum cum copula fuerit post Concil. Trident. quod fuit publicatum de anno 1564. & Martinus Ceron vnus ex coniugibus fuit natus de anno 1551. vt ex fide baptismi producta apparet, & sic de tempore publicati Concilij Martinus esset in ætate inhabili ad copulam, vnde pro Domino Don Francisco dicebatur hanc qualitatem temporis celebrationis istius matrimonij clandestini non fuisse narratam Pontifici qui difficilior redderetur ad dispensandum. Tum quia matrimonia clandestina prohibentur in eodem Concil. in c. 1. sess. 24. de reformat. Tum quia stante impedimento consanguinitatis in secundo gradu subsequuta copula idem Concil. d. sess. 24. c. 5 disponit non concedendas esse dispensationes, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, & ex his istam dispensationem fuisse subreptitiam.

24 Fuit responsum non fuisse necessariam expressionem prædictæ qualitatis temporis, cum ex narratis de facili Pontifex illud scire potuisset, maxime quia stante clausula derogatoria non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &c. videtur satis Concilio derogatum, propter decretum eiusdem Concilij sess. 25. ca. 21. quod in omnibus in Concilio contentis voluit saluam semper esse authoritatem Se-

dis

dis Apostolicæ,iux.not.in c.at si Clerici.§.de adulterio,vbi Felin.num.2.de iudic. Iacobac.de Concil.libro 5.art.18.vers.istud tamen posset limitari.fol.315. & tenuit Rota in vna Sancti Angeli Pensionis. 16. Decembris 1594. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio,tunc Rotæ Auditore,& in alia Segobien. Tertiæ partis fructuum. 25. Maij 1612. coram me, quicquid secus dicendum esset, & conciliari dispositioni expresse derogandum regulariter esse non stante prædicta reseruatione ab beneplacitum Sedis Apostolicæ facta,iuxta Iacobac.vbi supra,& Oldrad.consil.326.num.1.vers.præsumi non potest.& tenuit Rota in vna Granaten.quartæ funeralis. 21.Maij 1610. coram R.P.D. meo Caualerio, tum etiam, quia nec dicta copula etiam subsequuta post Concilium difficiliorem reddidisset Pontificem ad dispensandū quin faciliorem,ne mulier nobilis perpetuo innupta, & diffamata remaneret, vt in eadem gratia dicitur, & tunc redditur Pontifex difficilior,quando constat copulam interueniſſe ad facilius impetrandam dispensatione̅, & sic procedit text.Concil.in d.c.5. sess.24. de reformat.vt notat Nauar conf.8.num.5.lib.4.sub titu. de consanguinit.& affinit.tom.2.nouæ impress. Guttierez canonic.quæst.lib.2.c.15.num.135.quod autem ad hunc effectum copula interuenerit in nostro casu nullibi constat.

## R. P. D. ANDREA.

*Romana Dotis.Luna* 11.*Maij* 1615.

## ARGVMENTVM.

De testibus plura notanda, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

*Testis vnius defectus suppletur integritate alterius. numero* 2.

*Testis mediator non est omni exceptione maior, etiam ad probandam promissionem dotis.num.*2.

*Soluens partem debiti cēsetur approbare totum debitum. num.*3.

*Dos intelligitur promissa ne dum verbis expressis, sed etiam ambiguis.num.*4.

*Assecurare verbum idem est,quod promittere, & se obligare.num.*4.

*Testes contrarij in tempore reducendi sunt ad cōcordiam quantumfieri potest,etiam ad effectum probandi. nu.*5.

*Testes non dicuntur contrarij,sed contestes,si vnus deponit pracise de vno loco, & tempore, alter vero dubitatiue.num.*6.

*Testis in vno iudicio examinatus ad vnum finem non probat in alio ad diuersum finem. num.*7.

## DECISIO DCLXXXVIII.

1 Dubitaui,an Dominus Moranzanus teneretur ad soluendum Hippolyto Scuta 500. de proprio,& 20.Martij præteriti resolutio fuit dilata.Cum autem die 3. Aprilis inter Dominos non liqueret,hodie fuit capta resolutio, Dominum Moranzanum teneri. Fundamentum fuit,quia per duos testes contestes, scilicet Horatium Maglionum I.V.D. & familiarem Sanctissimi ab Hippolyto, & Darium de la Penna,ab eodem Morāzano inductos, vna cum alijs adminiculis,satis sufficienter fuerat probata promissio dotis Scut. 1500.facta per Moranzanum,videlicet Scut.mille in tot locis mōtium,& aliorum Scut. 500.quæ Moranzanus promisit soluere de proprio.

2 Nec obstat, quod Horatius primus testis esset mediator,ac propterea non idoneus,nec omni exceptione maior,etiam ad probandum dictam promissionem dotis,vt contra Ruin.consil.34.num.5.lib.4. Menoch. consil.92.num.87.Beninten.decis 61.num.3. versicu. sed in promissione dotis. tenet Dominus Farinac. de test.quæst.60.illatione 16.limitatione 17.num.447. & quod hæc negatiua opinio est verior,& magis communis tradit Ioseph. Ludouic.decis.Perus.95.numero 32. Quia cum eius dicto concurrit depositio Darij de la Penna a Moranzano approbati, quo casu defectus vnius testis suppletur integritate alterius, vt declarat idem Ioseph.Ludouic.vbi sup.numer.35.cum duobus seqq.& pro regula firmat Gabr. de test.conclus.5.num.1.

3 Et tanto magis, quia dicti testes adminiculantur ex depositione Francisci Catalani,qui deponit de auditu,& confessione eiusdem Moranzani,& in executionem istius promissionis fuerunt ab eodem Moranzano soluta Scuta 92.& in tot iocalibus expensa alia Scuta 210. vt constat ex duabus apochis ab ipso scriptis, & subscriptis, & ex depositione eorumdem testium, ex quibus satis videtur comprobari veritas huius promissionis Scut. 500. cum non constet de alia causa.Aym.consil.158.num.13.Ruin.consil.61. numero 9.lib.1.Osasch.decis.58.nume.18.Rot.dec.f.751. nume.6.vers. prima fuit.par.1.& in terminis fuit dictum in vna Romana dotis,seu pecuniariæ. 17.Iunij 1602.coram Reuerendissimo Bononien.

4 Non obstat, quod Darius de la Penna declarauerit suam depositionem,quod illa verba,e gl'altri 500. scudi assicuraua esso Signor Gio. Mattheo, dixerat, quod assecurabat de suis proprijs pecunijs,quia huiusmodi assecuratio idem importat, ac si Dominus Moranzanus soluere se obligasset,adeo quod statim conueniri poterat Ruin.consil.19.num.3.vers. plus autem dico,& num.seq.lib.4.Stracc.siue Petr.Santer. de assecurat.par.3.num.57.vers.in quæstione tamen. Vltra quod dos nedum intelligitur promissa verbis expressis, sed etiam verbis ambiguis, & interpretatione indigentibus. Card.Mantic. de tacit. & ambig.lib.2. tit.10.num.23.

Neque

5 Neque refert, quod depositiones Horatij, & Darij, sint contrariæ, dum Horatius dicit fuisse præsentem conclusioni tractatus matrimonij, & Darium pariter fuisse præsentem subdens, & la conclusione se ben mi ricordo fù a Monte Cauallo. Darius vero in sua depositione dicit fuisse apud Sanctum Petrum dando in contestem, & præsentem eundem Horatium, quæ depositiones tanquam contrariæ operantur, vt neutri sit credendum ex allegatis. Quia si bene distinguantur tempora, nulla resultat contrarietas inter hos testes. Nam Horatius dicit, conclusionem matrimonij fuisse factam a Monte Cauallo, & all'hora fù promessa vna dote al detto Hippolito in questo modo &c. Darius autem dicit, dopò più volte hanno parlato insieme fin che detto matrimonio seguì, & de tempore conclusionis nihil deponit de tractatu dotis, quinimo subdit, & se all'hora fusse trattato di dote non me ne ricordo, ma dopò in San Pietro si trattò &c. & sic aliud est tempus conclusionis matrimonij, & aliud post conclusum matrimonium, quod sufficit ne depositiones inter se sint contrariæ, sed bene conueniant, & ad concordiam reducantur, prout fieri debet, etiam vt probent. Felin. in cap. cum tu. numero 6. versi. quarta conclusio. de test. Ruin. consilio quinto, numero decimo septimo, libro quarto. Cæs. de Graff. decisio. quinta, numero vigesimo tertio, de sponsal. & dicta testiū non sunt cauillanda, sed iuuanda. Bal. in l. de quibus. numero 135. ff. de legib. Alexand. consilio 185. num. quinto, lib. 7.

6 Imo cum locus non esset de substantia tractatus super constitutione dotis, ex quo nō resultabat diuersus effectus, si fuisset celebratus vno loco magis, quā in alio, testes satis dicuntur contestes super dicto tractatu, ex quo ambo in eo concordant, etiam si vnus deponat præcise, che fù in San Pietro, alter vero dubitatiue per verba, se ben mi ricordo, che fù a Monte Cauallo, iuxta tradita per Alexand. consilio 156. numero decimo, in fi. vers. non obstat etiam, & numer. sequen. libro quinto. Crauet. consil. 78. nume. 9. vers. Amplius si vnus testis.

7 Vltimo non obstat, quod Darius non fuit examinatus in hoc iudicio, sed in alio, & ad alium finem, scilicet pro recuperatione nonnullorum bonorum, quæ Moranzanus prætendebat esse sua, ac propterea non probet etiam inter easdem personas iux. decis. Veral. 419. libro primo, in manuscrip. Vltra enim quod non poterat dici omnino diuersum iudicium, ex quo Hippolytus prætendebat illa habuisse ad computum horum Scutorum 500. cessat difficultas ex aliis duobus testibus, & adminiculis.

REVER. P. D. PAMPHILIO.

*Romana Domus. Veneris 15. Maij 1615.*

ARGVMENTVM

Læsus vltra dimidiam, vel tertiam partem iusti pretij nō dicitur, qui dominium vtile cessit proprietario, si excessus potest esse ex affectione conducentis, habita ratione ad tempora quibus res non est fructifera, & ad alia, de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

*Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat numero 1.*

*Iuramentum de non contraueniendo actui antea facto impedit litis ingressum. nu. 1.*

*Cessio non dicitur læsiua ex eo, quod res lite pendente fuerit plurimi locata, cum hoc potuerit esse ex affectione conductoris. nu. 2.*

*Verba enunciatiua extra tertium non probant. nu. 3.*

*Læsio vt non inducatur ex cessione facta proprietario, quæ debeant considerari. nu. 3.*

DECISIO DCLXXXIX.

1 Domini pro Capitulo, & Canonicis informantibus dixerunt, cessionem per Ioānem Dominicum vltimo loco factam Gineuræ suffragari non posse, quia idem Ioannes Dominicus antea vtile dominium cum directo reconsolidauit ad fauorem Canonicorum, quibus etiam cessit omnia, & singula iura super domo, de qua agitur, sibi competentia. Ideo cum nullum amplius ius in ea haberet, nō potuit per posteriorem cessionem in Gineuram aliquid transferre l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. stante præsertim iuramento per eundem Ioannem Dominicum in priori cessione præstito, de illi non contraueniēdo, iuxta not. per Gabr. de iureiuran. conclus. 1. num. 1. & tenuit Rota in causa Romana Emphyteusis 19. Februarij 1601. coram Cardinali Lancellotto, & 12. Februarij 1612. coram Caualerio.

2 Nec obstaret, quod prior cessio fuerit facta læsiua cum fuerit facta pro annua responsione Scutorū 30. & tamen pro pensione domus longe maior summa percipiatur, quia fuit respōsum, quod locatio pro Scutis 120. est facta lite pendente, & de ea non constat in actis, nec apparet quod fuerit effectuata, & vlterius potuit fieri ex particulari affectione conductoris, quæ propterea ad istum effectū non est attendenda. Alex. conf. 181. num. 1. vers. præterea non probat. libro 2. cum alijs allegatis in decisione in hac causa facta, sub die 16. Iunij præteriti.

3 Aliæ vero locationes, quæ prætēduntur factæ pro Scutis 90. in tribus partitis non verificātur respectu partitæ Scutorum 40. nisi ex quadā enunciatiua, quæ contra tertium non probat. c. si Papa. de priuile. in 6. Alex. conf. 94. num. 5. li. 7. & in omnem euentum fuit consideratum, quod ex pensionibus huius domus vltra Scuta 30. quæ singulis annis Canonici soluere debent Ioanni Dominico cedenti, sunt etiam deducen. annua Scuta pro Canone eiusdem domus, debito ipsis

sis Canonicis, nec non expensæ pro reparatione domus, & viarum prout etiam est deducendum tempus, quo domus remanere potest dislocata, quibus omnibus cumulatis, visa fuit cessare omnis læsio nõ solum vltra dimidiam iuxta dispositionem iuris communis, sed etiam vltra tertiam ex dispositione statuti Vrbis lib. 1. c. 354. vt fuit deductum in alia decisione in hac causa facta, & comprobant Informantes pro Canonicis, quorum rationes Dominis placuerunt, & ita decisum.

## R. P. D. REMBOLDO.

*Anconitana Bonorum. Veneris 15. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Iudex vt priuet aliquem sua possessione ciuili, & naturali debet rite, & recte processisse, alias spoliat.

### SVMMARIVM.

*Instrumentum publicum dicitur probatio probata. numero 1.*

*Retinendæ possessionis remedium competit possidenti. numero 1.*

*Possidet iuste qui authore Prætore possidet. nu. 1.*

*Iudex suo decreto priuat possidentem tam naturali, quam ciuili possessione. num. 2.*

*Fallit quando non rite, & recte processit. nu. 2.*

*Attentatum quando committatur per executionem mandati. num. 3.*

*Attentata resoluunt executionem, cum omnibus inde sequutis. num. 3.*

*Iniustitia mandati facit, vt executio dicatur attentata, & ideo reuocanda. nu. 4.*

## DECISIO DCXC.

1 Quoniam nõ cõtrouertebatur possessio fratrũ de Leonissa in vim mandati Rotalis rite, & recte relaxati, capta, & de ea plene constabat per publicum instrumentum, quod facit probationem probatam. l. cum precibus. C. de probat. Bal. in l. Imperator. num. 8. ff. de stat. hom. Domini absque difficultate censuerunt ipsis dandũ mandatum de manutenendo. Certum enim est remedium hoc possidenti competere. §. retinendæ. Instit. de interd. & iuste possidet, qui authore Prætore possidet. l. iuste possidet. ff. de acq. possess.

2 Neque obstare visum fuit posterior Lazari possessio præuia subhastatione, & deliberatione vigore mãdati Auditoris Cameræ, vt prætenditur capta, quia cum ex resolutionibus in hac eadem causa coram Reuerendissimo Bononien. & subsequenter coram Reuerẽdo Patre Domino meo Pirouano factis, appareat dictum mandatum fuisse non minus nulliter, quam iniuste, atque in spretum litis pendentiæ in Rota relaxatum, non potuit Leonios sua possessione priuare, nã quod iudex suo decreto possidentem, tam ciuili, quam naturali possessione priuet, ad trad. per Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. Imol. num. 1. in fi. Ias. num. 20. ff. de acq. poss. tum demum locum habet, quando rite, & recte procedit, secus autem, si nulliter, & iniuste, ad l. improba, & ibi not. C. de acquirẽ. possess. Rot. decis. 802. sub nu. 7. vers. quia pro responsione par. 1. diuers. & fuit nuper dictum in vna Regiẽ. Beneficij 15. Nouembris 1613. coram Reuer. Patre Domino meo Dunozetto.

3 Nec attẽtatum euitari posse videbatur ex eo, quod priusquam dictum mandatum executioni demandatum fuerit per sententiam Reuerendi Patris Domini mei Pirouani, super spolio lis esset finita, tum quia adhuc remanebant reliquiæ iudicij pro fructibus, & expensis Sarnen. in regu. de annali q. 44. num. 7. tum quia licet lata fuerit sententia in spolio, non tamen dici poterat finitum iudicium Canonũ, multo ante relaxationem mandati in Rota commissum, ad Socin. consilio 18. num. 41. & seq. lib. 1. & denique, quia cum dictum mandatum esset attentatum, executio, & omnia alia inde secura pariter censeri debent attentata, & consequenter reuocanda. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vt lit. pend. cum ibi not.

4 Præterea remanet etiam iniustitia dicti mandati, & subsecutæ executionis clara, ex quo fuit relaxatum contra minores indefessos non bene liquidato credito, & pro maiori summa cum deberentur solũ Salmę 165. & tamen fuit relaxatum pro Salmis 175. Nec responsio pro Lazaro data, quod scilicet excessus errori Scribentis imputari debeat, visa fuit aliqua consideratione digna, cum talis error non sit verisimilis, ex quo executio etiam eiusdem mãdati a Iacchello facta fuit pro Salmis 175. & in omnem euẽtum iniustitia ratione excessus euitari non posset, quia ante omnia deducendi erant fructus a Rectore percepti, vt prædicta omnia latius fuerunt in decisionibus in hac causa coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano factis comprobata, &c.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Triuentin. Monasterij. Veneris 17. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Breue iustificatur ex sola verificatione clausulæ, constito, & ex quibus dicta clausula dicatur verificata, & plura circa iustificationem narratorum in gratia deducuntur.

*SVMMARIVM.*

*Breue vt iustificatum dicatur sufficit verificatio clausula constito.nu.1.*
*Clausula constito iustificata dicitur eo ipso, quod aduersarius venit ex eadem vacatione.nu.1.*
*Possessio probatur ex fructuum perceptione. nu.2.*
*Possessio aute obitum præsumitur vsque ad obitum continuata.num.2.*
*Beneficium præsumitur potius sæculare, quam regulare. numero 3.*
*Verba testis enunciatiua non probant.nu.4.*
*Testis vnicus non probat. nu.4.*
*Vacatio consumitur per prouisionem de beneficio factam. numero 3.*
*Clausula vt asseritur operatur, vt narratiua non dicatur partis.num.6.*

DECISIO DCXCI.

1 FVit resolutum Breue esse iustificatum, gratiam vero non, & quo ad Breue mouebantur Domini, quia cum in eo adsit clausula constito, illam sufficit verificare absque alterius narratiuæ iustificatione. Anchar.consil. 297.nume.8.Rota diuers.decis. 45.num.1.par.secunda.& fuit dictum in vna Papien. Præpositura 10. Decembris 1610. & 30.Maij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ clausula in casu nostro cum contineat Episcopum Cassanen. huiusmo di monasterium in cōmendam obtinuisse, & in illius possessionem obijt, & satis iustificata videbatur primo ex literis Gregorij XIII. qui d.monasterium dedit in commendam dicto Episcopo, secundo quia Spinellus venit ex eadem vacatione mediante præsentatione de eo facta a Principe S.Boni, propter mortem dicti Episcopi Cassanen. Put.decis. 171.nu.1.lib.3.Aegid.decis.268. & fuit dictum in Eugubina Canonicatus 4. Februarij huius anni coram me, & alias sæpe, tertio ex confessione ipsius Spinelli, qui obtenta d. præsentatione constituit procuratorem ad capiendam possessionē dicti Monasterij asserendo illud vacasse per obitum dicti Episcopi Cassanen. quarto ex testibus deponentibus de pacifica Episcopi possessione vsque ad mortē.

2 Quibus accedebat dictum Episcopū percepisse fructus dicti Monasterij, vt constat ex testibus ex qua fructuum perceptione illius possessio probatur Bartol.& alij in l.penult.ff de condit.& demonstra. Bald.in l.3. num.3.C.fin.regund. Socin.cons. 131.nume. 2.lib.1. Dec.consil.400. num. 3. quæ præsumitur continuata vsque ad ipsius mortem. Rot.decis.4.de prob.in nou. Natt.consi. 400. num.6. Menoch.lib.6.præsump.64. num.17. quæ præsumptio roboratur ex compositione quā post mortem Episcopi illius hæres fecit cum Camera ratione istius Monasterij.

3 Quo vero ad iustificationem gratiæ mouebantur Domini, quia Pompeius nō probauit hoc beneficium esse regulare prout narrauit, & de iure potius præsumitur sæculare. Rota decis. 2.num. 2.vers. facit secundum.de præbend.in nou. Prob.ad Monach.in ca. super eo.numero 17.ad fin.de præbend.in 6. Rebuff.in prax.par. 1.§.quotuplex sit beneficium. num.3. præsertim, quia vacauit per obitum Episcopi qui erat sæcularis.c.super eo.de regular. Clem. 1. de supple. neglig.prælat.

4 Nec facit, quod vnus testis enunciet istud beneficium Monastericum, seu Abbatiam, quia verba testis enunciatiua non probant. Bart.cons. 113.nume. 5.libro 1.Ias.in l.ex his verbis.num. 5.C.de testam. militar. Vlterius fuit narratum, dictum Monasterium cura, & conuentu carere, & tamen vnus tantum testis deponit, de tempore sui recordatus, in monasterio S. Mariæ non adfuisse monachos, qui tanquam vnicus nihil probat.cap.licet vniuersis.cap.veniens.de testibus.l.iurisiurandi. C.eodem.Gabr.de testibus. concl. 1.num.1.

5 Præterea non iustificatur narratiua, quod cessante commenda Ecclesia vacaret eo modo, quo prius, cum de contrario constat, ex quo Papa per mortem Episcopi illam contulit Spinello, & Ordinarius Gipsio, vnde vacatio videbatur consumpta, & non adesse de tempore impetrationis factæ per Pompeium. Rota decis. vltim.num.4.de rescript.& decis. 24. de præbē. in antiq. Cassad.decis.4.num.4.de causa poss. & propriet. Put.decis. 146.num.2.lib.2.Lap.alleg. 127.numer.6.vers.ad quintam, & ibi Adden. litera O.Franc. in c.statutum.num.7.de præb.in 6.& Samen. in reg. d.ann.q. 5. numero 21. Simonet. de reseruat. qō.55. Aeneas de Falcon.de reseruat. 5.q.princip.

6 Quod autem dicebatur, fuisse narratum, quod beneficium Sanctæ Mariæ sit de Iure patron. quod tamen non adesset in hac Ecclesia, fuit coram me resolutum in hac causa 17. Decembris 1612. quod non videbatur attendendum, cum fuerit narratum esse de Iure patronatus laicorum, prout asseritur, quæ clausula vt asseritur operatur, quōd narratiua non dicatur partis, nec impetrans quicquam videatur affirmare, nec teneatur ad illius iustificationem. Rot. decis. 60. de rescript. in antiq. Bisignet. decis. 6. de præben. Cassador. decis. 7. num. 8. vers. secundo vero casu. de Iure patronatus. decis. 447. numero 1. par. prima. inter impressas.

R. P. D. PIROVANO.

*Bononien. Parochialis. Lunæ 18. Maij 1615.*

ARGVMENTVM.

Mandatum generale ad lites, & causas cum amplissimis clausulis extenditur ad lites, & causas futuras, & connexas, & de mandato facto ab vniuersitate, quod sustineatur si præcedente sono Campanæ in congregatione interuenerint duæ tertiæ

tertiæ partes vniuersitatis, & quod interuenerint, statur assertioni Notarij, donec fuerit contrarium probatum.

*SVMMARIVM.*

*Procurator substitutus dicitur habere mandatum a principali, qui Procuratorem constituit. num. 1.*

*Procurator ad causam vnam potest comparere in omni causa connexa, & consequutiua ad causam, in qua fuit constitutus procurator. num. 2.*

*Procurator constitutus cum amplissimis clausulis trahitur etiam ad lites futuras. num. 3.*

*Lis non dicitur finita, non consummata exequutione, iuxta formam sententiæ. num. 3.*

*Transactio facta a procuratore non habente speciale mandatum, non valet. num. 4.*

*Mandatum generale ad præsentandum non extenditur ad præsentationem personæ odiosæ ipsi constituenti. numero 5.*

*Mandatum procura ab vniuersitate factum sustinetur, quando interuenerunt sono campanæ præcedente duæ ex tribus partibus vniuersitatis. num. 6.*

*Fides non facit aliquem gradum probationis. num. 7.*

## DECISIO DCXCII.

1 Malisardus, contra quem ad instantiam Procuratoris hominum Terræ Molinellæ, & vigore sententiæ Rotalis fuerat relaxatum mandatum de expellen. obtinuit de nouo præsentari ad Cappellam, de qua agitur, per Paridem Farinam procuratorem ab eadem vniuersitate constitutum, sub die 14. Maij 1612. cum facultate præsentandi, aut præsentari faciendi vnum Cappellanum, & exinde fuit ab Ordinario Bononien. institutus, & cum a Procuratore vniuersitatis in processu executionis sententiæ Rotalis de inualiditate præsentationis opponeretur, fuit contra eum exceptum de insufficienti mandato ad prosequendum hoc nouum iudicium cōtra Malisardum. Vnde dubium proposui. An mandata asserti Procuratoris hominum Molinellæ suffragentur ad infirmandam præsentationem Malisardi, quod fuit per Dominos affirmatiue resolutum.

2 Constat enim mandatum datum ab vniuersitate sub die 26. Aprilis in Paridem, & Petrum, ac Camillum, & Peregrinum fuisse amplissimum, & cum facultate substituendi procuratores in Vrbe, & ideo cum Dominus Riuanus fuerit substitutus a Paride vno ex prænominatis, & cum iisdem facultatibus, ab ipsamet vniuersitate dicitur procurator constitutus. gl. in c. 1. verb. substituendi. de procur. in 6. Rota in nouis. eod. tit. decis. 8. & 38. in fin. & consequenter sufficiens est ad prosequendam hanc causam in isto iudicio contra Malisardum tanquam connexo, & consequutiuo primi iudicij. Bar. in l. damni. §. si is, qui. nu. 2. ff. de dāno infect. Bellam. in c. non iuste. post med. de procur. 7

3 Neque obstat, quod primum iudicium per relaxationem mandati fuerit extinctum, & finitum, ita vt ad hoc iudicium cum Malisardo super infirmanda præsentatione ex nouo rescripto introductum ratione connexitatis non sit inferen. Quia mandatum, & substitutio nedum comprehendunt lites futuras, & mouendas propter amplissimas clausulas, vt per Speculat. de procur. §. ratione autem formæ. num. 9. Rota in nouis. decis. 5. & 32. eod. tit. de procur. sed etiam durat, quia exceptio inualiditatis præsentationis Malisardi pertinet ad perfectionem executionis sententiæ Rotalis, qua adhuc non consummata, prima lis non dicitur finita. Sarnen. de Annali. q. 44. Mohed. decis. 3. in fin. vt lit. pend. Achill. decis. 1. eod. tit. Caput. decis. 172. num. 5. & 6. par. 2.

4 Nec dicatur super præsentatione Malisardi nō posse dubitari cum fuerit legitime facta nempe a Paride Farina Procuratore specialiter constituto ad præsentandum, & post primam emanatam sententiam, die 14. Maij eiusdem anni. Quia & si videretur huiusmodi indagatio extra dubium, fuit nihilominus dupliciter responsum. Primo, quod mandatum Paridis legitur ad præsentandum, vel præsentari faciendum vnū Cappellanum perpetuum, Præsentatio autem, de qua agitur, sonat in transactionem, pro qua requiritur speciale mandatum. l. transactionis. C. de transact. l. mandato generali. ff. de procur. Berous cons. 76. nume. 17. libro 1. Roland. cons. 26. nume. 11. lib. 2. & tamen de eo non constat.

5 Secundo si adhuc versaremur in puris terminis præsentationis mandatum non esset sufficiens, quia persona Malisardi non poterat præsentari, tanquam odiosa vniuersitati propter impetrationem Iuri patronatus vniuersitatis contrariam, & propter impensas occasione huius litis passas. Vnde similes personæ nūquam comprehenduntur in generali mandato, prout nec in generali dispositione. l. Lucius. 90. §. Lucius Titius Damam. ff. de leg. 2. Surd. post alios decis. 41. per totam. Nec euitabitur præsumptio odij ex eo, qđ præsentatio fuerit vtilis vniuersitati, cum ex ea cessabat lis, & constituebatur in possessionem præsentandi vigore ipsius præsentationis factæ a Paride de æquiuoca possessione propter præcedentem possessionem, quæ non releuaret vniuersitatem, vt sæpius fuit resolutum.

6 Concurrit & secundo loco aliud speciale mandatum in personam eiusdem Domini Riuani posterius mandato Paridis ad præsentandum, in quo in indiuiduo exprimitur ad obtinendam reuocationem omnium conuentionum, & pactorum initorum inter Paridem, & Malisardum, & cum in eo interuenerint 53. homines eiusdem Terræ constituentes duas partes ex tribus, ac sono campanæ præcedente congregati fuerint, vt legitur in instrumento mandati, de validitate eius non videtur dubitandum, saltem donec contrarium non probetur. Capic. decis. 4. num. 1. Seraph. decis. 1247. num. 1. par. 2.

Nec visum est Dominis obstare, quæ per Malisardum

dum opposita fuerunt contra mandatū supradictum, quod isti homines non faciant vniuersitatem, quod isti 53. non constituant duas partes ex tribus partibus, quod non interuenerit mandatum superioris in concordando consilio. Quia omnia mandata emanata ab eadem vniuersitate apparēt data sub eadem forma, & dum non probatur falsitas narratorum in hoc mandato posteriori, interim standum est assertioni Notarij, & hominum, qui interuenerunt in eo, nec cōtraria probatio ex fide particularium data, aliquid releuare visa fuit, cum fuerit simplex fides, quæ non solet facere gradum probationis. authen. si quis in aliquo. C. de edendo. Alex. consil. 33. nu. 3. li. 6. Cephal. consil. 384. nu. 21. Et ita fuit decisum.

## R. P. D. PIROVANO.

*Bononien. Fideicommissi de Cataneis. Veneris 12. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Proximiores, qui dicantur, quomodo hoc probetur, & vocati in fideicommisso numquid intelligātur de Proximioribus Testatoris, vel ipsius grauati filiorum appellatione in fideicommissis, quando veniant nepotes testamentique, Antiqui recognitio quomodo fieri debeat.

### SVMMARIVM.

*Proximior quis præsumitur eo ipso, quod quis se coniunctum probat. nu. 1.* 2

*Proximiores dicuntur quando nemo superest, qui eos præcedat. num. 2.*

*Proximus, & proximior verba idem sonant. numero 2. in fine.*

*Proximiores quando sunt vocati in fideicommisso numquid intelligatur de Proximioribus Testatori, an vero de Proximioribus grauati. Distingue, vt nu. 3. & 4.*

*Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando agitur de extendendo fideicommisso inter transuersales. numero 4.*

*Filiorum appellatione veniunt nepotes in fideicommissis, quando sic colligitur ex coniecturis fuisse mentem testatoris. nu. 4. vbi etiam ponitur vnica coniectura excludens hanc testatoris mentem.*

*Filiorum appellatione in fideicommisso numquid veniant nepotes, quando testator prohibita bonorum alienatione voluit bona sua perpetuo manere in familia. nu. 5.*

*Ius ciuile, & non canonicum attenditur in computatione graduum, quando agitur de successione hæreditatis. numero 6.*

*Filijs a iure prima succedendi causa tributa est. numero 6.* 3

*Recognitio instrumenti, seu testamenti, cuius vigore agitur, & in actis producti omnino necessaria est, vt eadem scriptura probet, vbi tamen scriptura est antiqua, sufficiunt adminicula ad illius recognitionem. numero 7. & 8. vbi ponuntur aliqua huius recognitionis adminicula.*

## DECISIO DCXCIII.

1 IN disputatione diei 9. Februarij preteriti supererat videndum de vocatione Isotæ, & filiorū Ludouicæ, ac de recognitione scripturæ testamenti, hodie vero vtroque discusso, DD. respōderunt testamentum suffragari etiam absque alia recognitione. Nam de vocatione visum est aperte cōstare ex verbis testamenti ipsius Andreæ, dum institutis hæredibus Cæsare, & aliis filijs suis masculis nascituris, & constituta inter eos, & descendentes eorum masculos reciproca, & perpetua substitutione, voluit, si contigeret lineam masculinam descendentium testatoris deficere, quod tunc succederent Camillus, & Nicolaus filii Sixti eiusdem testatoris fratris, & eorum descendentes masculi, in infinitum, & linea masculina Sixti deficiente, succederent Franciscus alumnus testatoris, & Alexander filius naturalis Sixti, & filii Antonii tunc demortui, & testatoris fratris, & Marcus Antonius viuens similiter testatoris frater æquis portionibus, additis verbis formalibus, intelligendo si erunt superstites, quo in casu adimplemēti huiusmodi substitutionis, si iam præmortui essent, vel aliquis eorum præmortuus esset, voluit tunc iure substitutionis bona ipsius testatoris, vel partes, & ratas iam præmortui, vel præmortuorum peruenire ad proximiores, & ad eos, qui alias ab intestato succederent.

Ideo cum iam fuerit firmata descendentia Isotæ, & filiorum Ludouicæ a Curtio filio Cæsaris ab Andrea testatore primo loco instituti, & obitus prædictorum, qui præcedebant eas in vocatione, ex duobus remanet probata qualitas proximitatis requisita a testatore de tempore euenientis cōditionis. Primo, quia probando se certo gradu coniunctas, tunc præsumuntur proximiores, & qui vult dicere contrarium, tenetur probare, Cum. & Alex. in l. is potest. ff. de acquir. hæredit. Dec. consil. 321. col. fin. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsump. 28. num. 9. Tiraq. de retract. consang. §. 11. glos. 1. num. 9. Surd. cons. 241. num. 26. & decis. 106. num. 8. Secundo, quia per mortem aliorum vocatorum nemo superest, qui præcedet eas, & inde dicuntur proximiores l. 2. §. hæreditas eis legitima. ff. de suis & legitimis l. 1. §. proximus. C. vnde cogn. l. proximus. l. proximi. ff. de verb. signific. Bal. cons. 146. in fin. lib. 2. dicens idem significare proximus, quod proximior, cum neutrum admittat medium interpositū, sequitur Tiraquell. de retract. consang. §. 11. glos. 1. numero primo. & Surd. decis. 189. numero 7. & decis. 203. numero 11.

Neque persona Iacobi adhuc superstes videbatur afferre difficultatem, quamuis sit pronepos Antonii, & prætendat se proximiorem inspecta persona Camilli

milli grauati, qui nouissimus decessit, ac se vocatum, & comprehensum sub generalitate Antonij, quorum appellatione veniunt nepotes, vel saltem in paritate gradus cum Isota. Quia proximitas grauati in præsenti non videtur considerabilis, cum Iacobus nõ veniat continuando successionem ex persona suorum ascendentium, vt inde concurrere possit ratio prædilectionis deducta ex l.cum auus. de condit.& demonstrat. sed sit transitus inter transuersales de vna linea vocatorum ad aliam lineam propter mortem grauati, quo casu non considerantur personæ grauato attinentes propter nouum statum personarum, sed sola persona testatoris grauantis, & quos ipse prædilexerit in admissione noui status. Cephal. ita distinguẽs, conciliando opiniones descendentium in hoc articulo, consi.493.in fin.libro quarto. Petr.de fideicomm. quæstio.11.num.quinto.Peregr.de fideicom. art.20. num.9.Card.Mantic.de coniect.lib.octauo, titu.12. num.31.Vas.de success.§.26.lim.31.in verb.iuxta superiora.numero decimo quinto. quamuis etiam non defuerint, qui absolute,& simpliciter magis communem dixerint proximitatem grauantis esse attendendam reprobatis aliorũ rationibus, & auctoritatibus, vt videre licet ex Menoch. consilio 124. nume.quinquagesimo primo, & sequen. & fusius in consil.904. numero trigesimo secundo,libro decimo, quæ opinio magis etiam procederet in casu,de quo agitur stantibus indicijs, & præsumptionibus voluntatis testatoris, vt sibi, non autem grauato succederetur, quibus regulariter standum est ad exclusionem proximiorũ grauati, vt firmatum fuit in Bononiẽ. de Muletis 26. Iunij 1602. coram bonæ memoriæ Cardinali Pãphilio, & in aliis sæpe, vocauit enim proximiores, & in casum in quem substituti superstites non essent,& ad suam ipsius hæreditatem,quę relatio ad propriam hęreditatem sufficit ad distinguendum proximitatẽ grauantis,Dec.consil.21.num.2.vol.3. Ias.consilio 159. num.1.lib.4.

4 Vocauit etiam filios Antonii, a quibus descendit Iacobus in quarta parte solum, ideo cum agatur de succedendo in tota hæreditate,non videntur filii prædicti, nec ab eis descendentes contemplati tanquam proximiores,quia si superextarent,non deficeret conditio,sub qua vocati sunt proximiores, nempe in casum,in quem substituti superstites non essent. De vocatione autem comprehensa sub generalitate verbi filiorum Antonii,vt per eam nepotes, qualis est Iacobus comprehendantur, dictum fuit regulam firmati in contrarium in l.quod si nepotes.ff.de testam.tutel. §.fin. Institu.qui testam.tutor.dar.poss.& vbi agitur de inducendo, vel extendendo fideicommisso inter transuersales, prout in præsenti, communis, & receptior est opinio negatiua,quam Domini agnouerunt in causis Ariminen. primo coram Reueren. P. Domino Verospio,31.Ianuarii 1614. & postea coram Reueren.P. Domino Dunozet 30. Maij 1615. in quib. plene referuntur DD.auctoritates,& argumẽta,quorum repetitio non est necessaria, & quamuis ex coniecturis aliquando a supradicta regula recedendum sit,vt admittunt relati in dictis decisionibus, & bene distinguit Cephal.consil.107. numero decimo septimo,libro primo. Tamen in casu præsenti magis præponderant contrarię, dum testator restrinxit vocationem ad filios Antonii superstites, & in casum non supe existentiæ alios proximiores vocauit, ex quibus verbis satis constare videtur testatorem contemplasse tantum filios viuentes,non autem eorũ descendentes,Gabr.concl.1.nu.97.de verb.sign.Card.Mantic. de coniectu.vltim.voluntat.libro octauo, tit.octauo, numero 8.

5 Non obstat coniectura cõseruandæ agnationis ex mente testatoris deducta, dum hæredibus suis prohibuit alienationem bonorum suæ hæreditatis, addito vt bona hæreditaria ipsius testatoris perpetuo sint inalienabilia, quia voluit ipse testator bona sua perpetuo remanere in familia sua, & dictorum suorum descendentium, & ad eos,& alios supra nominatos peruenire ordine successiuo, vt supra dictum est, quam coniecturam valde potẽtem pro comprehensione nepotum existimarunt Decian.cõsilio trigesimo primo, numero centesimo vigesimo octauo. lib. primo. Honded.consil.61.numero vigesimo octauo, libro primo. Testator enim in ratione suæ dispositionis sufficiẽter se declarauit, dum voluit bona remanere in familia sua, & suorum descendentium,cuius effectus non capit alios,quam descendentes,in quorum numero non sunt filij Antonij, descendentia autem finita non repetijt familiam, sed simpliciter voluit peruenire ad alios supra nominatos,inter quos erat alumnus testatoris, cui non conueniebat nomen familiæ testatoris, & per consequens testator omisit familiam suam in personis aliorum contemplare,ne difformis determinatio in pari vocatione quo ad alios sequeretur l. iam hoc iure.ff de vulg.Menoch. consilio vigesimo sexto, numero decimo tertio, & consilio 106.numero 337. consil.129.nu.32.

6 Demum contentio paritatis gradus cessare videtur,quia Iacobus tanquam pronepos Antonii fratris Andreæ dicitur in quinto gradu respectiue ad ipsum Andream secundum iuris ciuilis supputationem §. quinto gradu. Instit. de gradibus cognat. quod ius ciuile in successionibus, & non ius canonicum attenditur.cap.ad Sedem.35.quæstione quinta, glos.in §. hactenus,in verb.generata. Instit. de gradib.cognat. Bartol.in l.fi.C.de successor. edict. Dec.consilio 334. numero primo. Isota autem tanquam pronepos Andreæ sui ascendentis dicitur in tertio gradu. §. tertio gradu, Institu. de gradibus cognat. & filii Ludouicæ consequenter in quarto gradu, & sic Iacobus a persona, de cuius successione agitur, videtur longius per duos gradus distare, qui tamen etiam in paritate videbatur non posse concurrere cum Isota, nam testator voluit quidem bona peruenire ad proximiores, sed non simpliciter dum addidit, & ad eos qui alias ab intestato succederent, quæ qualitas non conuenit Iacobo transuersali, donec extant Isota, & filii

Ludo-

Ludouicæ de descendentibus Andreæ, quorum prima causa succedendi a lege tributa est § primo. Institu. de hæredit. quæ ab intestat. defer. §. primo, versi. si quis. authen. eod. tit. & in authen. in success. C. de suis, & legitimis.

7 Quo ad recognitionem, quæ respicit secũdam partem dubii visum est Dominis eam non esse necessariã cum respondere int testamentum suffragari etiam absque alia recognitione. Nam et si regulariter recognitio Scripturæ productæ sit necessaria, vt certi simus cuius manu fuerit munita, & a quo prouenerit, ne legalitas personæ publicæ ab aliis simili au&ctoritate carentibus abutatur. Oldrad. consil. 227. numero sexto. & resolutum fuit in causa Iacen. Portionis 12. Ianuarij 1604. coram Illustrissimo Mellino, in Carthaginen. translationis pensionis 19. Iunij 1606. coram Reuerendo Patre Domino Manzanedo, & in Perusina bonorum 22. Iunii 1605. coram Archiepiscopo Lugdunen. & in aliis sæpe, tamen vbi agitur de scriptura, prout est de qua agitur antiqua annorum 80. non requiritur formalis recognitio, sed pro ea sufficiunt adminicula propter antiquitatem temporis, de quo testes non reperiuntur, Caputaqu. decis. 5. par. 3. Seraph. decis. 1481. nu. 2.

8 Adminicula autem plura adducebantur, & præcipue instrumentum anni 1550. in quo Cæsar filius testatoris soluit Hippolyto de Gambalonghis partem dotis, quam dixit soluere in computum dotis relictæ per Andream patrem in testamento rogato per Dominicum Fortinum de anno 1527. prout concordat istud, de quo agitur, aliud instrumentum datur continens solutionem legati relicti in hoc ipso testamento Monialibus Sãctæ Marthæ, & Bernardini, & aliud de venditione quorundam bonorum vsque de anno 1568. in quo timore fideicommissi emptor voluit consensum tam filiorum testatoris, quam Sixti substitutorum, & in eo fuit registratus tenor huius testamenti, quæ ideutitas scripturæ, & obseruantia sufficiunt fidem dare Scripturæ fidem etiam nõ merenti. Crau. consilio centesimo primo, nume. 4. & 227. numero 7. Ioseph. Ludou. conclu. 38. vers. infertur quarto. Becc. consi. 104. nu. 26. lib. 1.

9 Quæ autem opposita fuerunt de approbatione vẽditionum bonorum factarum per Curtium patrem Isotæ, & Ludouicæ, & per Cæsarem eatum auum, ex eo, quod hæreditatem dicti earum patris adiuerunt, existimarunt Domini non pertinere ad præsentem disputationem.

R. P. D. BVRATTO.

*Auriacen. Iuris nominandi. Lunæ 18. Maij 1615.*

ARGVMENTVM.

Ius patronatus in antiquis, ex quibus probetur, & ex quibus probetur effectuatio iuris patronatus, & quod tempus dicatur antiquum ad effectum probationis, & quæ probatio requiratur in materia antiqua.

*SVMMARIVM.*

*Beneficium seu cappella si possideat bona sibi relicta in testamento præsumitur illa possidere in exequutionem dicti testamenti. nu. 1.*

*Tempus excedens centum annos ad effectum admittendi leuiores probationes dicitur antiquissimum. nu. 2.*

*Tempus 60. annorum in testibus dicitur antiquum secundum Rota obseruantiam. nu. 2.*

*Testes de auditu, & fama probant in antiquis. numero 2.*

*Enunciatiua de recenti, licet non probent faciunt tamen adminiculum. nu. 2.*

*Ius patronatus seu nominandi probatur ex effectuatione testamenti, in quo ius patronatus ordinatur. nu. 3.*

*Ordinarij assertioni in probatione iuris patronatus multum deferri solet propter sui præiudicium. nu. 4.*

*Præsentationis effectuatio probatur ex subsequuta possessione præsentati. nu. 4.*

*Testis deponens de facto eum ipso sequuto, & in quo nullum habet interesse facit plus quam semiplenam probationem. num. 5.*

*Ius patronatus antiquum probatur ex denominatione cappellæ alicuius familia. nu. 6.*

*Ius patronatus antiquum probatur per testes de fama, & communi reputatione. nu. 6.*

*Probationes per indicia, & coniecturas sufficiunt in facto antiquo. num. 7.*

*Dominium rerum Ecclesiæ de iure, est penes ipsam Ecclesiam, administratio vero penes prælatum seu beneficiatum. num. 8.*

DECISIO DCXCIV.

1 Resolutum fuit ad effectum iuris nominandi ad Cappellaniam, de qua agitur, constare de effectuatione testamenti conditi per quondam Andream Feyssat de Anno 1489. Primo, quia testes nouiter examinati in Summario Belloni numero decimo tertio, deponunt de vna domo cum horto, de stabulo, & aliis pluribus corporibus Terrarum, & stabilium, hodie possessis per dictam Cappellaniam designando locum, denominationem, qualitatem, & quantitatem, seu capacitatem cuiuslibet corporis, ac multos etiam respectiue confines, pro maiori parte conformes enunciatis in testamento, & insuper deponunt de auditu, huiusmodi bona retroactis, & successiuis temporibus fuisse possessa per Rectores, & Administratores dictæ Cappellaniæ tanquam relicta a dicto Andrea testatore pro celebratione Missarum, cum quibus etiam concordat Catastrum terræ Caderossiæ, in dicto Summario eodem numero 13. Et ideo dicta bona præsumuntur habita in exequutionem

tionem testamenti per dictam Cappellaniã. Abb.consilio 54.nu.2.vers.sed his non obstantibus. par.1. Felin.in c.sicut.num.35.vers.quibus soleo addere. de te iudic.faciunt tradita per Bar.in l.cum seruus.104.numero 4.ff.de verb.oblig.& in l.nomina. nu.2.& 3.C. arbitri.tut. & fuit resolutum in Foroliuiensi iuris patronatus 1609.coram R.P.D.meo Manzanedo,& in alijs ibi allegatis.

2 Cum autem agatur de testamento centũ annos excedente,& sic ad effectum admittendi leuiores probationes antiquissimo, Alex.in l.cum aliquis. nu.5.vers. tamen communiter.C.de iure delib. Dec.cons.13.numero 8.Aym.cons.146.nu.3. Farinac.de oppos.cõtr. dicta test.q.69.c.3.num.142.& seqq.Qui etiam dicit antiquum in testibus secundum Rotæ obseruantiam dici tempus 60.annorum, ibidem num.145.& in tit. de indiciis,& tortur.q.47.num.116.vers.& hæc vltima. Vtique sufficiunt testes de auditu,& fama in dicto Summario num.14. deponentes dicta bona fuisse possessa per testatorem, quorum etiam quartus super trigesimo secũdo interrogatorio dicit audiuisse,quod erant de illius bonis,& hæreditate,& quintus super 34.quod illa possedetat tanquam propria. Curt.iun. in l.1.num.57.vers.& quod vltra.ff.si certum pet.Cephal.cons.31 1.n.34.lib.3.cum aliis late per Honded. cons.17.nu.52.vol.1.& Farinac.de oppos.contra dicta test.dicto c.3.num.125.133.& 134.& in iure patronatus,nume.132.Concurrunt etiam enunciatiuæ plurium instrumentorum, quæ licet (vna excepta annorum plus centum) sint recentes, tamen multum adminiculantur. Dec.in c.1.de appellat.nume.47.vers. & ista conclusio. Aym.de antiqu.temp.in princip.numero quinto, vers.placet tamen. Decian.resp onf.32. num.91.& 92.vol.2.

3 Secundo effectuatio respectu iuris nominandi probari videtur, quia Guillelmus Girardi primus Presbyter a testatore nominatus habuit se pro Rectore, ne dum possidendo bona relicta per testatorẽ dictæ Cappellaniæ,& Missas celebrando, vt de auditu deponit secundus testis in dicto Summario num.17. sed etiam quia de anno 1500. tanquam talis dicta bona locauit,& inuestituram cuiusdam stabuli, quod fuerat in bonis dicti testatoris sibi,tanquam Rectori confirmari instetit,vt ex instantia in dicto Summario,nume.8. & sic constat, cum fuisse Rectorem,& consequẽter testamentum effectuatum iuxta consilium Oldr.229. nu.2.toties a Rota approbatum.

4 Tertio ex collatione per Ordinarium facta de Anno 1560.ad præsentationem,seu nominationem Marcellini Feyssat Patroni de familia testatoris,vt per eũdem Ordinarium asseritur in dicto Summario,numero vndecimo,cui multum deferri solet in hac materia, in qua agitur de illius præiudicio.Rot.decisio.11.numero primo. de iure patron.in nou.& coram Pur.decis.172.lib.primo,& decis.237.lib.2. secundum nouissimam impressionem,& coram Cardin.Seraphino, decis.1232.num.2.& nouissime in Elmensi beneficij 19.Decembris 1614. coram Reuer. P.Domino meo Dunozet,& alibi passim. Præsertim cum fuerit subsequuta possessio, vt in eodem Summario dicto num. vndecimo. Adeo vt de illius effectuatione dubitari nõ possit iuxta consilium Calder.12.de iure patron.Rot. decis.147.nu.1.pat.1.diuers.in vna Placentina Archidiaconatus 4. Maij 1576. coram Brauo, cum alijs per Gonzal.ad regulam octauam,glos.18.nu.85.

5 Quarto, quia Arnaldus Feyssat alius Rector dictæ Cappellaniæ ne dum illam possedit vti de familia testatoris, vt de possessione,& quod ita se possidere dicebat, deponunt testes in dicto Summario,nume.14. sed etiam vti Rector vigore dicti testamenti iudicialiter recuperauit quædam prædia in illo descripta a secundo teste de hoc deponente in dicto Summario, numero 16.qui vti de facto cum ipso sequuto,& in quo non habet aliquod interesse, probationem facit plus quam semiplenam. Menoch.de arbitr.li.2. Centur.1. cas.99.numero vndecimo, Rot.coram Cæs.de Grass. decis.2.numero 11.de empt.& vend.& decis.521.numero 6.parte prima diu.& in Romana Societatis, vltima Ianuarij 1594.coram bonæ memoriæ Cardinale Blanchetto cum allegatis per Farinac.de opposit.contra pers.test.quæstio.63.num.224.& Barz.decis.Bonon.50.num.19.

6 Quinto ex alijs adminiculis videlicet ex denominatione Cappellæ de Feyssattis, de qua testes in dicto Summario.nume.18. vt considerat Rota in Auximana Archipresbyteratus 8. Nouembris 1604. coram Illustrissimo Lancellotto in fin.& ex fama,& communi reputatione,quod fuerit a dicto testatore fundata,atque dotata,& quod illi de familia de Feyssattis essent Patroni,& haberent ius nominandi,vt bene deponsit testes dicto numero 18. quæ sufficit ad probationem iuris patronatus antiqui. Cassad.decis.2.numer.4.de probation. Achill.decisio.7.numero quarto, de iure patronatus.

7 Et prędicta Dominis visa fuerunt sufficere in facto antiquo,in quo sufficiunt probationes per indicia,& coniecturas. Bal.in auth.quas actiones.num.18.vers. item ratione.C.de sacros.eccles.& in l.cum super.n.2. C.de rei vendic.Aymo.de antiq.temp.sect.viso de fama,numero 31.Ias.consil.128.num.1.lib.1. Anchar. consil.310.num.2.Guid.Pap.decis.357. num.1.vers. item ratione.& late Paris.consil.104. nu.41.& seqq. volum.primo. Decian.dicto resp.32.num.89.in prin. libro secundo,& Honded. plures allegans consil.17. num.55.vol.1.

8 Non obstat,quod testator voluerit, Presbyterũ solum esse administratorem dictorum bonorum,& testes deponãt,quod illa sunt dictæ Cappellaniæ. Quia ista non sunt contraria,cum de iure dominium rerum Ecclesiæ sit penes ipsam Ecclesiam, administratio autem penes Prælatum, seu beneficiatum. Innocent.in cap.cum super.numer.3.& quarto,& ibi Abb.numero 18.Imol.numer.7.Bellam. num.1.& 2.Ancharan. nu.6.& Butr.nu.9. vers.dicit Innoc.de caus.possess.& propr.Idem Abb.in c.constitutus.numer.9.& Felyn. num.19.de rescrip. Paris.consil.24.num.5. volum.1.

Nec effectuatio iam sequuta tolli potuit ex collatione in titulum facta per Ordinariũ de dicto anno 1560. cum iuxta formam testamenti d. buisset solum concedi administratio. Quia illa principaliter consistit in possessione Cappellaniæ bonorum sibi relictorum, de qua constat etiam ante dictum annum. Vltra quod id fieri potuit ex negligentia, vel in curia patronorum, quæ non potest dictæ effectuationi præiudicare. Et fuit, vt supra decisum &c.

## R. P. D. PAMPHILIO.

*Romana Pecuniariæ. Lunæ 18. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Debitor ex pluribus causis, quarum altera sit leuior, altera grauior, si soluat aliquam quantitatem simpliciter, intelligitur soluisse in causam grauiorem.

*SVMMARIVM.*

*Solutio in dubio censetur facta in causam duriorem. n. 1.*
*Causa durior dicitur, quæ potest celerius executioni demandari, & habet faciliorem exactionem. nu. 1.*
*Obligatio Cameralis habet executionem paratam. nu. 2.*
*Fideiussio accedens obligationi facit debitũ grauius. n. 2.*
*Mandatum vero relaxatum reddit causam grauiorem, ex quo tunc non est deueniendum, nisi ad executionẽ. nu. 2.*
*Debitum magis graue est illud, pro quo est relaxatum mandatum, quam pro quo est datus fideiussor. nu. 2.*
*Exactio pecuniarum facta ab ijs, contra quos prius fuit relaxatum mandatum executiuum, debet censeri facta in causam necessariam præcedentem mandati relaxati, & executionis imminentis. nu. 3.*
*Debitoris intentio in materia extinctionis debitorum debet attendi. nu. 4.*
*Causa durior dicitur illa, quæ habet promptiorem, & magis rigidam executionem. nu. 4.*
*Debitor potest declarare in quam causam velit pecunias exactas cedere, si simpliciter in libro creditoris sunt positæ ad debitoris creditum. nu. 5.*
*Fallit quando esset debitor ex pluribus causis, quarum vna sit grauior, altera leuior, quia tunc non posset declarare, sed intelligeretur facta solutio ex causa grauiori. numero 5.*
*Debitor non contradicens creditori respondenti positionibus, & dicenti se in talem causam recepisse pecunias, intelligitur consensisse. nu. 6.*

## DECISIO DCXCV.

1 FVit resolutum, pecunias D. Guicciardini exactas per DD. de Sacchettis, & Altouitis cedere in extinctionẽ partitæ Scutor. 2500. auri in auro, & illius cābiorũ, pro qua solutio in dubio censetur facta in causam grauiorẽ, & duriorẽ. l. 3. & sequ. & l. in his. ff. de solut. Ang. in l. 1. n. 4. C. eo. tit. Paris. cõs. 122. n. 9. li. 4. Menoc. de arbitr. iud. li. 2. cas. 493. n. 4. Surd. decis. 186. nu. 4. In casu aũt, de quo agitur, licet ijdem Sacchetti, & Altouiti essent creditores Guicciardini in duabus alijs partitis, altera scilicet Scut. 3000. altera vero 2000. ꝑ supradicta tñ partita Scut. 2500. fuerat per A. C. ante illius exactionẽ relaxatũ mandatum exequutiuũ, tã pro sorte principali, q̃ pro cambijs, quę propterea ad istum effectum durior causa esse dicitur, cum possit celerius exequutioni demandari. Imol. in l. si quidem ex famosa. num. 2. ff. de solut. Rota in Anconitana Pecuniariæ. 27. Iunij 1590. coram Cardinale Pamphilio, & faciliorem habeat exactionem. Menoch. de arbitr. iud. d. cas. 493. num. 14.

2 Et ex his cessat, qđ pro duabus alijs partitis Scut. 3000. & 2000. Guicciardinus esset obligatus i forma Cameræ, quæ habet exequutionẽ paratã, & vlterius ꝑ illis esset data fideiussio, per quã debitum grauius esse dicitur, iux. l. & magis. & l. in his. ff. de sol. Nã quo ad obligationẽ Cameralẽ placuit responsio, ꝙ ẽt pro ista partita Scutor. 2500. Guicciardinus erat in forma Cameræ obligatus, & cũ vlterius fuisset iã pro ea relaxatũ mandatũ exequutiuũ illa dicitur causa grauior, ex quo tunc non est deueniendũ, nisi ad exequutionẽ facti, & sic habet exequutionẽ magis paratã, vt dixit Corn. cons. 195. sub n. 21. post med. vers. nã loquitur. lib. 3. Quo vero ad fideiussionẽ præstitã pro dd. duabus partitis tñ, fuit respõsum, ꝙ hmōi qualitas fideiussionis habeatur in cõsideratione, qñ cetera sunt paria, in cõcursu aũt ad istũ effectũ, qđ debitũ grauius esse dicat, attenditur potius qualitas exequutionis magis paratæ, q̃ fideiussionis. Idem Corn. d. cons. 195. sub n. 2. in fin. & faciunt not. per Imol. in d. l. 1. sub num. 5. versi. sed hic posset esse dubium. ff. de solut.

3 Quod ẽt suadetur in hoc casu, quia mandatũ exequutiuũ pro dicta partita Scut. 2500. & illius cambijs fuit relaxatũ, & expeditũ sub die 1. Iunij 1607. & de mense Iulij, & Septẽbris subsequen. procurauit Guicciardinus, quod Sacchetti, & Altouiti dd. pecunias ab illius debitoribus exigerẽt, quæ propterea eo facilius cedere debent in causam necessariã præcedentẽ mãdati relaxati, & exequutionis imminẽtis cũ qua bene correspondẽt ẽt in t. pe. Rim. sen. cons. 348. n. 5. cum seq. lib. 2. Socin. iun. cons. 85. sub nu. 6. lib. 2. & tenuit Rota in d. Anconitana Pecuniariæ. Maxime quia partitæ pecuniarum exactarum per eosdem Sacchettos, & Altouitos fuerunt positæ in eorum libris ad creditum Guicciardini, & oppositæ supradictæ partitæ Scutor. 2500. pro qua fuerat relaxatum mandatum. Bar. in l. creditor. §. penult. ff. de solut. Alexand. consil. 85. numero 5. lib. 3. Socin. consil. 65. col. 2. versic. nam ex tali descriptione. libro 4.

4 Vltra, quod attenta etiam intentione Guicciardini debitoris, quæ in hac materia attendi solet. d. l. 1. cũ plur. seqq. ff. de solut. d. l. 1. C. eo. tit. & tenuit Rota in Romana Pecuniaria de Bãdinis de anno 1586. coram Bubalo, & in d. Anconitana Pecuniariæ, corã bo. me. Pãphilio, est magis verisimile quod voluerit dd. pecu-

pecunias cedere in extinctionē suprascriptæ partitæ, pro qua erat relaxatū mandatū etiam cōtra personā, quam aliarum partitarum pro quibus erat data fideiussio. Corn. d. conf. 195. nu. 2. in prin. li. 3. præsertim, quia tunc erat mercator præcipuus Vrbis, qui propterea nullo modo credendus est, quod pro dicto debito voluerit carcerib. includi. Menoch. d. caf. 493. nu. 17. in fi. & faciunt trad. per Imol. in d. l. 1. sub nu. 5. vers. quarto modo. ff. de solut. vbi dicit, quod durior causa esse dicitur illa, quæ habet promptiorem, & magis rigidam execqutionem, vt quia debitor poterat pro ea etiam personaliter capi.

5 Cessat etiam quod pecuniæ exactæ per Sacchettos, & Altouitos positæ fuerint ad creditū Guicciardini, & ad ipsorum proprium debitum, non autem in solutionē alicuius debiri, quo casu erat in facultate Guicciardini debitoris declarare, in quā causam vellet pecunias exactas cedere, ex adductis per Surd. d. decis. 186. n. 7. quia ex contrapositione partitarū cum aliis supra deductis, magis placuit DD. in casu isto non esse locum alicui declarationi, sed pecunias censeri receptas in causam grauiorem, in quam de iure recipi debebāt, & sic in extinctionem dicti crediti Scut. 2500. auri in auro cum cambiis cui fuerāt cōtrapositæ, & ipsimet creditores soluissent si fuissent debitores. Barto. in d. l. 1. nu. 2. & in l. cum ex pluribus. ff. de solut. Bal. in d. l. 1. C. eod. tit.

6 Tanto magis, quia iidem Sacchetti, & Altouiti respondendo positionibus datis per eundē Guicciardinum dixerunt, se exegisse in istā causam, & Guicciardinus non contradixit, qui propterea censetur consensisse, vt post Cephal. conf. 110. sub nu. 12. circa finem, & alios alleg. tradit Surd. decis. 47. n. 9. Et ita decisū.

## R. P. D. VBALDO.

*Bononien. Census de Pepulis. Veneris 22. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM

Remissoria in prophanis, debet concedi, quando articuli sunt releuantes, & præcipue quando fuit concessa collitiganti.

### SVMMARIVM.

*Remissoria in prophanis non denegatur, maxime posita releuantia articulorum. nu. 2.*

*Remissoria concessa Reo facit, vt non debeat denegari actori. num. 2.*

*Reus quo ad probationes non est magis fauorabilis, quam actor. num. 2.*

*Testium examen factum in iudicio executiuo, non impedit postea posse examinari in iudicio ordinario. numero 3.*

*Mandatum quantumuis generale nō intelligitur tribuere facultatem donandi, & remittendi. num. 4.*

*Procurator ius clarum sui principalis remittere non potest. num. 4.*

*Iuramentum sequitur naturam principalis dispositionis. numero 4.*

*Iuramentum procuratoris non extenditur, nisi quousque in mandato sibi concessum est. nu. 5.*

*Mandatum speciale, & indiuiduum ad iurandum requiritur ad faciendum incidere dominium in periurium. numero 6.*

*Procurator quomodo iurat in animam constituentis. numero 6.*

*Clausula iuramentis &c. in mandato apposita, restringitur ad iuramentum proprium ex formulario Bononiæ. numero 7.*

## DECISIO DCXCVI.

1 IN hac causa fuit resolutū, die 26. Aprilis 1613. obstare transactionem Comiti Iulio, nisi adsit læsio, de qua Domini voluerunt, vt particulariter videretur quo dubio læsionis proposito, & non resoluto, pars petijt, & obtinuit remissoriam, sed cum illa peteretur etiam a Comite Iulio, fuit oppositum de periurio, quasi ipse veniret contra prædictam transactionem iuratam, ideo de ordine Dominorum dedi dubium, an ei sit danda remissoria, vel potius obstet periurium.

2 Et circa primam partem modica videbatur adesse difficultas, quia articuli in actis dati sine dubio sunt releuantes, cum tendant ad probandum generalem inundationem in territorio Bononien. & in specie in bonis censuatis, & quod mandatum a Comite Iulio factum Dominæ Elisabeth ad trāsigendum, fuerit reuocatum ante celebrationem instrumenti, & quod ipsa non sponte, & libere transegit, sed metu cōminato subhastationis, & deliberationis bonorum, ex quibus remanebit probata læsio reseruata per Rotam. Posita autem releuantia articulorum, certum est, remissoriam nō denegari præsertim in prophanis. l. de die. §. iubetur. vbi Angel. ff. qui satisd. cogant. Castr. in l. iudices. C. de fid. instrument. Caffad. decis. 3. de leg. Caputaq. decis. 59. & decis. 68. par. 3. Rot. decis. 102. num. 1. par. 1. diuers. & fuit sæpissime decisum, quod eo magis placebat, cum fuerit diebus præteritis concessa remissoria parti aduersæ, vt dixi. Vnde non videbatur posse denegari Comiti Iulio, quamuis actori l. prima, & per totum. ff. quod quisque iuris. cum quo ad probationes non sit fauorabilior reus, quam actor. l. vlt. C. de fruct. & lit. expens. glos. in c. cum ad sedem. in ver. & pertinentiis. vers. sed qualiter procedatur. de restitut. spoliat. Alexand. consilio 68. numero quinto, libro tertio.

3 Non obstare visum fuit, quod alias fuerint examinati testes super peremptione census, de quo agitur, quia illud examen fuit per viam exceptionis in iudicio executiuo, quod iam fuit finitū per sententiam,

 O 2 & man-

& mandatum relaxatum. Et cum nunc agatur de iudicio ordinario non sunt coanguſtandæ probationes actori, præſertim cum eadem ratio militaret contra partem, quæ & ipſa examinauit in dicto iudicio executiuo pro exclutione præſumptionis, & tamen fuit ſibi cōceſſa remiſſoria. Vnde ratione dictæ æqualitatis ſeruādæ, debet etiam concedi Comiti Iulio ex ſupradictis.

Quo vero ad ſecundam partem Domini mature diſcuſſo negotio, cenſuerunt non obſtare exceptionem
4 periurij, & in primis certum eſt, Comitem Iulium nō iuraſſe, ſed tantum vidiſſe mandatum ad tranſigēdū, in quo quantum uis generali non venit facultas donādi, & remittendi. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. & l. filiusfam. §. 1. ff. de donat. Alex. conſ. 22. n. 8. lib. 1. & in hoc caſu ceſſat difficultas, quia in mandato fuit expreſſe excepta donatio, quam hodie Comes intendit probare, ex quo eius procuratrix remiſit ius clarū ipſius, vt late per Surd. conſ. 431. num. 37. & ſeq. lib. 3. Vnde non videtur Comiti obſtare iuramentum quatenus a procuratrice ſit præſtitum, cum ſequatur naturam principalis diſpoſitionis. l. vlt. C. de non numer. pecu. Dec. conſ. 239. num. 3. & 493. num. 26.

5 Secundo mouebantur Domini, quia in mādato nō legitur data facultas iurandi, niſi in duobus tantū caſibus, videlicet, quod bona cenſui ſupponēda fuerūt, & ſunt libera, & quod in præſentationibus occurrentibus non interuenit dolus, & fraus, aut ſimoniæ labes. Vnde iſtis duobus caſibus exceptis facultas iurādi in alijs non continetur, per reg. l. quæſitum. §. denique. vbi Bar. ff. de fund. inſtruct. l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. legat. Surd. conſ. 321. num. 17. lib. 3. Seraphin. deciſ. 964. num. 3. par. 1. & in terminis iuramenti. Dec. conſ. 493. num. 25.

6 Non obſtat generalis facultas data ad faciendum ea, quæ faceret ipſe conſtituens, quia ad iſtum effectū faciendum incidere Dominum in periurium, requiritur mandatum ſpeciale, & in indiuiduo ad iurādum. Couar. pract. quæſt. c. 20. ſub n. 8. verſ. eſt tamen, quē ſequitur Seraph. de priuil. iuram. priuil. 111. nu. 9. Bero. conſ. 25. n. 28. lib. 3. Vltra quod nō fuit data facultas iurandi in animam conſtituētis, niſi in caſibus ſupra expreſſis, quæ conceſſio fuiſſet ſuperflua, ſi veniret in clauſulis generalibus contra l. ſi quando. ff. de leg. 1. cum vulg. & tamen ad hoc etiam requirebatur ſpeciale mandatū, vt in addit. ad deciſ. 1. in rit. de iuram. calum. in nou. & alios allegat Moder. Tibur. de iuramen. par. 2. art. 1. nu. 19. & dato, quod veniret, tamen per procuratores non fuit ita iuratum in animam conſtituentis, prout erat neceſſarium. Seraph. d. priuileg. 111. nu. 8. verſ. & notan. vbi plures allegat. & præter alios. Alex. conſ. 149. num. 14. lib. 5.

7 Nec obſtat clauſula iuramētis, &c. quia vt patet ex illius extenſione deſumpta ex formulario Notariorū Bononien. confirmato, illa eſt reſtricta ad iuramētum proprium, & ideo non poteſt a Notario rogato aliquo modo alterari, iuxta decretum Illuſtriſs. Card. Legati, vt in Summario Comitis. nu. 4. & 5. Ex quibus cū in omnem euentum negari non poſſit, rem fuiſſe dubiam, & potuiſſe credere Comitem Iulium, ſe non eſſe periurum, ideoque ad abundantiorem cautelam, abſolutionem obtinuerit, licet lite pendente, Domini concluſerunt, ei eſſe dandam remiſſoriam, & periurium non obſtare.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Romana de Ruſconibus. Veneris 22. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Exceptio, quæ per replicantem perfecte non diluitur, retinet ſuam vim, & efficaciam.

### SVMMARIVM.

*Probare debet vnuſquiſque fundamentum ſuæ intentionis. num. 1.*

*Reus exceptionem ſuam bene fundans, ſi actor illum plene non diluit, exceptio remanet efficax. num. 1.*

*Hæres factum ſui auctoris non poteſt impugnare. nu. 2.*

*Precarium eſt contractus reuocabilis ad libitum cōcedentis. num. 3.*

*Inueſtitura ſola abſque adminiculis non probat dominiū. num. 3.*

*Remedium l. fin. C. de edicto Diui Adriani toll. quem effectum operetur. num. 4.*

## DECISIO DCXCVII.

1 Non fuit receſſum à deciſione in hac cauſa facta ſub die 24. Nouemb. proximi, quia ex tūc deductis, viſa fuit ſatis clare deducta exceptio fratrum de Ruſconibus ſuper inueſtituris excludē. Angelam hæredem Baldaſaris. Vnde fit, quod ſi ipſa Angela prætendit non iſtas, ſed alias, in quibus ipſa tanquam extranea hæres poſſit comprehendi, eſſe attendendas, debeat hoc plene, & concludenter probare, tū quia hoc eſt regulare, in eo, vt qui aliquid aſſerit probet. c. placuit. 2. q. 5. c. accuſator. 6. q. 5. l. ei incumbit. l. verius. cum ſeq. ff. de probat. l. actor. C. eodem. Tum quia quando actor plene fundauit ſuam exceptionē, tenetur reus & ipſe plene deducere ſuam replicationem, alias remanet uis, & efficacia exceptionis, vt fuit dictum in alia deciſione.

2 In caſu autem plenę probationis fuit viſum Dominis, non adeſſe Angelā, in primis, quia Ioannes, quo mediante hæres eſt Angela, & propterea factum impugnare non poteſt. l. cum a matre. C. de rei vendic. magni fecit, & ſuum titulū reſtrinxit ad inueſtituras Capituli Sancti Petri, in quibus non ſunt comprehenſi hæredes extranei. Inueſtituras vero Franciſci del Nero, quibus modo nititur Angela, recepit ſine præiudicio conceſſionis ſibi factæ a Capitulo Sancti Petri ad cautelam, vt ponderatum fuit in alia deciſione.

Secun-

3 Secundo, quia neque ex modo deductis pro parte Angelæ, clare constat de iure illius Francisci del Nero, qui fuit inuestitus. Etenim motus proprius Pauli Papæ III. qui modo exhibetur in forma probanti, non continet contractum translatiuum directi, vel vtilis dominij in dictum Franciscum, sed nudum precarium, donec ipsi Francisco restituerentur pecuniæ in fabricando impensæ. Valasc. de emphyt. quæst. 34. nu. primo, & seq. Nec minus dicta inuestitura absque adminiculis non probat dominium. Curt. iun. consil. 432. num. 6. Menoch. consil. 252. numero 11. Put. decis. 454. num. 2. lib. 2. Stantibus maxime inuestituris Capituli S. Petri, & aliis ponderatis in alia decisione, quæ reddunt rem obscuriorem.

4 Et quia ex articulis de illis vsque temporibus per Cameram Apostolicam datis apparet dominium Cameræ fuisse vndequaque controuersum. Vnde inferebatur ius Cameræ fuisse incertum, & magis incertũ, an dicta Camera illud qualecũque ius voluerit transferre in Franciscum del Nero, & propterea incertius remanere quale ius acquisiuerit Ioannes Rusconus per inuestituram sibi factam a dicto Francisco, & circa illud, quod constet de effectuatione ex quadam solutione facta dicto Francisco del Nero occasione canonum, dicebatur fuisse simplex depositum factum metu excommunicationis, etiam fluxisse quinquaginta annos sufficientes ad præscriptionem, & licet contra prædicta multa replicarentur pro parte Angelæ, attamen visa fuerunt non ponere replicationem Angelæ fundatam in iure dicti Francisci del Nero, in tali statu, vt diceretur elisa exceptio fratrum de Rusconibus ad effectum, vt possit dari immissio Dominæ Angelæ ex testamento Balthasaris ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen. qui est effectus, de quo agitur, &c.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Ciuitatis Castelli vnionis. Lunæ 20. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Cumulatio petitorij cum possessorio non admittitur ex clausula arbitrio in iudicio manutentionis, vbi possessio est clara, nec aliqua subest causa. Item exceptio inualiditatis tituli exhibiti non admittitur in iudicio manutentionis, nisi quando de defectu tituli ex ipsius lectura apparet.

*SVMMARIVM.*

*Cumulatio petitorij cum possessorio de iure non debet admitti. numero 1.*

*Arbitrium regulatur a iure. nu. 1.*

*Cognitio possessorij debet præcedere cognitionem petitorij. numero 1.*

*Cumulatio petitorij cum possessorio in iudicio manutentionis non admittitur. nu. 2.*

*Cumulatio petitorij cum possessorio non admittitur, vbi possessio est clara nec aliqua habere causa. nu. 2.*

*Exceptio inualiditatis tituli, qui exhibetur, debet admitti in iudicio manutentionis. nu. 3. Vbi si defectus tituli appareat ex lectura ipsius tituli.*

*Vnio antiqua iuncta obseruantia præsumitur confirmata a Papa. num. 3.*

*Exceptio turbida non admittitur in iudicio manutentionis. numero 3.*

## DECISIO DCXCVIII.

1 Fvit resolutum non intrare arbitriũ ad effectum cumulãdi petitorium cum possessorio, quoniã illud regulatur a iure. Cæs. de Grass. decis. 7. numero 7. de sent. & re iud. & de iure præcedere debet cognitio possessorii cognitioni petitorii. l. ordinarii. C. de rei vendicat. l. iuuiti. C. de interdict. qui quidem ordo peruerti non debet in præiudicium possessoris quando priuaretur commodo possessionis, quod maximum est, & grauaretur onere probandi, a quo stante possessione releuatur, & ideo non videtur intrare arbitrium, vt fuit resolutum in vna Virdunen. Abbatiæ 20. Februarii prædicti coram Domino meo Buratto.

2 Et prædicta facilius procedunt, cum versemur in dicto Summario manutentionis, in quo cumulatio concedi non solet, vt restatur Rot. in causa Romana census coram Robusterio, quæ est inter impress. decis. 59. num. 6. par. 1. Et cum possessio Antonij sit clara ex deductis in decisione in ista causa facta 16. Martij prædicti, nec aliqua adducatur causa, quæ arbitriũ suad..., multo minus illi videtur esse locum, vt in istis terminis fuit resolutum in causa Turritana bonorum. 27. Aprilis 1603. coram D. Vbaldo, & prius in alia Montis Falisci Cappellaniæ 13. Ianuarij 1606. coram Illustrissimo Lancellotto. Et quamuis Informantes pro Iosepho dixerunt, quod patroni de Bernardinis præsentarunt Antonium ad duo beneficia simplicia scilicet Sancti Rocchi, & S. Ioannis reseruato sibi iure super Parochiali S. Angeli, de qua agitur, & præsentatus obtinuit de dictis duobus beneficiis institutionem, & possessionem etiam cum eorum iuribus, & pertinentiis. Vnde inferebant, quod quamuis alias capta possessione Ecclesiæ S. Rocchi censeatur etiam capta possessio Ecclesiæ Sancti Angeli, illi vnitæ, attamen secus esse stante dicta reseruatione, quæ videtur operari, quod eodem modo quo ipsa re illius præsentatio, prout visum, non extenditur ad Ecclesiam Sancti Angeli, ita nec possessio præsentationis vigore capta, nihilominus, quia de prædictis nihil constat in actis, Domini illa non habuerunt in consideratione.

3 Non obstat exceptio inualiditatis vnionis resultans in defectu potestatis qui vniuit, & ex eo quod Ec-

Ecclesia Parochialis libera, & maioris valoris fuit vnita beneficio simplici iuris patronatus, & exigui valoris, & quod huiusmodi exceptio inualiditatis tituli qui exhibetur sit admittenda in hoc iudicio, iux. Abb. in cap. audita in primo notab. de restitr. spoliatorum. Quia hoc procederet si defectus tituli appareret ex lectura ipsius tituli. Menochius de retin. remed. tertio, numero 683. quod applicari non valet casui nostro, in quo ex scriptura vnionis non resultant defectus contra eam oppositi, nec minus extrinsecus illi iustificantur, imo reddi videntur turbidi, ex quo versamur in vnione excedente metam 90. annorum, quę propterea iuncta obseruantia subsequuta deducta ex pluribus præsentationibus, & institutionibus effectum sortitis, præsumetur a Sede Apostolica confirmata, vt fuit dictum in vna Firmana iuris patronatus prima Martij 1613. corā Domino meo Decano. Vnde cum huiusmodi exceptio inualiditatis reddatur ex prædictis admodum turbida, videtur ad petitionem reiiciēda, iuxta decisionem Capuraquen. Vnionis. 20. Februarii 1589. coram Bubalo, & Oxonien. Cappellanię 10. Martii eiusdem anni coram bonæ memoriæ Cardinale Platto. Minus ob. Decisio Vicen. Parochialis. 8 Decembris 1608. coram me, quia ibi possessio erat turbida, hic vero est clara ex deductis in prædicta decisione in hac causa facta.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Militen. Prioratus. Veneris 22. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de probatione narratorum in gratia si neutri.

*SVMMARIVM.*

*Liber Baptismi probat, ex quo loco aliquis sit oriundus. numero 1.*

*Clericatus probatur ex literis patentibus ordinarij. numero 1.*

*Lis ad effectum gratia si neutri probatur ex reuolutione processus. nu. 2.*

*Narratiua, quod neutri ius competat respectu impetrantis probatur ex eius confessione in impetratione gratiæ, si neutri. nu. 2.*

*Narratiua non iuris probatur, si ex reuolutione actorum appareat de titulo minus sufficienti nu. 2.*

*Confessio debet acceptari cum sua qualitate. nu. 2.*

*Beneficium de iure præsumitur simplex, & ideo talis narratiua non requirit iustificationem. nu. 3.*

*Verba vt asseritur, operantur, vt narratiua non dicatur narratiua partis, nec impetrans quicquam videatur affirmare. num. 4.*

## DECISIO DCXCIX.

1 GRatiam si neutri esse iustificatam, præterquam quo ad valorem, Dñi responderunt. Quod enim Gaspar sit oriundus ex diœcesi Toletana, probatur ex partita libri baptismi. Sfort. Odd. de resti. in integ. q. 37. n. 83. Seraph dec. 1138. nu. 2. prout, & quod sit clericus ex literis patentibus ordinarij. Rot. decis. 1. de prob. in nou. Grām. dec. 81. n. 1. Obitus Fabij vltimi possessoris in possessione probatur ex testibus, & cōfessione aduersariorum in adeptione possessionis, & cōstitutione pcuratoris. Quod autem Gaspar fuerit antea prouisus de hoc beneficio per liberam resignationem Francisci Parauicini constat ex literis Apostolicis dictæ prouisionis.

2 De lite autem apparet ex reuolutione processus, & narratiua, quod neutri ius cōpetat, satis iustificatur respectu Gasparis ex eius cōfessione in impetratione istius gratiæ si neutri l. cum precum. C. de liberali cau. Respectu aūt Abbatis, & monasterij visum fuit, etiam iustificari ex reuolutione actorum, in quibus nō apparet adesse aliquem titulū, quod suffragetur, quod sufficit pro narratiua illius non iuris, vt fuit dictū in vna Clusina Prioratus 13. Febr. 1592. coram bo. me. Orano, & in alia Aquinatē. Beneficij 21. Febr. 1603. corā Reuerēdiss. Bonon. & in Pampilonen. parochialis de Aguero 7. Iunii 1610. corā Reuerēdiss. Attrebatē. & licet dicatur Gasparem cōfessum fuisse quandā vnionem a Monasterio prætensam de hoc beneficio, tamē dicta confessio debet acceptari cū sua qualitate, quod scilicet fuerit facta nulliter. Boer. decis. 243. numer. 5. Menoch. cons. 703. nu. 3. lib. 8. Verall. decis. 191. n. 2. par. 1. Et fuit dictum in vna Perusina pecuniariæ 28. Nouembris 1611. coram me.

3 Valor beneficii obtēti iustificatur ex testibus. Qualitas vero, quod scilicet sit simplex, & non requirens residentiam, non eget iustificatione, cum tale præsumatur de iure. Staphil. de lit. grat. tit. de qualit. & stat. benef. num. 1. Aegid. decis. 675. Rot. diuers. decis. 17. par. 1. & fuit dictum in allegata Aquinaten. Beneficii, & alias sæpe.

4 Prout nec pariter iustificanda est alia narratiua, quod collatio, seu prouisio Beneficii, de quo agitur, spectet ad Archimandritam, cum fuerit additū verbum, vt asseritur, quod operatur, vt narratiua non dicatur partis, nec impetrans quicquam videatur affirmare. Rot. decis. 60. de rescri. in antiq. Bisigners. decis. 6. de prab. Cassad. decis. 7. nu. 8. vers. secundo vero casu. de iure patron. & decis. 4. nu. 8. de prob. Rot. decis. 447. nu. 1. & 412. n. 2. par. 1. diuers. & fuit dictum in vna Trident. Monasterii 17. Maij 1603. coram me. Valor autem beneficii, de quo agitur, quod non excedat Ducatos 250. non videtur bene probatus, cum testes, aut deponant de suo iudicio, & publica voce, & fama, aut per ascensum ad 300. Ducatos, & per possibile. Cetera, quæ pro parte Monasterii adducūtur, vel sunt extra dubium, vel magis iustificant gratiam si neutri, cum tendant ad probandum non ius Gasparis.

R. P. D.

R. P. D. BVRATTO.

*Romana Laudi, seu prætensæ participationis. Veneris 22. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Mercator contrahens vti Romæ negotians, nũquid contraxisse dicatur nomine proprio, & ad suam propriam vtilitatem, an vero potius nomine rationis Banchariæ, & etiam ad vtilitatem sociorum, & participantium. Magistralis est decisio.

*SVMMARIVM.*

*Contrahens censetur contraxisse vt talis, qualem se nominat. num. 1.*

*Consuetudo scribendi, & loquendi obseruanda est pro interpretatione verborum. nu. 2.*

*Mercatores quando emunt loca Montium in magna quantitate pro vtilitate Banchi, illa emunt, nõ vt retineant, sed vt vendant maiori pretio, videnturq; potius appaltatores, quam emptores, quia id faciunt, vt fructus percipiant, donec montes reuendant. nu. 3.*

*Mercator quando contrahit, & se Romæ negotiantem dicit, suam professionem, & exercitium demonstrat, nec sine mysterio sic se Romæ negotiantem dixisse præsumitur. num. 4.*

*Mercator potest in appaltu a Camera suscepto nouos socios sibi assumere etiam Camera ignorante. numero 5.*

*Contrahere sub nomine communi quando quis voluit exprimere debet. Vbi non expressit nomine proprio contraxisse videtur. Declara, vt nu. 6.*

*Contrahentium mens præcipue attenditur in contractibus, etiam quod verba repugnant. num. 7.*

*Actus præsumitur potius factus ex capite verisimiliori, licet non expresso, quam ex expresso. nu. 7.*

*Mercator socius contrahens si stipulatus fuit pro se, & hæredibus, non censetur contraxisse nomine sociali. nu. 8. Declara, vt nu. 9.*

*Socius an quis sit in aliqua mercatura ex libris deprehenditur. nu. 8. in fine.*

*Contrahens cum mercatore in dubio contraxisse præsumitur cum eo, tam vt in repræsentante personã propriam, quam rationem Banchariam. nu. 9.*

*Factum præsumitur tale, prout est solitum. numero 10.*

*Mercatores tenent capsam apertam, & mensam paratam, vt solutiones sint in promptu. nu. 10.*

*Mercator Romæ negotians præsumitur conducere appaltus in causam eius negotiationis, & pro ratione Bãchariæ. num. 11.*

*Contractus an sit initus contemplatione personæ, dignitatis, vel officij, attenditur subiecta materia. nu. 11.*

*Animus qualis fuerit ab initio colligitur ex actu immediate, & in continenti facto. nu. 14.*

*Voluntas, magis facto, quam verbis declaratur. num. 13. Vbi ampliatur etiam quod verbis, vel scripturæ contradicat. num. 15.*

*Mercator accipiens pecuniam, licet non appareat, quod eam acceperit pro Bancho, & pro satisfacientibus creditoribus Banchi, si tamen acceptam pecuniam creditoribus soluerit, ita a principio actum præsumitur. numero 15.*

*Declaratio a contrahentibus facta post cõtractum retroerahitur ad tempus contractus. nu. 16.*

*Mercator potest declarare, quo nomine contraxerit. numero 16.*

*Complementarius, seu Minister Banchi, quicquid scripsit in libro principali mercatoris, censetur de eius consensu scripsisse. nu. 20.*

*Liber mercatoris scriptus non ab ipso Domino, sed ab alijs præsumitur scriptus de consensu domini. nu. 20.*

*Extraiudicialis attestatio sine partis citatione attendenda non est. nu. 27.*

*Defuncti mens declarari potest ab hærede. nu. 31.*

*Testis in causa propria, & in qua habet interesse non probat. num. 32.*

*Testis qui non euacuauit omnia interrogatoria sibi facta non est idoneus. nu. 32.*

*Testis reddens rationem secundum suum sensum non probat. num. 33.*

*Confessio extraiudicialis probanda est per duos testes, de loco, tempore, & verbis confestes. nu. 33. & 34.*

## DECISIO DCC.

1 Domini steterunt in resolutis 15. Decembris præteriti ex rationibus de quibus in Decisione hodie magis corroboratis, quæ consistunt in verbis instrumenti, verisimili contrahentium intentione, & obseruantia subsecuta. In verbis, quia (alias dictum est) Alexander Donus stipulando appaltum salinarum expressit se mercatorem Romæ negotiantem, & ideo vti talis contraxisse videtur sicut qui contrahit vti ciuis alicuius ciuitatis, vt post alios Cardin. Mantic. de tacit. libro tertio, tit. decimo, nume. 28. in fine, vel aliquibus qualitatibus expressis. Abb. consil. 115. vers. præterea. lib. secundo. Cardin. Seraphin. decisione 1058. in fine. Et eadem contemplatione Camera contraxisse præsumitur, sicut de contrahente cum aliquo, vt hærede, tradit Angel. in l. si proponas. §. primo. in princip. vers. contrahens, ff. de inoffic. testamen. cum alijs per Surd. consil. 106. numero trigesimoquarto, & decisione 322. numero 12. & Mantic. dicto titu. 10. numero 28. versic. Vnde etiam.

2 Coadiuuatur, quia Alexander hac sola qualitate expressa emit loca Mõtis Prouinciarum 3000. & Carnis 500. & diuersas fecit obligationes, vt in Sũmario concordato Alberici, n. 1. Et tamen ista negotia gessit

pro ratione Banchatia, & sic declarauit virtutem, & significatum dictorum verborum, Romæ negotians. Quæ consuetudo scribendi, & sermocinandi pro interpretatione verborum est obseruanda, vt ex Cicerone. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 10. num. 11.

3 Nec obstat, quod prædicta negotia facta fuerint cũ pecunijs Banchi, quia etiam pro dicto appaltu Banchum fecit impensas a die 16. Ianuarij quo fuit susceptus, vsque ad 18. Martij del 1595. & sic antequam Banchum eligeretur in Depositarium. Nec ostenditur dicta loca Montium ab initio nõ fuisse empta pro Bancho, immo inuerisimile est empta fuisse pro Alexandro in proprium, cum pretium ascenderet ad Scuta 353. millia, quod etiam arguit emptionem factam pro vtilitate Banchi vti appaltatoris potius quam emptoris, non vt retinerentur, sed vt maiori pretio reuenderentur, & interim fructus perciperentur, vt in terminis inquit Gabr. cons. 175. numer. 1. in 2. Et patet ex partita super libro C. de anno 1592. fol. 219. ibi, Monte della Carne comprò dall'Inclito Popolo Romano, deue dare, &c. Et ibi, Scudi 10700. si mettono ad vscita del Quaderno a i Signori Giustiniani, & sono a buon conto del prezzo di 100. luoghi di detto Monte, che participano per detta rata nella compra delli 500. luoghi. Et ex alia Scutorum 300. pagati al Sig. Alessandro disse hauerli dati per ricompensa a i Conseruatori. Si enim Alexander fuisset emptor nomine proprio non debebat a Bancho redintegrari de dicta summa, vel ea non esset adnotata super libris Banchi, vel fuisset expressum, quod loca empta erant per Alexandrum in proprium.

4 Quo vero ad obligationes, non obstat, quod Albericus non reclamauerit coram arbitro solutiones inde bite factas fuisse de pecunijs Banchi, quia ex hoc non arguitur, quin pertinerent ad Banchum tanquam factæ per Alexandrum vti Mercatorem Romæ negotiantem. Aliæ vero, pro quibus Albericus reclamauit, erant factæ sub obligatione Alexandri per hæc verba, sopra del Sig. Alessandro, quas propterea arbiter posuit ad debitum eius hæredum, vt in Summario de Donis. 27. Martij litera B. Nec negatur, quin illa verba, Mercator Florentinus, sint demonstratiua personæ, sed dicitur, quod illa Romæ negotians, sunt demonstratiua professionis, & exercitij, iux. text. in l. penult. & ibi Bart. ff. de reb. dub. & attendenda vti non sine mysterio apposita. Bald. in rubr. ff. sol. matrimon. num 8. vers. aut est nomen demonstratiuum, cum Camera videatur respexisse potius ad negotiationem, quam ad personam, iux. tex. in l. procuratoris. §. si plures, & ibi gl. in verb. merci. ff. de tributor. Odofred. in §. per hanc, dictæ l. circa med. Alber. num. 6. Castr. con sil. 285. col. 3. circa med. vol. 1.

5 Nec verificatur Alexandrum sub eiusdem qualitatis expressione contraxisse in proprium, quia duo instrumenta ex datis in Summario concordato de Donis, num. 1. sunt ante annum 1590. & sic ante apertũ Banchum sub illius nomine. Emptio vero Census de anno 1591. fuit facta per Nicolaum Morum vti eius in hac parte agentem, nec erat negotium mercantile, cum non appareat Banchum viuente Alexandro fuisse solitum implicare pecunias in censibus, & ideo de illius pretio fuit datum debitum in computo currenti particulari Alexandri. Minus facit, quod instrumẽtum fuerit stipulatum etiam pro personis nominandis, & quod Banchum non fuerit nominatum, quia cum Alexander, & Banchum idem essent, Banchum ex vi dictorum verborum non indigebat nominatione, prout aliæ personæ extrinsecæ, de quibus nominãdis fuit actum cum Camera. Et propterea non facit, quod Alexander ignorante Camera non potuerit nouos socios assumere, iuxta cons. Ruin. 90. & 91. cum alijs allegatis. Camera enim intellexit contrahere cũ ratione Bancharia per Alexandrum repræsentata, nec illius intererat, quod in ea admitterentur participes, nec etiam poterat impedire, & Albericus non habuit, nec prætendit titulum appaltus, sed solũ participationem lucri pro tempore quo fuit institor, quã Alexander concedere potuit absque consensu Cameræ ex deductis in Romana participationis, coram bonæ memoriæ Bubalo. 9. Maij 1583. & R. P. D. Vbaldo. 26. Iunij 1614. & R. P. Domino Pirouano. 28. Ianuarij 1611.

6 Demum non obstat, quod vbi Alexander voluit contrahere sub nomine Banchi, id expresserit, vt in dicto Summario. nume. 3. quia hæc expressio fuit facta gratia maioris declarationis, ad l. quæ dubitationis. 81. ff. de reg. iur. Et ideo inferri non potest, quod vbi non expressit, noluerit pro Bancho contrahere, cum de contrario euidenter appareat.

7 Secundum principale fundamentum fuit verisimilitudo mentis, & intentionis tam Cameræ, quam Spadæ, & Alexandri, quam notum est esse ante omnia inspicien. l. cum qui ita. 56. in princ. ff. de verb. obligat. gl. magna. in l. veteribus. 40. circa finem. & ibi Doct. ff. de pact. cum plurib. per Mant. de tacit. lib. 1. tit. 1. num. 12. & seqq. & num. 25. & 26. Adeo vt etiam per eam recedatur a verbis. l. solutum. 11. §. solutam. ff. de pignor. act. Gabr. cons. 6. nume. 4. & 5. in 2. Mant. vbi supra, num. 14. Actus enim potius præsumitur factus ex capite verisimilioris, licet nõ expresso, quam ex expresso. Roman. cons. 343. num. 9. vers. ad idem. Tiraq. in l. si vnquam. in prælatione. in verb. libertis. nu. 37. C. de reuocan. donat. Et tamen in proposito nulla cadit dubitatio. Non solum enim verba instrumenti nõ repugnant, sed maxime conueniunt, quia Alexander contraxit vti Mercator, & Romæ negotians.

8 Nec dici potest, quod duplicem personam repræsentaret, propriam scilicet, & rationem Bancharium, & quod stipulando appaltum præsumatur fecisse nomine proprio, cum nec in chirographo, nec in instrumento facta sit mentio rationis Bancharíæ, immo stipulatus fuerit pro se, & hæredibus, & sic non sociali nomine, iuxta notata per Bart. in l. Titium, §. altero. ff. de adminístr. tut. Bald. in l. si patruus. C. com. vtriusque Iud. cum allegat. per Menoch. præsumpt. 46. numero 5. lib. 3. Nam in primis negatur stipulationem

fuisse

fuisse factum sub solo proprio nomine Alexandri, & priuatiue ad rationem Banchariam, immo contrariũ apparet ex supradictis, & ideo sumus in primo casu. Bart.in dicta l.si patruus.num.4. vers. primo casu, & ibi Bald.n.6. Menoc.vbi supra,nu. 10. Et cessat ratio propter quam censetur acquirere nomine proprio, ne scilicet alia persona subintelligatur,de qua Bar.in d.l.si patruus,& Bald.nu.5.& in dicto §.altero. Cum nulla persona subintelligi possit,ex quo Alexander solus erat dominus Banchi,& capitalis, nec habebat aliquos socios, qui essent nominati in libris, nec cifra, &c.potest importare socios, quos non habebat, & sicuti libri ostendunt quando quis habet socios. Bar. in dicta l. si patruus. numero 5. Ita etiam quando non habet.

9 Et propterea mentio hæredum nihil facit, quia præsumptio procedit, quando constat de socijs,& persona acquirentis distinguitur a sociali, in quibus terminis loquitur Bar.in d.l.si patruus.num. 5. quem ceteri sequuntur,& in dubio, vt ibi expresse dicit Bald. nume. 7. vers. nam in dubio. hic autem cessant coniecturæ cum simus in claris. Ministri enim non erant socij,sed institores temporales,& in omnem casum Camera censetur voluisse contrahere cum Alexandro tãvti repræsentante personam propriam, quam rationẽ Banchariam,ad trad.per Alber.in l. si pupilli. §. 1. in fine. vers.cessantibus istis coniecturis,& ibi Castr. numero 3. prope finem. vers.in dubio. Socin. iun. consil. 27. numero 12. tom. 2. quos sequitur Gabr.consil.71. num.4. vol.1.

10 Verisimilitudo autem est satis clara tum ex solito Cameræ concedendi hos,& alios appaltus, vel publicis mercatoribus, & habentibus rationem apertam, vel saltem sub illorum fide, & obligatione. Factum enim tale præsumitur, prout est solitum, iux.text.in l. si quis donaturus.& ibi glo. ff. de vsufruct. cum alijs late per Euerard.in loco ab vsitato, & Gabr. consil.41. num. 15. in 2. Appaltatores enim ex forma Capitulorum tenebantur quolibet mense, & bimestri respectiue soluere Montistis, & Officialibus Sanctissimi summas eis assignatas,& ideo valde verisimile est Cameram voluisse mensam paratam, & Capsam apertam, vt solutiones essent in promptu, quod esse non poterat, nisi concessio fieret publicis personis, quales sunt Mercatores,vt fuit consideratum in illa Romana Mẽsæ nummulariæ. 30. Iulij 1614. coram Reuerendissimo D.meo Decano.

11 Tum etiam ex qualitate personæ Alexandri, qui cum esset mercator, & Romæ negotians, præsumitur suscepisse appaltum in causam eius negotiationis, vt de mercatore mutuum recipiẽte,tradit per illum text. in fin. Bar.in l.fin. C.ad Macedon.num. 2.& apostilla ad eum, in verb.expendisse, vers. & in mercatore, & Salicet.nume. 5. Bald. in l. Macedoniani. in fin. & ibi idem Salicet.num.2. C.eodem. Roman. cons. 520. numero 1. in fine,& num. 2. Menoch. libro 3. præsumpt. 68.num. 11.& 12. Mantic. dicto tit. 10. num. 21. Tum denique ex qualitate negotij,quod est mercantile, & ideo præsumitur susceptum pro ratione Bancharia secundum subiectam materiam,quæ semper attenditur quando dubitatur an sit contemplata persona, dignitas, vel officium. Abb. in c. quoniam Abbas. nume. 8. vers. item ad materiam. de offic. deleg. Butr. ibidem, nu. 21. vers. soluit, glos. Card. col. penult. in 15. quæst. Imol. num. 23. vers. potes concludere. Anan. nume. 8. vers. potest concludi. Bero. num. 91. Felin. in c. cum ex officij. num. 32. vers. ex quo noto. de præscript.

12 Tertio moti fuerunt Domini ex obseruantia subsequuta in vita,& post obitum Alexandri. Quæ illo viuente probatur primo ex prouisione Salium forensiũ, quam cum appaltatores quamprimum procurare deberent,vt in conuentionibus cum Camera 16. Ianuarij 1595. in Summario Alberici, num. 4. Ideo Banchũ cœpit illam præparare de mense Februarij,& sic in cõtinenti,ad quem effectum non solum direxit ordinem Pinello,cum insertione alterius ordinis per eum dandi, ac postea dati eius Correspondalibus Siciliæ, sed etiam illuc transmisit Ioannem Cunæum data illi in scriptis diligenti instructione negotij, & scripsit epistolas mercatoribus Neapolitanis, & Messanensibus, & sub die 21. eiusdem mẽsis expediuit Tabellarium, seu vt dicitur, vna Staffetta, cum literis missiuis Vicethesaurario Marchiæ Maceratæ residenti, & postea 26. Aprilis de omnibus illucusque gestis certiorem reddidit Spadam Rauennæ, tunc commorantem, quæ Epistolæ dantur in Summario concordato Alberici. num.5. Extractæ ex libro, Copie di lettere del 1595. Et de omnibus expensis pro dicta prouisione factis Banchum dedit debitum appaltatoribus Ceruię, non autem Thesaurariæ Marchiæ, vt in libro Mastro E. de annis 1594.& 1595. in Summario Alberici dato. 11. Maij litera B.

13 Ex quibus optime probatur mens,& intentio Alexandri, ad l. Nesennius in fin. & ibi not. ff. de negot. gest. quæ clarius colligitur, quia cum dicta Saliũ prouisio facta fuerit in executionem eius obligationis in appaltu, vt ex ordine Pinelli, ibi, Hauendo a far prouisione de Sali per seruigio del nostro appalto,& per osseruar quanto si è promesso alla Camera, necessario, & concludenter infertur Alexandrum conduxisse appaltum,& se obligasse nedum sub proprio,& principali nomine, sed vti repræsentantem rationem Bancharjam, quæ omnia adimpleuit.

14 Ex actu enim immediate, & in continenti facto colligitur animus ab initio, vulg. l. sed Iulianus. §. pro inde. ff. ad Macedon. Bar. in l. cetera. 43. §. sed si parauerit. num. 3. in fin. & num. 4 ff. de leg. 1. Dec. consilio 11. num. 1. in fine. cons. 283. nume. 7. vers. actus enim, & cons. 336 num. 1.

15 Et magis est voluntatem factis, quam verbis declarare. c. dilecti filij, il secondo. vbi glos. in verb. facto. de appell. & in terminis si capiatur pecunia per nummularium, licet non appareat, quod sit accepta pro Bancho, nec pro satisfaciendis creditoribus Banchi, tamẽ si illis in continenti fuerit satisfactum, quod ita præsumatur actum a principio, vt illis satisfieret, & quod

res

res sit clara, dicit Castr. cons. 285. col. 2. vers. moueor autem. volum. 1. Roman. consil. 520. nume. 2. in fine. Immo si factum contradicit verbis, vel scripturæ, illud superat, & ista cedit, ad text. in l. 1. C. plus val. qđ agit. & in hac materia Anchar. cons. 302. num. 3. Socin. cons. 160. num. 5. vers. vnde dici, lib. 2.

16 Et ideo etiam si constaret, quod Alexander dictū appaltum pro Bancho non accepisset, cum tamen id statim declarauerit mediante dicta prouisione relata ad obligationem in appaltu factam, resultat præsumptio, quod illum pro Bancho susceperit ab initio, vt per tex. in dicto §. proinde, & ibi glos. in verb. intelligendum, quam notat, & sequitur Bal. ibidem, subdēs contra illam non admitti probationem in cōtrarium, & idem sentit Salicet. ibidem, sequitur Menoch. lib. 3. præsumpt. 68. num. 2. & Mant. de tacit. lib. 8. tit. 7. numer. 27. Declaratio enim retrotrahitur ad tempus contractus, ad l. asse toto. 77. ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero. 38. ff. de condit. & demonstrat. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teste, §. nunc videndum. litera Q. vers. plus dico. & ostendit quid actum fuerit in præteritum. Bal. in l. cum testamento. num. 5. vers. item nota. C. de testam. manumis. Dec. in l. edita. sub num. 47. C. de eden. Socin. cons. 23. num. 19. lib. 4.

17 Nec dici potest, quod prouisio facta fuerit per Banchum vti depositarium, & mandatarium pro Thesauraria Marchiæ, quæ teneretur vsque ad Kalendas Iulij dictæ Prouinciæ de salibus prouidere, quia contrarium patet ex prædictis, & præsertim ex expensis in expeditione Cunci versus Siciliam, & Tabellarij Maceratam, ac etiam in diuersis tractis Neapolis, & Placentiæ, quæ omnes appositæ fuerunt ad debitum appaltus Ceruiæ. Nec contrariantur verba Epistolę 25. Februarij 1595. ad Scarlattinos Neapolis, ibi, Per cō to attenente ad amici nostri, statim enim subiūgitur, & nostro, quod demonstrat communionem negotij cum ipso Bancho.

18 Secundo, deducitur obseruantia ex obligatione Alexandri vti principalis socij rationis Bancharię de consignando saccos sex mille salium, olim Serenissimo Duci Ferrariæ, relata ad formam chirographi fel. record. Clementis VIII. quæ necessario concludit Alexandrum intellexisse appaltum spectasse ad dictam rationem, vt dictum fuit in decisione. Nec dicatur verba illa, Vti principalis socius, esse demonstratiua personæ, quia sunt dispositiua, & adiecta obligationi, dū subditur, sub suo, & sociorum nomine, & sic ad rem non facit, quod hoc debitum erga Ducem Ferrariæ spectaret ad Cameram, vel ad veteres appaltatores, posteaquām ex chirographo constat, quod noui illud supra se susceperunt, & Camera non tenebatur nisi illos reimbursare, prout fecit de Scutis sex millia, iuxta illius promissionem.

19 Tertio, obseruantia ostenditur ex communicatione facta cum Pinello, & Spada per Palagium vti institorem Alexandri, cuius institoria in alio consistere non poterat, quam in negotiatione Banchi, pro quo illum præposuerat, & ideo præsumitur Pinellum, & Spadam contraxisse cum Bancho, & illud sibi voluisse obligare ex deductis in decisione. Nō obstat, quod Palagius interuenerit vti institor etiam in alijs pertinentibus ad Alexandrum in proprium, vt in Summario concordato de Donis. nume. 14. quia datur solum venditio per eum facta de anno 159 t. cuiusdā quantitatis Cicciorum Casalis Massæ Alexandri factæ sub his verbis, Eius Agente in hac parte, ac rationis Bancharię Institore. Et sic Palagius vendidit principaliter vti agens, non vti institor, prout etiam vti agens, & Procurator Petrus Odaldus de anno 1589. emit censum nomine Alexandri, vt in dicto Summario. num. 1. & sic quando negotia facta fuerunt pro illo nomine proprio, non fuerunt suscepta sub nomine institoris, sed agentis, vel procuratoris. Communicatio autem prædicta magis probat, quia fuit in continenti adnotata super libro nuncupato Dell' Obligationi, in quo relatæ sunt omnes aliæ obligationes ipsius Banchi, vt etiam fuit dictum in decisione.

20 Nec refert, quod ista adnotatio sit manus Alberici, quia cum esset complementarius præsumitur scripsisse de consensu Alexandri, vt per Socin. cons. 291. num. 14. vers. & maxime, lib. 2. Decian. cons. 16. num. 46. vol. 5. Card. Seraph. decis. 1368. nume. 4. Præsertim quia Alexander fecit manu propria in eodem libro alias adnotationes, & sic patet, quod illum quotidie habebat præ manibus, & nihil refert an isti libri mercatorum ab ipso Domino, vel ab alio scripti sint, cum introductum sit, vt ab alijs scribantur, & præsumantur scripti de consensu Domini. Abb. in c. 2. numero 12. de fid. instrumen. Stracch. de mercatura. parte 2. num. 65. vers. nihil autem refert. Menoch. libr. 3. præsumpt. 62. per tot.

21 Nec etiam obstat, quod in ista memoria dicatur Palagium stipulatum fuisse de ordine Alexandri, quia verba illa, Ricordo come si è preso, &c. Et il nostro Signor Camillo del Palagio, &c. expresse declarant negotium fuisse gestum pro Bancho. Vltra quod verba illa, Di ordine del Sig. Alessandro, exprimunt, quod tacite inerat, & attenta grauitate negotij æquū erat, quod etiam a Palagio licet institore non susciperetur sine ordine Alexandri Domini rationis.

22 Minus releuat adnotatio facta in eodem libro de nonnullis venditionibus herbarum per ipsum Alexādrum proprio nomine factis, quia concepta est per illa verba, Il Sig. Alessandro ha venduto, &c. cum herbæ ad eum solum spectarent. Alia vero negotia, quæ pertinebant ad Banchum adnotabantur, vt plurimū per verba impersonalia, videlicet, Si è preso, &c. & similia. Et in omnem casum licet in dicto libro sint scripta aliqua familiaria, non tamen desinit esse liber Bāchi. Castr. dicto cons. 285. col. 3. vers. si vero contingat. Quo vero ad id, quod dicitur in supradicta memoria nullam esse factam mentionem appaltuum salinarum, placuit Dominis responsio data in Decisione.

23 Quarto, obseruantia patet ex computo ad debitū, & creditum appaltus erecto, & descripto super libris Ban-

Banchi Dominis meis, & mihi in informando exhibitis, in quo descriptæ sunt solutiones factæ per Banchum Moutistis, & Officialibus Sanctissimi a principio vsque ad finem appaltus, in omnibus, & per omnia, iuxta capitula inita cum Camera, quæ factæ, & continuatæ fuerunt absque aliquo ordine Spadæ, Pinelli, vel Alexandri, de quo fieret aliqua mentio in illarum partitis, quod demonstrat illas fuisse factas per Banchum non tanquam depositarium, quia vti tale non soluisset sine ordine, sed vti obligatum ratione dictorum appalruum, prout in eorum capitulis Alexander, & Spada conuenerunt.

24 Quinto, quia viuente Alexandro Banchum participauit de vtilibus Gabellæ carnis, vt etiam fatetur Spada in responsione ad 14. & 15. Interrogatoria, quæ fuit ab ipso Spada eidem Bancho communicata, tanquam negotium dependens, seu connexum cũ dicta Thesauraria, prout tenebatur ex capitulis cum eo conuenris pro Thesauraria, & Salara, de quibus in Summatio Alberici.num. 6.

25 Sexto, demum obseruantia in vita Alexandri probatur, quia ipse habebat libros Casalium, quæ ad eũ nomine proprio spectabant, distinctos a libris Banchi, & consequenter si etiam huiusmodi appaltus ad ipsum nomine proprio spectassent, illos pariter retulisset in dictis libris separatis a Bancho.

26 Obseruantia vero post obitum Alexandri ostenditur. Primo, viuente Mario ex partita Scutorũ 15. millium per Spadam transmissorum de anno 1599. ex lucris, seu Auantijs vtilium Romandiolæ, descripta ad creditum Banchi in eius libro L. 29. Maij, & sic in cõtinenti post obitum Alexandri, quæ partita fuit etiã memorata per eundem Spadam in alia diuisione Scutorum 35. millium, ex vtilibus dictorum appaltuum, de qua infra. Non obstat huiusmodi partitam fuisse descriptam sub die 22. Decembris, quia sub ista die fuit duplicata per errorem alterius Ministri, qui forte non viderat priorem sub dicta die 29. Maij, & ideo ista secunda fuit postea 15. Aprilis 1600. distornata, vt in libro dicti anni A. fol. 252. Immo ex huiusmodi duplicatione magis arguitur interesse Banchi in dictis vtilibus.

27 Non obstat etiam fides Sertini in Summario de Donis, num. 16. quod scripserit istam partitam nõ de ordine Marij, sed Ministrorum, nam vltra quod est attestatio extraiudicialis sine citatione partis, & ideo nõ attendenda, vt per Card. Seraph. decis. 1423. nu. 3. illa non concludit, quia Ministri potuerunt dare ordinem ex commissione Marij, prout præsumitur, & est verisimile, cum esset præsens, summa valde grauis, & scriptura esset faciẽda super libris, qui ab eo vti Domino Banchi, & ab alijs in eo administrantibus erant quotidie videndi, præsertim cum Marius per plures annos superuixerit, nec appareat de aliqua ipsius, & hæredũ reclamatione, ex quo in omnem casum inducitur approbatio omnium cõtentorum in dictis libris. argum. l. Labeo. ff. de aq. plu. arcen. & in terminis Castr. cõs. 314. nu. 2. in fin. vers. præterea vt dicitur, lib. 2.

28 Secundo, ex denunciatione hæreditatis facta per Marium, & Octauium Gabellæ ciuitatis Florentiæ ponderata etiam in decisione, quæ non potest impugnari, vti facta iuxta Bilancium transmissum ab Alberico. In illo enim omnia fuerunt apposita in confuso. Marius vero in dicta denunciatione prius apposuit bona ad hæreditatem spectantia, & postea detraxit illius debita, inter quæ adnorauit vtilia rationis occasione participationis in dictis appaltibus.

29 Tertio, quia dum Octauius maior effectus administrabat, & habebat complementum rationis lucra dictorum appaltuum, & communia dictæ rationis fuerunt in libro spolij relata, & de illis datum creditum vnicuique ex socijs pro eius rata, quod necessario ostendit negotium spectasse ad Banchum. Decius con silio ducentesimo sexto. numero septimo. versic. vnde cum prædicti.

30 Non obstat alia fides eiusdem Sertini in Summario concordato de Donis. numer. decimo nono. quod fecerit dictum librum ex ordine Montacuti complementarij absque eo, quod fuerit visus a Mario. Nam vltra quod tollitur ex responsionibus allatis circa fidem superius adductam, dicit Montacutum sibi ordinasse de ordine Marij, & ipse Montacutus cum esset complementarius poterat de per se dare prædictum ordinem. Ex quibus patet, quod quatenus mens Alexandri ab initio dubia dici posset (quæ tamen ex prædictis patet fuisse claram) potuerunt eius hæredes illã declarare, prout fecerunt, ex quo ita declarata fuit, at que sublata omnis ambiguitas, vt contrarium sit improbabile, ex trad. per Ruin. consilio 128. præsertim, num. 8. & 9. lib. 2. cum alijs allegatis, in dicta Romana mensæ nummulariæ.

31 Quarto, colligitur obseruantia ex eo, quod Spadã dum erat in Vrbe in ordine, seu mandato per eum rationi Banchatiæ directo, de quo in Summario concordato Alberici. numero decimo. aperte fatetur prædictos appaltus spectare ad dictam rationem, ibi, Illustri Signori Heredi del quondam Alessandro Doni di Roma, restando io creditore a vostri libri di Scudi 35. mila in mio conto corrente, mi contento, & vi dò ordine che li paghiate a voi medesimi, come compagni nella Tesoreria, & Salara. In cuius ordinis executionem dicta Scuta 35. millia adnorata fuerunt ad debitum Spadæ cum expressione, quod spectabant ad dictam rationem, vt in dicto Summario. nume. 11. & 12. & prædicta coadiuuantur, quia idem Spada de anno 1600. de quo Palagius non erat amplius institor, & Complementarius dictæ rationis, ad eum scripsit, dando illi rationem distinctam de lucris factis in dictis appaltibus, & negotijs, & Epistola, quæ datur in Summario. numero 13. clare præsupponit, quod Palagius in illis haberet interesse, & sic alia de causa scribere non poterat, nisi quia appaltus spectassent ad Banchum, cuius Palagius fuerat institor, & complementarius.

32 Non obstat, quod Palagius vti procurator hæredũ Alexandri requisiuerit per literas a Spada computum

tum huiusmodi negotiorum, quia cum eo tempore Palagius Donis amplius non inseruiret, cessat prætensum mandatum procuræ, de quo etiam nullibi cōstat, nec illud colligitur ex responsione facta per Spadam ad eius literas. Et prædictis stantibus non obstat depositio eiusdem Spadæ, quod dicti appaltus suscepti fuerint per Alexandrum in proprium, & non sub nomine rationis Banchariæ. Quia non est idoneus. Si enim appaltus pertinerent ad Banchum, teneretur reddere de illis rationem Alberico, prout ab ipso fuit interpellatus, vt in Summario Alberici, numero 14. & sic videtur in causa propria deponere. l. nullus. ff. de testib. & l. in omnibus. & vbique Doctor. C. eodem, late Farinac. de oppos. cōtra pers. test. quæstione 60. numero secundo. & sequentib. Prout etiam non est idoneus, quia noluit euacuate omnia interrogatoria sibi facta, prætextu quod essent facta ad instantiam Alberici. Bald. in l. 2. numero quarto. & ibi Rip. numero 23. vers. & infert. Dec. numer. 43. & Bologn. nu. 48. C. de eden. & alij per Farinac. de oppos. contra exam. test. q. 73. num. 14.

33 Dum vero iuxta 17. deponit Alexandrum in appaltu salinarum, & Thesaurariæ Romandiolæ fuisse interessatum in proprio, tres assignat rationes. Prima videlicet, secondo il mio senso, sicuti etiam ita deponit super sexto articulo, quæ non est bona. Ang. in repet. l. sciendum. num. 6. ff. de verborum obligat. Alex. consil. 74. num. 5. in fin. volum. 1. Dec. consi. 256. numero 5. Alteram, secondo le scritture, & hæc confunditur ex supradictis. Tertiam vero, secondo li ragionamenti passati tra noi, & in hoc est vnicus, & singularis de sermonibus habitis inter eum, & Alexandrū, & sic de confessione extraiudiciali, quæ est probanda per duos de loco, tempore, & verbis contestes. Castr. consilio 296. sub num. 3. vol. 1. Paris. consi. 60. numero 45. vol. 4. Afflict. decis. 364. num. 4. vers. ista tamen confessio, & ibi Vrsill. in adnot. num. 2. in fin. Put. decis. 466. per tot. lib. 2. secundum nouiss. impress. & fuit dictum in Romana pecuniariæ. 3. Martij 1595. coram bonæ memoriæ Penia, & in omnem casum magis sunt attendenda facta Alexandri, quam verba ex supradictis.

34 Præterea depositio Spadæ conuincitur ex dicta obseruantia, & factis subsecutis Alexandro viuente, & præsertim ex gestis per ipsummet Spadam, de quibus supra. Et tanto magis, quia iuxta idem interrogatoriū dicit, Sopra il negotio della Tesoreria, & Salara non si è fatto, che io mi ricordi, partito che dia regola dell'esser interessato Alessandro in proprio, saluo che l'hauer notato in debito a lui proprio, & per lui a suoi heredi proprij li danari pagatili a conto delli vtili di detti negotij. Et nihilominus, vt dictum est partitæ fuerunt adnotatæ ad creditum Banchi. Depositio vero super articulis est relatiua ad dicta iuxta interrogatoria, vt super primo. Ex quibus Dominis visa fuerunt sublata omnia, quæ contra Decisionem adducebantur, a qua ideo recedere noluerunt, omissis nonnullis alijs, quæ non indigent responsione.

R. P. D. VEROSPIO.

*Brixien. Canonicatus. Veneris 21. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Sequestrum debet apponi, vbi possessio est attentata respectu vnius partis, & respectu alterius, est turbida.

### *SVMMARIVM.*

*Attentata dicitur possessio capta intra decem dies datos ad appellandum. num. 1.*

*Exequutor datus in forma dignum dicitur mixtus. numero 2.*

*Appellatio datur a sententia mixti exequutoris. numero 2.*

*Exequutor gratia certo modo impetrata dicitur mixtus. num. 2.*

*Citatus in iudicio dicitur fuisse in causa. num. 3.*

*Attentata vt non purgentur propter bonum ius attentantis, bonum ius debet esse clarum per rem iudicatam, vel partis confessionem. num. 4.*

*Possessio Canonicatus non capta capitulariter non suffragatur. num. 5.*

## DECISIO DCCI.

1 Claudius Barbisonus impetrauit a Sanctissimo Canonicatum, de quo agitur, vti deuolutum eo prætextu, quod Augustinus Frācisci Coradellæ coadiutor in habitu clericali non incederet, & præsentatis a dicto Barbisono literis suæ prouisionis in forma dignum, & cum clausulis si ita est, ac dummodo non sit alteri ius quæsitum, Vicarius Brixien. pronunciauit illas esse mandādas exequutioni. Verum Constantinus Manerba, qui prætendebat in possessione dicti Canonicatus existere, tanquam ab Episcopo Brixien. per obitum Coradellæ prouisus, ab huiusmodi sententia infra legitimum tempus appellauit, sed appellatione non obstante Vicarius contulit Claudio Canonicatum, eiusque possessionem illi tradidit. Vnde cum instaret Constantinus in Rota pro attentatorum reuocatione, Claudius obtinuit a Sanctissimo mihi rescribi, vt constito de ipsius bono iure procederem in causa reiectis arbitrio Rotæ attētatis, quo stante proposui dubium, an intraret arbitrium, & Dominis placuit, vt Canonicatui sequestrum apponeretur. Nam quo ad Claudij possessionem, illa capta fuit infra decem dies ad appellandum, & propterea dicitur attentata. c. non solum. de appell. in 6. Clement. 2. vt lit. pend.

2 Nec potest controuerti quin daretur hic appellatio, cum Vicarius Brixien. esset mixtus exequutor vti

datus

datus in forma dignum, & per hoc ab eius sententia super literarum Apostolicarum exequutione poterat appellari. Felin. in c. fin. num. 17. & 33. ad fin. versicu. quarto aduerte. de præsumpt. Put. decis. 202. par. 1. diuers. Seraph. decis. 817. in princ. par. 1. Cum præsertim ageretur de exequutione gratiæ, certo modo impetratæ. Seraph. decis. 1471. num. 1.

3 Non obstat Constantinum, qui non erat in causa, dare non potuisse de attentatis. Quia cum fuerit ille citatus ad instantiam Claudij, bene dicitur fuisse in causa. Clement. 2. vt lit. pend. Rot. decis. 42. num. 22. par. 2. Lancell. de attent. vt lit. pend. in præfatione. numero 28.

4 Nec valet dicere, sequestrum non esse decernendum ob prætensum bonum ius Claudij attentantis, cum eius prouisio tanquam de beneficio affecto sustineatur. Nam ad hunc effectum illius bonum ius debet per rem iudicatam, vel partis confessionem apparere. Aegid. decis. 103. Rot. decis. 3. de restit. spolia. in nouis. Lancellot. de attent. par. 3. cap. 24. quæstione prima. numero 65. de quibus in præsenti casu non constat.

5 Quo vero ad Constantini possessionem, illa pariter non suffragatur, tanquam non capta capitulariter in Ecclesia Cathedrali, vt requirebatur. Cassad. decis. 8. de caus. possess. & propriet. Put. decis. 20. lib. 2. Thandecis. 35. Vltra quod ista possessio fuit visa Dominis etiam turbida, qui propterea sequestrum esse apponendum censuerunt.

## REVER. P. D. PAMPHILIO.

*Valentina Subsidij. Veneris 22. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Subsidium an debeat solui ex fructibus exemptis, & qui dicantur fructus primitiales, & quæ onera primitialia.

### SVMMARIVM.

*Iudex non potest moueri ad iudicandum ex ijs, quæ sunt extra acta. num. 1.*

*Sententia lata per subdelegatum de cuius subdelegatione non constat, dicitur nulla ex defectu iurisdictionis. num. 1.*

*Subsidium debet solui ex fructibus. num. 2.*

*Fallit vbi fructus fuerunt applicati liberi, & exempti ab onere subsidij. num. 2.*

*Exceptio non refertur ad ea, de quibus fuit facta specialis mentio. num. 3.*

*Superfluitas est euitanda. num. 3.*

*Verba sequentia non referuntur ad præcedentia vbi essent inter se contraria. num. 3.*

*Qualitas debet probari per allegantem. num. 4.*

*Primitiæ soluuntur Parochiæ pro administratione Sacramentorum, & cura animarum, quæ illi imminet. numero 4.*

*Onera, quæ primitijs imminent, vti primitiæ sunt, illa sunt, quæ consistunt in sustentandis ministris Ecclesiæ, & in suppeditandis rebus ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum necessarijs. numero 4.*

*Subsidium dummodo integre Regi soluatur, nihil interest, a quo ei soluatur. num. 5.*

*Clausula derogatoria apposita in concessione subsidij respiciunt tantum fauorem Regis, nec per eas censentur sublati contractus, ex quibus Regi nullum præiudicium infertur. num. 6.*

## DECISIO DCCII.

1 FVit per Dominos resolutum sententiam esse infirmandam, quia fuit nulliter, & iniuste lata, & quo ad nullitatem, illa resultat ne dum quia sententia fundatur in concessionibus Apostolicis subsidij, quæ tamen non fuerunt in actis productæ, prout requiritur, cum iudex ex ijs, quæ sunt extra acta ad iudicandum moueri non possit, Cassad. decisione duodecima. numero octauo. super regul. cum alijs adductis in causa Romana Officij. 23. Ianuarij 1608. coram bonæ memoriæ Scotto, sed etiam ex defectu iurisdictionis, quia fuit lata per iudices subdelegatos, de quorum tamen subdelegatione non constat. cap. cum in iure. de offic. delegat. Rota decisione quarta: eodem titu. in antiq. & decisione sexta. eodem titu. in nouis.

2 Iniustitia vero clara colligitur ex eo, quia fuit in illa declaratum, Capitulum teneri contribuere ad solutionem subsidij, pro rata fructuum dismembratorum, & tamen in concordia ad preces Regis, de anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, auctoritate Apostolica confirmata expresse conuentum fuit inter Archidiaconum, & Capitulum, quod fructus primitiales dismembrati ab Archidiaconatu, & applicati mensæ Capitulari, & Decano, sint liberi, immunes, & exempti a solutione pensionum super fructibus Archidiaconatus reseruatarum, ac ab alijs omnibus, & quibuscumque oneribus tam perpetuis, quam temporalibus dicto Archidiaconatui incumbentibus, etiam quartæ decimæ, subsidij, & excusati, quæ omnia ad Archidiaconatum spectent. Ideoque licet alias Capitulum teneretur pro rata fructuum contribuere ad onus subsidij, quod ex fructibus solui debet, id tamen non procedit stantibus claris, & expressis verbis concordiæ, ex quibus fructus huiusmodi liberi, & exempti a dicto onere Capitulo applicati fuerunt. Gig. de pension. quæstione trigesima octaua. numero tertio. & quæstione quinquagesima nona. numero sexto. quæ loquitur de pensione reseruata, libera, & exempta ab huiusmodi onere subsidij. Idem tradit Remig. de Gonn. de charit. subsid. quæstione quadragesima quarta. numero tertio. & faciunt tradita per Rot. in causa

causa Monopolitan. pensionis. 15. Iunij de anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. coram bo. mem. Orano, & alias saepe.

3 Non obstant verba, quae in eadem concordia post exemptionem praedictam immediate subijciuntur, exceptis videlicet oneribus illis tantummodo, quae dictis fructibus primitialibus incumbunt, vti primitiales sunt, ad quae Capitulum, & Canonici, non autem Archidiaconus teneatur, quia illa visa fuerunt referri non posse ad onus subsidij, nec ad alia onera, de quibus antea specifica, & expressa mentio facta fuerat. Aymon. consilio 808. numero quarto. Puteus decisione 254. numero quinto. libro tertio. Seraphin. decisione 1083. numero quarto. Maxime quia verba praecedentia, ex quibus supradicti fructus primitiales ab huiusmodi onere subsidij in specie, & nominatim eximuntur, si postea per alia verba immediate sequentia eodem onere grauarentur, essent superflua, contra text. in cap. si Papa. de priuileg. in sexto. cum alijs per Bald. in rubric. C. de contrahend. emption. num quid ne nona. numero nono. vel potius essent inter se contraria, quo casu sequentia ad praecedentia referri non debent. Alex. consil. 48. num. 6. lib. 1. Alba consilio 585. num. 12.

4 Praeterea fuit responsum, quod haec qualitas, quod onus subsidij incumbat istis fructibus primitialibus, vti primitiales sunt, deberet probari ab Archidiacono, qui in ea se fundat. Bartol. in l. qui vxori. §. quid tamen. ff. de adulter. Geminian. consilio trigesimo octauo. sub numero primo. versicul. numquid autem. Baldus consilio centesimo nonagesimo secundo. volumine quarto. quod non iustificatur, quinimo contrarium suadetur ex eo, quia primitiae soluuntur Parochiae pro administratione Sacramentorum, & cura animarum, quae illi imminet, vt tenuit Rot. coram bonae memoriae Cardinale Seraphino, decisione 780. numero quarto. cum alijs adductis, coram me, in causa Hispalen. iuris nominandi. quarta Iulij de anno Millesimo sexcentesimo duodecimo, ideoque onera, quae primitijs imminent, vti primitiae sunt, illa dici debent, quae consistunt in sustentandis ministris Ecclesiae, & in suppeditandis rebus ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem necessarijs, iuxta text. in cap. primo. 16. quaestione septima. Subsidium autem debetur regi ex indulto, quod habet exigendi certam portionem generaliter, super quibuscumque fructibus Ecclesiasticis, & sic non potest dici, quod debeatur ex dictis fructibus primitialibus vti primitiales sunt, stante supradicto indulto, quod omnes fructus generaliter comprehendit, ad l. Iulianus. ff. de legat. 3.

5 Non obstat, quod supradictis concessionibus ad fauorem Regis per concordiam praeiudicari non potuerit, quia in casu isto non agitur de praeiudicio Regis, qui debet subsidium omnino consequi super omnibus fructibus Archidiaconatus. Seraphin. decisione 1348. sub numero secundo. Sed dicitur illud esse soluendum in totum ab Archidiacono de suis proprijs fructibus, non autem a Capitulo, cui dicti fructus per concordiam exempti, & immunes a dicto onere applicari fuerunt, ex supradictis. Et hoc cessat, quod Archidiaconus modernus teneri non debeat ad onera pro rata fructuum, quos non percipit, quia id prouenit ex supradicta concordia auctoritate Apostolica confirmata, in qua expresse dicitur onus subsidij spectare debere ad Archidiaconum illius temporis, & qui pro tempore fuerit, & per consequens huiusmodi subsidium effectum fuit onus indiuiduum ipsius Archidiaconatus, & fructuum, qui ei remanserunt. Vnde Archidiaconus ad illud soluendum in totum teneatur, ex supra alleg.

6 Nec demum refragantur aliae concessiones subsidij, quae superuenerunt post concordiam cum clausulis amplissimis derogatorijs exemptionum, & contractuum, &c. Quia placuit Dominis, quod illae respiciant tantum fauorem Regis, ideoque per eas non censetur sublata particularis obligatio inter Capitulum, & Archidiaconum, quae Regi nullatenus praeiudicat. Seraphin. dicta decisione 1348. in fine. & fuit dictum in causa Valentina subsidij. 4. Maij 1611. coram bo. mem. Penia. Et ita decisum, &c.

## REVERENDISSIMO P. DOMINO DAMASCENO.

*Romana bonorum de Columna. Veneris 22. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Quae requirantur, vt transumptatio dicatur valide facta, & de pluribus reddentibus instrumentum nullum.

### SVMMARIVM.

*Transumptatio vt fieri possit, est necessaria causa, puta corrosio chartae, & similia. num. 1.*

*Casus omissus a Statuto remanet in dispositione iuris communis. num. 2.*

*Citatio alicuius vbi est necessaria debet praecise apparere, quod ille fuerit citatus, nec sufficit in genere, quod iudex dicat fuisse citatum citandum, cum in hoc ipsi non credatur. num. 2.*

*Recognitio manus Notarij requiritur, vbi scriptura non excedit centum annos. num. 3.*

*Notariatus eius, qui de instrumento fuit rogatus debet probari, vt instrumentum probet. num. 4.*

*Rogitus in dubio non praesumitur. num. 5.*

*Probatio alternatiua non sufficit, vbi debet esse praecisa. num. 6.*

*Defectus nominis Pontificis vitiat instrumentum. numero 7.*

*Obser-*

*Obseruantia dat fidem scripturæ alias informe. numero 8.*

*Et è contra obseruantia contraria minuit de fide instrumenti. num. 8.*

## DECISIO DCCIII.

1 TEnuerunt Domini, instrumentum non esse in forma probāti, quia originale, nec est, nec prætenditur esse, & tanquam transumptum non potest sustineri. Primo, quia non apparet de causa deueniendi ad transumptationem, quæ in primis videtur necessaria, puta corrosio chartæ, & similia, de quibus in c. vltimo. de fide instrum. vbi gloss. & notat in specie Couar. pract. quæst. c. 21. num. 4. circa principium, vers. 1. est coniecturandum.

2 Nec facit statutum Vrbis antiquum, c. 70. libro 1. quod licet det formam faciendi transumpta, non propterea aliquid disponit circa illud, an & quando sint facienda transumpta, vnde remanet in dispositione iuris, ad l. commodissime. ff. de liber. & posthu. & fuit dictum in simili in Romana cessionis iurium. 20. Decembris 1596. coram me, & in omnem euentum non videtur satisfactum dicto statuto circa citationem patis. Licet enim in transumptatione dicatur fuisse citatos citandos, hoc tamen visum fuit Dominis non sufficere, quia quādo citatio alicuius est necessaria, debet præcise apparere, quod ille fuerit citatus, nec sufficit in genere dicere fuisse citatum citandum, nec in hoc creditur iudici. Abb. in c. Alberic. num. 6. vers. primo enim dico. de testibus. & faciunt tradita per eundem Abbat. in c. cum in iure. num. 6. de offic. deleg. Innocent. ca. quoniam contra. num. 6. de testib. Castr. consilio 38. numero 2. libro 2. Socin. conf. 29. sub num. 2. libro 1.

3 Secundo fuit dictum, non esse recognitam manum iudicis, & Notarij, qui transumptarunt, prout requiritur, cum scriptura non excedat centum annos. Crauett. conf. 294. numero 14. Put. decis. 236. numero 8. in fin. libro 2. in antiq. & in Epit. de fid. instrum. decis. 9. Et fuit dictum in illa Farsen. Territorij. 29. Maij 1607. coram bo. mem. Penia.

4 Tertio, nec constare, quod ille cuius instrumentum dicitur exemplatum fuerit Notarius, & quod tanquā tali soleat præstari fides, prout probari deberet. Alex. conf. 112. sub num. 1. libro 4. Oldrad. consil. 227. numero 6. vers. sed ad hoc respondetur. Gemin. consilio 15. numero 16. & 17. Afflict. decis. 245. nume. 4. vers. & ideo. Put. decis. 536. in fin. lib. 2. Boer. decis. 36. numero 7. & 10.

5 Quarto, nec minus, quod dictus prætensus Notarius, nempe Andreas Carusius fuerit de hoc instrumēto rogatus, & in dubio rogitus non præsumitur. Bart. in l. hæredes palam. §. in testamento. nume. 6. ff. de testament. & in l. sciendum. sub nume. 11. cum duobus sequentib. ff. de verborum obligat. vbi Alex. numero 42. & 43. Innoc. in c. fin. de fide instrument. cum alijs per Modern. Ferrariē. tract. de clausulis. in proemio, numero 16. vbi de communi, quod facilius admiserunt Domini, ex quo nec minus constat, quod D. Andreas prætensus Notarius se subscripserit asserto instrumento, seu Originali.

6 Et licet vterque defectus posset suppleri, si hoc sūptum probaretur extractum ex libro protocollorum ipsius Andreæ, & in hoc forte stādum esset assertioni illorum qui extraxerunt: attamen considerarunt Domini, quod nemo ex illis ausus fuit hoc affirmare. Nā Ioan. Baptista filius, & prætensus successor dicti Andreæ dicit, se extraxisse ex libris protocollorum, siue scripturarum, quondam genitoris sui, & sic potest verificari extractio in scripturis eiusdem Andreæ, quæ non essent authenticæ, vt sunt exempla, & minutæ, non stipulatæ, quibus abundant Notarij. Idem in substantia collationis concludit prædictus Notarius, dum in subscriptione dicit, extractum factum ex quodam folio, siue notula librorum, siue protocollorum. Et idem dicit in auscultatione ibi cum dicta notula, siue folio. Bartholomæus vero de Franchis Corrector dicit, ex libris protocollorum, siue scripturis. Felicinus alter Notarius de libris protocollis, siue scripturis, & sic omnes circa protocolla loquuntur alternatiue, quod non sufficit, vbi probatio debet esse præcisa. Castr. consilio trigesimo tertio. numero secundo. libr. secundo. Alex. cons. 46. sub num. 2. vers. sed præmissis non obstantibus. lib. 2.

7 Faciebat etiam aliquibus ex Dominis difficultatē defectus nominis Pontificis, in dicto instrumento ex traditis per Felin. in titulo primo. numero quinto. de fide instrum. cum alijs per Modern. Ferrarien. vbi supra, num. 9.

8 Et prædicta eo facilius amplexi fuerunt Domini propter multas inobseruantias contrarias prætēso instrumento ostensas, pro parte Dominæ Marchionissæ. Nam qua ratione propter obseruantiam datur fides scripturæ alias informi. Crauett. de antiq. temporum. num. 1. §. quarto limitatur. num. 16. cons. 101. numero 4. & 274. num. 7. Seraphinus decis. 928. nu. 2. & in Mediolanen. Iuris patronatus. 1. Iulij 1611. coram me. Eadem ratione videtur, quod inobseruantia minuat de fide instrumenti, vt contrariorum eadem sit disciplina, ad notata in l. & si contra. ff. de vulg. & pupil. l. fin. ff. de leg. 3. & consequenter, quod requiratur melior probatio in scriptura inobseruata, quam in illis, de quarum contraria obseruantia non constat.

## R. P. D. BVRATTO.

*Iacen. Vicariæ. Lunæ 25. Maij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Regula 8. Cancellariæ an habeat locum in Vicarijs, siue perpetuis, siue temporalibus.

SVM-

SVMMARIVM.

*Regula octaua Cancellariæ non comprehendit Vicarias temporales, quia loquitur de beneficijs. num. 1.*

*Regula octaua Cancellariæ non comprehendit Vicarias perpetuas propter Constitutionem Pij V. quæ tribuit facultatem nominandi Rectoribus Ecclesiarum vnitarum Vicarios perpetuos, etiam si Vicariæ vacent in mensibus reseruatis. num. 2.*

DECISIO DCCIV.

EX resolutione facta 30. Ianuarij præteriti, Parochialem Sancti Saluatoris loci de Sancta Cilia nuncupati spectare ad Monasterium Sancti Ioannis de Pinna, Ordinis Sancti Benedicti, curamque dictæ Parochialis penes idem Monasterium residere, visum fuit Dominis, resultare Vicariam dictæ Parochialis sub reseruatione Regulæ octauæ non cadere siue illa sit perpetua, siue sit temporalis.

1 Si enim est temporalis, & res non habet difficultatem, quia regula loquitur expresse de beneficiis, vt in eius terminis late tradunt Modern. ad eam gloss. 5. §. tertio. a numero 33. vsque ad 49. Et huiusmodi Vicariæ non veniunt sub nomine beneficij. Clemen. vnic. iuncta glos. in ver. perpetuis. de offic. Vicar. & ibi scribentes. gloss. in extrauagant. execrabilis. in ver. temporales Vicarios. de præben. Nec in aliquo regulantur, vt beneficium. glos. in c. si pauper. 30. in ver. cesset causa, de præbend. in sexto. Hoied. de incompatib. benefic. capit. decimo quinto. num. 16. par. prima.

2 Si autem est perpetua (vt videtur hinc inde supponi per Informantes) & tali casu Domini dixerunt intrare dispositionem Constitutionis fel. record. Pij V. editæ Kal. Nouembris 1567. tribuentis facultatem nominandi Vicarios perpetuos Rectoribus Ecclesiarum vnitarum, quam procedere, etiam si Vicariæ vacent in mensibus reseruatis, & in eis cessare reseruationem. Fuit resolutum in Tirasonen. Vicariæ. 13. Octobris, & quarta Decembris 1595. coram bonæ memoriæ Litta. Et in Vrgellen. Parochialis de Ossea. 16. Decembris 1605. coram Reuerendissimo Lugdunen. & late tradunt ijdem Modern. dicta gloss. 5. & §. 3. a numero 59. vsque ad finem. An autem sub dicta Constitutione Pij Quinti veniant Vicariæ ante Concilium erectæ, super quo pro parte Francisci datur declaratio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilij Interpretum, relata per Garz. in tract. de benef. par. 9. c. 2. num. 311. tomo 2. vel poterit particulariter videri, vel Sacra Congregatio consulenda erit, &c.

R. P. D. VBALDO.

*Toletana Professionis. Lunæ 25. Maij 1615.*

ARGVMENTVM.

Metus illatus in emissione professionis, quando censeatur purgatus per susceptionem ordinum, & alios actus, & an professio ab initio nulla ex causa metus censeatur per actus liberos ratificata, quoties non cessauit causa metus.

SVMMARIVM.

*Metus illatus in emissione professionis non censetur purgatus per ordinum susceptionem, & alios actus si durabat eadem causa metus. num. 1.*

*Metus semel illatus, semper durare præsumitur, nisi per actus contrarios sublatus censeatur. num. 2. Vbi quod actus debent esse tales, ex quibus nulla alia capi possit interpretatio.*

*Metus illatus in emissione professionis non censetur purgatus per susceptionem ordinum, & alios actus stantibus protestationibus. num. 3. Vbi quod tales protestationes habent vim sufficientis reclamationis.*

*Scientia in ijs, quæ sunt facti, non præsumitur, sed potius ignorantia. num. 3.*

*Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. numero 3.*

*Monachorum testimonium in causa professionis alterius monachi propter interesse monasterij est suspectum. num. 4.*

*Professio ab initio nulla ex causa metus non censetur ratificata per actus liberos, vbi non cessauit causa metus. num. 4.*

*Metus ab initio illatus influit in omnes actus subsequentes, & remouet consensum ab actu. num. 4.*

*Professio tacita ex lapsu temporis, & gestatione habitus cessat, quoties ex protestationibus apparet de dissensu profitentis. num. 5.*

*Professus pro inualidanda professione debet etiam vltra quinquennium audiri, dummodo intra d. tempus reclamauerit. num. 6.*

*Verbum semper includit omne tempus. num. 6.*

DECISIO DCCV.

1 PRopositio dubio die quarta Nouembris præteriti, an sententia de partibus esset confirmanda, vel infirmanda, & resoluto tantum constare de metu ab initio illato fratri Didaco Monacho professo supererat disputare dubium in decisione reseruatum, an scilicet metus ex subsecutis censeretur purgatus, quod vtraque parte informante fuit hodie negatiue resolutum. Nam de tempore, quo vixit vitricus, qui metū intulerat, videbatur indubitatū, metum non fuisse purgatū, & per perseuerentiā in Religione, & alios actus, ēt susceptionis Ordinū, ex quo durabat eadē causa metus. Calder. cons. 1. n. 3. in tit. quod met. cauſ. Bar. in l. 2. n. 7. C. eodē tit. Rol. cōs. 2. n. 92. li. 1. Hōded. cōs. 23. n. 41. li. 1. Menoc. præsump. 4. n. 22. & seq. li. 3. Osasc. dec. Pedem. 179. nu. 12. vbi plures allegat, Rota apud Seraphinū in vna Toletana matrimonij, quæ est decisio 851. n. 1. & in alia Toletana professionis, quę est decisio 1166. n. 1. & 1177. nu. 1. p. 2. in impress. Nauar. conf. 6. sub nu. 2. de his, q̄ vi met. cauſ. fiunt, vbi ver. 3. qđ per susceptionē, loqtur ī terminis susceptionis ordinū, & aliorū actuū, & fuit plene discussum, & decisum in vna Conchen. nullitatis ordinū 10. Martij 1606. cor. bo. me. Penia.

2 Post mortē verò vitrici nō existimabant Dñi, metū fuisse purgatum, tū quia regula est pro Didaco, quod metus semel illatus semper durare p̄sumitur, nisi per

actus

actus contrarios sublatus doceatur. Bartol.in d.l.2. num. 10. quod met.caus. Alexand.consil.98.num.8. lib.3. Decius in l.in omnibus causis. 39. num.14. & ibi Cagnol. num.14.ff.de reg.iur. Olasc.d.decisione 179.numero 11. Vbi quod actus debent esse tales, ex quibus nulla alia præsumptio capi possit, quam purgationis metus, & illam decisionem secuta est Rota in vna Neapolitana professionis. 26. Iunij 1598. coram Gipsio.

3 Quod eo magis procedit, quando, prout in hoc casu, interuenerunt protestationes, quod non habebat animum permanendi in Religione, quæ protestationes multum attenduntur in hac materia, vt in d. Neapolitana professionis, & in alia decisione huius causæ, coram me. Immò quod habeant vim sufficientis reclamationis, fuit dictum in eadem Neapolitana professionis 26. Aprilis. 1599. coram Gipsio, tum quia non constat Didacum habuisse scientiam obitus vitrici, & sic cessasse causam metus, quæ scientia cum sit facti, non præsumitur, sed potius ignorantia. cap. præsumitur. de regul.iur. in 6.l.verius.de probat. quę præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. glos. in d.capit.præsumitur. Seraph.decisione 916. numero 10.

4 Non obstat, quod Didacus etiam post mortem vitrici remanserit vltra annum in monasterio, antequã reclamauerit, & vlterius quod dicitur procurasse, vt superiores monasterij cederent ipsius matri iura super portione legitimæ Didaco competentia, receptis nonnullis pecunijs. Quia vltra, quod hæc probatio allata pro monasterio redditur multum turbida, ex testibus per Didacum inductis, ex quibus apparet, quod immò semper reclamauit de dicto pacto, vt in Summario Didaci, numer.7.8.& 9. Et est etiam aliquantulum suspecta propter monasterij interesse, vt considerauit, Rota in d.decisione 1177. numero 7. apud Seraphinum. Respondebatur etiam, quod stante præcedenti metu, & crebris reclamationibus, de quibus supra, & stante ignorantia mortis vitrici, & sic non cessante causa metus, quo ad mentem ipsius Didaci, non potest pet eiusmodi actus censeri inducta ratificatio professionis ab initio nullæ. Quia metus ab initio illatus influit in omnes actus subsequentes, & remouet consensum ab actu, vt in d.decis. 1166. coram Seraphino, in dicta Neapolitana professionis coram Gipsio. Nauarr.d.consil.6.numer.2. de his, quæ vi, met.caus. fiunt. Rebuff.consil. 68. nu.22. qui loquitur etiam in terminis transactionis.

5 Nec visæ sunt obstare declarationes Sacri Concilij Tridentini ex aduerso allegatæ, quia præter id, quod videbatur extra præsens dubium, fuit responsum, quo ad primam illam non procedere, quoties ex protestationibus cõstat de dissensu profitentis, tunc enim cessat tacita professio ex lapsu temporis, & gestatione habitus, cum præsumptio cedat veritati, vt in indiuiduo fuit dictum in dicta Neapolitana professionis 26. Aprilis 1599. coram Gypsio, & in illa ratione fundatur diuisio, non autem ex eo, quod protestationes fuerint iudiciales. Vltra, quod si tales fuissent protestationes Didaci intra quinquennium, non fuisset opus impetrare restitutionem, de qua mox dicam, vt etiam consideratur in dicta Neapolitana 26. Aprilis.

6 Quo ad secundam vero, quæ emanauit a felic. record. Gregorio XIII. in qua dicitur, quod professus etiam vltra quinquennium audiatur, dummodo reclamauerit intra quinquennium, illa non videbatur obstare, quia ex testibus pro Didaco datis, apparet eum reclamasse etiam intra quinquennium, cum deponãt per verbum semper, quod includit omne tempus. l.1. vbi glos.& Doct. ff. solut.matrimo. Et cessat omnis difficultas ex restitutione per eum obtenta ad uersus lapsum quinquennij in actis exhibita. Ex quibus fuit conclusum, metum non fuisse purgatum, & consequenter sententiam de partibus esse infirmandam, &c.

## R. P. D. PAMPHILIO.

*Ferrarien. de Tassonis. Lunæ 1. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus probetur, & plures recensentur modi probandi identitatem.

### SVMMARIVM.

*Instrumentum dicitur probatio probata. num. 1.*
*Identitas bonorum probatur ex instrumento diuisionis. num. 1.*
*Identitas probatur absque confinibus ex denominatione singulari. num. 1.*
*Identitas probatur ex probatione, quod possessores sunt successores eorum, qui alias dd. bona possidebant. nu. 2.*
*Vbi maximè si vltra generalem demonstrationem loci concurrit aliqua particularis demonstratio. nu. 2.*
*Identitas probatur ex descriptione facta in Catastro. num. 2. num. 3.*
*Identitas probatur ex verificatione duorum confinium. num. 4.*
*Possessio præsumitur continuata nisi contrarium probetur. num. 5.*
*Possessio testatoris præsumitur continuata vsque ad eius obitum, quando fuit probata etiam possessio heredum. num. 5.*
*Liber Catastri siue Aestimi probat tam contra eos, de quorum voluntate partita ibi fuerunt descripta, quam contra causam habentes ab eis. num. 6.*
*Successor in officio potest extrahere scripturas sui prædecessoris absque aliqua solennitate. nu. 6.*

DECISIO DCCVI.

1 FVit resolutum constare de indemnitate bonorum fideicommissi Herculis Patriarchæ. Nam quo ad Decimas locorum Curli Cotrigij Haibana, Haibanellæ, Madraicę, Santi Gilij, & delli Boschi di Marrara datur instrumentum diuisionis anno 1591. in quo nominatim decimæ suprascriptæ locorum Herculi testatori pro duabus tertijs partibus, & pro indiuiso eum Comite Ferrante fratre assignato reperiuntur, quod quidem instrumentum dicitur pro batio probata, l. cum precibus, C. de probat. Peregr. in istis terminis de fideicom. art. 44. sub nu. 5. & satis releuare visum fuit ad effectum, vt decimæ in eo descriptæ dicantur illæ eædē, quæ modo per DD. Claudiam, & Beatricem possidentur, vt constat ex instrumento possessionis per eas adeptæ, Licèt enim in suprascripta diuisione non adsint alij fines, seu demonstrationes, ex quo tam nomina Villarum sunt singularia, & villæ certæ & indubitatæ cum certis, & determinatis finibus, satis ex hoc dicitur probata identitas iuris vniuersalis decimādi in illis absq; alijs finibus, & demonstrationibus. Bart. in l. demonstratio falsa, num. 16. ff. de condit. & demonstr.

2 Quo ad bona in villa Curli de quibus similiter fit mentio in d. instrumento diuisionis identitas probatur, Nam in Catastro, siue Aestimo ciuitatis Ferrarię reperiuntur descriptæ in dicta Villa duæ possessiones diuisæ ex pluribus petijs Terrarum, quæ ibi describuntur cum certis finibus. Ex instrumento autem possessionis captæ per DD. Claudiam, & Beatricem, & testib. examinatis constat eas possidere duas possessiones in dicta Villa, & cōueniunt in ea qualitate, q̄d sint diuisæ in plurib. petijs, & vlterius septimus testis iux. 29. conuenit cum instro possessionis, quod scilicet dictæ possessiones sint seminis modiorum duodecim distinguen. inter possessionē magnam, quæ est modiorum 8. & paruam, quę est modiorum quatuor, Prætetea concurrit primus testis, qui super primo deponit, quod suprascripta bona quæ in Villa Curli possidebantur a Comite Bellisario Ferrante & Hercule testatore, post illorum mortem fuerunt possessa ab Hercule iuniore Patre dd. DD. Claudiæ & Beatricis, ex quibus satis visa fuit probata identitas contra dictas Dominas Claudiam, & Beatricem, quæ possessionem dictam bonorum adeptæ fuerunt, vti hæredes Com. Herculis Iunioris nepotis, & hæredis grauati Herculis Senioris fideicommittentis, Ex quo enim penes ipsas reperiuntur, satis est verisimile, quod fine illa eadem bona, quæ ex dicta diuisione, Catastro, & testibus testatorem possedisse constat. Nam licèt ista qualitas successionis non soleat per Rotam ad istum effectum simpliciter, & indistinctè attendi, iuxta opinionem Fulgos. in cons. 145. sub nu. 2. & sequitur Peregr. de fideicom. d. art. 44. nu. 22. tñ quando prout in casu isto, vltra eam, & generalem demōstrationem loci concurrit aliqua particularis & specialis demonstratio, Tunc ex omnibus simul iunctis satis dicitur probata identitas, vt fuit resolutum in causa Bonon. fideicommissi de Rubeis 28. Maij 1607. coram bonæ mem. Card. Lancellotto.

3 Et ex hoc etiā visa fuit probata identitas respectu Palatij in d. Villa Curli, cū suis pertinētijs de quo in dicta diuisione & Catastro, in quo, palatiū reperitur descriptum cum vna Casa murata per vso delli Fattori, Vn Fenile murato, Cortile, Horto, & Giardini prout etiā cum eisdem pertinentijs, & demonstrationib. reperitur descriptum in instrumento possessionis captæ per dd. DD. Claudiam, & Beatricem. Vlterius in Catastro pro cōfini duarum petiarum terræ in dicto loco, assignatur Palatium, testes autem pro confinibus Palatij assignant ab vno latere viam communem, & ab alijs bona ipsorum DD. de Tassonis. Vnde satis remanet probata identitas ex supradictis.

4 Quo ad possessionem cū Pratis & pascuis in Villa Ruinæ, Catastrum conuenit cum testib. in quatuor confinibus, nempe la via cōmune, la fossa, le Nezzola la Signora Comina, & hora gli suoi successori li Signori Mosti, & in ea qualitate, quod sit diuisa in pluribus petijs terrarum, super quo concordat etiam instrumentū possessionis, & tñ ad istum effectū duo sufficiunt, l. forma in prin. cum ibi not. per gl. verbo vicinos. ff. de censib. Bar. in d. l. demonstratio falsa. nu. 14. ff. de cond. & demonstr. Alex. cons. 35. num. 2. lib. 5. Put. decis. 343. nu. 4. lib. 2. & fuit alias sæpe decisum, Tres possessiones in villa capitis fluminis in diuisione descriptas testes benè deponunt, fuisse possessas à testatore pro indiuiso cum alijs fratribus, & quo ad primam possessionem præter plures demōstrationes, nempe vna possessione arborata vidata cō vna Casa da lauoratore, dui fenilletti, vna Prouana per mezzo piātata di Pioppe, assignant ēt tres confines, nempe la via cōmune, Romano de Boari, & altre possessioni d'essi Signori Tassoni, quæ oēs demonstrationes & confines cōuenerunt cum instrumento possessionis, Quo ad secundā, vltra alias demōstrationes in instrō possessionis, adsunt duo confines in quibus etiā conueniunt testes. Tertia vero possessio cum alijs suis pertinentijs, in instrumento nūcupatur possessio magna, & pro confinibus assignantur la via commune, la Signora Giulia Forni, le valli suot dell'Argini, & aliæ demonstrationes in quib. testes benè concordāt. Quo ad Casamentum, & alia bona in villa Madrariæ per testes illa describuntur hoc mō, videlicet, Vn Casamento di pietra cō vna colōbara, & vn'vaso di sotto per seruigio di doi Molini della valle nel Pò, & inter alios fines dantur à duob. bona ipsorū fratrū in Catastro eædē demonstrationes, & confines assignantur, in instrumento vero possessionis, licèt non dentur fines, concordat tam cum Catastro, & testib. in hac speciali qualitate, s. che questa è vna casa grande murata con vn vaso di sotto doue viene l'acqua della valle p seruigio delli Molini & sbocca nel Pò, & postea immediatè ibi describūtur duo Molendina, & nōnullæ petiæ terrarum, cū domo in altera ex illis existen. quarū respectu dātur plures confines, & demōstrationes, quæ

quæ benè conueniunt cum catastro,& testib. Insuper in instrumento possessionis adsunt due Presc di Valle,& alcuni Cori da Caña cum duob.cõfinibus, népè li hæredi di M.Alfonso Pisone, le Monache di S.Antonio,sup quib.cõcordat quintus testis iux.23.cuius depositio simul cũ qualitate terrarũ, in qua cõcordat etiam tertius testis iux.25. cum alijs supra deductis, visa fuit ad istum effectũ satis suffragari. Bona Villæ Parasauli reperiũtur ptincipaliter diuisa in trib. possessionibus,quarum altera nuncupatur la Possessione da Pò, Altera là possessione di Mezzo, Altera verò la possessione della Cassina,& quelibet possessio est subdiuisa ĩ plurib.petijs terrarũ, vt in instrõ possessionis DD.Claudię,& Beatricis,cũ quo conueniunt testes, & Catastrũ, an quo secũda nũcupatur della Cassina. tertia la possessione di mezo, & quod oẽs sint diuisæ in plurib.petijs. Rursus dũ testes dicũt,quod istæ tres possessiones sunt oẽs contiguæ,conueniunt cũ Catastro,in quo in singulis petijs dantur pro cõfinib.bona DD.fratrum,ac insuper plures confines,qui dãtur in Catastro quoad bona dictę Villę Parasauli,cõueniũt cum testib. nempe il Conte Giulio Tassone dicti Signori Fratelli,li Signori Conte Manfredi, le ragioni del Priorato di S. Romano, il Signor Giuliano della Ribetta, l'Arginè del Pò, & li Signori Sacrati, cum quibus concurrit existentia penes hæredes, & sic remanet probata identitas ex supra allegatis.

5 Non obstat,quod ex instrõ & testib.cũ alijs supra deductis non probetur possessio testatoris de tempore obitus, quia in dubio præsumitur continuata, nisi in cõtrarium probetur. DD.in l.siuc possidetis.C.de probat.cum alijs adductis per Peregr.de fideicõmiss. d.art.44.nu.16.Rot.decis.4.de proba.in nou.Maximè quia non constat, quod DD.Claudia, & Beatrix reperiantur in possessione dd.bonorum,aliàs quã vti filiæ & hæredes Herculis iunioris, qui vt dictum fuit hęres Herculis Senioris,ex quo benè præsumitur,qđ testator etiam de tempore mortis possedetit, & possessionem continuauerit. Bar. in l.Pomponius.§.vltim. in fin.ff.de acqui.possess. Alber.cons.6.nu.8. Alciat. reg.2.præsumpt.21.nu.3.vers.tu aduertè. Menoch. lib.2.præsumpt.64 num.17.

6 Nec dubitatunt Dñi, quin partitæ librorum Castastri,siue Aestimi ad istum effectũ suffragentur, tam contra DD.Fratres, de quorum voluntate descriptæ apparent.l.censualis,& ibi Bald.C.de donat. Decia. cons.146. sub nu.13.vers. Nam sicut descriptio. Rol. cons.4.nu.16.& seq.lib.2.Peregr.de fideicom.d.art. 44.nu.9. quam contra dd.DD.Claudiam, & Beatricem,habẽtes causam ab illis. Bart.in l.si à te.§.fin.de except.rei iud. Arct.in cons.36.num.3.vers.2.dico, Ruin.cons.40.nu.3.li.4.& cum fuerint extractæ per Notarium successorem in Scribania Ciuitatis prædictæ in qua dicti libri publicè conseruantur, quæ propterea dicuntur in forma probanti, absq; alijs solennitatibus,Bar.in l.si quis ex argentarijs. §.cogentur. sub nu.3.ff.de eden. Dec.in l.si quis in aliquo.nu.26. Et ibi Ias.num.5. & in quinta fallentia.C.eod.tit.Et



tenuit Rota in causa Vicen. beneficij S. Martini 5. Iunij 1600. coram bonæ memo. Cardin. Pamphilio. Ex quibus ita fuit decisum,&c.

## R. P. D. PAMPHILIO.

*Romana fideicommissi de Micinellis. Mercurij 17. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Testator vocando familiam an censeatur intellexisse de familia contentiuè, vel potius effectiuè.

## SVMMARIVM.

*Exclusus à fideicommisso dicitur, de quo fideicommissum non loquitur. num.1.*

*Familiæ verbum potest accipi contẽtiuè,ita vt etiam comprehendantur transuersales. num.2.*

*Fallit quando constat testatorem sensisse de familia effectiuè: quia tunc veniunt soli ipsius descendentes. nu.2.*

*Verbum seu pronomen eiusdem denotat personalitatem. num 3.*

*Familia verbum intelligitur effectiuè,vbi testator addidit pronomen ipsius, seu eiusdem. num.3.*

*Ex exclusione vnius vno casu arguitur ad exclusionem etiam in alio. num.4.*

*Vna pars testamenti aliam declarat. num.4.*

*Dispositio eadem non debet diuerso iure censeri, nisi adsit diuersa ratio. num.5. Vbi, quod ratio diuersitatis debet esse clara.*

*Testator non debet præsumi, quod voluerit excludere proprios descendentes intuitu transuersalium. num.6. Vbi maximè,si descendentes fuerunt à testatore magis dilecti,quàm transuersales.*

*Familia verbum in dubio debet accipi contentiuè. numero 6.*

*Filij positi in conditione ex statuto Vrbis censentur vocati. num.5.*

*Prohibitio alienationis debet intelligi iuxta terminos fideicommissi præcedentis. num 7.*

## DECISIO DCCVII.

1 Propofui dubium, àn sit recedendum a decisione facta coram bon.mem. Cardinale Seraphino, sub die 10. Iunij 1602. quæ est inter eius impressas 1438. & supradicta die Domini steterunt in decisis, quod scilicet Domina Propertia non esset vocata ad fideicommissum, de quo agitur, quia in illo non reperitur de ea facta mentio, & regula est clara, quod in hac materia pro alicuius exclusione sufficit dicere,fideicommissum de te non loquitur. Socin.consil.62.sub nume.4.versic. & in primis libro 3. Socin. iun. consilio 18. numero 23. libro primo.

2 Non obstat, quod testator prohibuerit quamcumque alienationem huius casalis, vt quantum Deo placuerit in eius familia remanere deberet, per quam Informantes pro Domina Propertia diecbant, inductũ fuisse absolutum fideicommissum ad fauorem familiæ, sub qua comprehendebatur Domina Propertia soror testatoris, quia etiam admisso huiusmodi absoluto fideicommisso ad fauorem familiæ, placuit Dominis responsio, quod licet verbum (familia) possit accipi contentiuè, ita vt comprehendat etiam agnatas transuersales, vt in l. pronunciatio. §. familiæ, ff. de verb. signific. cum alleg. tamen quando, prout in casu isto, constat, testatorem sensisse tñ de familia effectiuè, tunc sub ea cõprehenduntur tñ descẽdentes ab ipso testatore, nõ aũt transuersales. Socin. iun. cõs. 97. nu. 61, lib. 2. Peregr de fideicom. art. 22. num. 26. Sim. de Pretis, de interpret. vlt. volunt. lib. 3. Interpret. 3. dubit. prima. solut. 11. nu. 26.

3 Quod aũt testator senserit tñ de sua familia effectiuè, visum fuit colligi ex verbis testi, ibi sed quantum Deo placuerit Casale in eiusdẽ familia remanere debeat ponderando illud pronomen, eiusdem, quod denotat personalitatẽ, vt de pnomine ipsius trad. Rip. in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 111. ff. de leg. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 6. n. 25. Rota cor. Seraphino, decis. 1149. nu. 3. cum alijs adductis coram me, in causa Placẽtina Antifati. 6. Iunij 1614. ita vt verbum familia, intelligatur effectiuè de descendentib. proprie, & pręcise ab ipso testatore, vt arguit Menoc. cons. 233. n. 20. & seq. Et hanc opinionẽ tenent Rui. cons. 153. nu. 11. lib. 2. Socin. iun. d. cons. 97. n. 62. & alij plures relat. per Addent. ad dictum decis. bo. me. Cardinalis Seraphini, 1438. nu. 11. nec eam improbant Gabr. cons. 132. num. 60. lib. 1. & Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 20. in fin.

4 Idẽq. clarius suadetur ex eo, quod testator masculis qñcumq. descendẽtib. sine filijs legitimis, & naturalib. substituit filias, & nunquã in toto testõ Propertiam, vel alios transuersales expresse ad successionem vocauit, quinimo in casu delicti disposuit, quod si qs filiorum delictũ committeret, p p quod venirẽt bona publicanda, alij filij masculi, si superuixerint, succedant, alioquin filiæ alias Dña Faustina vxor ipsius. Vnde sicut in his casib. nullam rõnem habuit testator de Propertia sorore, vel alijs transuersalibus, sed solũ de familia effectiuè, imò magis dilexit vxorem quam transuersales. Idem est dicendum in casu, de quo agitur, quia vna pars testamenti aliam declarat. l. 3. §. Sed etiam inter duos. ff. de liber. & posthum.

5 Pręterea cõsiderabant Dñi, quod testator post prohibitionem alienationis Casalis sub vna, & eadẽ verborum conceptione prohibuit etiam alienationẽ aliorum bonorum stabilium. Vnde sicut respectu aliorũ bonorum non possunt dici vocati transuersales, idem est dicẽdum respectu Casalis, per l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. quæ licet non procedat, vbi adest diuersa ratio, iuxta l. 2. ff. de offi. procons. in casu tñ, de quo agitur, prohibitio alienationis respectu Casalis est magis stricta, quod. s. non possit alienari, nec ẽt pro dotib. dandis, vel recipiẽdis, vt semper in eiusdẽ familia remanere debeat, sed ex his nõ inducitur clara diuersitas dispositionis ex adductis cor. Seraph. dicta decis. 1438. nu. 10. cum etiam illud verbũ familia intelligi possit de descendẽtibus tantum ab ipso testatore, vt colligitur ex alijs coniecturis supra deductis.

6 Quæ omnia eo magis visa fuerunt admitten. quia non est verisimile testatorem voluisse excludere proprios descẽdentes ex filia intuitu sororis, quę est trãsuersalis, vt per l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. tenet Mant. d. lib. 8. tit. 12. nu. 14. 15. & seq. secundum nou. impress. Vbi dicit, quod licet coniectura d. l. cũ auus non admittatur, vbi cõstat de contraria volũtate testatoris, in casu tñ dubio nõ est ab ea recedendũ, per §. item vetustas. vers. nostra autem constitutio. Inst. de hęred. quę ab intest. deferuntur. & multo minus in casu, de quo agitur, in quo, vt per eundem Mant. d. nu. 15. ponderatũ fuit, ex concurrentib. coniecturis, satis constat, quod nepotes ex filia magis dilecti fuerũt a testatore, quàm soror, & faciunt deducta in d. decis. 1438. nu. 9. Vbi quod limitationes, quæ dãtur ad dictam l. cum auus in hoc casu nõ applicãtur, & ex his cessat, qđ verbũ familia in dubio accipi debeat cõuentiuè ex adduct. in decis. 1438. nu. 4. cum alijs trad. per Simon. de Pret. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. dicta solut. 11. nu. 26. quia de voluntate testatoris satis visum fuit constare ex pluribus supra ponderatis cum alijs per Informantes adductis, quæ Dominis placuerunt.

7 Vlterius fuit ẽt ponderatũ, quod testator in supradicto casu deficientiæ masculorũ sine filiis legitimis, & naturalib. substituit in vniuersa hæreditate vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum filias natas, & nascituras pro ęquali portione, & deinde filiab. moriẽtib. sine filiis legitimis, & naturalib. eisdem substituit filios masculos superuiuentes, nõ aũt alias filias superuiuentes. Vnde licet filij Orithiæ non fuerint expresse vocati, tñ cum fuerint positi in conditione, censentur vocati per statutum Vrbis lib. 1. c. 142. & cum post huõi fideicommissum immediate sequatur prohibitio alienationis, tam respectu Casalis, quam aliorũ bonorum immobilium, illa saltem in dubio intelligi debet, iuxta terminos fideicommissi procedentis. ad cons. Dec. 636. pluries in Rota canonizatum, & ita decisum, &c.

R. P. D. ANDREA.

*Calciaten. Coniudicum. Lunæ 1. Junij 1615.*

ARGVMENTVM.

Portionarij quando dicantur de Capitulo.

*SVMMARIVM.*

*Sententia vt valida dicatur, quæ requirantur. num. 1.*
*Portionarij possunt eligi in coniudices quando sunt de Capitulo. num. 1.*
*Portionarij non dicuntur de Capitulo. nu. 2. Vbi nisi statuto,*

*tuto, vel consuetudine contrarium caueatur, & nu.3. Idem dicitur de Decano, & dignitatibus.*

*Ecclesia vnita dissoluta vnione retinet suos honores, statuta, & priuilegia, sicut antea. num.4.*

*Portionarij dicitur de Capitulo, quando probatur fuisse per Canonicos admissos actiuè, & passiuè ad quamplures actus, qui solis Capitularibus competunt. nu.5.*

*Portionarij non dicuntur de Capitulo ex eo, quod in quibusdam, vel in omnibus actibus habeant votum in Capitulo. nu. 5. Nisi tamen adsit statutum, vel consuetudo, quod ipsi sint de Capitulo. num.6.*

## DECISIO DCCVIII.

1 PRo confirmatione sententiæ Rotalis fuit vnanimiter resolutum. Constabat.n.de iurisdictione per Commissionē, de mandatis Procuratorū hinc inde comparētiū, de citatione ad audien. sniam personaliter exequuta, fuerunt seruati termini substātiales, quæ sunt illa, quæ reperiuntur pro validitate sniæ, vt fuit dictum in Meliten. Nauis 12. Ianuarij præteriti coram R.P.D.meo Vbaldo. Quo verò ad iustitiam, illa videbatur esse patēs ex deductis in vlt. Decis. Reuerendiss. Attrebaten. in qua fuit firmatū, Portionarios esse de Capitulo, & dicta Decis. presupposita Cong. Illustriss. Cardinalium Sac. Concilij Interpretum illos in coniudices posse eligi declarauit.

2 Etsi.n. de iure cōi soli Canonici, & nō Portionarij constituant Capitulum, iuxta doctrinam Cōpostel. in c.1.nu.4. vers. numquid Portionarij, de elect. Vbi dicit Rom. Curiam ita seruare, quam opinionē Doct. cōiter sequuntur, & Rota sæpius approbauit, vt in decis. Verall.84.p.1.cū alijs adductis in Abulen. Iurisdictionis 6. Februarij, & 17. Aprilis 1589.cor.bo.me. Card. Pamphilio, & in Gerūden. iuris interessendi in Capitulo, 11. Decemb.1609.cor. Reuerēdiss. D.meo Decano, & in Hispal. Præeminē.4. Iunij 1612.cor.R. P.D.meo Pamphilio. Et in hac causa 25. Febr.1611. cor. Reuerendiss. Attrebaten. Illa tū cōiter limitatur, vbi statuto, vel cōsuetudine aliter caueā, s. Portionarios esse de Capitulo, vt tradit Cōpost. vbi sup. vers. Et hoc est verū, & authoritatib. Doct. & Rotæ resolutionib. fuit firmatū ind. Deci. Reuerēdiss. Attrebatē.

3 Prout etiam videmus, quod licet Decanus, & aliæ Dignitates nō sint de Capitulo, tū secus, vbi statutū, vel cōsuetudo Ecclesiæ disponit, quod censeatur esse de Capitulo. Abb. in c. cum inter vniuersas.not.1.in c.auditis.nu.3. notab.3. de elect. Gemi. in c.fin.vers. aut quærimus. de preben. in 6. Fel. in Proœm. Decret. in ver. Gregorius.num.16.vers. Hæc fallentia, & in c. cum olim. nu.4. post Abbat. ibi n.8. de re iudic. Rip. in c.eāte.nu.14. de rescript. Franc. Mare. decis.1029. nu.2.p.1. Et fuit dictum in Calaguritana Iuris Votandi. 27. Februarij 1595. coram Orano, Et in alia Calaguritana Iurisdictionis 8. Decē.1599.cor. Iusto.

4 Ex statuto autem fundamentali Ecclesiæ Calaguritan. Et Calciaten. olim inter se inuicē vnitarum de anno 1235. apparet, Canonicos, & Portionarios esse de Capitulo, cum fuerit constitutum, quod in prędictis Ecclesijs essent 40. Canonici, & 20. Portionarij integri, ita quod omnes isti vnum Capitulum, & vnū Collegium esse censeantur, quod statutū fundamentale suffragatur etiā facta dissolutione vnionis, cum qualibet Ecclesia retineat suos honores & sua statuta, & priuilegia sicut antea. Ad tex. in l.1.in fin. ibi, & vtraq. dignitate simili perfruatur. C. de metro. Berit. lib.11.cum not. ibi per Gl. & Doct. & latè per Tiraq. in tract. cessante causa. limitat.15. præsertim, quia in Ecclesia Calaguritana post d. dissolutionē Portionarij remanserunt prout hodie sunt de Capitulo, vt ex Decisionib. & sententijs Rotalib. exequutioni demādatis, fuit aliās firmatū in causa Calaguritana iurisdictionis. Vnde vř idem iuris esse in Ecclesia Calciatē. Cum eadem sit ratio in vtraque. Ad tex. in l.iam hoc iure.ff. de vulgar. & in c.in causis, de re iudic.

5 Accedat, quod dissoluta vnione, factum fuit aliud statutū, videlicet quod in Ecclesia Calciat. 8. Portionarij eandē habeant obligationem, quā Canonici, & quod habeāt votum in Capitulo, & in electionibus, & in omnib. alijs rebus, qđ statutū fuit semper obseruatū, vt patet tum ex testib. qui deponunt de huōi obseruātia, q̄ ex quamplurimis actib. Capitularibus, ad quos actiuè, & passiuè per Canonicos fuerunt admissi dicti Portionarij, qui actus sicuti solis Capitularibus cōpetunt, ita ex eisdē satis cognosci pōt, quo iure interfuerint. Anch. cons.422.n.2. Rip. in c.cū Ecclesia. nu.52. de caus. possess. & propr. Ruin. cons.155.n.10. lib.4. Et dixit Rota in Calaguritana iurisdictionis. 25. Maij 1598. cor. Corduba. Et in hac causa cor. R. Attrebaten. Et tanto magis, quia d. testes subiungūt, quod Portionarij fuerunt semper, & sunt habiti pro Capitularibus, & personis de Capitulo, & in dictis actibus recensentur Canonici, & Portionarij, cum assertione, quod faciunt vnum Capitulum.

6 Vnde licet ad effectū essendi de Capitulo nō sufficiat, quod Portionarij in quibusdā, vel in oib. actib. habuerint votū in Capitulo, iuxta doctr. Gemi. in d.c. fin. de præb. in 6. & ita declarauit Sac. Cong. Cōcilij Interpret. in causa Abulen. Iurisdictionis, & sequuta est Rota in eadē, & alijs mox allegan. Vbi tū vt sup. dictū fuit, statuto, vel cōsuetudine expressē cauetur, qđ Portionarij sint de Capitulo, nulla dubitatio est, quin ipsi de Capitulo cēseri debeāt, vt trad. Gemi. vbi sup. & cens. ead. Sac. Cong. & Rota in d. Abulen. Iurisdictionis in integros Portionarios 17. April. 1589. cor. bo.me. Card. Pamph. Vbi quod antea fuerat tentum in vna Calaguritana fructuū cor. Bubalo, & fuit quoque dictum in causa Corduben. Iurisdictionis, 17. Iunij 1596. cor. Orano. Ex quibus, solis Portionarijs informantibus ita fuit conclusum, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Tudertina, seu Rom. Nullitatis obligationum 4. Lunæ 1. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Enormissimè læsus dicitur secundum Rotę opinionem, quando summa est magna, & sperari non

non potest releuatio, quo casu minor fideiubens non obstante iuramento restituitur.

*SVMMARIVM.*

*Fides Baptismi probat minorem ætatem baptizati. nu. 1*
*Parochus debet habere librum, in quo describat baptizatos. nu. 1.*
*Minor fideiubens non obstante iuramento restituitur, quando adest enormissima læsio. nu. 2.*
*Enormissima læsio debet constare, vt concedatur restitutio in integrum. nu. 2.*
*Enormissima læsio dicitur, quando summa est ingens, & sperari non potest releuatio. nu. 3.*
*Argumentum à contrario sensu in statutis valet. nu. 4.*
*Statutum illius loci debet attendi, vbi contractus celebratur. nu. 4.*
*Statutum Vrbis lib. 1. c. 74. quomodo intelligatur. nu. 5.*
*Statutum conditum ad infringendum contractum, non debet operari contrarium. nu. 6.*
*Argumentum a contrario sensu strictè accipitur respectu eius, quod dicitur in sensu directo. nu. 6.*
*Minor 25. annis fideiubens de iure communi restituitur in integrum. nu. 6.*
*Fides non facit fidem. nu. 6.*

## DECISIO DCCIX.

1 Contra decisionem in hac causa factam 4. Iulij præteriti Informantes pro creditoribus tria proponebant, quibus reiectis Domini ab illa non recesserunt. Primo negabant constare de minori ætate D. Antonij, super qua consistit decisionis fundamentũ ex sola partita Baptismali, absq. adminiculis, vt dicebant ẽt informi, & nulliter exequuta. Sed rñdebatur, partitã fuisse ex libro Paroch. formiter, & parte citata cõpulsatã, vt ex processu constabat, atq. ex illa plene concludi minoris ætatis probationẽ, cum a cõiter accidentib. filij soleant baptizari paucos post dies a natiuitate. Castren. cons. 231, nu. 1. vol. 2. maximè post Sac. Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 1. & 2. quo mandatur Parochis, vt librũ retineant, super quo baptismũ, & similia describant, Mandos. in reg. 18. de ætat. pro Canon. q. 10. nu. 3. in fi. vers. sed posito, & nu. 4. Maur. de restit. in integr. c. 231. vbi dicit certissimũ ætatis testimoniũ, sicq. ætatẽ probatã testatur, vbi de rest. in integr. ageretur. Late Moder. de prob. concl. 672. Et oẽs in hoc concordare dicit Odd. de restit. in integr. q. 37. art. 9. num. 83. vbi alios refert, & firmauit Rota corã Card. Seraphino, decis. 1132. num. 2. & in Illerden. Portionis de Benauarræ 8. Nouemb. 1613. corã R. P. D. meo Manzanedo, & in Vrbeuetana Bonorum, 9. Maij 1614. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozet.

2 Secundo; quamuis non impugnarent conclusionẽ in decisione comprobatã, quod minori fide iubẽti nõ obstan. renunciatonib. & iuramẽto concedenda esset restitutio stante enormissima læsione, dicebãt de ista enormissima lęsione non constare, vt debet, iuxta deducta in causa Bonon. Pecuniariæ. 9. Iulij 1603. corã R. D. Bonon. Imò cõtra doceri pro ipsorum parte adesse plura credita paterna presertim cum Dominis de Ferratinis super quib. potest releuationem consequi.

3 Verum enormissima læsio visa fuit Dñis apparere, ex eo quod summa pro qua Antimus pro patre fideiussit est ingens, & sperare non potest releuationem, quicquid ex aduerso diceretur, cum pater facultatib. lapsus sit, & fideiussores notoriè sint non idonei. Hoc enim modo probatur enormissima læsio in fideiussione, iuxta opinionem Rotæ, & Socin. iun. cons. 47. nu. 9. vers. etenim fecit. & seqq. nu. 4. cum alijs cumulatis in priori decisione. in vers. in proposito, quæ placuerunt, ex quibus addebatur, Peregr. idem tenens. cons. 77. sub num. 17. in princ.

4 Tertio magnam vim faciebant super statuto Tudertino sub rubr. 51. distinct. 2. disponẽte contractus cum minori 20. annis factos absq; solennitatibus in eo expressis, esse ipso iure nullos, quasi à contrario sensu maior viginti possit contrahere absq; aliqua solennitate, quod argumentum valet regulariter, etiam in statutis, vt notant communiter Doct. in l. 1. ff. de off. eius. Et alibi passim, & Euerard. in hoc loco. Vnde inferebant, quod vbi statutum Vrbis, in qua contractæ fuerunt obligationes lib. 1. c. 47. non esset attendendum, cum tamen statutum loci contractus quo ad solennitates eiusdem contractus inspiciendum sit, etiã si forenses ibi contrahant. Bar. in l. 1. nu. 4. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. quẽ ibi cõiter sequuntur Veral. decis. 195. in princip. p. 3. Adhuc tñ ex relato statuto Tudertino, & sic originis obligationes sustinerentur.

5 Ceterum pro rñsione dicebatur, quo ad dictũ statutũ Vrbis per illud non induci solennitates contractus, sed habilitari solũ maiores 20. ad cõtrahendum per verba in personas directa, & consequenter non posse dici habilitatum Forensem, ex Theorica Bar. in l. 1. nu. 8. ff. de tutor. & curat. datis ab his. & in d. l. 1. nu. 26. C. de sum. Trin. & fide cathol. passim recepta, ex latè congestis in alia decisione, & conclusio in contrariũ adducta, quod in contractu inter Forenses inito seruandæ sint solennitates statuti loci contractus procedere solum posset, quo ad statutum Vrbis, li. 1. c. 151. in quo loquitur. Verall. d. decis. 195. ex quo eo magis inualidè remanerẽt obligationes de q. b. agitur.

6 Quo ad statutum Tudertinum, neq. illud obstare, quia statutum disponens (prout facit Tudertinum) minorem 20. vel 18. non posse se obligare sine certa solennitate, non intelligitur posse illam ætatem facere minorem idoneum contra ius commune, nisi hoc exprimat, vt in puncto tenuit in publica disputatione Iacob. de Bellam; quem refert, & sequitur Bal. in l. 1. sub num. 1. versic. 2. quæritur. C. de inutil. stipul. Alex. consil. 17. num. 3. lib. 2. ibique Natt. in addit. Ias. in l. 1. num. 49. ff. de offic. eius. Vbi Dec. num. 59. vers. non obstat dictum Bal. Hippolyt. Riminal. num. 510. Idem Dec. cons. 110. nu. 5. & cons. 215. num. 6. vers. sed licet non excludantur, nõ solum ex eo, quod vt dicebar Rol. ibi statutũ conditum ad infringend. contractum non debet operari contrarium ad corre-

ctionem

ctionem iuris communis, sed etiam quia, vt inquit Dec. in loco alleg. argumentum a contrario sensu strictè accipitur, respectu eius, quod dicitur in sensu directo, ac perinde in terminis supradicti statuti a contrario, sequitur solũ in maiore 20. an. non requiri solennitates a statuto in minore 20. an. requisitas, nõ autem quod habeatur pro maiore, & præsertim ad effectum vt illi non competat restitutio in integrum de iure cõmuni minoribus 25. an. concessa, etiã aduersus contractũ fideiussionis, iux. l. 1. C. de filio famil. minor. cum alleg. in 1. decisione, fides vero circa obseruationem statuti, non faciebat fidem, nec percutiebat casum de quo agitur. Ex quibus Domini permanserunt in decisis, &c.

## REVER. P. D. REMBOLDO.

*Vlisbonen. Concursus. Luna 1. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Constitutio Pij V. super concursu parochialium quando habeat locum in parochialibus vnitis, quarum cura exercetur per Vicarios, & quando cura beneficij vniti dicatur residere totaliter penes Vicarium, & quando penes Rectorem beneficij, cui fuit facta vnio.

### SVMMARIVM.

*Constit. Pij V. & Conc. Trid. sess. 24. cap. 14. super concursu parochialium habent locum etiam in cura, quæ exercetur per Vicarium, quotiescumque in Vicarium transfertur totalis cura, quo ad exercitium, & habitũ. nu. 1. & nu. 5. quod nihil referat ad hunc effectum, an Vicarius sit perpetuus, vel adnutum amouibilis.*

*Vnio operatur, vt Ecclesia vnita remaneat suppressa, & efficiatur prædium Ecclesiæ, cui fuit facta vnio, ita vt Rector Ecclesiæ cui fuit facta vnio sit Rector & prælatus etiam vnitæ. nu. 2.*

*Cura beneficij vniti remanet habitu penes Rectorẽ beneficij, cui fuit facta vnio, licet exerceatur actu per Vicarium. nu. 2.*

*Cura beneficij vniti dicitur esse habitu penes Rectorem beneficij, cui fuit facta vnio, quando Vicario perpetuo, qui illam exercet, non fuit assignata certa portio fructuum. nu. 3.*

*Cura totalis beneficij vniti tunc dicitur esse penes Vicarium, quando ipse percipit omnes fructus beneficij certa portione Rectori Ecclesiæ, cui fuit facta vnio, assignata. nu. 3. Vbi tamen quod id repugnat vnioni.*

*Vicarij Ecclesiarum vnitarum debent esse perpetui; siue vnio fiat monasterio, siue alteri beneficio. nu. 4.*

*Mentio facienda non est de cura imminenti beneficio in illius impetratione, vbicumque beneficium est alteri annexum. nu. 5.*

*Status beneficij non potest probari ex collatione nulla, & erronea. nu. 6.*

*Pars II. Tom. II.*

### DECISIO DCCX.

1 Licet alias coram Reuerendiss. D. meo Decano resolutum fuisset, non cõstare de vnione, quæ impediat cõcursum, nihilominus causa mihi postea commissa, & tertio in Rota proposita: Domini ab illa decisione recedendã duxerunt, nõ quod controuerterent, quod quotiescunq. transfertur in vicarium totalis cura quo ad exercitium scilicet, & habitum, locus non sit constitutioni Sanctæ me. Pij V. in ord. 32. Nec non dispositioni sac. sanct. Trid. Cõc. sess. 24. c. 14. & eiusdem Illustriss. Interpretum declarationib. vt alias dictũ fuit, in vna Vlisbonen. iuris conferendi 2. Decemb. 1605. coram bo. me. Litta, & in eadẽ 13. Iunij 1607. coram Illustriss. D. Card. Lancellotto, & in supradicta Reuerendiss. D. mei Decani decis. alleg. Sed quia non subsistere videbatur, quod in proposito totalis cura, etiam quo ad habitum vt dixi, in Vicarium translata esse probetur.

2 Nam dicebant eum esse effectũ vnionis, vt Ecclesia siue simplici beneficio, siue alteri Ecclesiæ curatæ accessorie vnita sit, penitus remaneat suppressa, & efficiatur prædiũ Ecclesiæ, cui facta fuit vnio, Rot. dec. 11. de rebus eccles. non alien. in antiq. Caccialup. de vnion. art. 8. num. 8. Sarnen. in reg. de infirm. q. 15. & de Trien. q. 8. Ita quod Rector Ecclesiæ, cui facta fuit vnio, sit Rector & Prælatus ẽt vnitæ. Rebuff. de vnio. nu. 49. & cura beneficij vniti resideat habitu penes ipsum licet exerceatur actu per Vicariũ, glo. in c. super eo. in verbo annexæ. iuncta gl. marginali, & ibi Frãc. nu. 2. de præben. in 6. Ioã. And. Host. & alij, in c. exposuisti. de præben. Abb. in c. extirpandæ. in repet. §. qui vero. nu. 15. eod. tit. Fel. in c. postulasti. vers. sed Abb. de rescript. Mohed. decis. 5. de decimis. Vnde cũ tam ex literis Clemẽtis VI. quam ẽt Sixti IIII. Summ. Pontif. euidẽter appareat beneficium, de quo agitur, fuisse Canonicatui Vlisbonen. Ecclesiæ perpetuo vnitum, necessario sequi videbatur, quod omne ius tam spirituale, quam tẽporale eiusdem met beneficij, fuerit in Canonicatum translatum.

3 Nec obstare credebant, qđ in ipsamet vnione fuerit nõ modo cura actualis, verum ẽt habitualis Vicario ad regendũ curam beneficij vniti deputato præseruata, quia neq. hoc expresse in d. Vnione vllo modo legitur, neq. ẽt ex eo colligi põt, qđ certa portio Vicario ꝑpetuo, per quẽ cura d. beneficij exercẽda erat, assignata fuit, cũ imò id ipsum manifestũ signũ sit, quod habitualis cura non penes Vicariũ, sed penes Canonicũ, vel Prælatum beneficij, cui facta fuit vnio, residet, & tunc demũ totalis cura penes Vicariũ esse dicatur, qñ ipse omnes fructus beneficij percipit, certa portione Canonico assignata, qđ tñ repugnaret vnioni, sed potius mediante fructuũ dismembratione ad terminos c. auaritiæ. de præb. fieri contingeret, vt bene distinguit Franc. in alleg. c. super eo. nu. 2. eod. tit. de præb. in 6. Card. in Clem. 1. nu. 10. de offic. Vic. cũ alijs adductis per Caputaq. decis. 33. num. 3. p. 3.

4 Minus admittendum putabant, quod prædicta tunc demum procedere dicantur, quando vel vnio fit Monasterio, non autē Ecclesiæ sæculari, vel Vicarius ad nutū amouibilis, & non perpetuus ad regendam curam beneficij vniti deputatus fuit. Tum quia allegata iura & DD. in specie loquuntur de Canonicatibus, & alijs sæcularibus beneficijs, nec vlla concludens diuersitatis ratio assignari potest, tum quia cū de iure omnes Vicarij Ecclesiarū vnitarum debeant esse perpetui, siue vnio fiat Monasterio, siue alteri beneficio sæculari, vt notant omnes in c. extirpandæ. §. qui verò. de præben. & in c. super eo. vbi glo. eo. tit. lib. 6. Rot. decis. 758. par. 1. diuersor. latè Gonzal. glo. 5. §. 3. nu. 10. tam trad. à DD. de Vicarijs, quod scilicet in ipsos cura non transferatur, quam Constit. Sanctæ me. Pij V. supra relata redderetur superflua.

5 Et quod ad hoc, vt locus sit concursu non inspicitur, an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, fuit in terminis decisum in allegat. Vlisbonen. Iuris conferendi 2. Decemb. 1605. cora bo. mem. Litta. Idemq. firmat Card. in d. Clem. 1. sub eo. nu. 10. de offic. Vic. dum in specie inquit, etiā quod Ecclesia vnita per Vicarium perpetuum regatur. Nihilominus cura per modum cuiusdā iuris, & in habitu est apud principalem, ita quod satis patet oēs alios DD. qui in contrariū adduci possent, intelligi debere de cura actuali, vel de qua sit mentio facienda, iuxta trad. per Menoch. de arbitrar. cas. 201. num. 67.

6 Nec denique visus fuit aliqua consideratione dignus vltimus status beneficij de quo agitur, cū prouisio tūc facta manifestè detegatur erronea eo qđ facta fuit vti de beneficio iuris patronatus Ecclesiastici, cū tamē facienda esset ad formam constitutionis Pij V. quæ etiam continet decretum irritans. Ideoque inficit titulum, & possessionē, ita quod ex huiusmodi prouisione nullo modo desumi possit obseruantia talis, quę veritati rei preiudicare possit, ad decis. Crescen. 4. in fi. de priuil. Vltra quod collatio, quæ causam præsenti liti dedit, non est conformis d. prouisioni, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Auinionen. Archidiaconatus Veneris 5. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de probanda familiaritate ad effectum reseruationis, & ex quibus probetur, & quomodo deponere debeat testis pro probanda familiaritate.

## SVMMARIVM.

*Testis deponens de ijs, quæ visu percipiuntur, per verba optimè scio, de visu deponere dicitur. nu. 1.*

*Testis vnicus semiplenè probat. nu. 1.*

*Qualitas personæ testis auget fidem illius. dicto nume. 2. vbi de qualitate Doctoratus.*

*Amicus præsumitur informatus de gestis alterius amici. nu. 2.*

*Confessio extraiudicialis probatur sufficienter per duos testes contestes de loco, & tempore. nu. 3.*

*Consanguineus præsumitur scire vitam, & statum alterius consanguinei. nu 4.*

*Familiaritas probatur per testes de auditu ab ipsomet familiari defuncto. nu. 4.*

*Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares de loco, tempore, & verbis. nu. 5.*

*Familiaritas ad effectum reseruationis est plenè probanda. nu. 6.*

*Familiaritas vt probetur, debet concurrere mens Domini, consensus familiaris, & præstatio expensarum. numero 7.*

*Testis nimis generaliter, & ambiguè deponens non probat. numero 8.*

*Familiaritas habet se ad instar societatis. nu. 8.*

*Testis deponens aliquem esse socium, vel familiarem, debet deponere de actibus socialibus vel familiaritatis. numero 8.*

*Testis deponens de his, quæ sensu corporis non percipiuntur debet etiam non interrogatus reddere rationem sui dicti. nu. 8.*

*Testis debet non interrogatus reddere rationem sui dicti, etiam in his, quæ sensu corporis percipiuntur, quando in ijs dignoscendis præualet iudicium intellectus. numero 9.*

## DECISIO DCCXI.

IN disputatione, an Gratia Alemanni esset iustificata, Domini pro nunc amplexi fuerunt caput familiaritatis, cum Illustrissimo Domino Cardinali Ioiosa, olim Ioannis de Laurentijs vltimi possessoris secundi Archidiaconatus Ecclesiæ Auinionensis, de quo nunc agitur, circa quam, cum testes variè quo ad tempus deponerent, distinctè procedendo ad antiquā se restrinxerūt, videlicet ante annum 1587. de quo Ioannis dictum Archidiaconatum obtinuit. Quæ satis visa fuit probata ex tertio, & septimo testibus, inter plures ad instantiam Syluestruccij Auinioni examinatis.

1 Septimus enim super vigesimo, & sequentibus Articulis deponit, se optimè scire dictum Ioānem familiaritatem contraxisse cum dicto Illustrissimo Domino Cardinali, eiusque seruitio aliquot annorum spacio se addixisse, & ab eo postea recedendo Auinionē reuersum fuisse vno circiter anno, prius quam ei de dicto Archidiaconatu prouideretur. Qui cum de causa scientiæ interrogatus non fuerit, & assertiuè deponat per illa verba optimè scio, & illud visu percipi pōt, dicitur de visu deponere, iuxta doctrinam Innoc. in c. cum causam. num. 1. extra de testibus, quam communiter sequuntur Bat. in l. 3. nu. 3. vers. istud est verū, & in antiq. lect. nu. 14. vers. Innoc. C. eod. & ibi Bald. in

in princ. vers. Innoc. autem. Salicet. sub. nu. 3. Castr. sub. nu. 6. vers. hoc verum. Alex. in l. prima. nu. 19. ff. si cert. pet. cum alijs late per Farinac. de opposit. contra dicta test. quæst. 70. cap. 2. nu. 111. Et ideo licet vnicus semiplenam facit probationem, glos. in l. admonendi. in verbo exacto. vers. Itē dico. ff. de iureiur. quam sequitur Bart. ibi nu. 36. & alij plures, de communi per Farinac. de opposit. contra pers. test. quæst. 63. cap. primo. num. 52. & in specie nostra Put. decis. 134. vers. & fuit resolutū lib. 3. quem sequitur Paris. de resignat. benef. lib. 10. quæst. 3. nu. 20. tom. 2.

2 Iūcta præsertim qualitate personæ, Rot. decis. 196. nu. 4. par. prima. diuers. videlicet Doctoratu, qui auget fidem illius depositioni Alex. cons. 18. in fin. lib. 1. Natt. cons. 37. nu. 67. Et 65. & cum (vt ipse deponit) nouerit ab infantia dictum Ioannem, & cum eo continuam habuerit consuetudinem, præsumitur de gestis per eum fuisse optime informatum. c. 3. in fin. vbi glos. in ver. conuersatus, cum ibi not. extra de elect. Bal. cons. 295. sub. nu. 2. vers. præterea ratione conuersationis. vol. 3. cum alijs, per Aym. cons. 220. num. 12. vers. amplius ex conuersatione cons. 249. n. 4. ad fin. vers. profecto, & cons. 271. col. 5. vers. 7. respondeo.

3 Accedit etiam confessio extraiudicialis eiusdem Ioannis, quam idem testis deponit, sibi inter cœnandum factam de anno 1610. elapsos tunc esse annos viginti quatuor, quod familiaritatem dicti Domini Cardinalis reliquerat, & sic percutit annum. 1586. qui fuit ante dicti Archidiaconatus impetrationem. Quæ confessio videtur sufficienter probata, quia de illa est etiam contestis de loco, tempore, & verbis tertius testis super eisdem articulis. Castr. cons. 296. sub num. 3. vol primo. Paris. cons. 60 num. 45. vol. 4. Afflict. decis. 364. num. 4. vers. tamen ista confessio, & ibi Vrsill. in ad not. num. 2. in fin. Put. decis. 466. per tot. secundum nouissimam impress. lib. 2. & fuit dictū in Romana Pecuniariæ 3. Martij. 1595. coram bo. mem. Penia.

4 Et adminiculatur ex alijs similib. confessionibus, de quibus deponit, quartus testis Alemanni super quinto articulo, dicens se a dicto Ioanne sæpius audiuisse, quod omni tempore tam vitæ, quam mortis fuerat seruitor domesticus, familiaris, & commensalis dicti Cardinalis, qui testis, cū esset cognatus germanus Ioanis, præsumitur etiam illius vitam, & statum non ignorasse. l. octaui in fin. ff. vnd. cogn. l. de tutela. vbi glos. in verbo ignarum concord. adducit. C. de in integr. rest. minor. Bart. in auth. ingressi. nu. 69. C. de Sacr. Sanc. Eccles. similem autem depositionem testium de auditu à defuncto, quod fuerat familiaris, approbauit Rota coram Puteo in dicta decis. 134. prope fin. lib. 3. vbi etiam ex pluribus simul iunctis admittit familiaritatem.

5 Nec visi fuerunt obstare secundus, & octauus testes, deponentes de contraria confessione Ioannis, quod nunquā fuerat familiaris dicti Domini Cardinalis, qui nec etiam simul iungi possunt, cum sint singulares de locis, tempore, & verbis. Butr. in c. licet ex quadam, sub. nu. 8. prope fin. vers. & per hoc deciditur, & ibi Felyn. nu. 2. vers. vnde si peto. extra de testib. Alex. cons. 68. nu. 8. lib. 3. Put. dicta decis. 466. num. 1. lib. 2.

6 Aliqui tamē ex Dominis dubitabāt, an huiusmodi probatio sufficeret. familiaritas enim, quæ nūc adducitur ad effectum reseruationis, & ad exclusionem prouisi ab ordinario, est plene iustificanda. Sarn. in regula de benef. vacan. per obit. fam. Card. quæst. 13. num. 6. vers. & ita declarantur Simonett. de reseruat. quæst. 36. nu. 5. & sæpissime tenuit Rota, vt apud Verall. decis. 147. par. prima. & decis. 10. nu. 2. & decis. 380. par. 2. & in pluribus decisionibus relatis in Hispalensi portionis 2. Maij 1614. coram Reuerēdo Patre Domino meo Andrea.

7 Testes vero, de quibus supra nihil deponunt, nec quod Ioannes habcret partē a dicto Cardinale, iuxta not. per Doctor. in c. fin. de verb. sign. in 6. Sarn. dicta quæst. 13. in princ. Nec de mente, & consensu dicti Illustrissimi Domini Cardinalis admittendi, & reijciendi ipsum Ioannē in familiarem, neque de intentione eiusdem Ioannis cōtrahendi huiusmodi familiaritatem, quæ omnia ad illam contrahendam requiri tradunt Doct. in dicto c. fin. de verb. signif. Anchar. cons. 398. in princ. Cassad. decis. prima. nu. 3. de verb. signif. Simon de Pretis, quæst. 35. num. 4. & 10. Sarn. dicta quæst. 13. & tenuit Rota in Parmensi Canonicatus, 11. Februarij. 1585. corā Gipsio, & in Salamātina, & Abulensi beneficij, 9. Iunij. 1599. coram bo. mem. Penia, & in Hispalensi Archidiaconatus. Lunæ. 20. Februarij. 1606. coram bo. mem Iusto.

8 Et depositio dicti septimi testis, quod Ioannes se addixerit familiaritati Domini Cardinalis, vti nimis generalis, & dubia, non videtur probare secundum Ang. in l. si ambigua. nu. 1. ff. de legi. Ias. in l. prima. num. 13. in fin. & num. 20. ff. de iust. & iur. Socin. in l. prima. num. 9. ff. si cert. pet. cum alijs per Farinac. de opposit. contra dicta test. quæst. 68. §. primo num. 1. Et potius videtur super re non sensu corporis, sed iudicio intellectus perceptibili, cū familiaritas habeat se ad instar societatis. Simonett. de reseruat. quæst. 35. num. 5. Anchar. in dicto c. fin. num. 3. vers. cōtrahitur hæc ergo, & ibi Franch. nu. 14. vers. & contrahitur, de verb. signif. in 6. ad cuius probationem, quia sensu corporis non percipitur, non sufficere, quod testes dicāt, tales esse socios, nisi reddentes causam dicti sui deponant de actibus socialibus, tradunt Castr. cons. 73. num. 4. lib. 2. & Modern. de societ. cap. 11. num. 12. Et ideo testis etiam non interrogatus rationem sui dicti tenebatur adducere. Bart. in dicta l. 3. num. 3. vers. sed si deposuit. & in repet. num. 14. vers. sed in his. C. de testib. & ibi Bald. post num. primū. vers. sed quando tale quid. Salicet. num. 2. post med. vers. quædam autem. Castr. num. 6. vers. si autem solum. Sichard. num. 4. vers. aut eares. Rot. decis. 1163. num. 2. pat. 3. diuers.

9 Prout etiam iuxta doctr. Sichard. in dicta l. 3. sub dicto

dicto num.4.post med.vers. concludendo ergo.illam adducere teneretur,si familiaritas non solum judicio intellectus, sed etiã simul sensu corporis perspici posset, negari enim non potest, quin prævalcat in ea dignoscenda iudicium intellectus. Quia tamen super hac antiqua familiaritate non videbatur fieri vis pro Alemanno, ideo si opus erit, iterum consuli poterunt Domini mei,qui de familiaritate,post obtentum Archidiaconatum à dicto Ioanne,& de alijs reseruatunt videre.

## R. P. D. PIROVANO.

*Bononien. Laudi. Veneris 5. Iunij. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Libri sociales licet sint scripti, seu tenti contra formam statuti, tamen non possunt ab vno socio impugnari contra tertium, quando fuerunt scripti dicto socio sciente, & patiente.

### SVMMARIVM.

*Statutum potest dare fidem libris mercatorum sub certa forma retentis.num.* 1.

*Socius non potest impugnare contra tertium scripta ab altero socio in libris societatis ipso sciente, & patiente. num.* 1. *& num.* 5.

*Scientia scripturæ, seu contentorum in libris desumitur ex vsu scripturæ, seu librorum.num.* 1.

*Allegans aliud non extare præter descripta, habet intentionem fundatam. num.* 2. *Vbi quod id solum procedit in inuentario hæredis propter præsumptionem, quam habet pro se, alias secus.*

*Legatarius contra affirmatiuam inuentarij excipere non potest, sed negatiuam probare tenetur. num.*3.

*Culpa tenet solum auctores. num.* 4.

## DECISIO DCCXII.

Placuit Dominis decisio die. 16. Fabruarij præteriti in hac causa facta,& hodie ex ijsdẽ fundamentis eam confirmarunt. Quibus visum est non obstare statutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ,sub titulo,In che modo si debba dar fede alli libri ,rubr. 19. in quo videtur expresse data certa forma retinendi libros etiam memoriales, & de recordi, nempe,quod debeant intitulari, assoliari, signari cum declaratione, ad quem finem dictus liber teneatur,& cum deputatione personę, quę in eo scribere debeat, quibus non seruatis, libri fidem non habeant, ideo cũ prædicta in præsenti deficiant, sufficere dicebatur ad cõquassandam omnem fidem ex libris pręsumptam,licereque Dominis de Sancto Petro, & Scappis libros impugnare.

1 Nam sensum dicti statuti Domini intellexerunt, quando agendum esset de fide danda libris in fauorẽ scribentis contra tertium, vt eo casu non obstante l. instrumenta.l. exemplo. C. de probat.possit statutum date fidem libris mercatorum sub certa forma retentis,secundum veriorem opinionem,de qua per Salic. in dicta l. exemplo.C de probat. Bald. in l. cunctos populos.num.16.C.de summ. Trinit. & fid. Cath. & in l.quidam.§.nummularios. ff.de edend. vbi Castr. num.3.Alex.num.1.Ias.num.2. & plenius idem Ias. in l.admonendi.num.120.ff.de iureiur. Crau. de antiq. temp.§. quarto limitatur.num.81. secus vero, vt in præsenti, Vbi non agitur de interesse tertij, sed ipsorum tantum sociorum, neque de scriptura ab ipsomet Christophoro conscripta, sed ab alijs socijs, aut ministris apothecæ socijs scientibus, & videntibus pertinentia ad negotium scribere, quæ propterea ab ipsis non videtur posse impugnari propter præsuppositum mandatum, vt ponderat in istis terminis Bald. cõs.98.in fin.lib.2.& eum sequitur Crauet. cons.73. in princ. de antiq. tempor. part. 1. §.quæritur etiam in hac materia.num.77.Abb. in cap. 2.num. 12. de fid.instr.Stracha.tract.de mercat.par. 2.num.65.neque de præsentia, & sciẽtia sociorum videbatur posse dubitari tam ex qualitate negotij,quod per multos annos absque reclamatione continuauit, quàm etiã propter eorumdem met librorum vsum imponendis, & solidandis calculis cũ hæredibus Rogetij alterius ex socijs, ex quo desumitur librorum scientia, & approbatio. Dec.cons.297.num.2.Bellon.cons.15.nu. 11.Sur.post alios decis.229.num.6.

2 Statuto igitur Dominis de Santo Petro,& Scappis non suffragante deducta contra primum caput decisionis videbantur non obstare, nempe quod Grimaldus per affirmatiuam partis serici ẽmpti ex libris, vel propria confessione resultantem reuelari non possit a probatione vera,& concludenti,ad quam tenetur ratione susceptæ administrationis,cum ratio text. l. cũ de lege.& glos.sit fundata in præsumptione inuentarij legitime confecti, propter quam legatarij asserentes contrarium tenentur probare,vt declarant Gabr. de probat.conclus.7.num.12.& Couar.var.resol.lib. 2.cap.6. num. 4. quam non posse considerari dicebatur in huiusmodi libris male tentis, & regulatis.

3 Nam præsuppositum, quod male sint tenti, & regulati libri non accommodatur effectui, de quo agitur, cum Christophorus non deducat affirmatiuam ex libris a se ipso conscriptis, contra quos possit dari de imperfectione scripturæ, sed nititur scriptura ministrorum societatis, & etiam sociorum ad regendam scripturam in capitulis electorum, quæ nõ poreft impugnari per socios, vt iam fuit firmatum, ideo sicut i legatarij contra affirmatiuam inuentarij excipere nõ possunt, sed negatiuam probare tenentur, ita & socij cõtra affirmatiuum librorum, qui impugnationi non subiacent, onus assumere tenentur,quatenus contrarium probare velint.

Non obstat,quod partitę librorum,de quibus agitur,

tur, non sint veræ, contineant multos errores, & lacerationes foliorum, & dolosæ comunicantur: Quia vltra quod prædicta Christophoro non videntur posse imputari, qui libros non scripsit, cum culpa suos tantum auctores tenere debeat. l. sancimus. C. de pœn. videtur in prima decisione reseruatum ipsis de Sancto Petro, & Scappis, vt quoquomodo de errore prædictorum dicerent.

5 Demum obstat, quod quamuis ex natura, & qualitate negotij, neque partitæ in 2. & 3. capite decisionis tanquàm minutæ non essent referendæ in libris Socialibus, Giornali, scilicet, & Magistro, seu principali, nihilominus negotio perfecto ex dispositione eiusdem statuti Bononien. vers. Ma questo vogliamo habbi luogo & cet. adnorari debebant, vt fides præstanda sit. Eadem enim responsione tollitur obiectũ, quod in præsenti non agitur de fide librorum coadiuuanda, ad hoc, vt contra regulas iuris credatur scripturæ scribentis ad eius commodum, sed de scriptura tertij, & inter ipsos socios, qui passi sunt scienter per ministros apothecæ eam confici, quæ propterea non potest impugnari, vt dicebam, propter præsumptum mandatum, etiam si statuto caueretur, vt fides non adhiberetur tali scripturæ ex Bald. dicto conf. 98. cum alijs allegatis, &c.

## REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

*Romana Census, siuè Executionis. Veneris 5. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Minore prohibito à statuto contrahere sine consensu proximiorum quis debeat probare ipsum minorem proximiores nõ habuisse vel si habuit illum fuisse impeditum contractui interuenire, & de quo tempore, est decisio notabilis, & Magistralis.

### SVMMARIVM.

*Minore prohibito contrahere sine consensu proximiorum, & proximiore non adhibito, qui dicit proximiorem adfuisse, & tempore contractus in loco contractus extitisse probare debet, num. 1. & num. 3. & seqq. Vbi etiam quis debeat probare d. proximiorem in die contractus potuisse interuenire, & nullum habuisse impedimentum, & an sufficiat probare impedimenti cessationem in die contractus an verò etiam requiratur probatio de hora contractus.*

*Sanitatis probatio licèt sit difficilis, probari tamen potest sanitas ex circũstantijs sanitatem inferentibus. nu. 1.*

*Testium consanguinitatis defectus suppletur per alios. num. 2.*

*Infirmitas non præsumitur, sed sanitas, & ideò qui infirmitatem allegat, probare debet. num. 2.*

*Præsumptio iuris an, & quando transferat in aduersarium onus probandi contrarium. num. 2.*

*Impedimentum accidentale non diu durat, & ideo expectandum est, quòd cesset. num. 4.*

*Minoris assertio, quod proximiores non habeat, qui possint contractus interuenire, non probat hanc negatiuam. num. 5.*

## DECISIO DCCXIII.

1 EXcellentissimus D. Princeps Vrsinus, tũc minor, fideiussit pro alijs Dominis de Vrsinis absque interuentu clar. mem. Henrici Caetani S. R. E. Card. Camerarij eius proximioris, & cum propter hoc daret de nullitate dictæ fideiussionis ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 131. cumque probauerit eadem die contractus Card. prædictum fuisse in Vrbe iuxta resolutionem factam 15. Nouembris 1610. coram Reuerendiss. D. Archiepiscopo, Bononien. ideo dubitaui sub die 11. Martij 1613. an vltra præsentiã Card. Excell. Princeps teneretur probare aliquam habilitatem, & quatenus, sic vt esset probata, & Rota ad primam partem affirmatiue respondit. Ad secundam vero negatiue. Hodie autem recessit à dicta resolutione quo ad secundam partem, & respondit affirmatiue, s. Principem probare habilitates Cardinalis nedum naturales, sed etiam non adfuisse inhabilitates accidentales. Nam quantum ad naturales deponunt testes quod eadem die contractus Cardinalis erat sanus. Et quamuis ista probatio videatur difficilis, tamen cum hoc deponant cum circumstantijs memorabilibus, vtique probant sanitatem de die cõtractus, per ea quæ tradit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de restit. §. 1. nu. 35. lit. K. vers. ego saluo Igneus in l. excipiuntur. nu. 36. vers. sed vltra. & num. 38. ff. ad Syllan. Farinacc. de testibus, quæst. 58. num. 88. & seqq.

2 Qui quidem testes, licet dicantur nulliter examinati tamen hoc non subsistit in facto. Et etiam quod dicatur, quod vnus sit consanguineus, nõ refert, cum suppleatur per alios. Farinacc. de testibus, quæst. 54. reg. prima, num. 67. & seqq. & dicta istorum testium coadiuuantur ex præsumptione iuris, secundum quã quilibet præsumitur sanus, cum infirmitas sit habitus contra naturam. l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædilitio edicto. l. semel. C. de re militari. lib. 10. Bart. in l. quæsitum. num. 5. ff. de re iudic. Ripa in tract. de peste tit. de præser. remed. contra pestem. parte 2. num. 260. & quamuis Rota non admittat simpliciter illam conclusionem, quod qui habet præsumptionem iuris pro se, transferat vnus probandi in aduersarium, nisi præsumptio legis de iure habeatur pro concludenti probatione, Seraphinus decis. 1422. num. 10. & seqq. tamen fuit responsum, quod hic nõ deducitur ista probatio præsumptiua ad effectum transferendi onus probandi in aduersarium, sed adminiculatiue, ad depositio-

positionem testium, vt magis firmentur eorum dicta.

3 Neque est verum, quod retento isto intellectu testes non probant, quod in hora ipsius cōtractus Cardinalis esset sanus, prout probare tenerentur ex Anchirano, in conf. 388. num. 8. vers. nec obstat, & nu. 12. vers. constat autem. Verall. decis. 218. parte 1. Angel. conf. 194. num. 2. vers. porro licet. Alex. conf. 97. num. 5. vers. vnde qui se fundat. lib. 7. Nam in casu, de quo agitur, in contrarium est veritas, quia Doctores, qui volunt minorem, vel mulierem teneri probare habilitates consanguineorum, de tempore contractus sunt intelligendi, prout Rota illos intelligebat, de die contractus, quia nimis strictè loquerentur, si essent intelligendi, quod habilitates deberent probari in hora ipsius contractus, & ideo cum Doctores requirant probari habilitatem de die contractus, satis dicitur probatio liquida, & certa, si probetur sanitas de die contractus, licet non probetur in hora ipsius contractus, vt bene ad propositum Felinus in c. pastoralis. num. 5. post medium. vers. similiter. de rescript. & sic cessat dictum Anchar. quia loquitur in diuersis terminis nempe ad euitandam falsitatem instrumenti, vel testium, & in similibus terminis loquuntur Verall. & alij Doctores supra allegati. In istis enim casibus debet probari qualitas de certa hora, at in casu nostro sufficit probare de die, non de hora, quia nimis restringeretur ista materia, & reduceretur ad improbabilitatem.

4 Quantum vero attinet ad inhabilitatem accidentalem ex occupationibus, quod non adfuerit, dicebāt Domini, satis esse probatū in casu isto, cum non constet de affirmatiua, ea ratione, quia si impedimētum accidentale adfuisset, non diu duraturum, erat expectandum, quod cessaret. Tiraquell. in legib. connub. gloss. 8. num. 6. & seqq. Castren. in l. cum antiquitas. num. 5. Alex. num. 6. C. de testam. Modernus de clausulis Instrum. in clausula 7. glos. 10. num. 1. ergo cum impedimenta accidentalia regulariter non sint diu duratura, satis probatur negatiua, cum non probetur affirmatiua, quia etiam quod adfuisset impedimentum accidentale, cum diu non esset duraturum, erat expectandum.

5 Non obstat assertio Principis, quod consanguinei non poterant interuenire, quia si hoc admitteretur, de facili fieret fraus statuto. Iason in l. si donatione. num. 4. C. de collat. Aymon conf. 175. num. 2. & 4. Et ad id, quod Princeps semper fuit magni ingenij, & ideo non est verisimile, quod prædicta expressisset, si non fuissent vera, fuit responsum in hoc casu applicari illud vulgatum, quandoque bonus dormitat Homerus, quod satis probatur, quia fideiusserit sine releuatore, quod alij fideiussores non fecerunt, & etiam asseruit, quod cupiebat fideiubere in censu, & tamen ista res non videtur concupiscibilis, & in minore sola fideiussio sufficit, vt dicatur læsus. l. 1. C. de fil. fam. minore. Et tamen qui interuenerunt in contractu, affirmarunt nullum posse fieri præiudicium D. Principi ex ista fideiussione, & tamen contrarium est verius ex natura rei, & ex euentu subsecuto. Ex quibus Domini recesserunt à secunda parte decisionis sub die 11. Martij 1613. & ita conclusum, &c.

## R. P. D. REMBOLDO.

*Viterbien. Bonorum. Mercurij 10. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Renunciatio facta per volentem ingredi religionem, quando ex verborum generalitate extendatur ad bona debita renuncianti ex fideicommisso.

### SVMMARIVM.

*Renunciatio concepta per verba generalissima comprehendit omnia bona. num. 1.*

*Renunciatio fideicommissi inducitur vbicumque quis renunciauit cuicumque successioni ex testamento prouenienti. num. 1. Vbi maximè, quando verba renunciationis habeant tractum successiuum, nec aliud adest testamentum, in quo verificari possint.*

*Renunciatio comprehendit omnia bona, quando causa finalis fuit ingressus religionis, & contemptus omnium bonorum præter sibi reseruata. num. 2.*

*Renunciatio generalis præiudicat renuncianti, & porrigitur ad omnia iura renunciantis, etiam si de ijs cogitatum non fuisset num. 3. & num. 7.*

*Verba quantumuis generalia restringuntur ad rem, vel causam expressam, nisi causa expressa sit generalis. n. 4.*

*Restrictio fieri non potest, vbi non patitur ratio recti sermonis. num. 4.*

*Verba generalia post certam specificationem non possunt verificari, nisi in diuersis à cōtētis in specificatione. n. 5.*

*Dictio alijs licet sit nota similitudinis, tamen includit diuersa ab expressis. num. 5.*

*Renunciatio vbi est directa in hæreditatem comprehēdit omnes modos, quibus hæreditas posset acquiri. num. 6.*

*Renunciatio generalis comprehendit vltra expressa, quādo alias esset superflua. num. 6.*

*Scientia contentorum in Testamento non est necesse probanda ad effectum validitatis renunciationis iuris ex testamento competentis, vbi fuit expressè renunciatum l. de his. ff. de transact. num. 7.*

*Scientia in dubio præsumitur, vbi adsunt verba generalia. num. 7.*

*Renunciatio quantumcumque generalis non comprehendit ea, quæ ex testamento pendent, cum non præsumatur de ijs cogitatum, nec potuisse cogitari. nu. 8.*

*Fallit vbi aliunde quam ex generalitate verborum constat de mente renunciantis. num. 8.*

*Fideicommissum, vt censeatur remissum, necesse est, quod sit reciprocum, & tempore remissionis purificatum. num. 9.*

*Fallit*

*Fallit vbi agitur de renunciatione fideicommissi facta à volente ingredi religionem. num. 9.*

*In renunciatione quæ fit à volente ingredi religionem ex verisimili mente renunciantis, lata fieri debet interpretatio. num. 9.*

*In renunciatione, quæ fit à volente ingredi religionem, non consideratur læsio, etiam quod renuncians modico accepto multum relinquat. num. 9.*

## DECISIO DCCXIIII.

CVm dubium proposuissem, vtrum sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmāda, nec inter partes circa validitatem dictæ sententiæ controuersia esset, punctus ad id reduci videbatur, an renunciatio Portiæ comprehendat bona fideicommisso quondam Iacobi subiecta. Et DD. illa comprehendi censuerunt.

1 Considerarunt enim in primis, quod non solum verba d. renunciationis sunt generalissima, & consequenter ex sui natura apta comprehendere quæcumque bona, ad not. per Bart. & communiter DD. in l. sub prætextu. C. de trāsact. & in l. generaliter. §. vxor. ff. de vsufruc. leg. & in terminis renunciationis fideicommisso Dec. conf. 345. num. 3. Crau. conf. 24. sub nu. 11. vers. amplius dico, cum alijs per Menoch. cōs. 87. nu. 27. sed quod vlterius etiam Portia, posteaquā omnibus bonis Paternis, Maternis, & Fraternis renunciasset, renūciauit alijs successionibus, & iuribus, & in specie etiam ex testamento quomodolibet ipsi obueniendis, & deuoluendis, atque ideo merito dicendum erit renūciasse etiam successioni, & bonis fideicommisso Iacobi Patrui subiectis, vti ex testamento dicti Iacobi ipsi deuoluendis, non minus, ac si testamētum dicti Iacobi nominatim expressum fuisset. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 18. ff. de verb. oblig. cum præsertim dicta verba habeant tractū ad futurū tēpus, l. si ita scripsisset, & ibi DD. ff. de leg. 2. Bar. in l. 1. nu. 11. vers. potest. C. de pactis. Surd. conf. 308. nu. 28. & nullum aliud adesset testamentum in quo verificari possent. Bar. d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 19. vers. nunc ad propositum, & fuit late in hac causa coram R. P. D. meo Manzanedo firmatum.

2 Deinde dixerunt, etiā satis clare constare de mente Portiæ, quod scilicet prædictis bonis renūciare voluerit, tum eo ipso, quod vt dixi, vsa fuit verbis generalibus, & in specie renunciauit, successionibus ex testamento deuoluendis ad l. Labeo. §. id Tubero. ff. de supel. leg. tum & præcipue, quia causa finalis dictæ renūciationis, vt ex eo proemio colligitur, fuit, quod Portia Religionem ingressura, spretis omnibus alijs temporaneis bonis, & nullo præter dotem, atque annuam pensionem scut. 30. iure sibi retento: perpetuā Deo paupertatem vouere in animo habebat.

3 Quibus concurrētibus indubitanter tenuerūt, locum esse regulæ, quod renunciatio generalis præiudicat renuncianti, & porrigitur propter apertam verborum generalium naturā, ad omnia iura renuncianti competentia, etiam si de ijs cogitatum non fuisset, l. pluribus. ff. de acceptil. glos. in l. cum pror §. Lucius. in verb. in sua causa, ff. de pact. Bar. in l. si de certa. nu. 1. Ias. sub nu. 4. C. de transac. Bald. in l. tres fratres. nu. 4. ff. de pactis. & in d. l. sub prætextu. sub nu. 2. vers. tu dic. C. de transact. vbi quod sibi imputare debet, qui non cogitauit sub verbis generalibus omnia comprehendi. Alex. conf. 42. nu. 8. l. 1. & conf. 11. nu. 12. l. 2. cum pluribus cumul. per Crauet. conf. 638. num. 14. Gabr. de reg. iur. conclus. 4. num. 5.

4 Neque visum fuit hic applicari posse limitationes, quæ ad dictam regulam afferri solent & præsertim, quod verba quantumuis generalia restringuntur ad rem, vel causam expressam, quia cum vt dixi causa expressa in dicta renunciatione sit generalis, & apta cōprehendere etiam bona fideicommisso subiecta, non minus, quam alia cessat ratio restrictionis. Bald. in d. l. sub prætextu. nu. 8. Præterea, & ex abundanti DD. dixerunt, quod restrictio fieri nō potest quotiescumque ratio recti sermonis non patitur. Bart. in d. l. si de certa. & ibi Ang. Castr. & alij. C. de transact. Paris. consil. 20. num. 77. & seq. vol. 1. cum alijs adduc. per Gabr. d. concl. 4. sub nu. 22. vers. sublimita nisi ratio.

5 Quod autem ratio recti sermonis in proposito non patiatur restrictionē ad expressa, aperte demonstrari putabant ex ipso verborum contextu, dum specificatis successionibus Paternis, Maternis, & Fraternis, Portia renunciauit etiā alijs successionibus, ipsi quomodolibet deuoluendis, quæ verba ex sui propria natura ampliant, & non restringunt dispositiones, nec possunt verificari, nisi in iuribus diuersis à iure competente super bonis enunciatis. l. ea tamen adiectio. & ibi DD. ff. de leg. 3. Castren. conf. 333. sub num. 2. vers. nam verba illa prope fin. Surd. conf. 303. nu. 35. & seq. Ror. diuers. dec. 149. nu. 3. par. 1. ponderando præsertim dictionem alijs, quæ licet sit nota similitudinis includit diuersa ab expressis, vt in terminis nostris not. Soc. conf. 300. sub nu. 2. vers. 3. principaliter Nar. conf. 546. n. 2. & seq. Men. cōs. 335. n. 18. & seq.

6 Neque vlla ratione subsistere videbatur, quod verba, & alijs successionibus, ampliant quidem modos succedendi personis super expressis, sed non augent numerū personarum, quibus succedēdum erat. Quia cum verba, quibus Portia renūnciauit hæreditati Paternæ, Maternæ, & Fraternæ directa sint in ipsam hæreditatē censetur per illam renunciasse omnibus modis, quibus dictis personis succedere potuisset, etiā si mille adfuissent, iuxt. trad. per Ang. in l. cum quæ. C. de iu. delib. cum alijs per Paris. conf. 26. nu. 44. l. 3. ac propterea verba subsequētia, & alijs successionibus, non possunt augere modos succedendi, quibus iam fuit renunciatum, sed necesse est ad euitādam superfluitatem, quod importent renūciationem succeden. alijs personis, vltra specificatas, ad not. per Menoch, d. conf. 335. num. 16.

7 Vlterius, etiam visum fuit non releuare, quod dicitur sup. deducta non procedere non probata scientia fideicommissi in Portia, quia vltra quod eadē Portia expresse,

expresse,& cum iuramento renunciauit.l.de his.ff.de trãsact.ac propterea nõ est necesse,vt probetur, quod habuerit specificam scientiam contentorum in dicto testamento, & generalis, ac præsumpta scientia satis probetur ex deduc. in d. dec. R.P.D. mei Manzanedi,& præsertim,quia verba renunciationis in alio testamento verificari nõ poterant, vt dixi,stante etiam dicta generalitate verborum sufficit, quod in genere cogitare potuerit, posse aliquãdo fideicommissum ad sui fauorem inductum purificari,ad trad. per Bart.& alios in d.l.sub prætextu. C.de transact.Ang.in l.tres fratres.nu.4. ff.de pactis.vbi, quod in dub. præsumitur scientia propter generalitatem verborum, & sequitur Alex.d.conf.42.sub num.8. vers. quarto quia l. 1.cum alijs sup.relatis.

8 Nec dicatur, quod sub quacunque verborum generalitate non cõprehenduntur ea,quæ ex testamento pendent, cum non præsumatur fuisse de ijs cogitatum, nec minus potuisse cogitari, vt not. glos.in ver. posse.&ibid. DD.in d.l.tres fratres.ff.de pactis.Quia præterquã quod obiectũ cessat ex eo,quod, vt sæpius dixi,hic facta fuit expressa mentio testamenti, atque ideo dici non potest ,quod nõ fuerit saltem in genere cogitatum de iuribus, & bonis ex testamento deuoluendis, fallit etiam quando aliunde,quam ex generalitate verborũ constat de mente renunciantis, prout in hoc casu constare dixi,quod omnib. bonis quomodocunque,& qualitercunq; tam ab intestato, quã ex testamento obueniendis renunciare voluerit vt multis probat Ruin. conf. 156. num. 5. & 6.l.3.& faciunt deduc. per Natt.d.consil. 546. num. 20. & seq. Menoch. d.conf.335.nu.52.& seq.

9 Similiter applicari nõ potest,quod dicitur necesse esse ad hoc, vt fideicommissum censeatur remissum, quod sit reciprocum,& tempore remissionis purificatum ; quia prædicta prout fere omnia alia in contrarium adducta ponderari solent à Doctoribus ad effectum excludendi præsumptionẽ remissionis fideicom missi inter diuidentes bona fideicõmisso subiecta in quibus terminis omnes ex aduerso citati loquuntur, & non militant in renunciatione facta verbis adeo amplius, à muliere volente omnia, à se bona abdicare,& perpetuam paupertatem profiteri ; quo casu ad hoc,vt dicatur renunciatum fideicõmisso,non solum sufficiunt verba generalia,& quę tempus futurum respiciãt,vt supra probaui, sed solet etiam ex verisimili mente renunciantis fieri latior interpretatio, atque hinc in similibus renunciantibus non cõsideratur læsio, etiã quod renuncians modico accepto spem opulentissimæ hæreditatis nec non ingens patrimonium præsens remiserit,vt inquit Couar. in c.quamuis §.2. num.5.de pactis.post Dec.conf.31.num. 5.vers. non obstat. Aym. conf. 160.nu.1. Non facit etiam, quod renunciatio amplissimis verbis supra relatis facta, restringi videatur per aliam clausulam subsequentem, in qua Portia quatenus opus fit totã suam portionem bonorũ Paternorum, Maternorum, & Fraternorum, etiã ratione legitimæ,& Trebellianicæ donauit,quia fuit responsum, quod dicta secunda clausula non derogat generalitati primæ, sed stat de per se, & cõprehendit particularem titulum donationis, scilicet qui differt a renunciatione vnde non potest inde inferri, quod restringat successiones supra renunciatas: sed quod magis declaret animũ Portiæ, quod dictas portiones,quatenus opus esset, etiã ratione legitimæ, & Trebellianicæ donare intẽdit fratribus, & causam ab eis habentibus, vt fusè deducit D. de Vignate in sua responsione ad allegationes partis aduersæ. Denique DD. pro indubitato habuerunt, quod renunciatio Portię per mortem fratrum nõ expirauerit, cũ non ex sola causa conseruandæ agnationis facta fuerit, sed quia Portia Monasteriũ ingredi, & in perpetua paupertate Deo seruire in animo habebat, & quod consequenter etiam Monasterio obstet, vt multis iu decis. R.P.D.mei Manzanedi,sub die 2.Maij 1614. in hac causa facta firmatum fuit, in qua etiam omnibus in contrarium adductis respondetur. Atque ex his, & alijs ab Informantibus deductis, sententiam Rotalem confirmandam esse dixerunt.

## R. P. D. VBALDO.

*Romana Domorum. Mercurij 10. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Transactio vt rescindatur prætextu læsionis, debet probari læsio, habito respectu ad dubium litis euentum omnium prætensionum, super quibus erat lis,vel futura timebatur qui dubius litis euentus debet æstimari per peritos iuris,& plura considerantur ad excludendã læsionem.

*SVMMARIVM.*

*Remedium l.2. C. de rescin. vend. habet locum etiam in transactione,vbi læsio est enormissima, vel excessus magnus vltra dimidiam. num. 1.*

*Læsio ad effectum rescindendi transactionem, debet per allegantem probari de tempore transactionis,& habito respectu ad dubium litis euentum num. 2.& num. 4.*

*Transactio dicitur fauorabilis, tanquam imponens finem litibus. num. 2.*

*Dubius litis euẽtus ad effectum rescindendi transactionem difficilis est probationis, nec potest probari nisi per peritos iuris, qui sciant æstimare dubium litis euentum. num. 3.*

*Transactio vt sustineatur, sufficit litem aliquo modo fuisse introductam,immo sufficit etiam suspicio litis futura. num. 5.*

*Læsio difficilius consideratur in transactione facta inter consanguineos. num. 6. Vbi maxime, si causa expressa sit pro bono pacis,& causa amicabiliter, vt consanguineos decet,viuendi.*

*Transactio per plures annos obseruata difficilius rescinditur. num. 6.*

DE-

DECISIO DCCXV.

1 Domini dixerunt nõn constare de læsione D. Marcelli in casu, & ad effectũ de quo agitur, & effectus erat ad rescindendam transactionem, alias factã de anno 1583. inter ipsum Marcellum ex vna, & quõdam Cynthiam, & eius filios de Magdalenis ex altera parte, cuius trãsactionis vigore fuerunt cessæ per Marcellum Cynthiæ, & eius filijs Domus, de quibus agitur, & in primis admittebatur illa opinio, quod in transactione habeat locum remed. l. 2. C. de resc. vend. de qua per Bart. in d. l. 2. nu. 7. & in l. si quis cum aliter. nu. 50. ff. de ver. oblig. quę licet sit cõtrouersa, vt cõstat ex allegatis per Alc. cons. 42. n. 11. & ibi Add. li. 1. Tamen recipitur, quan do læsio est enormissima, vel est magnus excessus vltra dimidiam, iuxta distinctionem Corn. cons. 166. nu. 5. lib. 1. & Cons. 27. sub nu. 11. lib. 4. quẽ sequitur Dec. cons. 216. col. 2. & cons. 479. nu. 11. & cons. 551. nu. 6. & in l. cũ te. sub nu. 1. vers. sed fędere distinctionis. C. de transf. Grat. cons. 88. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retrac. consang. §. 24. gl. 1. nu. 4. Cagn. in d. l. 2. n. 80. Add. ad Affl. dec. 220. in 1. dubio, Menoch. cons. 401. nu. 159. lib. 5. Molin. de Hisp. primog. lib. 4. c. 9. n. 36. Card. Mant. de tac. & ambig. li. 26. tit. 9. nu. 29. & sequitur Rot. vt in Tirasonen. decimarũ, coram Robusterio, quæ est decis. 102. par. 1. diuers. & decis. 732. nu. 2. eadem par. 1. Put. decis. 223. in fin. lib. 1. secundum Romanam impressionem, Et fuit dictum in Romana Domus 3. Decem. 1601. coram R. D. meo Damasceno, & in alia Romana Rescissionis Instrumenti 26. Nouembris 1612. coram me.

2 Et dicta læsio debet per allegantem probari, ad l. ei incumbit. ff. de probat. & l. actor. C. eodem tit. & in specie not. Abb. cons. 64. n. 3. par. 1. & fuit dictũ in dicta Romana Domus, & quidem concludenter, & clarè, cum alias transactio sit valde fauorabilis, quæ imponit finem litib. l. fratris. C. de transf. Apostill. ad Alex. d. cons. 42. n. 11. in verb. cõmunem. in fin. Card. Seraph. dec. 638. nu. 4. & 5. & dec. 1462. nu. 1. par. 2. Et hæc lęsio consideranda est de tempore factæ transactionis. l. si voluntate. in fin. C. de resc. vend. Aym. cons. 151. nu. 7. Surd. cons. 451. n. 36. lib. 3. & fuit dictũ in vna Romana deuolutionis Domorũ. 26. Martij 1590. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & est probãda habito respectu ad dubium litis euentum. Bart. in d. l. si quis aliter. nu. 5. ff. de verb. oblig. Aym. d. cons. 151. nu. 27. Abb. cons. 64. nu. 3. par. 1. Menoc. d. cons. 401. nu. 156. Honded. cons. 34. nu. 55. lib. 2. Seraph. d. dec. 638. nu. 9. & dec. 865. nu. 1. par. 1. Et fuit dictũ in dicta Romana deuolutionis cotã Card. Pamph. & in dicta Romana Domus, corã Reuerẽdiss. Damasc.

3 His igitur præmissis in casu nostro non videbatur constare de læsione, quia in primis dubius litis euentus non solum non fuit probatus, sed nec articulatus, & aliàs difficilis esse probationis dixit Seraph. in alle gata decis. 638. in fin. par. 1. Menoch. post alios cons. 603. sub nu. 27. vers. & rectè, & non posse probari nisi per peritos iuris, qui sciant æstimare dubiũ litis euentũ. Aym. cons. 430. nu. 5. lib. 3. Purp. cons. 232. nu. 3. lib. 1. sed tota ius læsionis pro Domino Marcello deducitur ex eo, quod clarũ videretur Domos, de quibus agitur, non spectasse ad D. Cynthiam, vel eius filios, quibus fuerunt cessæ per Marcellum, cum illę essent assignatæ fratri Thomæ ad eius vitam, tantum à M. Antonio Patre Marcelli per concordiam inter ipsos initam de anno 1550. Vnde mortuo Thoma illa assignatio fuerat penitus resoluta ad fauorem Hæredum M. Antonij, & proinde Marcellus eius filius, & hæres cedendo dictas Domos ad fauorẽ Cynthię, videtur fuisse læsus in totũ, nec videbatur Cynthia potuisse iuuari ex iure cesso sibi à R. Cam. Apostolica, quæ successit in iuribus fratris Thomæ, ratione eius Apostasię, quia cessio fuit cum clausula, dũmodo Domus ad Cameram pertineant, & certum esset nõ pertinere ob assignationem Thomæ, factam ad eius vitã tantum, vt dictum est. Ideoque fuerat etiam lata sententia contra Cameram ad fauorem Marcelli.

4 Verum his non obstantibus non probari læsionem Domini sentiebant, non solum ex prædictis, sed etiã quia transactio de qua agitur, nõ fuit restricta ad cessionem Cynthiæ, & filijs factam à Camera, sed fuit etiã facta pro creditis Io. Baptistæ, & Marci de Magdalenis vti Hæredum Patris sui, cum D. Marcello vti Hærede M. Antonij sui Patris, & aliter quomodolibet, & de omnibus alijs rebus, & prætensionibus sibi, & Fratri, & Matri in, & sup Hæreditate, & bonis dd. Marci Antonij, & Pauli non solũ virtute dictæ cessionis Cameræ, sed alia quauis occasione, & causa etiam cogitata, & incogitata competentibus, & competituris, & cum amplissima cessione iurium ad fauorem D. Marcelli, & cũ amplissima & generali quietantia, & absolutione respectu D. Marcelli, etiã quo ad administrationem bonorũ dicti q. Pauli, aliàs fratris Thomæ, vt latius continetur in dicto instrumento. Vnde ad hoc, vt constaret de læsione, præsertim enormissima, vt requiritur ex supradictis deberet ostẽdi quãlitas, & valor istarum prætensionum de tempore transactionis habito respectu ad futurum euẽtum, Alex. cons. 42. nu. 12. lib. 1. Seraph. decis. 742. in fin. par. 1. cum alijs allegat.

5 Vltra quod stante pacto apposito in concordia de anno 1550. inter M. Antoniũ, & fratrem Thomam, vt M. Antonio alienante bona ibi expressa ea deuoluentur ad dictum Thomã, & quod M. Antonius alienauerit dicta bona poterat Camera prætendere illa bona vigore dictæ Apostatiæ fratris Thomæ, tanquã ad ipsum iã deuoluta, & sic cessio facta à D. Cynthia, etiã ratione iurium cessorũ sibi à Camera fuit considerabilis, & licet non fuisset sufficienter doctũ de alienatione. Tamen satis est, litem fuisse aliquo modo introductã ad sustinendã transactionem, immo sufficit etiam suspicio litis futuræ. l. 2. vbi Doct. C. de transf.

6 Accedit etiã ad excludendam læsionem qualitas personarũ transigentium, quæ erant, & sunt consanguineæ. Menoc. cons. 401. n. 184. Decian. d. resp. 39. nu. 99. ver. 9. lib. 2. & causa ibi expressa, videlicet pro bono

bono pacis,& causa amicabiliter viuendi,& consanguineos decet,vt per Honded.conf. 34.nu.46. lib.2. & demum facit etiam obseruātia dictæ transactionis per plures annos,propter quam difficilius rescinditur transactio. Decian.resp.28.num.11.lib.3.cum alijs, per Card.Mant.de tac.& ambig.lib.26.tit.9.nu.47. Ex quibus ita fuit decisum &c.

R. P. D. BVRATTO.

*Mechten.Conseruæ. Mercurij 10.Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Citatio in scriptis an sit necessaria,vbi fuit cōmissa causa more militari, & sine forma processus.

*SVMMARIVM.*

*Citatio est necessaria in examine testium. num. 1.*
*Citatio solennis non est necessaria, vbi causa fuit commissa alla dritta, more militari, & sine aliqua forma processus.num. 1.*
*Clausula alla dritta, more militari, & sine forma processus tollunt formam processus. num. 1. Vbi quod nec minima forma debet tunc obseruari.*
*Scriptura est de substantia processus. num. 1.*
*Rescriptum acceptare dicitur, qui illo vtitur.num. 2.*
*Causa inter milites possunt sine scriptis cognosci. nu. 2. Vbi de militibus Hierosolymitanis, & quod non est necessaria citatio in scriptis, sed sufficit certioratio.n. 2.*
*Citatio non est de iure natura principaliter propter se, sed propter defensionē.nu.3. Vbi quod illius modus variari potest, dummodo non auferatur defensio.*
*Interrogatoriorum datio præsupponit scientiam testiū, & materiæ, super qua testes debent recipi. num. 4.*
*Citatus præsumitur, qui in iudicio reperitur. num. 4.*
*Testes examinati absque citatione probāt de stylo Rotæ, vbi fuerunt data interrogatoria, & est concessum arbitrium de adhibendo fidem testibus.num. 5.*
*Arbitrium concessum in vna instantia, durat etiam in alia. num. 5.*

DECISIO DCCXVI.

1 EXamini Testium Prioris S.Euphemiæ Domini dixerunt, non obstare prætensam nullitatem defectus citationis oppositam pro parte Magni Magistri. Quamuis enim citatio in ea sit necessaria l.si quando. §. sed cum minime oporteat, vbi glos.in verbo noluerit. vers. vel dic.& Bart.nu.7.& 8. C.de testib.c.2. vbi Scriben.Extra eodem. Tamen cū causa fuerit commissa cum clausulis Alla dritta, more militari,& sine aliqua forma processus, necessaria nō fuit solennis citatio secundum formam traditā per Vestr.in praxi lib.6.c.2.num.5.& Farinac. de oppos. contra exam.test.q.72. ampliat.13.nu.35. Ex dictis enim clausulis tollitur forma processus, & cōsequenter scriptura, quæ est de illius substantia c. quoniam contra. vbi glos.& omnes,de probation. Adeo, vt nec minima forma fuerit obseruanda, stantibus illis verbis sine aliqua &c. ex latè traditis per Tiraq. in l.si vnquam. in verbo omnia; vel partem aliquam, præsertim num. 14. in fin. vers. nam illud verbum. C. de reuoc. donat.

2 Ercum rescriptum cum dictis clausulis fuerit per partes illo vtendo acceptatum; causa potuit sine scriptis cognosci, vt in istis terminis proceditur inter milites iuxta text. in l.3. §. quoties sanè. C. de priuil. schol.lib.12. Vbi glos.in verbo consentientibus vers. sed hodie.& indistinctè in causis militum Hierosolymitanorum, vt expressè disponit stabilimentorum religionis, in tit.8.dello sguardio.pag.mihi 156. Et propterea non fuit necessaria citatio in scriptis glos.in d. l.3.§.quoties, in verbo sententia.& ibi Luc. de Pen. in fin.sed sufficit,quod interuenerit certioratio,& sic non fuerit sublata defensio.

3 Citatio enim nō est de iure naturali principaliter propter se,sed propter defensionē. Bald.in l.exequutorem.nu.47.C.de exequut.rei iudic. Rom.in l.1.n. 25.vers.citatio autem.ff.de recept.arbitr. Felyn.in c. cum olim.col.10.in princ.nu.10.vers.& hæc de re iudic.& in c.dilecti filij.nu.7. vers.quinimo. de except. Vant. de nullit. ex defect. cit.in princ. nu. 5. in fin.& nu. 6. Ideoque illius modus variari potest, dummodo auferatur defensio. Oldrad.cons.53. nu.1.vers.& ad hunc modum,Ang.in l.si sic.nu.2.vers. nec obstat,& vers.quinimo.ff.de leg.1. Fel.in d.c.dilecti filij.nu.7. Alex.cons.225.nu.8.vol.6. Menoch.cons.100.n.98. & nu. 100. vol.1.& cons.366.nu.9.vol.4.sicuti variatum fuit per Magnum Magistrū in eius testibus contra Priorem examinandis, qui eodem modo fuerunt examinati,quo testes dicti Prioris.

4 Quod autem Pars Magni Magistri fuerit vocata, & certiorata, ita vt illi nō fuerit sublata, sed data defensio, quæ consistebat in opponendo contra personas Testium,& dando interrogatoria,euidenter constare videtur, quia illa pro eo data, & facta fuerunt, vt cōstat ex eorum lectura, quod necessario supponit habitam scientiam Testium, & Materiæ super qua erant recipiendi. Farinac.dicta quæst.72.num.34.& sic Procuratorem Magni Magistri,vel alium eius nomine comparuisse ad dicta interrogatoria exhibēda, sicuti citatus præsumitur,qui præsens in iudicio reperitur c.bonæ il 2.de elect. Specul.in tit.de Reo. n. 15. Luc. de Pen.in l.3. nu.5. vers. quarto præsumitur C. de apoc.publ.lib.10. Menoch.præsumpt. 22.num.2. lib.2. Rot.decis.22.alias 372.vers.nam quemadmodum,& vers. tum etiam quia.de testib.in nou. Vant. de nullit.cap.vlt.num.15.

5 Præterea dixerunt Domini, defectum citationis in examine Testium non attendi ex obseruantia Rotæ, quando fuerūt data interrogatoria, & concessum est Arbitrium de adhibendo fidem testibus. Put. decis. 300.lib.3. in nouissim. Ant. August.decis.729.lib.3. in manuscr. quam allegat Viuius cōmun. opinionū

opin.

opin.931.num.6.Farinac.vbi supra,ampliat. 12.numero 34. Negari autem non potest,attributum fuisse arbitrium ex clausulis supradictis,quarum virtus durat in quacunque instantia.Put.decisione 416. numero tertio.libro secundo.in nouiss. & fuit dictum in Pacensi Canonicatus. 18.Martij 1611.coram bonæ memoriæ Penia. Quia tamen etiam de defectu iuramenti apponebatur, super quo partes non informarunt, ideo Dominis placuit, vt de hoc particulariter videretur,&c.

R. P. D. BVRATTO.

*Imolen.Censūs.Mercurij 10.Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Liber mercatoris an probet pro tertio, contra tertium,& ex quibus acquiratur quasi possessio exigendi.

*SVMMARIVM.*

*Liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium. num.1.vbi quod nec etiam probat causam solutionis incidenter deductum.*

*Liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium,ad effectum quasi possessionis exigendi.num.1.*

*Narratiua instrumenti non probat, nisi inter contrahentes.num.2.*

*Quasi possessio non acquiritur absque scientia, & patientia.numero 3. Vbi de quasi possessione exigendi pensionem.*

*Quasi possessio non transit in hæredes,absque noua apprehensione.num.4.*

*Solutio præsumitur facta in causam expressam. numero 5.*

*Quasi possessio non probatur per actus æquiuocos. numero 5.*

*Epistola scripta tertio non probat.num.6.*

*Epistola scripta per vnum non præiudicat alteri. numero 6.*

DECISIO DCCXVII.

Mandatum de manutenendo non esse concedendum creditoribus hæredum Tiberij Ceuli tenuerunt Domini. Non enim fuit iustificata quasi possessio dictorum hæredum,nec creditorum exigendi a Pantaleonibus fructus census ad fauorem olim Portiæ Crescentiæ per Tiberium impositi,& per Pantaleones in se, ( vt supponitur, ) accollati ad computum pretij possessionis della Torre Territorij Imolensis per eos a Tiberio( vt dicitur) emptæ.

1 Et primo quo ad Ceulos, quorum quasi possessio deducitur ex solutione Scurorum 564. b.85.de ordine Illustrissimi Domini Cardinalis Aldobrandini dictorum de Pantaleonibus debitoris pretij stabilium ab eis emptorum facta Lælio vni ex dictis hæredibus, & complementario rationis Bancharię mediante Bancho de Donis, super quorum libris est adnotata partita solutionis cantans per occasione de i frutti d'vn Censo, & cet. Quia si dicti libri non probant huiusmodi solutionem ( licet hoc non controuertatur) pro tertio contra tertium.Bartol. in l.nuda ratio. numero septimo.& octauo.ff. de donatio.in l. admonendi.numero octauo. ff. de iureiurand. & in l. quædam.§.nummularios. numero secundo.ff.de eden. Felin.in cap. secundo. numero trigesimo secundo. de fide instrument. & Rota sequitur,vt apud Caputaquẽ. decisione 157.& decisione 371.parte secunda. Cotta decisione 275.& Paleott.decisione 191. in manuscript. & fuit dictum in Romana census. vigesima prima Februarij, de anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, coram Robusterio, vbi quod ita sæpe Rota iudicauit, multo minus probant causam solutionis, quæ incidenter, non principaliter continetur in libris. Peregr. decisione ducentesima trigesima septima. parte secunda. in manuscript. & ad effectum probandi quasi possessionem exigendi. Caputaqueu. decisione decima tertia. libro primo.in manuscript.

2 Nec etiam probatur causa solutionis ex instrumento cessionis eadem die factæ dicto Illustrissimo Domino Cardinali, in qua Lælius asseruit se creditorem dictorum de Pantaleonibus occasione fructuum dicti census decursorum, & non solutorum. Nam hæc fuit narratiua Lælij, quæ non probat, nisi inter contrahentes. l. optimam. C. de contrah. stipulat.vbi gloss.& Bald. numero nono. Nec statui Lælio in dicto instrumento asserenti de facultate sibi attributa per Pantaleones in mandato procuræ, tunc Notario tradito in instrumento inserendo, cum illud sit solum ad exigendum a dicto Illustrissimo Domino Cardinali Scuta 600. pro pretio stabilium ei venditorum, & ad quietandum in forma absque aliqua auctoritate recipiendi, & pro se, ac fratribus retinendi ad computum fructuum dicti census, & ideo non potuit illius fines excedere.

3 Quatenus vero voluerit sibi, & fratribus applicare summam exactam pro prætenso credito dictorum fructuum ratione dictæ accollationis census non potuit, præsertim ad effectum acquirendi quasi possessionem exigendi sine Pantaleonum scientia, & patientia. l.secunda. vbi gloss. C. de seruit. & aqu. & ibi Bartol. numero octauo, & nono. & omnes l. quoties. 20. ff. de seruit. titul. general. & ibi gloss. in verbo traditio. Bartol.& Florian. numero quarto. & Angel. & in quasi possessione pensionis. Abbas consilio vigesimo tertio. numero secundo. versicul. videtur primo. in secunda parte. Gigas de pension. quæstio. quadragesima octaua, numero quarto.Puteus decis.273.numero 2.& 3. lib.2. in nouiss.

4 Quæ quasi possessio, quatenus Ceulis quæsita dici posset, non iuuaret creditores, in quos sine noua apprehensione transire non potuit, ad l. cum hæredes. in princip. ff. de acquir. possess. Verall. decisione 420. par te secunda. Quo vero ad creditores ex prætensa solutione Scutorum 100. facta super Monte Pietatis. 2. Iunij 1609. per Azonum vti Procuratorem dictorum de Pantaleonibus, non fuit quæsita quasi possessio. Quia vltra, quod non datur partita librorum Montis, sed fides Computistæ in Summario deputatorum. numero quarto. quæ potius concludit depositum, quam solutionem, ibi, disse depositarli, & est relatiua ad computum creditorum, ibi, come apparе nel conto di detti creditori, & ad librum signatum A. & non simpliciter ad fauorem creditorum, sed sub dispositione Illustrissimi Domini Cardinalis Prothesaurarij, & deputatorum, non exprimit pro fructibus census, sed potius, a conto dell'obligo delli Scudi 3500. fatto da essi Signori Pantaleoni, & sic veræ sortis census, vt dicitur, accollatæ.

5 Et ideo cessat præsumptio, quod sit facta pro fructibus. l. 1. §. fin. C. de solut. & ibi not. omnes, vel saltem negari non potest, quin probatio sit dubia, & æquiuoca, ex qua non concluditur dicta quasi possessio. Abb. in capit. secundo. in fin. de censib. Ripa in capir. cum Ecclesia. numero 55. de caus. poss. & propriet. & facit. decis. Mohed. 2. de restit. spol. & Rot. diuers. decis. 240. num. 2. par. 2.

6 Nec facit Epistola vnius ex dictis fratribus scripta 1. Octobris 1603. in dicto Summario. numero secundo. in qua dicit, se transmisisse fructus census. Quia tanquam scripta Antonio Lucio, & sic tertio, non probat. l. epistola. in princip. ff. de pact. Bald. in l. non epistolis. numero quinto. versic. secundo casu. C. de probat. de communi. Rip. in l. admonendi. numero 140. ff. de iureiurand. Menochius de arbitr. libro secundo. centur. 1. cas. 94. numero 22. Maxime quia summa est diuersa. Nam Epistola præcedens, dicit de Scutis 150. depositum vero est Scutorum 100. Quæ etiam Epistola non potest præiudicare alteri fratri, qui eam non scripsit, vt est notissimum. Ex quibus Domini ita resoluerunt.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Romana Casalis Palazzetti. Mercurij 10. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Testatore vocante filios legitimos, & naturales in infinitum ad fideicommissum, intelligitur etiam vocasse nepotes.

## SVMMARIVM.

*Filijs in infinitum ad fideicommissum vocatis, intelliguntur etiam vocati nepotes. num. 2.*

*Filiorum appellatione regulariter non veniunt nepotes. num. 2.*

*Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, quando disponens non restrinxit suam dispositionem ad certos, & determinatos filios, sed retulit in incertum, futurum, & perpetuum euentum. num. 2.*

*Verba, ne vllo vnquam tempore bona alienari possint, important prohibitionem alienationis in perpetuum. numero 3.*

*Alienatione prohibita in perpetuum debet capi illa interpretatio ex qua perpetuitas in omnes descendentes conseruetur. num. 3.*

*Testator vocando filios in infinitum, frustra addidisset in infinitum, si voluisset fideicommissum expirare in filijs primi gradus. num. 3.*

*Testatoris verba non debent censeri apposita frustratorie. num. 4.*

*Dominium probatur ex eo, quod quis possidebat. num. 5.*

*Possessio fideicommittentis probata per testes, & admini cula ex dicto eiusdem fideicommittentis, sufficit ad obtinendum in interdicto possessorio adipiscendi absque alia verificatione dominij. num. 6.*

*Rescriptum Papæ subreptitium nihil operatur. num. 6.*

*Testamentum septem testes pro solennitate desiderat. n. 6.*

## DECISIO DCCXVIII.

1 ANtonius Paluzzellus instituto sibi hærede vniuersali Sabba fratre germano ei quandocumque decedenti substituit ipsius filios legitimos, & naturales masculos natos, & nascituros, absque aliqua diminutione, aut detractione quos filios masculos supradictos ad inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit, volens, & mãdans, quod sua bona nullo vnquam tempore vẽdi, aut alienari possint, & quod filij masculi legitimi, & naturales vsque in infinitum in ijsdem absque aliqua diminutione, aut detractione succedant, seu succedere debeant. Decessit testator, & successiue Sabba illius frater & hæres, relictis post se Alexandro, & Paulo filijs, qui obtẽta a bo. me. Sixto V. derogatione fideicõmissi, per particulare Breue Casale, de quo agitur, alienarunt. Et postmodum pariter decesserunt superstitibus tamen ex Alexandro duobus filijs masculis legitimis, & naturalibus, nempe Francisco, & Tiberio, qui prætenden. factum fuisse locum fideicommisso prædicto, ad eorum fauorem causam immissionis super medietate dicti Casalis per Antonium fideicommittẽtẽ possessa, A Signatura Sanctissimi mihi committi obtinuerunt cum clausula prçuia oris apertione aduersus d. Breue arbitrio Rotæ. Vnde dedi dubium, an esset locus d. arbitrio. Quod Dñi die 24. Nouẽb. præteriti affirmatiue resoluerũt, & hodie prosequẽ. disputationẽ dubi-

dubitaui, an de dicto fideicommisso constaret in casu, & ad effectum, de quo agitur, & Domini vtraque par te informante affirmatiue pariter responderunt.

2 Cum enim testator vocauerit filios legitimos, & naturales Sabbæ vsque in infinitum, videtur ad fidei-commissum inuitasse nō solum illius filios, sed etiam nepotes, & descendentes quales sunt dicti Frāciscus, & Tiberius. Nam licet appellatione filiorum regulari ter non veniāt nepotes. l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. l. quid si nepotes. ff. de test. tut. cum pluribus alijs adductis in Decisionibus Ariminē. fideicommissi. 31. Ianuarij 1614. & 23. Mar tij præteriti, coram DD. meis Verospio, & Dunozetto, tamen secus est in casu nostro, in quo cum testator vocauerit filios vsque in infinitum, eius dispositionem non videtur restrinxisse ad certos, & determinatos filios, sed illam in incertum futurum perpetuumque euentum contulisse, iuxta Surd. conf. 336. nu. 9. & 10. Seraph. decis. 409. num. 11.

3 Maxime stante prohibitione ne vllo vnquam tēpo re bona alienari possint, quæ verba important alienationis prohibitionem in perpetuum. l. prouidē. vbi gl. C. de postul. Decian. resp. 44. n. 36. li. 3. Cephal. conf. 171. n. 15. & proinde etiam de nepotibus intellexisse dicen. est. Gozad. conf. 36. n. 1. Cephal. conf. 194. nu. 21. Gabr. concl. 1. n. 36. de verb. sign. Crass. in §. fideicommissum. q. 10. n. 6. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. n. 20. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 50. Ex quo enim perpetuitatē desiderauit, ea capien. est interpretatio, ex quā perpetuitas ipsa in omnes descenden. cō seruetur. Non autem ea ex qua statim substitutiones in primo gradu filiorum firmātur. Molin. de primog. Hisp. li. 1. c. 6. n. 28. Vnde in terminis, quod sub voca tione filiorum in infinitum veniant nepotes, voluerūt Ruin. conf. 115. n. 11. & conf. 139. n. 21. lib. 3. Surd. d. conf. 336. n. 9. & conf. 403. n. 21. & Peregr. conf. 14. n. 2. lib. 1. & melius conf. 56. n. 3. lib. 4. Vbi hanc dicit es se propositionem indubitatam, & alij relati in prima decisione in hac causa facta, & nimirum, quia frustra testator addidisset d. dictionem in infinitum si fideicō missum in filijs primi gradus expirare voluisset, vt inquit Palacio rub. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 69. num. 21. Seraph. decis. 409. num. 11.

4 Quibus accedit, quod de filijs primi gradus Sabbæ fuerat expresse in prima substitutione dispositum, & ideo de illis ista secunda vocatio intelligi non potest de nepotibus, & alijs descenden. quia primum fideicō missum ad fauorem filiorum cum iam esset perfectum nullatenus indigebat prædicta secunda vocatione ad illius robur, & perfectionem. Vnde illa ad contētos in prima substitutione, & sic ad filios primi gradus non est referenda, quia tunc nihil adderet, & esset superflua, quod non debet admitti, & considerat Bal. conf. 334. n. 7. lib. 3. Paris. conf. 90. n. 33. lib. 2. Berett. conf. 115. n. 4. vers. amplius. Surd. decis. 84. n. 14. Decian. conf. 33. n. 93. lib. 1. Quod autem Franciscus, & Tiberius sint nepotes, & descenden. dicti Sabbæ, probatur ex eo, quia ipsi sint filij legitimi, & naturales Alexandri, vt fuit in alia causa Romana fideicommissi de Paluzzellis. 9. Aprilis 1612. corā me resolutum, qui quidem Alexander erat filius pariter legitimus, & naturalis dicti Sabbæ, vt constat ex testibus in hac causa formiter examinatis.

5 Quod vero medietas Casalis, de quo agitur fuerit in bonis, & hæreditate Antonij fideicommittentis, probatur ex eo, quod totum Casale possidebatur pro indiuiso ab illo, & Sabba fratre, & Lucretia, & Iulia sororibus. Vnde cum Lucretia suam portionem vendi derit ipsi Antonio, ille duas partes habebat, nempe suam, & Lucretiæ, & sic medietatem, vt constat ex pu blico instrumento dictæ venditionis, cum quo concur rit quædam impositio census facta per dictam Sabbam super quarta parte Casalis cum narratiua, quod illud possidebat pro indiuiso cum Antonio eius fratre, & Iulia sorore, & accedunt depositiones duorum testium inductorum, coram Vicario per Alexandrum & Paulum authores aduersariorum, qui deponunt Antonium, & Sabbam possedisse pro indiuiso Casale, cum quibus concordat alius testis in hac causa examinatus, qui deponit de auditu.

6 Ex quibus omnibus simul saltem iunctis negari nō potest quin resultet clara probatio possessionis fideicommittentis, quæ sufficit ad obtinen. in hoc iudicio possessorio adipiscendo absque alia verificatione dominij. Peregr. de fideicommiss. artic. 48. numero vigesimo primo. Menochius plures congerens. de adipiscend. remed. 4. numero 363. cum sequentib. Quibus non obstat Breue fel. recordat. Sixti Quinti derogato rium dicti fideicommissi, quia suffragari, non potest cum sit subreptitium, & obreptitium ex adductis in prima decisione. Obiectum autem contra testamentum Antonij oppositum, quod haberet tantum sex testes cessat ex eiusdem testamenti lectura, ex qua apparet ipsum septem testibus munitum esse. Ex quibus, &c.

## REVERENDISSIMO P. DOMINO DAMASCENO.

*Lunen. Sarzanen. Mercurij 10. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Ius patronatus, quod ad sui consequutionem requirit sacerdotium, potest exerceri, & haberi per eum qui Missas curat dici per alium, dummodo institutus sit sacerdos nisi in fundatione aliter sit cautum.

### SVMMARIVM.

*Beneficia simplicia de iure non requirunt sacerdotium, etiam si habeant annexam celebrationem Missarum,* Q 2 *quia*

*quia potest suppleri per alium, nisi aliter fuerit cautum in fundatione. num. 1.*
*Alternatiua satis est si adimpleatur pro una parte. nu. 2.*
*Verbum dici, & celebrari facere in fundatione appositũ, debet intelligi dummodo Rector sit legitime impeditus. num. 3.*
*Verba subsequentia semper intelligutur retentis terminis antecedentium. num. 3.*
*Dictio alius est implicatiua similium. num. 4.*
*Sacerdotium non facit quem deterioris conditionis, sed melioris, quia est dignitas superans regalem. num. 5.*
*Dictio alius non semper implicat omnimodam qualitatem. num. 5.*

## DECISIO DCCXIX.

1 QVidam Ser Andreas in omnibus suis bonis hæredem sibi instituit Altare sub Inuocatione omnium Sanctorum erigendum per exequutores testamentarios in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ, & mandauit, quod si Ioan. Antonius suus ex fratre nepos vellet assumere habitum clericalẽ ipsum institui, & esse debere Rectorẽ dicti Altaris hac addita conditione, quod donec Io. Antonius venerit ad habitum sacerdotalem, & quod cantaret Missã no uellam exequutores tenerentur, & deberent officiari facere, & Missam dici semel in hebdomada sumptib. hæreditatis, & postquam d. Ioã. Antonius venisset ad habitum sacerdotalem, & suam Missam nouam cãtasset, teneretur, & deberet dicere, & dici, & celebrari facere duas Missas pro anima, &c. Et quod donec Ioan. Antonius venisset ad habitum sacerdotalem non posset aliquo modo se intromittere in aditionem dictorũ suorum bonorum, nisi ad recipiẽdum fructus per manus dd. suorũ fideicõmissariorũ, quo habitu sacerdotali suscepto, & Missa sua cãtata per ipsum Io. Antoniũ aditio dd. bonorum, & hæreditatis præfatæ statim deueniat, & deuenire debeat in manibus Io. Antonij, & in casu, quod d. Io. Antonius recusasset velle assumere habitum clericalẽ, statim eligatur vnus alius Rector d. Altaris per dd. suos fideicommissarios, idoneus, & sufficiens ad officiandum d. Altare, & Missam celebrandum, & dicendum, vel dici, & celebrari facien. bis in hebdomada. Fuit coram me dubitatum, an prædictũ beneficium esset sacerdotale, & pro negatiua fuit resolutum, quia beneficia simplicia de iure non requirunt sacerdotium, etiam si habeant annexam celebrationẽ Missarum, quia potest suppleri per alium, nisi aliter expresse fuerit cautum in fundatione. Lap. alleg. 35. nu. 3. & 4. quem sequuta fuit Rota in Romana Cappellaniæ. 23. Ianuarij 1589. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, & in Lucana Cappellaniæ. 17. Decemb. 1593. coram Gipsio, & in Tirasonen. Cappellaniæ. 9. Iulij 1603. coram me.

2 Fundatio autem de qua supra, nullatenus cõtinet, quod beneficium sit sacerdotale, & quod illius Rector non nisi per se ipsum celebret Missas, quia potius dat expressam licentiam, quod possit celebrare per alium, ibi eligatur alius, &c. idoneus ad dicendum, & celebrandum, vel dici, & celebrari faciendum. Cum igitur quilibet clericus sit idoneus ad dici, & celebrari faciendum, satisfactum est fundatori, quia sufficit vnã partem alternatiue adimplere. l. si hæredi plures. ff. de condit. & demonstr. l. si ita quis. ff. de verb. oblig. c. in alternatiuis. de regu. iur. in 6. Et in specie ponderauit Rota in dicta Lucana Cappellaniæ, coram bon. mem. Gipsio.

3 Non obstat, quod illa verba dici, & celebrari facere, possint, & debeant intelligi quandocumq; Rector esset impeditus legitime, & sic non tollat necessitatem sacerdotij, vt in causa Placentina Canonicatus. 3. Iunij 1613. coram Pirouano, quia fuit responsum in casu d. decisionis fundatorem expresse ordinasse, vt eligeretur sacerdos, vnde nil mirum, si facultas celebrari faciendum postea adiecta non sustulit qualitatem sacerdotij anterius expressam, quia verba subsequentia semper intelliguntur retentis terminis antecedentium, & sic quod electus posset quidem celebrare per alium, dummodo tamen esset sacerdos, vt iam expresse fuerat dictum. In casu autem proposito non ordinauit, quod eligeretur sacerdos, sed quatenus necessitas sacerdotij deducitur ex onere celebrationis Missarum, Respondetur, quod ne dum fundator iniunxit onus, quod Rector deberet celebrare per se ipsum, vt esset necesse ad istum effectum, sed potius dedit facultatem celebrandi per alium.

4 Maior difficultas videbatur in alio, nempe, quia testator expresse voluit, quod Ioann. Antonius nepos suus primus præsentandus esset sacerdos, vnde infertur hoc idem voluisse facere melioris conditionis extraneum, quam proprium nepotem, Tum quia iussit præsentari alium, ibi eligatur vnus alius, &c. Dictio vero alius, est similium implicatiua. glos. in l. si fugitiui. verb. alia. C. de seru. fugit. Felin. in c. sedes. sub numero 6. de rescript. Put. decis. 226. num. 8. libro tertio. & sic videtur voluisse, quod omnes alij essent sacerdotes. Verum ad hoc fuit responsum dupliciter. Primo, quod, vt beneficium simplex sit sacerdotale, oportet, quod onus sacerdotij imponatur omnibus eligendis, nec sufficit, quod ista qualitas fuerit desiderata in primo, quia forte potuit testator in illo moueri ex particulari ratione, quæ non influat in omnes alios forte, quia tollitur, cognouerit nepotem suum nimis deditũ rixis, vel negotijs sæcularibus, a quibus voluerit illũ mediante sacerdotio retrahere. Et circa illud, qđ fundator noluerit extraneos eligendos esse melioris conditionis, quã ipsum nepotẽ, respõdetur, quod qualitas sacerdotij nõ faciebat nepotẽ peioris conditionis, sed melioris, cũ ista sit dignitas superans Regalẽ. c. solitæ. de maiorit. & obed. gl. in c. duo sunt. in verb. fulgorẽ. 96. dist. Restaur. de Imperat. q. 50. num. 18. Et potuit etiam fundator moueri ex particulari ratione, quæ nõ militaret in alijs. Quo vero ad dictionem alius, respondetur, quod non semper implicat omnimodam qualitatem. glos. in cap. deinde. verbo ceteris. 26. distinct. Geminibidem. num. 6. Felin. in c. sedes. num. 6. de rescript.

script. Lanc. in l. hæredes mei. §. cum ita. par. 4. nume. 137. ff. ad Trebel. Surd. conf. 151. num. 92.

5 Secundo principaliter fuit responsum, quod nepoti non fuit impedita acquisitio beneficij propter defectum sacerdotij, quinimo expresse permissa, sed tãtum fuit impedita administratio donec cantaret suam primam Missam, ad quam etiam decantandam non fuit præfixus terminus aliquis, & ex forma testamenti apparet, quod neque Io. Antonius erat tunc temporis in habitu Clericali. Vnde multum temporis spaciũ erat necesse, antequam posset fieri sacerdos, ex quibus concludebatur ad summum esse in hoc beneficio necessarium sacerdotium pro haben. illius plena aditione, nõ autem pro illius acquisitione, qui est effectus, de quo agitur.

## R. P. D. PIROVANO.

*Carthaginen. Canonicatus. Mercurij 11. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Plura adducuntur circa repetitionem examinis testium, & quomodo testis repetendus deponere debeat, & an testes, vbi fuerunt nulliter examinati, possint repeti absque timore subornationis.

### SVMMARIVM.

*Testes vbi sunt nulliter examinati, & eorum dictum est releuans, possunt denuo examinari. num. 1.*

*Testium depositiones, quæ non tenent, pro non receptis haberi debent. num. 1.*

*Testis nulliter examinatus potest repeti absque timore subornationis, quia si in secundo examine dicat id, quod in primo, cessat timor subornationis. Si vero cõtrarium, illius dictum non releuat. num. 1.*

*Testis, qui repeti debet non potest, nec debet dicere in repetitione plus quam dixerit in primo dicto. num. 2.*

*Remissoria non debet concedi ad repetendos testes, quorum testimonium etiam validum non releuaret. num. 3.*

*Probatio, quando agitur de decisione causæ debet esse releuans. num. 3.*

*Probatio ad effectum concedẽdi remissoriam sufficit, quod sit apparens. num. 3.*

*Testis, qui repetitur, non debet se referre ad primum examen, sed debet explicite, & per extensum deponere absque relatione. Poterit tamẽ, si voluerit sibi legi, vel ostendi primum examen. num. 4.*

## DECISIO DCCXX.

1 Domini censuerunt, non esse denegandam remissoriam Doctori Caxæ pro repetendis testibus nulliter examinatis. Visũ est enim posse firmari regulam, quod quando testes sunt nulliter examinati, & eorum dictum est releuãs, posse eos de nouo examinari. Gabr. de testib. concl. 21. numero 18. Rota decis. 11. numero primo. de probation. in nou. Caputaquen. decis. 266. numer. 3. par. 3. Rota in causa Tullen. Matrimonii inter impress. diuers. par. 3. & huius conclusionis ratio est, quia depositiones testium, quæ non tenent pro non receptis debent haberi. cap. cum causam. capit. clamor. de testibus. capit. in præsentia. de probation. Vnde non debet, siue reus, siue actor remanere sine probationibus, neque subornationis periculo locus esse videtur, quia si testes repetendi dicant id quod primo, cessat timor subornationis. Si vero contrarium non releuabit eorum dictum, & consequenter remanet satisfactum. Clement. 2. de testibus, & cap. fraternitatis. eodem titul. Difficultas solum versatur super releuantia depositionis testium, sed eam non deficere fuit dictum, quia præsupposita validitate examinis, coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto. decima sexta Ianuarij 1609. fuit recessum ab alijs Decisionibus in hac causa factis, sub diebus 6. Februarij 1604. & vigesima octaua Maij de anno Millesimo sexcentesimo septimo, & firmatũ, quod Thomas Garri Decanus dederit suum suffragium ad fauorem Doctoris Valdeuiesi.

2 Non obstat, quod si testes repetendi non possint, nec debeant dicere in repetitione plus, quam dixerint in primo dicto. Innoc. in cap. cum Ioannes. in fine. in verbo, conclusio. de fide instrum. Bald. in ca. publicasti. num. 1. in fine. cum alijs allegatis. In dicto autem non probant id, quod supponitur in allegat. decisione Illustrissimi Lancellotti, vel si probarent, nihilominus obstarent exceptiones datæ contra personas testium, ac etiam nullitatis electionis ratione formæ uotandi publice contra iuris dispositionem, & Sacri Concilij Tridentini. Ideo dicebatur adhuc frustra remissoriam concedi ad testes repetendos, quorum testimonium etiam validum non releuaret.

3 Ad prædicta enim fuit responsum, quod materia probationum diuersimode secundum diuersos effectus solet ponderari, ad effectum nempe decidendi totam causam probatio debet esse concludens, & per necesse determinare fundamenta actoris, vel rei secũdum eorum respectiue petitiones, alias tanquam irreleuans non suffragatur, vulgat. cap. in præsentia. de probation. vbi Dec. numero 12. l. non hoc. C. vnde legitimi. Ad effectum vero remissoriæ concedendæ pro repetendis testibus sufficit, quod ex dictis testium probationes apparenter releuent, ne alias ordinem præposterando negotium principale decidatur, antequã sint factæ probationes. Hãc autem apparentiam colligebant Domini sufficientem ex allegata decisione Illustrissimi Lancellotti, cuius copia data fuit, & si pars de reuocatione talis decisionis confidit, poterit habere testes pro valide examinatis, & hoc modo euitabit disputationem, & expensas remissoriæ.

4 Aduerterunt tamen Domini, quod testes de nouo examinandi non debẽt se referre ad primũ examẽ, sed expli-

explicite, & per extensum deponere absque relatione, prout fuit resolutum in Calaguritana Abbatiæ, seu Iuris patronatus. 21. Aprilis 1579. coram bonæ memoriæ Cardinale Pamphilio, & coram eodem in Hispalen. Iuris patronatus. 26. Iunij 1592. si tamen primum examen sibi legi, aut ostendi voluerint, non erit eis denegandum, prout fuit ordinatum in relationibus causarum, coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, in causa Terulen. Vicariæ. 10. Iunij 1613. Et ita, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Romana Hæreditatis. Veneris 12. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, nisi in secundo proferantur certa verba, reuocatum censetur nihilominus, quando in secundo fit mentio de primo per verba, ex quibus cognoscatur testatorem a prima voluntate discessisse.

### SVMMARIVM.

*Testamentum primum habens clausulam derogatoriam non tollitur per primum, nisi in eo sit fact a specialis mentio primi. num. 1.*

*Specialis mentio clausula derogatoria primi testamenti, quando facta intelligatur. num. 2.*

*Verbum quomodocumque, & quibuscumque in secundo testamento designant testatorem a prima voluntate discessisse. num. 3.*

*Testamentum ad pias causas, & intra liberos æquiparantur. num. 4.*

*Pia causa in primo testamento instituta, non desinit esse hæres, nisi in secundo testamento fiat mentio de pia causa. num. 4.*

*Decisiones speciales in iudicando magis attenduntur, quã generales. num. 5.*

*Piam causam liberis æquiparari in iure nõ reperitur. n. 5.*

*Verbum quibuscumque quamuis sit generale, habet tamẽ vim specialis expresse derogationis. num. 6.*

*Dictio etiam solet implicare casus maiores, & distinctos ab expressis. num. 6. & 7.*

*Voluntatis prioris mutatio, ex quibus coniecturis inducatur. num. 8.*

*Personæ institutæ qualitas multum operatur, vt intelligatur mutata voluntas. num. 9.*

*Præsumitur mutata voluntas, si noua causa superueniat. num 9.*

*Mentio primi hæredis facta in secundo testamẽto, inducit vehementem præsumptionem mutationis voluntatis. n. 10.*

*Falsitatis suspicio tollitur per ostensionẽ protocolli. nu. 10.*

## DECISIO DCCXXI.

Alexander de Comitibus condidit duo Testamenta. In primo instituit suum hæredem vniuersalem Societatem B. Mariæ de Carmine, ea declaratione addita, quod si ei contingeret aliud Testamentum, vel Codicillos, vel quamlibet aliam vltimam dispositionem facere, quod illa inualida sit, & censeri debeat, nisi in ea apposita sint verba formalia, Salue Regina mater misericordiæ, ac etiam non obstantibus quibuscumque verbis generalibus, & derogatorijs, quæ in ipsis dispositionibus appositæ reperirentur. Secundum vero condidit, in quo hæredem instituit Dominum Ducem Camillum de Comitibus, eum clausula, cassans, & irritans, & annullans omne aliud Testamentum, ac donationem, ac aliam quamcunque vltimam voluntatem per eum Testatorem hactenus quomodocunque, seu quibuscunque verbis etiam derogatorijs factam. Vnde cum Societas prætenderet ex verbis huius secundi Testamenti non fuisse sufficienter derogatum primo Testamento, & consequenter primo standum esse. Dubitaui. Quod Testamentum præualeat, & pro secundo fuit resolutum.

1 In hoc enim omnes Domini conuenerunt, quod ad tollendum primum Testamentum derogatio generalis non sufficit, nec indiuidua est necessaria, sed requiritur specialis ad clausulam derogatoriam prioris testamenti sequendo communem opinionem, de qua per Iason. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. numero duodecimo. ff. de legat. 1. Corn. consilio 86. numero tertio. volumine tertio. Alexand. consilio 134. nume. secundo libro 1. Castr. consilio 284. num. 2. vers. secundo ad idem oppono. Couarr. de testam. in rubr. par. 2. nume. 19. versic. tertia conclusio. Clar. in §. testamentum. quæst. 99. vers. & hæc quidem conclusio omnes affirmantes communem esse contra Bartol. qui in l. si quis in princ. testam. ff. de leg. 3. visus est affirmare generalem derogationem sufficere, quam etiam contra Bart. alias sequuta est Rota, teste Cæs. de Graf. decis. 1. de testam.

2 Concorditer etiam firmarunt, quod tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando Testator facit mentionem de clausula derogatoria in ipso testamento inserta, puta quia dictum sit non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam, vel si addatur clausula, cassans, & irritans omne aliud testamentum, etiam si contineat clausulam derogatoriam, & aliæ formulæ ponuntur per Clar. in dicta quæstione 99. versicul. sed quæro, & per Cardin. Mantic. de coniectur. libro duodecimo. titul. octauo. numero decimo. quæ per Couar. de testamen. d. parte 2. numero 19. versic. quarto constat. & Alex. consilio 134. numero quarto. lib. 1. reducuntur ad generalem Theoricam cognoscendi, quãdo Testator specialiter dicat se prioris voluntatis pænituisse, nempe quando per verba specifica, vel etiam non specifica, sed etiam

per

per relationem ad aliud, vel per expressionem alicuius qualitatis, vel circumstantiarum possumus reddi certi, quid voluerit enuncians.

3 In proposito autem huius posterioris Testamenti legitur nedum clausula generalis cassans, irritans, & annullans omne aliud testamentum hactenus factũ, sed adduntur verba quomodocunque, seu quibuscumque verbis factum etiam derogatorijs, quæ verba iudicantur specialia ex mente gloss. & Doctor. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de legatis primo. & vberrime sunt, ex quibus manifestum fit testatorem a priori voluntate discessisse, vt dicit Couarruu. eadem parte 2. versicul. quarto constat. alias si reuocatio prioris voluntatis sub clausula quibuscunque verbis etiam derogatorijs facta non sufficeret, necessario consequeretur requiri indiuiduam repetitionem, quod est contra communem, & per indirectum posset tolli facultas reuocandi testamentum, si testator de verbis præcisis appositis facultati reuocandi non recordaretur, vt ponderant Castr. consilio ducentesimo octuagesimo quarto. numero primo. parte prima. Baldus consilio ducentesimo octuagesimo. libro quarto. & in l. humanum. C. de leg. Angel. consilio 375. per totum, in quorum casibus agebatur de repetenda formalitate verborum in signum pænitentiæ prioris voluntaris scilicet de Oratione Dominicali, Salutatione Angelica, & principio Psalmi Miserere.

4 Non obstat, quod etsi prædictæ conclusiones veræ sint, nihilominus aliter videatur dicendum in casu prioris testamenti, in quo duplex derogatio repetitur posita ad secundam voluntatem, seu testamentum, prima namque a iure subintellecta in testamento ad pias causas, prout subintelligitur in testamento inter liberos, quæ inter se æquiparantur, capit. relatum. il secondo, de testament. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eodem titul. de testament. Card. Mantica de coniectur. libro duodecimo. titulo octauo. numero trigesimo. secunda vero verbis expressa, & eo casu non sufficere mentionem generalem derogatoriæ, vt in secundo fuit factum, sed vlterius dicebatur necessariam esse expressionem non obstantiæ testamẽti ad pias causas facti, vt determinat Castr. in authentic. inter liberos. numero quinto. C. de testam. quem sequuntur alijs relatis. Couarruu. de testament. parte secunda. in rubric. numero decimo nono. versic. hinc scribit Paul. Cardin. Mantic. dicto titulo octauo. numero vndecimo. Riminald. iun. consilio 742. numero 18. & 19.

5 Prædictis enim fuit responsum, quod in terminis prioris testamenti facti ad pias causas contrarium responderunt Bartol. consilio 76. & Bald. consilio vigesimo secundo. numero primo. volumine primo. in casu Bartol. fuerat instituta Confraternitas Sancti Bartholomæi, cum clausulis derogatorijs ad futura testamenta. In secundo vero fuit institutus frater patruelis cum clausula derogatoria in specie, in casu. Bald. fuerunt instituti Fratres Prædicatores, in secundo filia ipsius Testatoris absque alia derogatione, & tamen nulla habita ratione piæ causæ contrarium determinarunt, ideo omissis argumentationibus placuerunt Dominis decisiones speciales, quæ in iudicando magis attenduntur. Purpur. in rubric. in fin. ff. si certum petatur. Franc. decisione 266. numer. tertio. Marzar. in epitom. fideicommiss. quæstione octaua. numero decimo. Felin. in capit. cum ordinem. numero tertio. versicul. accedit enim. de rescript. Præterea argumentum ab æquiparatis causis desumptum visum est non probati, quia iure cautum non reperitur, quod in materia successionis pia causa æquiparetur liberis, sed potius contrarium per plura fundamenta sustinuit. Socin. iun. consilio 189. numero septuagesimo sexto. volumine secundo. & qui allegantur per Card. Mantic. dicto titul. octauo. numero trigesimo. bene conueniunt data paritate terminorum, quando de pia causa, vel fauore liberorum ageretur in sustinendo testamento posteriori, per quod ipso iure primum censetur reuocatum. §. posteriore. instit. quibus modis testament. infirm. Alex. ind. consilio 134. numero secundo. libro primo. Castr. consilio 284. numero secundo. versicul. secundo ad idem oppon. parte prima. quia tunc sicuti causæ liberorum fauendum esset, ita & piæ causæ habenti fundatam intentionem, secus quando pia causa habet vltimam voluntatem Testatoris contra se, vt in præsenti, quia tunc fauor piæ causæ adeo præponderare non debet, vt alijs noceat. capit. ex tenore. de foro competen. capit. nuper. de donat. inter virum, & vxorem. Decius consilio 564. numero primo.

6 Nec dicatur, quod adhuc cessante derogatione a iure subintellecta primum testamentum continet duplicem derogationem verbis expressam, primum dũ noluit secundum testamentum valere, nisi facta mentione verborum Salue Regina mater misericordiæ in signum pænitentiæ prioris voluntatis. Secundum dũ voluit primum valere etiam non obstantibus quibuscumque verbis generalibus etiam derogatorijs, quæ in eo expressa reperirentur, ideo oportere, quod & secundum testamentum duplicem derogationem contineat, per ea, quæ tradunt Castr. in allegat. consilio 284. numero secundo. versicul. quarto opponitur. parte prima. Rub. Alexand. consilio vigesimo quarto. numero decimo. Couatruu. de testamen. in rubr. d. parte secunda. numero decimo nono. versic. quarto constat. Card. Mantic. dicto titu. octauo. numero decimo. versicul. sed est aduertendum, & tamen dicebatur testamentum secundum vnicam continere derogationem comprehensam sub illis verbis quomodocunque, seu quibuscunque verbis etiam derogatorijs factum.

7 Quia respondebant Domini huiusmodi considerationem ex facto tolli etiam ex mente eiusdem Castr. & Rubric. nam cum dictum fuerit verbis extensis, & non ceteratis, cassans, irritans omne aliud testamentum per eum hactenus quomodocunque, seu quibuscunque verbis factum tollantur verba primæ derogationis tanquam comprehensa sub illa generali quibuscunque habente vim specialis expressionis

Crauet.conf.294.num.2.verf. fed magis lib.2. & per alia verba etiam derogatorijs tolluntur derogatoria derogatoriorum propter virtutem dictionis (Etiam) quæ folet implicare cafus maiores,& diftinctos ab expreffis.l.2.C.de teft.Rebuff.in l.vnic.numer.580.C. de fent.quæ pro eo,quod inter Surd.decif.8. numero duodecimo.

8 Addebant præterea, quod cum a lege certa verborum formula non fuerit præfcripta in tollendo derogatoria voluntatis in actu fequenti,quinimo fufficiãt qualitates,circumftantiæ,& indicia,ex quibus de pænitentia prioris voluntatis conftare poffit. Alex.dicto conf.134.numc.4.lib.1.Bald.in l.fancimus.C. de teftam. Couar.d.par.2.in rubr.nume.19.verfic.quarta conclufio.Cardin.Mant.poft alios d.lib.8.nume. 13. videbantur concurrere tales coniecturæ pro D. Duce, quæ fufficerent pro remouenda priori voluntate faltem iunctis verbis derogatorijs.

9 Concurrit enim verifimilis dilectio teftatoris erga fratrem de fe optime meritum, qualitas vti æquipollens derogationi ponderata per Roman. confilio 179.num.21.& Couar.in d.rubr.num.19.verf. octauo idem ius erit,item fuperuenientia reconciliationis inter teftatorem,& D.Ducem per quam facilius præfumitur voluntatis mutatio vti ex noua caufa procedentis,vt confiderat idem Card,Mant.d.tit.8. numc. 17.& Menoch.de præfumpt.lib.4.præfumpt.166.numero 37.ac demum fucceffio,quæ ab inteftato eidem D. Duci inftituto debebatur,quæ pariter releuans eft ad hunc effectum.Socin.iun.confilio 124.numero 5. volum. 1.

10 Legatum etiam factum in fecundo teftamento cidem Congregat. B. Mariæ de apparatu di Damafco multum mouit Dominos, quia prouidendo Congregationi de aliquo videtur teftator receffiffe a toto, vt in terminis dicit Bald. in allegat.conf.22.in fin.libro 1. Quæ autem opponebantur de fufpicione falfitatis contra fecundum teftamentum, fuerunt fublata per exhibitionem protocolli omnibus Dominis per me oftenfi,dum hæc caufa difputabatur.Et ita,&c.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Calaguritana Decimarum. Veneris 12. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Confuetudo præter ius quanto tempore inducatur,& quando teftis deponens de certo tempore per verbum citra illud probet.

### SVMMARIVM.

*Confuetudo præter ius fpacio decem annorum inducitur. num.1.*

*Confuetudo particularis in materia decimarum præualet generali.num.1.*

*Teftis deponens de certo tempore per verbum citra abfque copula &,non concludit certum tempus,quia eius difpofitio poteft verificari heri,& nudiuftertius.num 2.*

*Fallit vbi teftes deponunt cum dictione femper, quæ eft cõtinuatiua. num.3.*

*Teftium dicta non funt cauillanda,fed coadinnanda.numero 4.*

## DECISIO DCCXXII.

1 Svb die 19.Martij 1610.firmatum fuit in Rota, Curatum de Septimo, & de Sinai probaffe con fuetudinem fpecialem, quod vafalli Villæ de Sinai colentes terras in Territorio Villæ de Marra,nunquam foluerunt decimam Curato Marræ,fed eam foluerunt integram Curato de Sinai , intra cuius Parochiæ limites habent domicilium. Et quod ad hunc effectum confuetudinis particularis fufficiebat decennalis præfcriptio,cum non effet contra,fed præter ius, iuxta doctr. Abb. in c.cum fint homines.in gloff. 3. de decim,Put.decif.150.num.5.lib.1.Achil.decif.5.numero 3.eod.tit. quæ confuetudo particularis ad hunc effectum erat attendenda, tanquam præualens generali,iux.glof.in c.fuper eo,in verbo in vicinis. de cenfib.Put.decif.176.numer.6.& 7.lib.3. cum alijs in d. decif. coram me allegatis, quæ decifio placuit Rotæ, & ideo confirmata fuit die 7.Iunij eiufdem anni.

2 Verum cum nouus Rector Ecclefiæ de Marra non acquiefceret decifionibus fupradictis, vt ei fatisfacerem,propofui aliud dubium,an teftes Ecclefiæ de Sinai probent huiufmodi cõfuetudinem particularem , quod dubium cum tenderet ad idem,fuper quo factæ erant aliæ Decifiones , Domini refpõderunt ftandum effe in decifis. Principale fundamentum cui innitebatur Rector Marræ illud erat,quod hi teftes nullum tẽpus probarent,ex quo deponebant per verba Catalana a 30.60.& 100.annis citra,fine copula &,quo cafu ipforum dictum verificari poterat in eo, quod fuit heri,& nudiuftertius,iux.doctr.Bar.in l.1.§.quod autem.fub nume.1.ff.de aq.quotid,& æftiu.& in l. Celfus.fub num.23.ff. de vfucap. Fuit dictum in Ciuitatis Caftellanæ.Iuris pafcendi. 26.Nouembris 1611. coram me,& alias fæpe refolutum. Vnde non videbatur probatum tempus decem annorum ante motam litem,prout requiritur.

3 Verum Dominis non placebat hoc fundamẽtum, quia verba Catalana,per quæ teftes deponebant, iuxta interpretationem Italico fermone,quam ego a natiuis, & peritis illius Idiomatis de fpeciali ordine Rotæ habui,idem importabant,quod da 30.60.& cento anni in qua è ftato offeruato , per quæ verba Domini cenfebant denotari initium temporis cum continuatione vfque in præfentem diem, fed ceffare videbatur omnis difficultas, quia teftes deponebant cum claufula femper,quæ oftendit continuationem temporis,& facit ceffare omne obftaculum. Sic enim deponunt plu-

plures testes examinati proparte Rectoris de Sinai, vt in Romana domus de Maximis. 4. Maij 1580. coram bo. mem. Lauretano, quæ est 28. num. 4. par. 2. di uers. Bar. in l. 1. num. 20. vbi Socin. iun. numer. 148. & alij. ff. solut. matrimon. Surd. consi. 179. numer. 14. & consil. 281. nume. 18. cum alijs adductis, in Caualliceu. Feudi. 17. Decembris 1612. coram R. P. D. meo Pirouano.

4 Nec etiam obstare visum fuit, quod dicebatur testes huiusmodi reddi suspectos de falso, dum deponunt de visu a 100. annis, cum non potuerint esse tantæ ætatis. Nam si bene eorum depositiones perpendátur, dicunt se scire de toto dicto tempore de visu, & de auditu a maioribus, & sic de visu pro tempore ætatis, & de auditu pro residuo, & ita dicta verba debent intelligi, cum testium dicta non sint cauillanda, sed adiuuanda, adnotata per illum tex. in c. cum tu, de testib. Ad prætensam nullitatem examinis fuit per duas decisiones 7. Nouembris, & 23. Ianuarij præteriti dictum intrare arbitrium ad effectum sanationis. Ceteris placuerunt responsiones datæ per Informantes, & ideo Domini steterunt in decisis, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Romana Hæreditatis, & Paragij dotis. Veneris 12. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Renunciatio facta a muliere non sustinetur absque solennitatibus statutarijs, & quid sit agendum, vt dicatur adimpleta forna Statuti Vrbis, cap. 151. lib. 1. de contract. sine cert. solenn. non valit. & ex quibus probetur decretum iudicis requisitum a dicto Statuto, & an dictum Statutum habeat locum vbi filia contrahit cum patre, in donatione ob causam, & in renunciatione de futuro, & an ea, quæ sunt de forma, & substantia comprehendantur sub clausula, & cetera, & plura alia de d. clausula, & cetera.

### SVMMARIVM.

*Mulier contrahens, seu renuncians non seruata forma Statuti de contractibus mulierum, nulliter contrahit. num. 1. Vbi maxime si statutum præsumit iuramentum metu, & dolo extortum.*

*Statutum habens clausulam annullatiuam inducit formam. num. 1.*

*Proximiores qui ex forma Statuti Vrbis, lib. 1. cap. 151. debent interuenire in contractibus mulierum, debent iurare, quod contractus non tendit in præiudicium mulieris, & dicta verba sunt formaliter exprimenda, & iuramentum desuper præstandum, ita vt non sufficiat verba generalia. num. 2.*

*Negatiua, quod in contractu mulieris non interuenerit decretum iudicis, probatur ex inspectione instrumenti. num. 3.*

*Decretum iudicis in contractu mulieris ex forma statuti requisitum non suppletur per solam iudicis præsentiam, sed opus est loquela, & expressione verborum. numero 3.*

*Clausula & cetera, & facultas extendendi ad consilium sapientis non comprehendit ea, quæ sunt de substantia, & forma. num. 4.*

*Forma implementum debet esse clarum, & certum adeo vt non indigeat suppletione. num. 4. Vbi quod ea, quæ sunt de forma, non veniunt in clausula & cetera.*

*Clausula & cetera licet possit extendi, tamen antequam extensio fiat authoritate iudicis non debet haberi pro extensa. num. 5.*

*Clausula, & cetera debet extendi solum per Notarium, qui de instrumento rogatus fuit. num. 6.*

*Stylus particularis Notarij, qui de instrumento rogatus fuit, non autem generalis omnium Notariorum attendi debet. num. 6.*

*Stylus particularis vnius Notarij probatur ex pluribus instrumentis ab ipso rogatis. num. 7.*

*Decretum iudicis requisitum, iuxta Statutum Vrbis in contractibus mulierum, vel minorum succedit loco decreti requisiti in alienationibus stabilium minoris. numero 8.*

*Decretum iudicis requisitum in alienationibus stabiliũ minorum requirit scripturam. num. 8.*

*Præsumptio non sufficit, vbi ad probationem requiritur scriptura. num. 8.*

*Decretum iudicis non præsumitur, vbi non sunt lapsi 30. anni. num. 8.*

*Negatiua probatur ex inspectione scripturæ, vbi affirmatiua est coarctata ad scripturam. num. 9.*

*Decretum iudicis interpositum ex causa erronea nullum est. num. 9.*

*Conseruatio agnationis non est sufficiens causa pro validitate renunciationis factæ per mulierem. num. 9.*

*Renunciatio mulieris, vt sit valida debet certiorari de iure sibi competenti, quod renunciat. num. 10. Vbi etiam in minore, & in iure, quod sibi competere dubitasset.*

*Ignorantia iuris præsumitur in muliere, & in minore. num. 10.*

*Decretum iudicis interpositum in renunciatione mulieris si non præcedit certioratio mulieris de iure, cui renũciat, nullum est. num. 11.*

*Statutum prohibens mulierem, seu minorem contrahere absque solennitatibus non habet locum, vbi mulier renũciat iuri de futuro, & quærendo. num. 12.*

*Contrarium vero vbi ratio statuti est in statuto expressa, scilicet imbecillitas sexus, seu ætas minoris. numero 13.*

*Renunciatio iuris futuri potest esse lesiua. num. 14.*

*Minor restituitur aduersus emolumentum amissum. numero 14.*

*Hære-*

*Hęreditatis aditio in patre nomine filia præsumitur ex possessione bonorum hæreditariorum. numero 14. Vbi maxime si pater in dictis bonis non potest habere vsumfructum.*

*Pater non habet vsumfructum in bonis filij, in quibus habet consortium proprietatis. nu. 14.*

*Statutum requirens solennitates in contractu mulieris, vel minoris, non habet locum in contractu facto per filiam cum patre, quia tunc cessat præsumptio fraudis. numero 15.*

*Contrarium vero. nu. 16.*

*Declara primam opinionem fundari in generali præsumptione confidentia, & ideo non habere locum vbi statutum de patre non confidit, prout in statuto Vrbis, ca. 15. lib. 1. nu. 16.*

*Declara secundo dictam primam opinionem non procedere quando mulier contrahit fauore alterius, quam patris. num. 18.*

*Declara tertio non procedere quando statutum requirit solennitates ad euitandas fraudes. num. 18. Vbi de statuto Vrbis, cap. 151. lib. 1.*

*Pater, seu mater transiens ad secunda vota censetur mutasse affectionem erga filios prioris matrimonij. numero 17.*

*Mater transiens ad secunda vota remouetur a tutela filiorum primi matrimonij. nu. 17.*

*Nouerca non præsumitur diligere filios mariti, & ideo de eius delinimentis lex suspicatur. nu. 17.*

*Statutum, quod mulier, seu minor non contrahat absque solennitatibus, non habet locum vbi mulier, seu minor donat ob causam. nu. 19.*

*Contrarium vbi statutum vult causam in scriptis iudici exprimi, & insinuari, & vbi adest identitas rationis ne mulieres, & minores circumueniantur. nu. 19.*

*Solennitates requisita a statuto non requiruntur, vbi non fuerunt elapsi 30. anni. numero 20. Vbi maxime in solennitatibus extrinsecis, quæ requirunt scripturam.*

*Statutum requirens certas solennitates in donationibus non habet locum in donatione ob causam. nu. 21. Vbi nisi causa sit erronea, vel minus sufficiens.*

## DECISIO DCCXXIII.

1 Propofito dubio referuato, an Faustinę obstaret expressa renunciatio? Domini responderunt negatiue. Quia cum illa sit facta, non seruata forma statuti lib. 1. c. 151. in contractibus mulierum, & minorum, est nulla, vt in simili statuto. Bald. consil. 198. nu. 1. lib. 5. Paris. consil. 98. nu. 77. & seq. & consil. 99. num. 25. vol. 1. Felyn. ex Bart. in c. 2. num. 1. in fin. de testib. & est indubitatum, cũ statutum habeat clausulam annullatiuam, ex qua censetur data forma, vt in puncto. Dec. consil. 279. nu. 1. vers. & hoc expresse, & consil. 616. numero primo. in fin. & præsumat iuramentum fraude, dolo, & metu extortum. Menochius consilio 388. numero secundo, & pluries fuit per Rotam resolutum.

2 Defectus formæ consistit. Primo, quia adhibiti vti proximiores iurarũt solum se nullum habere interesse, non autem quod contractus non esset in præiudicium Faustiuæ, quæ verba erant formaliter exprimenda, & iuramentum desuper præstandum, vt de verbis tutelæ, de quibus in l. fin. §. defensionem. C. de administr. tut. tradit Bart. in l. legitimos. in prin. nu. 7. vers. tertium, & nu. 8. vers. quintum, quod requirit. ff. de legit. tut. Socin. cons. 24. nu. 21. vol. 1. & ideo non sufficiebant verba generalia. Innoc. Host. & Io. Andr. in c. 2 de confuet. Butr. per illum text. in c. penult. nu. 2. in princ. de iureiur. & ibi Imol. in princi. Ioan. de Anan. num. 4. Soc. d. cons. 24. num. 21. & 22. & super statuto Mediolanen. Lambert. glos. 15. num. 1. & 2. & in nostro fuit resolutum in Romana Saluiani 15. Decembris præteriti coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio.

3 Secundo, cum non legatur in instrumẽto interpositio decreti iudicis, probatur illius defectus, & sic solennitatis. glos. in l. fin. & ibi Bart. in primo not. C. de reb. cred. Idem Bar. in l. Titiæ textores. nu. 2. de leg. 1. & in l. 2. in fi. C. de error. aduoc. cum alleg. per Surd. cons. 28. num. 114. & cons. 303. nu. 7. & cons. 452. nu. 10. & decis. 300. nume. 11. & in decreto Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 7. inspect. tertia, nu. 33. & sola præsentia non sufficit, sed opus erat loquela, & expressione verborum. Bald. in c. cum In veteri. nume. 3. & 4. de elec. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. numero 5. vers. quod autem. ff. de offic. procons. Ias. in l. omnium. num. 4. vers. tamen requiritur. C. de testam. & in statuto Mediolanensi. Lamberteng. glos. 14. nu. 3. qui decreti defectus eo magis arguitur, quod iudex non solet illud interponere, nisi præuia dicta assertione iurata consanguineorum, quæ hic deficit, vt dictum est.

4 Nec visum fuit Dominis iuramentum, quod contractus non est, in damnũ Faustinæ comprehendi sub extensione dictionis ceteratæ consentientiũm &c. & decretum iudicis sub extensione clausulę in fine appositæ, super quibus &c. iuxta attestationem Notariorũ fori Capitolini. Nam cum assertio iurata propinquorum, ac iudicis decretum sint de substantia, & forma, dici non possunt venire sub dictionibus ceteratis, nec sub facultate extendendi ad consilium sapientis, sed expressionem requirunt. Butr. Abb. Imol. & Anan. in d. c. penult. de iureiur. Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de instrum. editio. §. instrumẽtum ergo publicum. nu. 13. vers. quid si a contrahentibus autem. Bal. in c. cum in iure peritus, nu. 16. de offi. deleg. & ibi Socin. num. 4. qui expresse sequitur in iuramento. Rui. n. 19. & sequitur Socin. iun. n. 24. & not. in l. 1. §. si quis ita. de verb. oblig. Ruin. num. 8. Bolognet. num. 92. idem Ruin. cons. 23. nu. 2. vers. non obstat vol. 4. Rot. decis. 35. 2. alias 1. de verb. signif. in antiq. Lanfr. de Oriano tract. de fid. instrum. num. 19. vers. sed iuxta. Grat. cons. 140. num. 7. vol. 1. Rot. decis. 658. num. 3. lib. 3. par. 3. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 10. num. 2. & lib. 14. tit. 10. num. 44. in fi. & num. 45. & in terminis statut. Mediolani. Carpan. ad illud cap. 324. n. 119. Implemen-

plementum enim formæ debet esse clarum, & certum adeo, vt non indigeat suppletione, vel diuinatione. Bald. in d.c. cum in iure peritus. de off. delega. nu. 16. in fi. vers. solue.

5 Accedit, quod vbi etiam dictæ clausulæ &c. modo quo supra extendi possent, non tamen antequam extensio fieret iudice authorante haberi debent pro ita extensis. Grat. cons. 9. nu. 123. vol. 1. Surd. cons. 350. num. 29. vol. 3.

6 Nec placuit Dominis in proposito attendere attestationem Notariorum, cũ iuuat Notarius de instrumento rogatus, per quem solum potest fieri extensio. Bald. in rub. C. de fid. instrum. in 6. col. num. 41. vers. quarto quæritur, & in l. Gallus. §. idem credendum. num. 4. ff. de lib. & posthum. Grat. dicto cons. nu. 124. lib. 1. & non sit attendendus stylus generalis, sed particularis illius. Bald. in d. §. idem credendum. num. 1. & ibi Imol. vers. 2. Ias. num. 23. Ruin. nume. 56. Alex. cons. 163. num. 11. vol. 7. Paris. cons. 48. nu. 7. volu. 1. Aym. cons. 34. num. 5. Rot. dicta decis. 658. in princ. Surd. decis. 223. num. 8. & ita communiter obseruari testatur Corn. cons. 225. in fi. vers. nam illæ dictiones. lib. 3. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 10. nu. 19. Petr. Caball. cons. decisiu. 177. num. 22.

7 Et pro Faustina datur non leuis fumus styli cõtrarii ex nota plurium instrumentorum, cum mulieribus celebratorum, de quibus fuit rogatus, idem Notarius qui erat solitus apponere dictã clausulam, super quibus ceteratam non semel tantum, sed bis videlicet prima vice extensam per hæc verba, super quibus dictus Dominus iudex causa cognita suam, & eius Curiæ iudiciariam, & ordinariam interposuit auctoritatem, & decretum supplendo, &c. Secunda vero vice ceteratã in fine, & sic sensit decretum iudicis per extẽsum post clausulam, super quibus, rogitum vero proprium designauit per clausulam ceteratam in fine appositam, & ita potest argui stylus Notarii. Rot. dicta decis. 658. num. 2. & 3.

8 Neque locus videtur esse præsumptionibus, cũ decretum videatur succedere loco decreti requisiti in alienationibus stabilium minorum, de quo in l. 1. & tot. titu. ff. de reb. eorum. & C. de præd. minor. quod vtique requirit scripturam. Paris. consil. 98. nume. 12. vol. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 171. nu. 26. & cons. 80. num. 60. in prin. Achill. decis. 3. de probat. Surd. cons. 28. nu. 108. vol. 1. Odd. de restit. in integr. par. prima, quæst. 25. art. 3. num. 27. & innuit idem sta tutum disponens causam in sciptis iudici expressam, & insinuatam esse debere, consequenter, & decretum, quo casu non admittitur probatio præsumptiua, sed per solam scripturam, vt ex not. in l. sciendum. de verb. oblig. Menoch. præsump. 132. nu. 27. lib. 3. præsertim cum 30. anni non sint elapsi, vt in specie Surd. decis. 231. nu. 19. & 29.

9 Tertio non fuit seruata forma respectu causæ, ob quam fuit facta cessio. Duplex enim exprimitur, prima, quia in apocha spõsalium fuerat conuentũ, quod cessio fieret, & tamen de hoc in dicta apocha nullum verbũ, & ita probatur negatiua, & error, cum affirmatiua sit coarctata ad dictam apocham sponsalium. Salic. in l. fi. num. 2. de reb. cred. cum allegatis, in Foroliuien. census 2. Maij 1614. coram me, consequenter renunciatio fuit erronea, & iudicis Decretum nullũ. l. 1. l. magis puto. §. monet actio. ff. de reb. eorum. l. præses. ff. de præd. min. Rot. decis. 624. num. 4. par. 1. late Bertazz. clauf. 10. glos. 2. nu. 9. Secunda ratio ob conseruationem agnationis, quæ erat insufficiens, nec cõcludebat necessitatem renunciandi, vt ex Oldr. consi. 5. & aliis, qui eum sequuntur, tenuit Rota in Romana de Cuppis coram bonæ memo. Cardinale Pamphilio 15. Iunii 1602.

10 Quarto ponderabatur, Faustinam non fuisse certioratam iuris sibi quæsiti per transitum patris ad secunda vota, in proprietate eidem patri, ex successione filiorum obuenta, & ignorantia præsumitur ratione sexus, & minoris ætatis. glos. in auth. de incest. nupt. in verb. sciens. Vbi Ang. n. 10. Alex. qui in minore, consil. 126. num. 7. li. 7. Aym. cons. 192. no. 5. Becc. cons. 111. n. 14. & 15. & in specie nostra. Menoch. cõs. 237. nu. 28. cum seq. secundum quod fuisse iudicatum testatur Peregr. cons. 78. nu. 9. vol. 1. & idem Menoch. cons. 806. num. 23. Et certiorationem requiri in minore. Bald. in d. c. cum in iure. nu. 17. vers. & vnum scias. per glos. mag. in l. sciendum. vers. nam non præsumo. de verb. oblig. Idem Bald. in l. 2. in 4. quæst. in fi. C. de rescind. vend. Addent. ad Alciat. præsump. 42. num. 2. præsump. 82. num. 6. & 7. lib. 3. cum allegatis per Tiraquell. in l. si vnquam. in præfat. nu. 101. C. de reuoc. donat. & in specie nostra. Ias. consil. 53. sub nume. 3. vers. præterea. lib. 1. Menoch. conf. 990. num. 23. vers. nam respondetur primo. & nu. 24. quæ erat etiam necessaria respectu iuris, quod sibi competere dubitasset. Bartol. in l. fi. §. 1. nu. 1. C. de furt.

11 Nec certioratio probatur per illa verba certiorata, &c. quia illa clausula est restricta tantum ad beneficia minorum, & mulierum in genere, & nihil dictum fuit de morte filii primi matrimonii, nec quod pater illi successerit, nec quod per transitum ad secunda vota proprietate priuatus remanserit, & ideo decretum si fuisset interpositum, esset nullum. Bald. cons. 331. nu. 5. vers. Item non obstat. vol. 3.

12 Non obstat, quod solennitates non essent necessariæ, quia renunciatio erat iuris quærendi, cum nondũ esset acceptata deuolutio ob trãsitum patris ad secundas nuptias, ex late traditis per Tiraq. in l. si vnquam. in verbo donatione largitus, num. 80. cum seqq. & de leg. connub. glos. 5. nu. 31.

13 Quia cum ratio solennitatum requisitarum sit in statuto depressa, scilicet imbecillitatis sexus, & ætatis in minoribus, habet etiam locum in repudiatione iuris de futuro, quæ potest esse læsiua, vt tradunt in rub. C. de pact. Curt. iun. nu. 23. Alciat. nu. 33. & 34. Cagnol. nu. 32. vers. 3. conclusio. Bolognet. num. 53. vers. sed breuiter. Campeg. de dot. par. 1. q. 101. in fin. & tenet Bald. in l. pactum quod dotali. in fin. C. de collat. Castr. cõs. 171. col. 2. vers. item ideo. vol. 2. Tiraquell. de

de legib.connub.dicta glos.5.nu.32. in fi. & in statuto Brixiæ.Ias.cõs.53.num.4. in fi. & vol.1. & Mediolan.Lamberteng.glos.4.num.2.vsque ad fi.& in Constitutione Marchiæ.Boccac.ad illas glos.8.nume.21. & in alio simili statuto glos.ad statut.Bonon. de contract.minor. in verb.renunciare, & in verbo competituro,& in statuto Vrbis,de quo agitur. Gabr.consi.6. num.2.& seq.volum.2. Gratian. discept.forens.libro primo,c.132.numero 22.versi.quod magis, & nouissime Picus ad hoc statutum Gloss.8. numero quarto, 13.& sequen.

14 Renũciatio enim,seu repudiatio iuris futuri læsiua esse põt, & ideo minor restituitur in integrũ aduersus emolumentum amissum.l.non omnia.45. & ibi gloss. ff.de minor. Odd.de restit.in integ.par.1.q.4.art.11. in fi.& par.2.q.85.art.4.in fi. Et in proposito videtur cessare difficultas, quia agebatur de iure quæsito respectu portionum, in quibus Faustina ex propria persona successit fratribus, cum hæreditas præsumeretur adita per patrem nomine Faustinæ, ex quo possedit omnia bona per annos 14.ante renunciationem. Bar. cons. 129.nu.2. Castr.in l.getit.in fi.ff.de acq.hæred. & in l.cum in antiquioribus. nume.5.vers.certe.C.de iur.deliber.& de communi Ruin.consi.112.in vol.2. Alex. consil.20.libro 7. Natt.consi.74.num.10.Surd. decis.140.in princ. præsertim quia pater non poterat retinere bona spectantia ad Faustinam iure vsusfructus.Authen.de hæred.ab intesta. venient. §.si igitur defunctus.vers.si vero. auth.item hæreditas.C.de bonis,quæ liber.Ang.in §.præferuntur.nume.9. vers.& nota ad Tertull.

15 Minus obstat,solennitates non fuisse necessarias in renunciatione facta patri, in quo cessat præsumptio fraudis.Bald.in d.l.pactum, quod dotali.in fin. C.de collat.cum alleg.per Tiraquell.in præfat.dicta l.si vnquam,numer.26.& de legib.connub.dicta glos.5.numero 33.& de communi Gabr.de statut.conclus.2.numero 1.& 5. & allegantur decisiones Rot. Cresc.1.de donat. Sarnen.98.& 99.Caputaquen. decis.205 numero octauo,par.3.& Romana indemnitatis 20.Maij 1602.coram Reuerendissimo Attrebatensi, & alia de Calandriis 5. Martij 1604. coram Illustrissimo Lancellotto.

16 Nam hæc opinio non videtur tuta in Rota, vt in Bononiensi census,coram Reuerendissimo Lugdunẽsi 17.Martii 1608. & in Perusina nullitatis donationis 18.Aprilis 1608. coram Illustrissimo Lancellotto,& contrariam tenuerunt Gomes.in §.actionum. nu.29. Instit.de act. Boccac.ad Const.March.glos.3.n.137. in fin.cum pluribus per Tiraquell. in dicta præfat. l.si vnquam.§.27.& de legib.connub.dicta glos.5.n.34. & seqq. Tamen cum sit fundata in generali præsumptione confidentiæ,quam lex habet de patre, ad text. in l.patri pro filio.28.§.fi.C.quod & aduer.quos,qua ratione mouentur. Bald.& alii, qui cum sequuntur. Crescen.dicta decis.1.numero 2. vers.2. quia Rot.in dicta decis. coram Reuerendissimo Lugdunẽsi nõ potest sibi vendicare locum in terminis dicti statuti Vrbis,cap.151.quod non confidit de patre. Vult enim, quod si minor, vel mulier sit sub patria potestate vocentur coniuncti proximiores ex linea materna, vel in eorum defectum curator,& nihilominus præsentia patris interueniat, & sic vltra præsentiam requirit propinquos ex latere materno, vel curatore. Vnde si non confidit quando minor contrahit cum extraneo, multo minus quando cum ipso patre, cessante itaque ratione confidentiæ non potest habere locum dicta opinio vulg.l.adigere.§.quamuis. ff. de iure patronatus. Tiraquell.cess.cau. litera L. numero 130.litera S.numero 243.

17 Quæ cõfidentia magis cessat in patre, qui ad secunda vota transiuit, in quo præsumitur mutata affectio, qua etiam ratione à tutela remouetur. Bald.consi.96. numero primo,vers.secundo ratione,lib. quarto. Aymo.consilio 18.numero tertio,cum aliis per Menoch. consil.quinto,numero 31.vers.non obstat. Facit text. in l.lex quæ tutores.in fi.C.de administra.tut. & in §. mater.auth.de nupt. quæ licet loquatur in matre, eadem tamen ratio videtur militare in patre, qui superinduxit nouercam, de cuius delinimentis lex suspicatur l.4. ff.de inoffic. testamen. vbi not Odofr. Alber. Bart.& Ang. Curt.sen.consil.27.n.36.vers.tum quia, & cons.47.col.3.in prin.Card.Mantic.de tacit.li.12. tit.23.nu.13.

18 Cessare etiam videtur prædicta ratio in casu nostro,cum ex renunciationis tenore liqueat,illam factã fauore masculorum ex secũdo matrimonio procreandorum,& sic illorum amorem præponderasse, ita limitat dictum Bald. Dec. dicta l. pactum quod dotali. in fi.Gabr.de statut.dicta conclus.2. nu.6.Boccac.dicta gloss.3.numero 138 & decis. Cresc.prima. de donat. loquitur expresse in statuto.cap.150.de insinuand.donat.& in donatione paruæ summæ, vt declarat etiam Boccac. Vbi supra,numero 137.& Rot.in dicta Perusina coram Illustrissimo Lancellotto,quæ dicit prædictas decisiones non procedere, quando statutum requirit solẽnitates ad euitandas fraudes prout nostrũ.

19 Nec denique obstat, quod statutum non comprehendat renunciationes ob causam, quia contrarium colligitur ex verbis statuti volentis causam esse in scripti iudici expressam, insinuatam,ac plene cognitam, & ex identitate rationis, ne mulieres, & minores circumueniantur, in specie nostra Put.decisione 55.numero 7.libro 3.

20 Aliqui etiam ex Dominis aduertebant, deficere solennitates statuti,cap.150.de donat.quia dicta donatio non fuit insinuata per acta alterius Notarij, vt in eo disponitur, licet fuerit constitutus Procurator ad eam insinuandam. Nec præsumi potest,cum 30.anni non sint elapsi. Put.decisio.132.numero primo.in principio.& vers.nec obstat libro secundo, secundum nouissimam impress.Ant.de Canar.de insinuat. parte prima,quæstio.tertia, numero 7.& 8. Quod tempus generaliter requiritur in præsumendis solennitatibus extrinsecis,quæ requirunt scripturam. Ruin.consilio 69.numero 9.lib. primo,& alii latissime per Menoch.

libro

libro tertio. præsumption. centesima trigesima secunda. per tot.

21 Non obstat, quod donatio sit ob causam, & ideo in statuto non comprehensa, vt per Gabr. de donat. conclus. 1. num. 65. Menoch. cons. r. nume. 376. Quia supra ostensum fuit, vnam ex causis expressis esse erroneam, aliam vero minus sufficientem. Ex quibus fuit, vt supra decisum.

## R. P. D. VBALDO.

*Ferretrana Spolij. Veneris 12. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Spolium inducitur per sententiam iudicis nulliter producentis, & debet purgari.

### SVMMARIVM.

*Vnio beneficiorum arguitur ex eo, quod vnus plura retinebat. num. 1.*

*Testes de communi reputatione, & publica voce, & fama sufficiunt ad probandum cessionem. num. 2.*

*Reputatio communis in casu vnionis probat titulum coloratum, cum nemo dicat, vel probet contrarium. numero 2.*

*Enunciatiua antiqua probant vnionem. num. 3.*

*Visitatio Episcopi probat vnionem. num. 3.*

*Possessio rei conuenit super spolio probatur per sustentationem litis. num. 4.*

*Exceptio respiciens petitorium non admittitur possessorio spolij. num. 5.*

*Concil. Trid. de refor. sess. 7. cap. 6. quomodo intelligatur. num. 5.*

*Spolium quantumuis iudiciale debet purgari, si iudicium fuit nulliter agitatum. num. 5.*

*Iudex nulliter procedens spoliat. num. 5.*

## DECISIO DCCXXIV.

1 FVit resolutum pro Informante videlicet intra re spolium ad fauorem Rectoris Ecclesiæ Parochialis, seu Plebaniæ Sancti Stephani Montis Gelli, pro recuperatione Ecclesiæ, seu beneficij Sancti Marini, de quo agitur. Nam de primo extremo in spolio requisito, videlicet, quod dicta Ecclesia, seu Plebania Sancti Stephani possederit dictam Ecclesiam Sancti Marini, tanquam membrum sibi vnitum, vel annexum, satis videbatur constare ex testibus deponentibus, quod tres immediati Rectores Vespasianus, Scipio, & Hieronymus antecessores moderni Rectoris possederunt vtramque Ecclesiam, quod est signum, seu potius demonstratio vnitatis, cum alias duæ Ecclesiæ vni non fuissent committendæ personæ, vt in terminis arguit Oldrad. cons. 296. incipien. de iure D. Guilielmini. numero primo, & secundo.

2 Quod potius procedit in hoc casu, cum ijdem testes deponant, quod prædicti Rectores Sancti Stephani vti tales possederunt etiam Ecclesiam Sancti Marini. Accedunt testes de communi reputatione, & de publica voce, & fama, quod istæ duæ Ecclesiæ essent simul incorporatæ, & vnitæ, & quod vna esset membrum, & de pertinentijs alterius, qui etiam sufficerent ad probandum vnionem. Felin. cons. 20. nume. 16. & 21. Rebuff. in prax. in tit. de vnion. benefic. nume. 35. Verall. decis. 347. num. 4. par. 3. Et fuit dictum in Tirasonen. Parochialis. 16. Iunij, anni prædicti, coram R. P. D. meo Andrea. Et hæc communis reputatio præbet titulum coloratum in hac materia, cum nemo sit qui dicat, vel probat contrarium, vt per Felin. d. cons. 2. num. 16. & 17. Bal. in l. indicia. in 4. quæst. nũm. 5. C. de rei vendicat.

3 Concurrunt etiam enunciatiuæ duorum instrumẽtorum de anno 1551. & 1569. cum alijs enunciatiuis in commissione, & mandato de manutenendo per tũc Rectorem a Rota obtento de anno 1543. In quibus enunciantur dictæ Ecclesiæ ad inuicem vnitæ, & annexæ, ex quibus probari videtur vnio. Put. decisione 209. lib. 2. Verall. decis. 344. par. 3. Seraph. decisione 1272. in princ. par. 2. Et fuit dictum in vna Tirasonẽ. Iuris præsentandi. 22. Iunij 1588. coram Bubalo, & in dicta Tirasonen. Parochialis, coram D. Andrea, & demum difficultatem remouere videbatur visitatio Episcopi de anno 1566. In qua asseritur, istam Ecclesiam Sancti Marini esse annexam dictæ Ecclesiæ, seu Plebaniæ Sancti Stephani, prout huiusmodi visitationem ad hunc effectum considerauit Rota, coram Seraphin. in d. decis. 1272. num. 3. Quod autem Hippolytus sit modernus Plebanus Ecclesiæ Sancti Stephani, deponunt testes, qui fuerunt dati in Summario. numero 7.

4 De secundo vero extremo, nempe de possessione Iacobi aduersarij dictæ Ecclesiæ Sancti Marini constat, Tum ex sustentatione litis. Capuraquen. decis. 369. parte secunda. Et fuit dictum pluries, & decisum, tum ex pluribus testibus hoc deponentibus, vt in Summario. num. 8.

5 Non obstat, quod Iacobus prætendat possideri Ecclesiam Sancti Marini vigore alterius vnionis factæ Ecclesiæ, cuius ipse est Rector, quia vltra quod de dicta vnione nihil constat in actis, & cuius discussio respicit petitorium, & ideo non admittenda in hoc iudicio. Mohedan. decisione decima. in fine. de restitutio. spoliator. Respondebatur etiam, eam non potuisse fieri, nisi vocato Plebano dictæ Ecclesiæ Sancti Stephani, qui erat in possessione Ecclesiæ Sancti Marini, tanquam annexæ, vt per Sact. Concil. Trident. de reformat. sessione septima. capit. sexto. Et ideo quantumuis spolium fuisset iudiciale, veniebat tamen ante omnia purgandum, ex quo iudex nulliter processerat nõ citato possessore. Gabriel. de restitutio. spoliator. conclusione prima. numero centesimo, vigesimo quinto. Menochius de recuperand. remed. 8. numero tertio.

Aym.

Aym.consilio 140.sub numero secundo. Roland.consilio sexto,numero 12.& sequen.libro secundo. Surd. consilio 168.num.26.& consil. 189. num. 30.libro 2. Et ita fuit decisum,&c.

R. P. D. BVRATTO.

*Romana Domorum de Roncionibus. Mercurij 14. Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur pro validitate adiudicationis, & an mandatum de adiudicãdo habeat vim adiudicationis, & an adiudicatio possit fieri per verba futuri temporis, & an intimatio decreti adiudicationis, & illius reproductio sit necessaria, vbi iudex mandauit illud intimari, & an ante talem intimationem dilatio dicatur perfecta.

*SVMMARIVM.*

*Adiudicatio habet vim emptionis, & venditionis, & iisdem terminis regulatur. nu.1. Vbi quod in ea debent interuenire requisita venditionis.*

*Venditio de sui substantia requirit rem, pretium, & consensum. num. 1.*

*Pretium in venditione debet esse certum. nu.2.*

*Adiudicatio requirit certitudinem crediti. nu.2.*

*Liquidatio crediti debet pracedere adiudicationem, seu dationem in solutum. nu.2.*

*Adiudicatio facta pro concurrenti quantitate crediti ante liquidationem dicitur incerta, nec ex ea transfertur dominium. nu.2.*

*Consensus requisitus in emptione, & venditione debet praestari per verba de praesenti, non autem per verba de futuro. num 3. Vbi quod non sufficit si venditor dicat, vellem vendere rem meam, & emptor respondeat vellem emere.*

*Adiudicatio dicitur nulla defectu consensus, vbi fuit facta per verba obtinuit mandari adiudicari. n.3. & n.4. & late nu.5. Vbi etiam de stylo.*

*Verbum praeteriti imperfecti prasens imperfectum significat. numero 3.*

*Mandatum de adiudicando non est adiudicatio. nume.4. & numero 7.*

*Sententia non transfert dominium, vel quasi, nec possessionem, nisi subsequuta traditione. nu.4.*

*Factum iudicij reputatur factum partis. nu.5.*

*Stylus quando respicit ordinatoria iudicij, potest index de eo se extraiudicialiter informare. nn.5.*

*Dominium transfertur absque traditione, vbi quis est iam in possessione. num.6.*

*Mandatum de vendendo, non est venditio. nu.7.*

*Mandatum ad obligandum non est obligatio. nu.7.*

*Contractus consistit in vltimo puncto, & instanti conclusionis, a quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata. numero 7.*

*Actum nihil dicitur, donec aliquid remanet agendum. numero 7.*

*Actus non dicitur perfectus, donec est partim factus, & partim non. num.7.*

*Intimatio debet fieri, vbi iudex mandauit decretum intimari. num.8.*

*Intimatio vbi fit de mandato iudicis, debet ante executionem actus reproduci, vt index de illa certus fit. numero 8.*

*Intimatio decreto iudicis solet fieri ad effectum, vt pars deducat, si quid releuans habet, & tunc index, vel reponat, vel mandet supersederi. nu.9.*

*Adiudicatio vbi est consummata, nil aliud a iudice est agendum. num. 9.*

*Adiudicatio non dicitur consummata ante intimationem decreti adiudicationis faciendam de ordine iudicis, & illius reproductionem. nu.9.*

*Fructus pignoris computantur in sortem. nu.10.*

*Clausula constito de assertis facit iurisdictionem conditionalem, ita vt index nil possit, agere, nisi iustificatis narratis. nu.10.*

*Adiudicatio non debet fieri vbi adest oblatio alterius. numero 11.*

*Oblator in subhastatione citandus est ad faciendum depositum de summa oblata. nu.12.*

DECISIO DCCXXV.

In hac propositione, an esset recedendum a decisis sub die 9. Februarij præteriti, fuit nouiter dubitatum, an constaret de adiudicatione in solutum domorum, de quibus agitur, facta Roncionibus, quæ præsupposita fuit in præcedenti resolutione, & de sola validitate tunc dubitatum, & Domini de illa non constare vnanimiter tenuerunt. Ea enim deducitur ex quodam Decreto Reuerendissimi Domini Attrebatensis facto sub die 20. Februarij 1609. per quod mandauit adiudicari dd. de Roncionibus bona in exequutione capta pro quantitate eorum crediti iuxta formam statutorum Vrbis.

1 Quod tamen Decretum Dominis visum fuit non sufficere ad probandam dictam adiudicationem, quia cum illa habeat vim venditionis, & emptionis, & eisdem terminis, & regulis metiatur l.eleganter. in principio. Vbi Bartol. Bald. & Castren.ff.de pignor.cum alleg. per Tiraquell.de retract. consanguin. §.primo, glos.14.numero duodecimo. Rota decisione 662.numero quinto, par. prima diuers. Venditio autem de substantia requirat rem, pretium, & consensum. §.primo. Institu.de empt.& vendit. vt possit dici facta adiudicatio deberet ostendi, hæc omnia interuenisse, vt sentit expresse Socin.iun.consil.47.numero septimo, in fin.lib.2. in proposito vero apparet, & pretium, & consensum defecisse.

2 Nam quo ad pretium sicut in venditione, & emptione non solum est necessarium, sed etiam illius certitudo.

titudo.§.pretium. Institu.eod.Mant.de tacit.libro 4. tit.19.numero 15.ita in datione in solutum, creditũ, quod est pretium rei adiudicandæ,debet esse certum. Ancharan. Regien.quæst.famil.28. numero tertio,libro primo.Surd.consilio 225.numero 9.iu fi. volu.2. Et ideo necessaria erat liquidatio quantitatis crediti in his terminis. Bald.consilio 122. sub numer.primo, vers.& inter alia.lib. tertio, & dixit Rota in Romana Vineæ.24.Octobris 1605.coram Reuerendissimo Bononieñ.& in Romana pecudum. 14. Nouemb.1611. coram Reuerendo Patre Domino meo Caualerio. Et hinc etiam infertur defectus rei datæ in solutũ, quia cum domus adiudicatæ fuerint pro concurrenti quantitate crediti,ante illius liquidationem,& declarationem portio in solutum data fuit incerta,& cõsequenter non fuit translatum dominium. Ruin.consil. 136. num.8.lib.1.

3 Quo vero ad consensum defectus patet,quia adiudicatio non fuit facta per verba importantia consensum de præsenti, sed de futuro ( vbi obtinuit mandari adiudicari ) tamen requiruntur verba de præsenti, sicut in emptione, & venditione. l.prima,& secunda. ff.de contrahen.emptio.l.tertia. C.eodem. Thessaur. decis.334.numero quinto & sexto. in fin. adeo vt nõ sufficiat, si dicam vellem tibi vendere rem meam pro decem, & tu respondeas, vellem illam emere pro decem, quia ponitur verbum præteriti imperfecti, quod imperfectionem significat. glos. magna in l. vendentes.in fin.vers.& quod si dicam. C. de contrah.empt. & ibi Odofr.in fin.vers.quæritur tunc. Cyn.numero quinto. Bald. in 6.quæstio. numero 27. & transeunt communiter Doct.vt ibi testatur Saliect.numero vndecimo.Fabian.de Mont.de emptio. & vendit. quinta quæst.principali. numero quinquagesimo primo. Bartol.in l.serui electione.quinta, in principio,numero quarto, in fi.vers.quandoque actus. de leg.primo. & ibi Bald.numero decimo tertio, versic.per gloss.tamen facit Cardin.Mant.de tacit.libro quarto,tit.tertio,numero 15.

4 Ita in adiudicatione erat necessaria, ex regula supra firmata, & in specie nostra ponderanda sunt verba text.in l.a Diuo Pio. 15.§.si pignora. ff.de re iud. quæ sunt præsentis temporis ibi, vt addicantur, & gloss.ibi exponit,id est dentur in solutum, & Odofre. Alber.& Bartol. qui omnes expresse sentiunt adiudicationem fieri per verba de præsenti, & sequuntur Castr.in princ.versic.& prædicta, qui ponit verba sententiæ adiudicationis temporis præsentis, prout ponit etiam Hercul ibidem.numero secundo. versicul. & prædicta procedunt,& idem sentiunt DD. in l.ordo. C.de exequut.rei iudicat. Vbi Bald.in princ. versicul.& est quinta.Salicet.versicul. ad hoc aduerte, & in l.penul.& fin.C.si in caus.iudic. faciunt verba tex. in § final.institut.de offic.iudic.ibi, quod autem istis iudicijs adiudicatum fuerit,id statim eius fit,cui adiudicatum est,& in l.secunda.iu fi.& in l.tertia,& quarta.ff.fin.regund. Per sententiam enim non transfertur Dominium,vel quasi,nec possessio,nisi subsequuta traditione. glos. final. in dicto §.final. institut. de offic.iudic.l.sciendum.§.si fundum.ff.qui satisd. cog. Bartol.& alij in l.ex hoc iure.ff.de iustit.& iure. Alexand.consilio quarto.numero quarto.volumine quinto.& in terminis nostris, quod mandatum de adiudicando non inseruiat pro adiudicatione, nisi doceatur de effectuatione subsequuta,fuit dictum coram Reuerendo Patre Domino meo Caualerio,in dicta Romana pecudum.14.Nouembris 1611.

5 Idque etiam comprobatur ex stylo, qui inoleuit, faciendo huiusmodi deliberationes, & adiudicationes post decreta de consignando ad effectum subhastandi, & de adiudicando, nam expediuntur mandata directa cursoribus,vel exequutoribus de deliberando,& adiudicando, qui deinde in illorum exequutionem deliberant, & adiudicant fungentes vice partis, iuxta l.primã.C.si in caus.iudic.& quidem per verba præsentis temporis, & super eo fiunt publica instrumenta, cum suis clausulis, post quæ sequitur traditio, vel apprehensio possessionis, vt ex attestatione Magistri Cursorum ex fide plurium decretorum, & mandatorum datis pro parte Domini Ducis de Comitibus, quæ visa fuerunt Dominis sufficientia pro informatione styli, de quo potest iudex, cũ respiciat ordinatoria se extraiudicialiter informare. Alexand.in l.dies cautioni.§.hoc autem. numero vigesimo sexto.ff.de damno infecto.cum aliis per Osasch.decis.22.num.versic. nec etiam,& 17.& Rota in Rota de Pinis. 27.Ianuarij 1614.coram Reuerendiss.Damasceno.

6 Non obstat, quod Roncionibus iam in possessione domorum existentibus ante decretum adiudicationis, traditio necessaria non fuerit ad translationem dominij in ipsos.l.qua ratione. §.interdum.ff.de acq. rerum dom. Abb.in cap.ex literis.numero decimo tertio.de consuet.& consequenter opus non fuerit, expeditione mandati de deliberando, & actuali adiudicatione per Cursorem in illius exequutionem faciendam.

7 Nam respondetur, quod hæc erant necessaria ad acquisitionem tituli, & translationem Dominij, ad quam non sufficiebat simplex illud decretum iudicis mandans adiudicari, quod propterea vim actualis adiudicationis obtinere non potest, cum mandatum de adiudicando non sit adiudicatio, sicut mandatum de vendendo non est venditio. l. quod sæpe. 25. § si quis amico.ff.de contrabend.emptio. Boer.decisione quadragesima octaua.numero decimo. Et fuit dictum in Pacensi Pensionis,decima Decembris. 1594. corã Cardinale Pamphilio, etiam ad obligandum non esse obligatio cum alijs pluribus exemplis relatis per Ancharan.consilio vigesimooctauo, in fin.& per Alexã. consilio 72.numero 9.libro tertio.& per Tiraquell.de retract.conuent. in fin. numer. quadragesimo primo, & sequentib. & his terminis tenuit Rota in dicta Romana pecudum, coram Reuerendo Patre Domino meo Caualerio. Contractus enim consistit in vltimo puncto, & instanti conclusionis, a quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata.l.contractus. 17.ff.de fide

fide instrument.& ibi Bartol.numero quatto. Salicet. quæstione quinra,iu fine.Fulgof.numero 5.Castren. numero 7.Rot.decisio.756.numero 8.parte 1.diuerf. & faciunt vulg.regulæ,quod nihil dicitur actum, donec aliquid superest agendum.l.cum Syllanianum.in fine. & ibi Baldus numero secundo. C. ad Syllanianum, & actus non dicitur perfectus, quando est partim factus, & partim non. l. secunda. ff. de origine iuris.

8 Secundo principaliter moti fuerunt Domini, quia iudex mandauit dictum decretum intimari. Et ideo nō solum debuit fieri intimatio iuxta decis. Put. 168. libro primo, in nouiss. Sed etiam reproduci ante adiudicationem,vt iudex de illa certus esset. Bart.& Bald. in l.multum interest.in fin.ff.de condi. & demonstra. cum alleg.per Vant.de nullit.ex defect.cit.num. 146. & in Imolensi,seu Fauerin.bonorum 16. Maij 1594. coram bonæ memoriæ Litta. Seraph.qui pro nullitate subhastationis decisione 1100. numero uono. Et tamen reproductio fuit facta vigesima quarta Nouembris 1614. & sic fere per quinquennium, post decretum adiudicationis factum vigesima tertia Februarij 1609.

9 Præterea ex hoc defectu reproductionis intimationis corroboratur imperfectio adiudicationis. Nam cum ordo intimandi fiat, vt pars deducat, si quid releuans habet, & tunc iudex, vel reponat, vel mandet supersederi, vtique id facere non posset, si per illud simplex mandatum de adiudicando esset consummata adiudicatio, cum nihil aliud expectet,dicta l.a Diuo Pio. §. si post aditum. Vbi post Bartol. Cuman. Imol. Alexand. in primo. & Ias.in secundo not.& sic ne intimatio sit superflua, & deseruiat de vēto, quod absurdum esset, dicendum est, iudicem non habuisse pro perfecta, & completa adiudicatione ante notitiā intimationis exequutæ,& sic ante reproductionem illius in actis factam.

10 Tertio mouebantur,quia non constat, calculatas, & deductas fuisse pensiones per Ronciones ante decretum mandati de adiudicando perceptas, prout erant deducendæ tanquam ex pignore habitæ,& deductas fuisse, narratum fuerat in commissione, cuius vigore Reuerendissimus Attrebatēsis processit ad decretum prædictū,quæ cum signata esset, adiecta clausula, constito de assertis, iurisdictio iudicis erat conditionalis, nec poterat procedere,nisi iustificatis narratis. Socin.consilio 99.numero decimo, libro tertio. Paris.consilio 41.numero decimo quarto,& cons.45. numero quinto,cum sequen.libro quarto. Rolan.consilio 65.numero 20.cum sequentib. libro tertio. Put. decisione 275.numero primo,libro secundo,in nouis. Et quidem per veras probationes.l. Lucius. 82. ff.de condi.& demonstrat. Bellam.decis.471. Felin.in tubric.de probat.sub numero tertio. Rota in Leodiensi prætensi census.29.Iunij 1596.coram Orano,& alias passim.

11 Quatto,nonnullis ex Dominis visum fuit subsistere motiuum,alias deductum contra validitatem adiudicationis ex oblatione Guarnaccioni Scutorū 2000. quæ non fuit conditionalis, nec pro minori summa crediti, nec extra terminum,vt aliæ,& ideo impediebat dationem in solutum.l.prima. C.si in causam iud. ibique Salicet.& Fulgos.l.a Diuo Pio.§.si pignora.in princip. ff. de re iudic. Rot. in decisione in hac causa, quinra Decembris 1608. coram Reuerendissimo Attrebatensi.

12 Nec fuit intimatio facta Domino Duci ad deponi faciendum, quia cum esset ipsi oblatori ius quæsitum,Bartol.in l.licitatio.numero 4. ff.de public.& in l.si tempora.numero tertio, & quarto. vbi Io.de Plat. numero secundo.C.de fide instrumeut.lib. 10. illi facienda est citatio, & intimatio, ad Bartol.dicta l.licitatio.& in specie dixit Rot.in Romana nullitatis subhastationis 6. Februarij 1604.coram Litta. Et ex his, & alijs fuit ita conclusum,&c.

## R. P. D. VBALDO.

*Aurien. Parochialis de Breues. Lunæ 15. Iunij. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Gratia si neutri pro sui validitate quæ requirat,& ex quibus illius requisita probentur, & quando præscriptio per litem interrumpatur.

### SVMMARIVM.

*Gratia si neutri, vt suffragetur, debet vltra litem verificari per impetrantem, & gratiam producentem, duplex conditio, scilicet quod beneficium vacet, & neutri ius competat. num. 1.*

*Confessio facta in precibus probat. num. 2.*

*Gratia si neutri pendet a futuro litis euentu, & antequam operetur effectum suum, debet expectari dictus euentus. nu. 3.*

*Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi dicitur ualide præsentatus. nu. 3.*

*Præsentatio acquirit ius considerabile ipsi præsentato. numero 3.*

*Ius patronatus probatur ex actibus per partem pendente lite gestis, quamuis attentatis. nu. 4.*

*Ius patronatus probatio non inualidatur ex lite, quæ fuit super eo, quisnam ex præsentatis esset instituendus. numero 5.*

*Præscriptio non interrumpitur per litem, quando litem intentans succubuit. nu. 6.*

*Præscriptio non interrumpitur per oppositionem factam per uiam exceptionis. nu. 6.*

DECI-

## DECISIO DCCXXVI.

1 FVit dictum, gratiam si neutri nouissime a Petro Femanelez impetratã illi non suffragari, quia ad effectum, vt dicta gratia suffragetur, debet verificari vltra litem duplex cõditio, videlicet, quod Beneficium vacet, & quod neutri ius competat. Put.decis.48. nu.4.lib.1.Achill.decis.1. de præben. Rota decis.24. & ibi additio.num.3.de rescr. & decis.1.de sequestr.poss. & fructu.in nou. Verall.decis.42.num.3.par.2.& fuit decisum in vna Bracaren. Parochialis. de Moreiza 8.Martij.1602.coram bon. mem.Iusto, & in Pampilonen. Parochialis de Ianzi. 13.Iunij 1603.coram Reuerẽdo Patre Domino meo nunc Decano, quę conditiones debent verificari per agentem, & gratiam producentem, vt fuit decisum in Mediolanen. Præpositurae 28.Iunij 1589.coram bo. mem. Cardinali Platto.

2 In proposito vero licet admittatur vacatio, & lis, & non ius Petri, qui gratiam impetrauit, sit clarum ex ipsius confessione, in impetratione gratiæ, ad l. cum precum. C.de liber.caus.tamen non ius Domini Lupi collitigantis videbatur Dominis non probari. Nam quatenus primo deducitur ex inualiditate ipsius non probatur, immò potius constat de eius iure ex sententia Rotali præcedente decis. sub die 8. Nouembris 1613. corã Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo, quæ sententia etiam trãsijt in iudicatum, quo ad ius Lupi, & contra Ioannem Condal aduersarium.

3 Et quamuis hodie reuocetur in dubium, tamen non ideo est locus gratiæ si neutri, quia cum illa pendeat à futuro litis euentu, iuxta cons. Gemin.79. nu. 7.vers.ad dubium.antequam operetur effectum suũ, debet prius expectari dictus euentus.Put.decis.433. num.1.lib.1.Et cum Lupus fuerit pręsentatus a Procuratore Antonij, qui erat in quasi possessione præsentandi vsque de anno 1586. in quo præsentauit Dominicum Salgado per cuius obitum nouissime vacauit Parochialis, de qua agitur, non potest dubitari de validitate præsentationis iuxta trad. per Abb.& alios in c. consultationibus de iure patr. Rot.in Baren.beneficij prima Iulij 1611. cora me, & alias sæpe, adeo, vt ex dicta præsentatione fuerit acquisitum Lupo ius considerabile. Host. in c.cum Bertholdus. col. 2. de re iud.Rot.apud Seraph.decis.1238.num.4.& in eadem causa decis.1274. num.1.pat.2. nec obstant testes deponentes de morte Antonij, quia illis optime respondetur in dicta decis.Domini mei Manzanedi, quæ Dominis etiam hodie placuerunt.

4 Secundo deducitur non ius Lupi ex defectu iuris patronatus, quem tamen non obstare Domini dixerunt. Quia immò donatio facta Antonio, & alijs, fuit confirmata authoritate Apostolica, & eius effectuatio probatur ex dicta præsentatione facta a Procuratore Antonij de Dominico Salgado cum institutione subsecuta ab ordinario, vt in summario Lupi nu.5.& 6. & in hac vltima vacatione nunquam fuit controuersum ius patronatus, immò ad præsentationem quorumdam patronorum fuit ab ordinario institutus Ioannes Condal, & ipsemet Petrus semper magnificauit dictum ius patronatus, obtinendo etiã cessionem iurium à dicto Ioanne, & sententiam fauorabilem à Reuerendissimo Domino Nuncio, & postea etiam subrogationem a Sede Apostolica. Quæ licet fuerint attentata tanquam gesta, lite pendente, vt iam Rota resoluit, tamen sat est, quod ius patronatus ex prædictis controuerti non potest.

5 Nec subsistit, quod debeat deduci tempus litis, quæ fuit de anno 1586. inter Dominicum Salgado, & Gartiam, quia dicta lis non fuit super iure patronatus, sed tantum super eo, quisnam ex præsentatis esset præferendus, & ideo dicta lis magis probat statũ iuris patronatus ex approbatione vtriusque partis, & contradictio ex alio capite, quàm defectus iuris patronatus magis illi fauet, quàm nocet. Rot. apud Seraph. decis.1432.nu.7. vers.nec obstat protestatio. par.2.

6 Nec etiam subsistit, litem fuisse inter fiscum, & Lupum post mortem Dominici Salgadi, & ideo esse deducendum tempus dictæ litis, tum quia illa non interrupit aliquod tempus, ex quo fiscus succubuit, & fuit pronunciatum pro iure patronatus canonizando donationem factam Antonio, & vocatis post illum. Felyn.in cap.illud num.17.de præscr. Rot.diuers.decis.534. num.6. par. 1. Tum quia lis non fuit contestata, & fiscus nihil opposuit de libertate beneficij, & fuit solum citatus pro suo interesse, vt in similibus casibus fieri solet, & vbi etiam aliquid opposuisset, lis huiusmodi per viam acceptionis non interrupisset, d.temporis spacium. Felyn. in d.c.illud num.12. de præscript. Innoc.in c. 2.num.10.de ord. cogn. cum alleg. per Informantes. Ex quibus fuit conclusum, gratiam si neutri Petro non suffragari.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Ciuitatis Castelli, seu Romana Sequestri. Luna 15. Iunij. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Sequestrum vt concedatur, debet probari timor dilapidationis, & quomodo probetur dilapidatio, & an sequestrum cessante suspicione dilapidationis sustineatur in vim inhibitionis de soluendo.

### SVMMARIVM.

*Sequestrum vt obtineatur debet inter alia probari suspicio dilapidationis. num.1.*

*Dilapidationis suspicio quibus modis probetur. num.2. Vbi remissiue.* 3

*Dilapidatio non probatur ex eo, quod ab aliquo non fueris reddita ratio pecuniarum ad ipsum peruentarum. num.2.*

*Dilapidatio vt probetur probatio debet esse necessaria. num.2.*

*Dilapidatio probanda est per actus extrinsecos venditionum, & alienationum. num.9.*

*Administrator non dicitur debitor antequam rationem reddiderit, quia potest in redditione rationis creditor remanere. num.3.*

*Appellationi vnius potest altera pars adhaerere. numero 4.*

*Sequestrum cessante suspicione dilapidationis sustinetur in vim inhibitionis de soluendo vigore hypothecae. nu.5. Vbi remissiue.* 4

*Dic procedere respectu creditoris inhibiti, qui nisi inhibitioni pareat, male soluit, secus respectu debitoris illius, qui inhibitionem obtinuit. num.5.*

*Inhibitio de soluendo habet vim sequestri, & est permissa, quando fit in exequutionem iudicati. num.5.*

## DECISIO DCCXXVII.

1 Domini steterunt in resolutione facta 30. Martij praeteriti, videlicet sequestrũ obtentũ à Domino Iulio super sorte, & fructibus census, de quo agitur, reuocandum esse ad fauorem Dominae Franciscae respectu fructuum ex rationibus, de quibus in decisione. Primo quia Dominus Iulius non docuit Dominam Franciscam esse suspectam de dilapidatione, quod est vnum ex requisitis necessarijs ad obtinendum sequestrum ex alias allegatis, & est text. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appell. in l. si cum dotem. §. si autem, vers. si verò dotem. ff. solut. matr. glos. in l. vnic. C. de prohib. seq. & in c. dilectus. in verbo sequestrari. de sequestr. pos. & fruct. Mynsiger. cent.2. obser.11. num.4. & est decis. Guid. Papae. 246. in princ. vers.4. requiritur. Apostill. ad Papien. in forma sequestri &c. in vers. latam sententiam.

2 Haec enim dilapidationis suspicio probata nõ fuit modis, de quibus per glos. in l. si fideiussor. §. fin. in verbo officium. ff. qui satisd. cog. & Gayl. li.1. obseru. 148. num.7. sed deducta solum ex eo, quod plures, & notabiles summae pecuniarum, nec non & bona administrata ad manus Dominae Fráciscae peruenerint, quorum non fuit reddita ratio. Quod concernit iudicium administrationis, & solum cõcludit Dominam Franciscam debitricem, non autem dilapidatricem, vel malam consumptricem huiusmodi bonorum, & pecuniarum. Et ita probatio nõ est necessaria, prout esse deberet, vt de testibus super dilapidatione. Alex. cons.72. nu.11. in principio. Illa enim probanda est per actus extrinsecos venditionum, alienationum, & similium Bart. in l. si constante. num.15. in fin. & ibi Ias. num.157. ff. solut. matrim.

3 Imò ista probatio neque etiam concludit debitũ, cum dicta Francisca solum teneatur ad rationem reddendam, in qua docere potest versionem in vtilitatẽ filiorum, & creditricem se remanere. Anch. in consil. 235. nu.1. ad fin. vers. praeterea propter incert. Alex. consil.192. nu.2. ad fin. lib.7. Neguś. de pignor. par. 5. memb.1. num.37. Cephal. consil.768. num.14. & consil.769. num.11. in 5. Fachin. controu. iur. lib.8. cap.58. vers. sed hoc fundamentum, & firmauit Ror. 2. Iunij 1614. in Romana praetensi spolij, coram R. P. D. meo Verospio, & eadem die in Romana pecuniaria coram me. Quae etiã satis verisimilia visa fuerunt, stante sententia Auditoris Camerae absolutoria dictae Franciscae à dicta redditione rationis.

4 Secundo, quia dicto Iulio fuerat cautum per fideiussorem datum à dicta Francisca in susceptione tutelae, ex allegatis in decisione. Nec constat de allegata dicti fideiussoris decoctione, & sequestrum non fuit ex hoc capite obtentum, sed tantum pro redditione rationis administrationis tutelae. Non obstat acceptatio decreti reuocationis sequestri sub obligatione dictae Franciscae, & dictae Octauij de stando iuri, & iudicatum soluendo. Quia placuit responsio, quod cum dictus Iulius decreto non acquieuerit, sed ab eo appellauerit, potest dicta Francisca adhaerere illius appellationi, iuxta text. in l. ampliorem. C. de appellat. Alex. cons.183. num.4. lib.6.

5 Minus obstat consilium Paris. 107. à num. 61. ad 86. lib.3. vbi voluit, cessante suspicione dilapidationis sequestrum sustineri in vim inhibitionis de non soluendo vigore hypothecae, iuxta l. nomen. C. quae res pignori. Istud enim procedere potest respectu debitoris inhibiti, qui tenetur inhibitioni parere, alias male soluit, & ita loquitur textus in l. fin. ff. de leg. Commiss. ibique Bart. & Bald. Idem Bart. in l.1. nu. 27. quaest.11. ff. de nou. oper. nunc. qui à Paris. citatur. Sed respectu debitoris illius, qui inhibitionem obtinuit, non reperitur immutata regula prohibitiua sequestri, vbi cessat dilapidatio, vel eius suspicio, & vbi est cautum creditori, ex supra, & in decisione allegatis. Et inhibitio de soluendo habet vim sequestri, & permissa est, quando fit in exequutionem iudicati. Bald. in l. fin. in fin. de sequestr. poss. & fruct. Alia per dictum Iulium deducta visa fuerunt responsione non indigere, cum non pertineant ad punctum. Et ideo ex his Domini steterunt in decisis, vt supra, videlicet sequestrum esse reuocandum respectu fructuum Census, & ita dixerunt referendum Dominis Senatori, & Capitaneo Appellationum, quorum prudentiae, & arbitrio se remiserunt circa petita, per dictum Iulium, & praesertim An sit prospiciendum indemnitati dictae Franciscae, ita vt ista pecuniarum summa, de qua agitur, quae (vt supponitur,) est notabilis, cedat illius commodo. &c.

R.P.D.

R. P. D. BVRATTO.

*Valentina Canonicatus, & Sacristiæ. 15. Junij 1615.*

ARGVMENTVM.

Contradictor legitimus quis dicatur ad retardandam Breuis exequutionem, & quando productio tituli post sententiam impediat immissionem, seu exequutionem.

*SVMMARIVM.*

*Clausula non tamen à nobis prouisis præferuat prouisos à Papa. num. 2. Vbi siue fuerint bene siue male prouisi.*
*Exceptio oriens ex ventre Breuis nunquam censetur exclusa, sed admittitur etiam si requirat altiorem indaginem. num. 2.*
*Contradictor legitimus dicitur ad retardandam Breuis exequutionem, qui habet parem gratiam Apostolicam. num. 3.*
*Contumax qui produxit titulum post sententiam non impedit immissionem. num. 4.*
*Declara, quod contumax qui est legitimus contradictor impedit immissionem, quando comparet re integra scilicet ante immissionem licet post iussum de immittẽdo, & ad purgandam contumaciam fuit admissus. nu. 4.*
*Contumax verus de stylo Rotæ admittitur etiam post decendium ad appellandum. num. 5.*
*Exequutio vt retardetur, & vt in ea supersedeatur, sufficit leuis fumus, vbi præiudicium non est considerabile. num. 6.*
*Contradictor legitimus quis dicitur, etiam si gratia ipsius non sit iustificata, dummodo adsit summaria & apparens probatio. num. 7.*

DECISIO DCCXXVIII.

1 COmmissa mihi in Rota causa Appellationis Gasparis, à sententia Auditoris Cameræ lata ad fauorem Petri Ioannis à Sanctissimo Domino Nostro Prouisi super exequutione Breuis de capiẽda possessione Canonicatus, & Sacristiæ, de quibus agitur, cũ clausula Parito Breui Arbitrio Rotæ: dictum fuit per Dominos, eidem Arbitrio locũ esse ad retardãdam dicti Breuis exequutionem. Habet enim clausulam Amotis &c. non tamen à nobismetipsis Prouisis &c. Quæ præseruat Prouisos à Papa, (qualem se prætendit Gaspar ex duabus Gratijs Apostolicis per eum exhibitis) Rot. decis. 711. nu. 1. par. 3. lib. 3. diuers. & in vna Salamantina beneficij 15. Ian. 1596. coram Corduba, & in alia Vicentina beneficij 22. Iunij 1599. coram Littá. siue fuerint bene, siue male prouisi. Rot. decis. 723. nu. 1. vers. conclusum fuit. dicto lib. & par. 3. diuers.

2 Et ista exceptio, vti oriens ex ventre eiusdem Breuis, nunquam censetur exclusa. Bart. in l. eum qui ita §. qui ita ff. de verb. oblig. & in l. 1. §. & partui. nu. 5. ff. quod vi, aut clam Bald. in auth. præsente, in primo notab. C. de fideiuss. & in l. bonæ fidei in fin. C. de pact. cum pluribus per Fely. in c. ex parte il 2. vers. decimo fallit. de off. deleg. Cassad. decis. 10. per tot. de rescrip. & in specie de exceptione, oriente ex eodem Breui, Cardinalis Seraphinus decis. 980. num. 13. Sed admittitur etiam si altiorem requirat indaginem Castr. conf. 270. nu. 3. vers. allegata verò, lib. 2. Surd. consil. 186. nu. 22. in 2. Idem Seraph. decis. 430. nu. 5. Et facit doctrina Bart. in l. si ita scriptum nu. 2. ff. de leg. 2. Vbi de exceptione ademptionis legati resultante ex eodem, vel diuerso testamento.

3 Imò etiam sine dicta clausula cum vterque habeat gratias Apostolicas, Gaspar verò vltra illas habeat etiam possessionem censeri debet legitimus contradictor. Alber. in l. fin. nu. 14. Bart. nu. 21. vers. Aut compareat aliquis. Zuccard. nu. 374. Dec. num. 40. vers. & ista Conclusio. C. de edict. Diu. Hadr. tollen. Benint. decis. 83. nu 4. & 5. Personal. in tract. de adipisc. poss. nu. 398. quod etiam fuit resolutum in vna Ouentensi Canonicatus 30. Martij 1607. coram Reuerendissimo Lugdunensi.

4 Non obstat, quod Gaspar vti contumax immissionem impedire nõ possit producendo suas gratias post sententiam latam, ad quod allegabatur. Bart. in l. fin. num. 21. C. de edict. Diu. Hadr. toll. & dabantur decisiones in Eluensi beneficij 13. Nouembris, & 16. Decembris 1602. coram bo. me. Penia. Bart. enim optime se ipsum declarat, dicto num. 21. vers. quandoque quis venit post iussum, quod scilicet contumax, qui alias est legitimus contradictor tunc impediat immissionem, quando comparuit re integra, quod est ante immissionem, vel executionem factam, licet post iussum de immittendo, & ad purgandam contumaciam fuit admissus, & ita communiter intelligunt, & sequuntur Alex. ibidem nu. 23. vers. secundus quando. Iacobin. nu. 45. Curt. Iun. nu. 75. vers. tertia conclusio, & Zuccard. nu. 408. & tradit etiam Personal. in dicto tract. nu. 75. & 76. & secundum hanc doctrinam Bart. ita communiter receptam, & intellectam Domini dixerunt procedere, & intelligendas esse doctrinas, & decisiones in contrarium adductas.

5 Supradicta autem bene applicantur casui nostro. Nam dato etiam quod Gaspar verus contumax dici posset, signatura tamen Sanctissimi per commissionem mihi directam voluit ipsum in necessariũ antecedens, non obstante contumacia audiri, & de stylo Rotæ etiam verus contumax ad appellandum admittitur infra decendium à die sententiæ. Rot. decis. 364. alias 16. in fin. de dolo, & contum. in nouquam referunt, & sequuntur Card. in clem. 1. sub nu. 15. prope fin. vers. Curia Romana. eodẽ tit. & Felyn. in c. 1. sub nu. 7. vers. vnum etiam scias. vt lit. non cõ-

test.& in c.quod ad consultationem, nu.28. de sent. & re iud.& fuit tentum in Broianensi beneficij 6.Iunij 1614. coram me.

6 Tanto magis, quia ad effectum supersedendi in executione sufficit leuis fumus, cum præiudiciũ non sit considerabile, nec perpetuum, vt dictum fuit in Astoricensi, Prioratus 9. Decembris 1596.corã Orano,& in Auriensi Parochialis. 27.Aprilis 1598. corã Illustrissimo D.Cardinali Lancellotto,relatis per Modern.ad regulam octauam.glos.9.in annotat. contra nullit.num.288. & 289.

7 Demũ non obstat,Gratias Gasparis, & præsertim subrogationis gratiosæ in iuribus Michaelis defuncti non esse iustificatas,& litem in preiudicium Petri Ioannis non iustificari ex confessione partium in cõcordia inter eas inita. Nam cum non agatur de canonizatione Gratiæ, nec de illius executione sufficit summaria, & apparens probatio, ad hoc, vt Gaspar dicatur legitimus contradictor. Innoc. in c. veniens. il 2.& ibi. Felyn. de communi. nu. 13. de testib. cum alijs per Menoch. dicto remed.4. nu 623.& 624. & tamen exhibetur processus formatus super iustificatione Gratiæ coram exequutore de partibus, & ideo fuit, vt supra, decisum.

R. P. D. MANZANEDO.

*Maceraten. Spolij. Lunæ 15.Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Remedium redintegrandæ intentans debet concludenter probare extrema, quod tempore cõmissi spolij possidebat, & quod nunc possident aduersarij.

*SVMMARIVM.*

*Spolium intentantes debent probare primum extremum, quod ipsi possidebant tempore commissi spolij. num. 1.*
*Dictio solum denotat singularitatem, & videtur excludere possessionem. num.2.*
*Possessio vnius non probatur ex eo quod testes deponunt, quod plures simul habitabant, & fructus ad domum communem portabantur, de quibus ambo disponebant ad libitum, nam istud dictum est æquiuocum.num.3.*
*Testium dicta quando conquassantur alijs contrarijs non probant concludenter primum extremum ad effectum redintegrationis.num.4.*

DECISIO DCCXXIX.

1 Visum fuit Dominis hæredes Seluaggiæ nõ esse redintegrandos,cum nõ probent primum extremum ad istum effectũ necessarium, nempe quod Seluaggia ex cuius persona ipsi veniunt possideret de tempore commissi spolij, Docto. in c.cum ad sedem. de restit. spoliat. & c.fin.eod.tit. in 6. Rip. in c.cum Ecclesia. nu.32. de caus.possess. & propriet. Rol.consf.50.nu.4.lib,2. Gabr.consf.31. nu. 11.lib.2.Rot.decis.13.in fin.de restit. spoliat. in nouis.Seraph.decis.1055.num.2.

2 Immo de cõtrario videtur apparere, ex quo de tẽpore, quo Dorothea fuit immissa authoritate fac. Cõsultę, possidebat fiscus, qui bona occupauerat ob nõnulla delicta, per Io.Baptistam commissa, quod comprobatur ex testibus datis in summario Dorotheæ, quorum aliqui dicunt D.Io.Baptistam possedisse omnia bona Equitis Ioannis, post illius mortem nulla facta mentione de Seluaggia, & alij illum solum possedisse dicta bona, Quæ dictio solum cum denotet singularitatẽ, videtur excludere possessionẽ Seluaggiæ. arg. l.si te solum.ff.de heredib.instituen. Mohed.dec. 20.de rest.spol.Achill.dec.21. nu.2. de probationib,

3 Non obstant alij testes, deponentes Io.Baptistam, & Seluaggiam accepisse possessionem prædictorũ bonorum, & in illa per multos annos continuasse, nec non Io. Baptistam possedisse tam nomine suo, quam dictæ Seluaggiæ Vxoris, quia ex ratione quam addũcũt apparet, quare ita deposuerint, nempe quia dicta Seluaggia, & Io.Baptista simul viuebant, & habitabãt, & fructus ad domum communem reportabãtur, de quibus ambo ad libitum disponebãt, quæ quidem ratio est æquiuoca, & non concludit per necesse, possessionem Seluaggię. Vltra quod saltem negari non potest, dispositiones dictorum testium adeo cõquassari ex alijs contrarijs, vt ex eis nõ possit dici resultare illam plenam, & concludentem primi extremi probationem ad effectum redintegrationis requisitũ. Sarn. in reg. de infirm. q.36. Caputaq decis.331. num.5. & 6.& 371.& 373.par.2.Seraph.decis.31.

R. P. D. VBALDO.

*Ferrarien. Bonorum. Lunæ 15.Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Papæ rescriptum non dicitur alteratum per eius officiales, explicantes mentem ipsius Papæ, cuius sunt organum, & habent certas regulas, quibus eius mentem declarant.

*SVMMARIVM.*

*Supplicatio potius debet attendi quam Breue, cum supplicatio dicatur matrix. num.1.*
*Bulla corrigitur, quando discordat à supplicatione.nu.1.*
*Matricis tenor attenditur. num. 1.*
*Officiales Papæ dicuntur eius organum, & habent certas regulas, quibus eius mentem declarant. num.2.*
*Ecclesiæ vtilitas tantum spectatur pro validitate alienationis.num.3.*
*Clausula si in euidentem in alienatione rei Ecclesiæ solet apponi de stylo.num.3.*
*Iudices non possunt iudicare nisi secundum literas, quæ tribuunt iurisdictionem.num.4.*

Index

*Iudex ignorans fundamentum iurisdictionis, sua non potest valide quicquam facere. num.4.*
*Officialis Papæ exprimens id, quod in substantia rescripti continetur, non dicitur alterare rescriptum. nu.5.*

## DECISIO DCCXXX.

1 Contra sententias Rotales nihil aliud de nouo deducebatur, nisi quod cum illæ sint fundatæ in nullitate sententiæ de partibus, ex eo quod coram exequutoribus non fuerant specificatæ Villæ, res, bona, & iura in emphyteusim concessa contra formam Breuis, in quo expresse continebatur clausula specificationis coram Commissarijs faciendæ, vt patet ex decisionibus in causa factis coram RR. PP. DD. meis Dunozetto, & Verospio, eiusmodi fundamentum videbatur hodie cessare ex supplicatione signata manu fel. rec. Clementis VIII. in qua post narratum tenorem Instrumenti inuestituræ adest sola clausula quod maior specificatio possit fieri in literis, etiam per Breue expediendis in forma Commissaria, non autem adest vlla clausula, vel decretum. Vnde stante hac diuersitate inter Breue, & supplicatione videbatur potius attendenda supplicatio, quam forma Breuis, vt per Verall. decis. 75. nu.6. par. 1. & resoluit Rota in Vrbeuetana Bonorum 14. Iunij 1613. coram R.P.D. meo Caual. cum supplicatio dicatur matrix. Verall. dec. 227. lib. 1. in manuscrip. cuius supplicationis Cōmissarij præsumuntur habuisse notitiam ad sustinen. eorum sententiam, ex allegatis per Informantes pro D. Vallengho.

2 Quo obiecto nō obstante Domini censuerunt sententias esse cōfirmandas ex latè deductis in decis. supradictis, & obiecto fuit responsum discordiam inter supplicationem non esse considerabilem, vel substantialem, quia cum Papa voluit, vt maior specificatio posset fieri in literis, etiam per Breue expediendis, vt in supplicatione, cuius copia data fuit in seruitio D. Vallenghi, bene potuit per officiales addi alia clausula specificatis coram vobis &c. cum dicantur organū Papę, & habeant certas regulas, quibus eius mentem declarant Cæs. de Graff. decis. 1. nu.8. de probat.

3 Quod eo magis dicendū est, quia d. clausula de specificandis bonis, & iuribus corā Cōmissarijs erat necessaria, quia vtilitas ecclesiæ, quæ sola spectatur pro validitate alienationis vix dignosci poterat, sine tali specificatione, nec Ecclesia scire poterat, quæ bona essent ad eam deuoluenda post finitā lineam filiorum masculorū inuestiti, vt fuit consideratum in decisionibus huius causæ 16. Iun. & 10. Nou. 1614. corā D. meo Dunozetto. Et ideo cū supplicatio esset signata sub conditione euidentis vtilitatis Ecclesiæ, obiectio officialium de facienda specificatione ex qua melius dignosci poterat Ecclesiæ vtilitas nō solum non fuit diuersa saltē in substātia, sed potius videbatur tacite inesse supplicationi, maxime cū in supplicatione ipsa daretur facultas specificandi, & cū talis clausula dicatur de stylo apponi solita in literis si in euidentē, & certum sit posse addi clausulas ex stylo. Aegid. decis. 609. Cæs. de Graff. d. decis. 1. de probat. nu.4. de probat. Butr. cons. 49. num. 5.

4 Nec dicatur, potuisse iudices se extraiudicialiter informare de tenore originalis supplicationis, quia dato quod potuerint eius habere notitiam, non tamē debebant iudicare nisi secundum literas, quæ sibi tribuebant iurisdictionē ex reg. 26. de non iudic. secundum formam supplicationis, & ibi Sarnen. q. 1. col. 3. vers. redeundo igitur. Cęs. de Graff. d. dec. 1. nu.7. de probat. aut aliàs curate, vt prætensa diuersitas in literis corrigeretur, alioquin nō dicebantur esse certi de sua iurisdictione, & ideo eorum sententiā nō valuit, quāuis vere aliter procedere potuissent. Bar. in l. nullum. nu. 2. ff. de cond. & demon. Fel. in c. si clericus laicum. nu. 3. vers. & pro communi. de for. comper. Aym. cons. 134. num. 4. art. 1. posito. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 167.

5 Atque ex prædictis cōstat, decisionem in Vrbeuetana Bonorum coram D. meo Caualerio non applicari, quia ibi gratia restitutionis erat libere in supplicatione concessa, & postea fuerat per officiales, qui literas extenderunt per additionem clausulę conditionalis, dummodo Franciscus pacem obtineat, & interim exulet, merito Rota censuit attendendā esse supplicationem, secus est in casu nostro, in quo clausula specificatis &c. non alterat in substantia gratiā contentā in supplicatione, vt patet ex supradictis. Immo cum esset in forma solita Commissaria Iudicibus qui deberent se diligenter informare, an concessio de quā agebatur cederet in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, non poterant iudices cognoscere, an adesset talis euidens vtilitas, nisi facta dicta specificatione, ideo officiales in expeditione Breuis addentes illam clausulam, non alterarunt formam aut substantiam gratiæ sed expresserunt illud, quod tacitè in supplicatione inerat, vt supra etiam deductum est. Ex quibus DD. concluserunt sententias Rotales esse confirmandas.

### R. P. D. VBALDO.

*Pacen. Canonicatus. Mercurij. 17. Iunij 1615.*

### ARGVMENTVM.

Sententia quæ dicatur definitiua, & quando interloquutoria habeat vim definitiuæ.

### SVMMARIVM.

*Restitutio in integrum aduersus rem indicatam non datur, vbi constat de illius iustitia. num. 1.*
*Restitutio in integrum non competit absque læsione. nu. 1.*
*Remedio extraordinario restitutionis in integrum locus non est, vbi potest agi remedio ordinario. num. 2.*
*Sententia definitiua, & absolutoria vim habere dicitur decretū, in quo Iudex pronunciat non esse probatū. n. 3.*

*Sententia lata in possessorio dicitur definitiua. num. 3.*
*Sententia interloquutoria, habēs vim definitiua, confirmari potest vt definitiua. num. 3.*
*Sententia definitiua debet fieri in scriptis, vel per schedulam, vel recitari à Iudice. num. 4.*
*Declara, quia etiamsi supradicta omittātur, tamen sententia non ideo minus potest dici definitiua, vel saltem mixta, qua participet de definitiua. num. 4.*
*Clausula quam, & quas operatur, quod sententia lata in gradu appellationis sustineatur tanquam in prima. num. 5.*

## DECISIO DCCXXXI.

FVit responsum pro Informante, videlicet non constare de causis restitutionis in integrum, quia de iustitia sententiarum constat ex decisionibus Rotalibus in causa factis tam coram bo. mem. Penia, quam coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano, & sine iniustitia non censetur læsio, sine qua non competit restitutio. Rot. decis. 1. de rest. in integr. in nou. Abb. in cap. ex literis. num. 5. in fine ex ta eod. tit. Put. decis. 16. eod. tit. Card. Seraph. decis. 128. num. 1. par. 2.

2 Nec etiam videbatur posse competere restitutio ex capite nullitatis sententiæ Rotalis, tum quia quatenus nulla esset, videretur remedio ordinario nullitatis agendum, & non extraordinario, & subsidiario restitutionis in integrum, l. iu causæ. 2. in princ. & ibi Bart. & alij ff. de minor. l. in prouinciali. §. 1. vbi Bart. & Doct. ff. de nou oper. nunc. Rolan. cons. 59. nu. 2. lib. 1. Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 17. art. 2. num. 1. & art. 5. num. 48. & iu puncto idem Odd. d. quæst. 17. art. 7. num. 62. & 70.

3 Tum quia prætensa nullitas non subsistit. Licet enim ordinarius Pacen. pronunciauerit in hac causa, quod ipse non mandabat exequi literas Apostolicas à Petro ipsi præsentatas, quia ipse non verificauit narratiuam suæ gratiæ. Tamen in effectu istud decretum habuit vim sententiæ diffinitiuæ, & absolutoriæ. Bald. in l. 3. num. 1. C. de calumniat. quia saltem declarauit non esse locum iudicio exequutiuo, & cessare possessorium adipiscendæ, quod competit vigore literarum Apostolicarum, & sententia lata in possessorio dicitur diffinitiua. Rota decis. 606. nu. 3. par. 1. diuers. & fuit resolutū in vna Ispalen. & Corduben. præstimoniorum 19. Nouembris 1601. coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, & ideo tanquam diffinitiua bene potuit confirmari, ad glos. in c. fin. in verb. inanes. de elect. in 6. Alex. consil. 182. num. 1. lib. 1.

4 Neque obstare visum fuit, quod fuerunt seruatæ solennitates sententiæ diffinitiuæ, vt quia non fuerit lata in scriptis, & per schedulam, sed per decretum, vel non recitata à iudice, iuxta te. in l. 1. C. de sent. ex breuic. rec. Quia non ideo minus dici potest diffinitiua, vel saltem mixta, quę magis participet de diffinitiua, vt late explicat Butr. cons. 6. num. 3. & seqq. Ang. cons. 115. sub num. 2. vers. concludo igitur. Et idem Angel. in l. qui restituere. num. 6. ff. de rei vend. Capic. decis. 1. num. 21. Surd. decis. 231. num. 22. Quod eo magis procedit in hoc casu, in quo Petrus à prædicto decreto Ordinarij appellauit, causamque appellationis tanquam à sententia diffinitiua in Rota committi obtinuit, qua stante partis confessione, & concurrente stylo illarum partium, in quibus iudices solent pronunciare vnam partem probasse, vel non probasse intentionem suam, Dominis non videbatur dubitandum, quin prædictum decretum vim habuerit sententiæ diffinitiuæ.

5 Et videbatur cessare difficultas, quia sententia Rotalis, quæ transitum fecit in iudicatum vigore clausulæ quam, & quas, sustineretur tanquam in prima, Achill. decis. 14. de rescrip. Cæsar de Graff. decis. 5. num. 5. eod. tit. Sarn. in reg. de infirm. quæstione 34. num. 5. vers. & hoc vlterius. Seraph. decis. 1241. num. 2. & 1327. num. 3. par. 1. & fuit sæpissime decisum. Et ita fuit conclusum pro Alphonso informante in maxima Petri contumacia, post plurimas illi factas citationes.

## R. P. D. PIROVANO.

*Romana liberationis à fideiussione. Mercurij. 17. Iunij. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Fideiussor, qui se obligauit contemplatione eius, cuius commodum contractūs concernit non potest agere, vt releuetur ab eo, qui in contractu nudum habeat nomen, etiam si fideiusserit illo sciente, & patiente.

*SVMMARIVM.*

*Obligati, vbi plures existunt, si vnus est principalis, ceteri dicuntur fideiussores. num. 1.*
*Obligatio, vt alter ab altero releuetur non cadit inter fideiussores. num. 1.*
*Obligationes de sui natura sunt stricti iuris. num. 1.*
*Mandatum dedisse dicitur, qui patitur rem aliquam ad sui commodum fieri, & tenetur actione mandati. num. 2.*
*Fallit vbi non agitur de negotio spectante ad eum, de cuius mandato non constat. num. 3. Vbi quod ideo id non procedit in eo, qui habet nudum nomen.*
*Verba pro me sunt demonstratiua persona interesse habentis. num. 3.*
*Negotiorum gestorum actio cessat cessante vtilitate. num. 3.*
*Negotiorum gestorum actio compatitur se cum actione mandati. num. 2.*

DE-

DECISIO DCCXXXII.

Vsque de Anno 1600. bo. mem. Horatius Oricellarius super casale ipsius constituit censum, & illum vendidit pretio Scutorũ 2500. cum obligatione ad maiorem cautelam emptorum dandi in fideiussores principaliter, ac in solidum obligatos Comitem Albertum Bentiuolum & D. Io. Baptistã Pasium, exinde D. Comes Albertus accessit, & vlterius eodem actu recognouit bonam fidem ipsum nempe esse principalem, & pretium recepisse, ac promisit indemnem præstare Oricellarium, & Io. Baptistam Pasium asserentem se intuitu, & contemplatione Comitis Alberti accessisse, & cum ex obligatione Oricellarij dandi in fideiussorem Pasium, prætenderet ipse Pasius ex eo, quod se obligauit, releuari ab Oricellario, & à fideiussione liberari. Dubio super vtraque parte proposito, quod negatiuè in omnibus fuit resolutum, scilicet D. Oricellarium non teneri.

1 Apparet enim ex instrumentis datis, Pasium accessisse contemplatione & intuitu Comitis Alberti, ac præsente eodem Pasio Comitem Albertum recognouisse bonam fidem, ipsum scilicet esse principalem, & pretium recepisse, & tam Horatium absentem, quàm Pasium præsentem indemnes promisisse. Ideò si Albertus fuit principalis, Pasius, & Horatius fuerunt fideiussores. Glos. in auth. de fideiuss. in princip. Bart. in l. hoc ita. num. 29. C. de duobus reis. Marf. sing. 2. Gabr. conf. 63. num. 8. lib. 2. Seraph. decis. 558. & inter fideiussores clarum est, quod non cadit obligatio, vt alteri ab altero releuetur, cum de sui natura obligationes sint stricti iuris l. quidquid adstringendę. ff. de verborum obligation. Cephal. consf. 626. num. 11. Surd. decis. 202. num. 11. Menoch. cõs. 32. num. 51. lib. 1. Vnde cum Pasius non doceat de præcisa obligatione fideiussoris, caret per consequens omni iure agendi pro indemnitate, vel liberatione suæ obligationis.

2 Non obstat, quod si de præcisa obligatione non apparet, sufficit tamen tacita, vt teneatur Horatius de præsumpto mandato, dum se obligauit dare Pasium in fideiussorem, & passus est illum accedere. l. si remunerandi. §. si passus. l. qui patitur. l. cum mandato. l. qui fide alterius. ff. mandati. vel saltem actione negotiorum gestorum poterit experiri, cum se compatiatur cum mandato Comitis Alberti. l. 3. §. fin. vbi glos. in verb. si cum proposuissent, & Abb. num. 15. & Bal. in fin. not. ff. de neg. gestis.

3 Quia fuit responsum, Horatium quidem promisisse dare Pasium in fideiussorem, sed passum non esse, vt pro se obligaret, dum Comes Albertus declarauit præsente Pasio Horatium habere tantummodo nudum nomen, & Pasium id egisse non contemplatione Horatij, neque Pasius sequutus fuerit fidem Horatij, merito non intrat præsumptum mandatum, vt declarat Bart. in l. mandasti. num. 1. ff. de negot. gest. & hoc ipsum videtur probare. in d. §. si passus sim aliquem pro me fideiubere. Præsupponitur enim quod agatur de negotio spectante ad eum, de cuius mandato non constat, vt manant verba pro me, quæ sunt demonstratiua personæ interesse habentis. Bal. conf. 304. lib. 3. quod verificari non potest in eo, qui nudum tantum nomen retinet, & clarius exprimitur in allegata l. cum mandato, ibi, sed si non vtique vnius, sed vtriusque mandatum intuitus id fecerim, & tamen Pasius non contemplatione vtriusque, sed solius Comitis Alberti se obligauit, & in l. qui fide eodem tit. præsupponitur, quod si quis ex alieno mandato se obligat, pro altero præsente, & non recusante, & vtrosque obliget vt in præsenti legitur implicita recusatio Horatij, dum declaratur negotium ad eum non spectare, & cessante vtilitate, rollitur, & actio negotiorum gestorum, quia satis patet nunquam fuisse in Animo Pasij gerere negotia Horatij vtiliter dum sciebat ad Com. Albertum omnia pertinere. Et ita &c.



R. P. D. BVRATTO.

*Romana pensionis extra Rotam. Veneris 19. Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Facultas transferendi pensiones assignatas, & reseruatas, an comprehendat pensiones post facultatem reseruatas, & an facultas transferendi pensiones concessa officiali restringatur ad pensiones reseruatas durante officio, & quando censeatur contemplata persona, seu officium, & dignitas, & an translatio pensionis excessiua sustineatur in summa permissa.

SVMMARIVM.

*Pensio translata respectu substantia pensionis non dicitur noua, sed antiqua. num. 1.*
*Facultas transferendi pensiones est odiosa, & strictè intelligenda. num. 2.*
*Participium præteriti temporis iunctum verbo præsentis temporis, intelligitur secundum tempus verbi. n. 3.*
*Clausula nunc, & pro tempore, futura cõprehendit nu. 4.*
*Facultas transferendi pensiones nunc, & pro tempore reseruatas, comprehendit omnes pensiones ante translationem, quamuis post facultatem reseruatas. num. 4.*
*Facultas transferendi pensionem concessa thesaurario restringitur ad pensiones reseruatas durante illius officio. num. 5.*
*Dic procedere, quando facultas fuit concessa non solum intuitu personæ, & officij contemplatione, sed loquitur de reseruatis, & reseruandis thesaurario pro tempore existenti, quæ verba exponuntur pro tempore, & quatenus foret Thesaurarius. num. 6.*

*Priuilegium concessum scriptoribus Apostolicis vt sint Protonotarij, cessat dimissa scriptoria. num. 5. Et declara, vt num. 6.*

*Persona non autem dignitas vel officium contemplata censetur, vbi in dispositiua concedens direxit verba in personam, non autem in dignitatem, vel officium. nu. 7.*

*Persona, & non officium contemplata censetur, quando disponens primo personam expressit, nam postea alia expressiones censentur addita demonstrationis gratia. num. 7. Vbi maximè quando patet personam principaliter, officium ampliatiuè consideratum.*

*Causa, qua sufficit, quod certo tempore adsit, licet postea cesset, non ideo cessat illius effectus. num 8.*

*Causa vna ex pluribus cessante, non cessat effectus. n. 8.*

*Clausula omni meliori modo comprehendit etiam modos non expressos. num. 9.*

*Executores lato vocabulo potest videre appellari. nu. 9.*

*Citari non debet, qui contradicere, & impedire non potest. num. 9.*

*Translatio pensionis excessiua an sustineatur in permissa, vide hinc inde num. 10.*

*Translatio pensionis pro summa permissa non vitiatur ex eo, quod in eadem translatione fuerit declaratum, titulares teneri ad soluendum terminos decursos, quia id est separabile, ac diuersum ab ipsa translatione. num. 10.*

## DECISIO DCCXXXIII.

Dominus Abbas Almericus de Galessis, 10. Nouembris 1612. vigore facultatis sibi per fel. rec. Clementem VIII. 1605. concessæ, transtulit in D. Antonium eius fratrem coram Vicario Cesenaten. qui etiam Canonicus, & Protonotarius existebat, inter ceteras pensionem annuam 120. duc. auri de Camera sibi in resignatione beneficiatus Sancti Petri facta, 6. Martij 1605. D. Bernardo de Vrsis super eiusdem fructibus ac distributionibus reseruatam. Vnde orta controuersia inter Galessium translatarium, & Vrsium Titularem super eo, An pēsio Translatario deberetur, factoque in me compromisso cum Voto Rotæ, Rota hodie consulta, pensionem deberi censuit.

1 Nam sicuti non controuertitur validitas reseruationis, & sic quod transferenti deberetur, ita debetur translatario, qui stante facultate transferendi, & sua habilitate, successit in locum trāsferen. ex vulg. adeo vt ad hunc effectū respectu scilicet substantię pensionis, pensio translata non dicatur noua, sed antiqua, vt fuit resolutum in Carpentoraten. pensionis 29. Maij 1602. coram Illustriss. bon. memor. Cardinali Lancellotto.

2 Non obstant deducta contra facultatem transferendi, & primo quod sit restricta ad pēsiones ante illius concessionem reseruatas ex participio præteriti temporis, emolumenta assignata, & reseruata. Ideo trahi non possit ad postea reseruandas, cum sit odiosa, & strictè intelligenda. Sarnen. reg. de infirm. resig. q. 16. num. 2. vers. cum igitur. Verall. dec. 303. par. 2. & decis. 100. par. 3. Gigas. cons. 121. num. 8.

3 Quia cum participium illud regatur a verbis cassare, extinguere, ac postquam &c. reseruare, constituere, & assignare, Vtique habet relationem ad tempus eorundem verborū, ita vt sufficiat pensiones tunc temporis esse reseruatas. l. Titius vbi Bart. & Bal. in princ. Ang. in fine ff. de milit. test. l. in delictis. §. si extraneus, vbi Alber. ff. de noxalibus. in simili participio, quod secundum tempus verbi, cui adijcitur, intelligatur. Alex. cons. 143. nu. 1. lib. 6. Et cum determinet actum disponendi, sufficit pensiones esse reseruatas tempore actus, quo fit ipsa translatio. Bart. in l. ex facto, sub num. 1. in primo casu. ff. de vulgari, & pupill. Vbi Adden. Alber. mox allegatus. Alex. cons. 91. nu. 4. vers. confirmantur. lib. 7. Immò cum tenor constitutionis sit, vt persona eligēda possit cassare, & reseruare pensiones tunc, & pro tempore reseruatas, verba concipi nō poterant sub participio futuri temporis, vt patet.

4 Accedit adiectio clausulæ nunc, & pro tempore, quæ futura comprehendit, Bal. in c. cum inter. nu. 7. ex illo tex. de te iudicat. & exponitur, quæ nunc sunt, & tunc temporis fuerint reseruatæ, & sic quando fit translatio. Rebuff. in concor. tran. tit. de Regia ad Prælat. nomin. §. 1. vers. pro tempore. Et quod facultas transferendi ita concepta, comprehendat omnes pensiones, ante translationem, quamuis post facultatem reseruatas, fuit etiam resolutum in Lauden. Pensionis 29. Ianuarij 1601. coram bo. mem. Penia.

5 Minus obstat secunda quod saltē facultas restringenda sit ad reseruatas durante familiaritate Almerici, sicuti concessa Thesaurario restringitur ad reseruatas durante illius officio, vt in voto bon. mem. Cardinalis Pamphilij, in causa Taurinen. & Augustana, pensionis. 18. Maij 1601. coram Illustriss. D. Cardinali Mellino, & faciunt tradita in decis. 70. par. 1. diuers. Vbi Priuilegium concessum Scriptoribus Apostolicis, vt sint Protonotarij, cessare dicitur dimissa scriptoria.

6 Quia fuit dictum, prædicta procedere quando Priuilegium non cōceditur ratione personæ, sed ratione officij, vel dignitatis principaliter, vel ipsi officio vel dignitati. In casu enim decis. 70. hoc erat manifestū, vt ibi nu. 4. & cōstabat Priuilegium Protonotariatus qualificari à qualitate scriptoriæ, & de mente, quod qualitas deberet esse permanens, & successiua, vt nu. 2. 5. & 14. In casu Taurinen. ne dum facultas erat cōcessa personæ intuitu, & officij contemplatione, sed cantabat de reseruatis, & reseruandis Thesaurario pro tempore existenti, quæ bene exponuntur pro tēpore, & quatenus foret Thesaurarius, vt in vers. facultas, & vers. non obstat.

7 Hic verò facultas non fuit concessa officio, vel dignitati, sed personæ Almerici, vt in dispositiua ibi, Tibi, & infra, per te, & sæpius ad tex. in c. qm̄ Abbas, vbi not. Panor. nu. 4. vers. itē nota quod dispositio. de officio deleg. Ias. in l. mora. n. 65. ff. de iuris. omn. iud. Vnde

Vnde licet in principio dicatur, Almerico presbytero Cesenaten. noto, & familiari nostro, cum Papa primò personam expresserit, quam notam habebat, illa non officium videtur contemplata, & illi gratia demonstrationis, aliæ expressiones additæ censentur, argumento. l. qui habebat. ff. de reb. dub. & l. si communis seruus. 37. circa finem. ff. de stipul. seru. Trad. Anan. d. c. quoniam Abbas. in fin. post Butr. sub nu. 21. sub vers. 3. videtur. Cardin. circa finem vers. si autem ex coniecturis. strictius Henric. Boich. col. 3. sub vers. ego non credo. Bellam. num. 13. Vbi quod audiuit ab illis de Cancellaria, quod alias non daretur literæ expresso nomine proprio, nisi Papa personam principaliter considerasset Decià. num. 35. 36. 45. & seq. Bero. num. 91. & 92. de offic. delegat. Quod apertius demonstratur ex verbis illis, in principio dispositiuæ, quæ tu, qui etiam cubicularius, &c. Ex quibus patet personam principaliter, familiaritatem amplia tiuè considerari.

8 Et licet Papa ad concedendum hanc facultatē per sonæ motus fuisset ob familiaritatis obsequia, quæ impendidit, & impendebat, cum verba facultatis cōprehenderent omnes pensiones ante translationē reseruatas, vt supra, & causa familiaritatis expressa non respiceret tempus futurū, sed præteritum, & præsens, sufficiebat tunc adfuisse, neq; illa non durante cessabat facultas. Bal. in l. generaliter. sub num. 6. versic. dico igitur, & num. 7. vers. sed ego dico. C. de episc. & cleric. Decia. in c. cum cessante num. 8. de appellat. & consil. 24. num. 1. & per tot. Rip. l. ex facto. num. 17. quia inquit, est causa inductiua, non conseruatiua. ff. de vulgar. & pupill. Tiraq. plura ponens exempla in tract. cessante causa, limit. 4. Vltra quod, cum plures causæ expressæ mouerint Papam cessatio vnius non remouebat concessionem, quasi non essent finales. l. si non vbi Bald. ff. de hæred. instit. Decia. d. cons. cap. cum cessante. nume. 12. de appellat. alios Tiraq. eod. Tract. limit. 22.

9 Nec refragantur deducta contra translationem, & primo, quod persona electa processerit vti iudex non citatis titularibus. Quia vltra, quod processit vigore facultatis, & cum clausula, & alias omni meliori modo, quæ comprehendit etiam modos non expressos. Verall. decis. 124. lib. 1. Crescen. decis. 11. in fin. de dolo, & contum. Cęs. de Graff. decis. 1. num. 3. & 4. de elect. Rot. decis. 467. num. 7. lib. 3. pat. 3. diuersorum. Potuit exequutor lato vocabulo iudex appellari, neque citandi erant, qui contradicere, & impedire non poterant. Oldrad. conf. 95. in fine cum alijs, per Gab. de citat. concl. 1. limit. 16. num. 332.

10 Non secundo, quod excesserit declarando Titulares teneri ad soluendum terminos decursos; Ideo tota translatio corruat, vt fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis 26. Iunij 1566. coram Grato. Quicquid enim sit, An translatio pro summa excessiua sustineatur pro permissa, in quo etiam contrarium decisum fuit in Vicentina pensionis. 28. Iunij 1592. coram Illustriss. Card. Mantica. Et an termini decursi debeantur, de quo non agitur pensio ipsa, & sic ius illud vtendi, fruendi, cum vsufructu. compareretur transsumptum pro summa concessa absque aliquo excessu, est omnino separabile, ac diuersum à fructibus seu terminis. Ideo resolutum, pensionem deberi.

## REVER. P. D. REMBOLDO.

*Interamnen. Aquarum. Lunæ 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo, quando detur in quasi possessione aquæ ducendæ.

### SVMMARIVM.

*Mandatum de manutenendo datur existenti in quasi possessione de tempore motæ litis. num. 1.*

*Interdictum de aqua quotidiana, & æstiua, vt detur, sufficit quod eo anno quis aquam duxerit. nu. 1.*

*Mandatum de manutenēdo debet dari habenti possessionem anteriorem, & melius probatam. num. 2.*

## DECISIO DCCXXXIV.

1 QVamuis alias Domini censuissent, DD. de Cianchierottis dandum esse mandatum de manutenēdo in quasi possessione vsus aquarum, de quibus agebatur, visis nihilominus, & perpensis depositionib: testium pro parte Angeli Portæ, post dictam diuisionem examinatorum, dixerunt sufficienter inde probari, dictum Angelum extitisse in quasi possessione vsus dictarum aquarum, ne dum de tempore motę litis, quod ad effectum manutentionis sufficeret. §. hodie. Insti. de interdict. verum etiam per annū ante, iuxta tex. in l. 1. in princ. ff. de acquir. quotid. & æstiu. Ruyn. consil. 191. nu. 3. in fin. & seq. lib. 1. & pluribus insuper annis antecedentibus.

2 Et quia hæc probatio multum adminiculata videbatur, tam confessione Antonij de Rusticis authoris dictorum de Cianchierottis, in quibusdam querelis contra dictum Angelum porrectis, & ex eo, quod ibi dem extare dicitur aquæductus ad hoc, vt inde aqua pro vsu dicti Angeli deuiari possit fenestratus, quam etiam statuto Ciuitatis Interamnæ, quo cautum reperitur, quod Vicino possidenti fundum inferiorem, liceat ducere aquam per fundum superiorem, merito cēsuerunt præpōderare probationi DD. de Cianchierottis ac proinde manutentionem dicto Angelo competere, idque eo magis, quia possessio ipsius vltra prædicta appareat, etiam antiquior, & est probata per plures testes, meliores scientiæ rationes reddentes, quæ singula in hoc iudicio perpendi solent. l. ob carmen. §. si testes. ff. de testibus. Bartol. l. si duo.

sub

sub numero quarto, versicul. quandoque vterque. ff. vti possidet. Felyn. in capitul. in nostra. numero 11. de testibus. & bonæ mem. Cardin. Seraph. decis. 550. numero 2. Nec in contrarium faciunt, quæ in alia decisione deducta facere, quia omnia videbantur sublata eo ipso, quod DD. suppositum fuit adesse in eodem agro alias aquas, quæ molendino Dominorum de Ciancherottis inseruirent, & quod aquæ, super quibus controuersia vertitur, ex alieno agro in viam publicam defluunt, quo fit, vt non possint censeri propriè dictorum de Ciancherottis, sed permittente 2 statuto bene potuerint inde ab Angelo siue eius authoribus per fundos superiores in subiacentem fundum duci. Et rebus sic stantibus, cessare videtur omnis difficultas, præterquam quod dubium esse posset, vtrū mandatum Angelo concedendum sit cumulatiuè potius, quam priuatiuè, quo ad Ciancherottos, cum statutum non minus vni, quam alteri faueat, & hac ratione testes ambarum partium ad concordiam reduci possent, vnde vellem super hoc particulariter partes auditi, &c.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Calaguritana quatuor quartarum. Lunæ 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Attentata non reijciuntur per commissionem, quod procedatur in causa reiectis nullitatibus arbitrio vbi sunt clara.

## SVMMARIVM.

*Clausula, contradictores quoscumque appellatione postposita compescendo, intelligitur de contradictoribus de facto. num. 1.*

*Attentata non reijciuntur ex clausula arbitrio, vbi sunt clara. num. 1.*

*Attentata dicuntur, quæ fuerunt facta post interpositam appellationem, & subsequutam inhibitionem. numero 3.*

*Contradictor de iure nō autem de facto dicitur, qui agit coram iudice. num. 4.*

## DECISIO DCCXXXV.

1 Qvamuis sub die 24. Ianuarij 1614. resolutum fuisset, mandatum de præsentando & præsentationem, & prouisionem factam per Prouisorem Calaguritanum in fauorem filiorum patrimonialium loci de Nauarette, non obstante appellatione interposita per parte illorum de Fuenmagor non esse attentata, & potissimum ratione, quia prouisor ea omnia fecisse videbatur in executionem Breuis felic. record. Clementis VIII. in quo aderat clausula, contradictores quoscumque appellatione postposita compescendo, &c. & illi de Fuenmagor venientes contra formam sententiæ Rotalis, & exequutorialium eius vigore alias relaxatarum videbantur contradictores de facto, contra quos dicta clausula operatur, vt in Calaguritana de Alegria, 9. Iunij 1610. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

2 Tamen causa deinde pluries proposita super ijsdem Domini semper dubitarunt, ita vt aliqua resolutio capi non potuerit. Cum autem postea illi de Nauarette adiuissent Signaturā Sanctissimi pro reiectione prætensorum attentatorum emanauit commune cum clausula reiectis attentatis arbitrio Rotæ. Vnde proposui dubium, an esset locus arbitrio, & Domini negatiue responderunt, nam dicebantur attentata esse satis clara, quo casu cessat arbitrium, vt dictum fuit in Parmen. status 30. Aprilis 1610. coram Reuerendissimo Bononien. in casu autem præsenti satis dicebant, esse clara attentata, nec placuit decisio, alias facta, a qua recedendum putauerunt, cessantibus fundamentis, quibus innitebatur.

3 Nam occurrente hac vacatione, illa de Fuenmagor institerunt coram Ordinario Calaguritano, vt iuxta dispositionem literarum exequutorialium Ordinaret, Capitulo fieri augumentum Clericorum deseruientium in dicto loco de Fuenmagor, & ijs prouidere de dictis quartis, stante augumento Populi huius loci, & deminutione Populi loci de Nauarette super qua petitione, & prætensione fuerunt admissæ, & factæ probationes, & demum lata sententia diffinitiua, per quam fuit præfixus Capitulo terminus, sex dierum ad faciendum tale augumentum, & interim suspensa prouisio dictorum quartorum. Vnde cum capitulares non fuissent concordes, intrabat alia pars exequutorialium, vt nimirum dictum augumentum, & deputatio inseruientium pertineret ad Ordinarium pro tempore, ipse autem remisit ad Rotam, sed interim processit ad vlteriorem exequutionem, & collationem huiusmodi quartarum filijs patrimonialibus loci de Nauarette, non obstante appellatione interposita per illos de Fuenmagor, & inhibitione Domini Nuncij Apostolici præsentata eidem Ordinario. Vnde non videntur posse excusari attentata a capitulo, non solum. de appellation. in sexto. Rubr. & tot. titulo, vt lite. pendent. Lancello. de attentat. capitulo quarto, ampliat. decima, numero secundo, & tertio, fuit dictum in Mediolanen. Sancti Ambrosij 14. Ianuarij 1613. coram Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo.

4 Nec poterant isti de Fuenmagor dici Contradictores de facto, quia cum agerent coram iudice, & per eum fuissent admissi ad probandum, & obtinuissent sententiam ad ipsorum fauorem, esse locum augumento, clarè apparebat esse contradictores de iure, non autem de facto. Vnde in necessariam consequen-

quentiam resultant attentata satis clarã. Quibus stantibus, Domini non censuetunt esse locum arbitrio, vt in dicta Parmen. coram Reuerendissimo Bononien. &c.

R. P. D. VEROSPIO.

*Ciuitatis Castelli Parochialium. Lunæ 22. Iunij. 1615.*

ARGVMENTVM.

Gratia si neutri, & narrata in ea ex quibus iustificentur.

*SVMMARIVM.*

*Lis probatur ex citatione executa. num. 1.*
*Citatio dicitur executa, quando procurator post citationem comparuit, etiam quod procurator haberet generale mandatum. num. 1.*
*Vnio probatur per testes deponentes de immemorabili. num. 2.*
*Valor quando fuit expressus per non excessum probatur per duos testes de fama, & alium de certa scientia. numero 2.*
*Valor beneficij non probatur per testes, qui nesciunt onera. num. 3.*
*Testes de publica voce, & fama, & certa scientia præferuntur testibus de auditu. num. 3.*
*Obitus in possessione beneficij de certo tempore probatur per vnum testem de visu, & alios de publica voce, & fama. num. 4.*
*Clericatus & qualitates impetrantis probantur per testes de communi reputatione. nu. 4.*
*Narratiua non iuris collitigantis ex actorum reuolutione dum affirmatiua iustificata non apparet probatur. num. 5.*
*Ius patronatus non potest cedi absque consensu Episcopi. num. 6.*
*Narratiua non iuris proprij ad effectum gratiæ si neutri probatur ex propria impetrantis confessione, & ex non iustificatione prioris gratiæ. nu. 6.*

DECISIO DCCXXXVI.

Reuerendus Pater Dominus Vitellius duas Parochiales Ecclesias, vti vacantes de mense Nouembri per obitum Pyrrhi Mazzoni vltimi possessoris à Sede Apostolica impetrauit; exprimendo illas de Iure patronatus familiæ Vitelliorum, & ipsum esse à medietate patronorum præsentatum, cui patronatui fuit pro altera dimidia parte derogatum. Verum quia Flaminius Parrus tanquam à maiori parte, similiter præsentatus in possessionem dictarum Ecclesiarum immissus reperiebatur, Dominus Vitellius contra illum in Rota litem instituit, & cum suæ impetrationis narratiuam iustificare non valeret, gratiam obtinuit si neutri. Quam, dubio per me proposito, Domini iustificatam esse responderunt.

1 Et primo, quo ad litem expressam, illa satis ex citatione contra dictum Flaminium executa iustificatur. Clem. 2. vt lite pendent. auth. litigiosa. C. de litig. Nec refert dictam executionem non apparere, quia cum Flaminij Procurator post citationem comparuerit, sufficit ad effectum, vt illa executa dicatur, etiam quod ipse procurator solum haberet generale mandatum. Seraphin. decisione 1094. numero 4. Caputaquen. decisione 97. numero quinto, & decisione 112. parte prima. Aegid. decisione 364. Rot. decisione 422. numero quinto, parte prima, diuers.

2 Vnio Parochialium narrata probatur ex testibus, qui de immemorabili deponunt, Felyn. consilio secundo, numero secundo, & tertio, Rebuff. in prax. titulo de Vnione, numero trigesimoquinto. Caputaquen. decision. 344. & 347. parte 3. Ex eisdem quoque testibus probatur beneficij valor, præsertim ex primo, & quarto de publica voce, & fama, nec non vno de certa scientia deponenibus, quod sufficit, cum valor per non excessum fuerit expressus. Aegid. decisione 675. & 683. Pute. decisione vigesimo nono, libro primo, Seraphin. decisione 962. numero secundo.

3 Non obstat, testes pro Flaminio examinatos de maiori valore deponere. Nam vltra, quod illi patiuntur multas exceptiones, vt per Informantes pro Domino Vitellio. Quia tamen de auditu ab alijs deponunt; nec quo ad beneficiorum onera bene concludunt; valorem per necesse non probant. Rota decisione 189. in fine parte prima, diuers. Put. decisione 44. numero sexto, libro secundo. Nec sunt præferendi testibus pro eodem Domino Vitellio examinatis, qui de publica voce, & fama, nec non etiam de certa scientia deponunt, Felyn. in capitulo, in nostra, numero decimo, in fine. de testamen. Seraphin. decis. 550. num. 2.

4 Pyrrhi Mazzoni obitus de mense Nouembris in beneficiorum possessione iustificatur ex vno teste de visu, & alijs de publica voce, & fama, Abb. in capitulo, cum causam. numero secundo, versiculo, & hoc procedit de probat. Mohed. decisione prima, eodem titulo. Rota decisione quadragesima sexta. num. 1. & 2. part. 2. diuers. Puteus decis. 266. in fine libro 3. Clericatus, & reliquæ Domini Vitellij qualitates in litteris expressæ probantur similiter ex testibus, de communi reputatione deponentibus. Cardin. Seraphin. decisione 962. in princip. & fuit coram me dictum in vna Litteren. Cappellaniæ 6. Aprilis præteriti.

5 De non iure vero Flaminij constare dicitur ex actorum reuolutione ex quibus negatiua probatur, dum affirmatiua iustificata non apparet, vt fuit resolutum

Iutum in vna Pampilonen. Parochialis 7. Iunij 1610. coram Reuerendissimo Atrebaten. & in Fesulana pręceptoriæ 17. Ianuarij 1573. coram Orioleu. & in dicta Litteren. coram me. Nec valet dicere, satis constare de bono iure Flaminij, cum à maiori parte patronorum ipse fuerit præsentatus. Id enim ex actis non apparet, sicut nec pariter constat dicta beneficia esse de Iure patronatus. Nec de illorum pertinentia, qui Flaminium præsentarunt, vt requirebantur, Innoc. in Rub. de Iure patron. numer. 4. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 18. num. 12.

6 Controuertitur etiam Ius vnius Patroni, qui Flaminium præsentauit, tanquam Lucij Vitelij cessionarius, cum huiusmodi cessio ob non assensum Episcopi fuerit nulla, Pute. decisione 16. libro secundo, Decian. consil. 541. numero 2. & fuit dictum in Valentina beneficij 15. Iunij 1603. coram Reuerendiss. Bononien. Non ius Domini Vitellij probatur ex illius confessione, & ex quo priorem gratiam ipse non iustificauit, vt fuit dictum in allega. Pampilonen. coram Reuerendiss. Attrebaten. & alibi sæpius.

## REVERENDISSIMO P. D. COCCINO DECANO.

*Marianen. seù Alerien. Vnionis, Lunæ 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Status vltimus beneficij, quando attendatur in beneficialibus eleganter explicatur.

### SVMMARIVM.

*Sententia sine actis non probat. num. 1.*

*Sententia non nocet non citatio. num. 1.*

*Vnio facta per Papam non potest per inferiorem dissolui. num. 2.*

*Vnio facta per Papam non habita scientia alterius vnionis nulla est. num. 2.*

*Status vltimus beneficij attenditur in beneficialibus. num. 3.*

*Declara, quod aut agitur de pertinentia collationis, & tunc collatio spectat ad eum, qui est in quasi possessione conferendi bona fide, & attenditur vltimus status. num. 5.*

*Aut vero agitur de qualitate beneficij, & tunc vel ad effectum iustificationis gratia, & tunc sufficit probare vltimum statum. num. 5.*

*Vel agitur in præiudicium tertij impetrantis, qui probauit anteriorem statum, & sequens non est legitimè præscriptus, & isto casu, si propter anteriorem statum collatio vigore vltimi status est nulla, ipso iure non attenditur vltimus status. num. 6.*

*Status vltimus beneficij attenditur in dubio, secus vbi constat de veritate. num. 6.*

## DECISIO DCCXXXVII.

1 Placuit Dominis decisio in hac causa facta, sub die 20. Decembris 1613. in qua fuit resolutũ, constare de vnione facta per Paulum III. effectuata & iustificata, cui non obstant ea, quæ hodie opponuntur, scilicet, quod dicta vnio sit subreptitia, cum beneficium sit curatum, de quo in ea non fuit facta mentio, nam de hoc non constat. Licet enim detur sententia Conseruatoris, tamen illa non probat, tum quia est sine actis, Rot. decis. 1146. num. 1. par. 3. lib. 3. tum etiam, quia non nocet monasterio, cum illud non fuerit citatum, nec auditum, de vnoquoque. vbi glos. ff. de re iud. Clemen. sæpe. vbi etiam gl. de verb. significat.

2 Minus etiam faciunt vniones allegatæ huius beneficij ad Ecclesiam Sãcti Quirici. Non illa ordinarij, quia cum prius Ecclesia fuisset vnita per Paulum III. non poterat per inferiorem dissolui, ad not. in c. inter dilect. de fid. instrumen. Non illa Clemen. VIII. quia Papa non habuit scientiam de prima vnione. Abbas cons. 101. num. 4. & 7. lib. 1. Calder. cons. 13. de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 3. de rerum permu. in antiq. Neq; dici potest de illa habuisse scientiam, ex quo fuit narratum, prouisionem istius beneficij cessantibus reseruationibus Apostolicis antea spectasse, & pertinuisse ad istud monasterium. Nam ex ista narratiua non posset per necesse inferri ad vnionem, cum possit intelligi, quod collatio spectaret, vel iure ordinario, aut ex indulto.

3 Tandem non obstat, quod vltimus status beneficij est tanquam de collatiuo, non autem de vnito, qui vltimus status attenditur in beneficialibus. c. querelam. de electionibus. c. consultat. de iure patron. cap. cum olim. de caus. poss. & propr. Feder. de Sen. consilio 234. num. 3. versic. sed in casu proposito. Calder. consil. vltimo. de iure patron. Put. decis. 200. num. 1. in nou. Bal. qui loquitur in terminis collationis. consilio 437. Incip. Ex quo. Abb. Sancti Viti, lib. 2. Rot. pariter in terminis decis. 14. de Iure patron. in antiq. & fuit resolutum in causa Calagurritana Canonicatus. 20. Iunij 1605. coram Illustriss. Domino Card. Lancellotto, & in causa Asculana Prioratus 1. Iulij 1587. coram bon. mem. Cardinale Seraphino, & in causa Foro Sempronien. seu nullius iurisdictionis, 14. Iunij 1594. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in causa Pampilonẽ. Parochialis, de Sicur. Maior. 11. Aprilis 1603. coram eodem Illustriss. Lancellotto, & in causa Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 1. Martij 1602. coram Reuerendissimo Domino meo Archiepiscopo Damasceno, & prædicta adeo vera sunt, vt postmodum prouisus non sit amouendus. Abb. in c. ex literis. num... versic. sed tu dic. Et in c. consultat nume. 3. versic. sed ratio decisionis. de Iure patronat. Rot. decis. 7. de Iure patronat. in nou. Rot. decis. 14. eod. tit. in antiq. Bald. dicto cons. 437. lib. 2.

4 Nam huic motiuo fuit responsum, quod aut agitur

tur de pertinentia collationis, & tunc collatio spectat ad eum, qui est in quasi possessione conferendi bona fide, & ita loquuntur omnia iura, & authoritates supra alleg. & isto casu prouisus non est amouendus, & ratio est, quia conferre est fructus conferendi, ergo spectat ad possessorem bonæ fidei. Ita dicunt omnes Doctores præcitati, & præsertim Rot. alleg. decis. 14. de iur. patron. in antiq. cuius verba transcribere placuit, sed iste non est casus noster, & propterea non est curandum de prædictis.

5 Aut agitur de qualitate beneficij, & tunc vel ad effectum iustificationis gratiæ, & isto casu sufficit probare vltimum statum. Verall. decis. 60. alias 65. lib. 2. de manuscrip. Aegid. decis. 116. in fin. Et fuit dictum in causa Hostonen. Cappellæ. 16. Maij 1597. coram bon. mem. Card. Seraphino. Et in causa Capuana, Rectoriæ 15. Aprilis, 1611. coram bon. mem. Penia. Et ratio est, quia in dubio in probanda qualitate beneficij attenditur vltimus status. c. cum de beneficio. de præben. in 6. Decian. consil. 126. num. 1. Rota decis. 2. de præben. in 6. Decian. consil. 126. numero 1. Rot. decis. 2. de præben. in nou. & fuit sæpissimè resolutum.

6 Vel agitur in præiudicium tertij impetrantis, qui probauit anteriorem statum, & sequens non est legitimè præscriptus, & isto casu si propter anteriorem statum collatio vigore vltimi status est nulla, ipso iure non attenditur vltimus status. c. cum de beneficio. de præben. in 6. Ponderando illam dictionem & post, & ibi glos. Gemin. numer. 8. versic. ne constat Franc. num. 5. & 6. Decia. consi. 126. num. 4. vers. alleg. supra in contrarium, & hæc fuit distinctio Bellam. quæ placuit Rot. vt habetur in decis. 2. nume. 2. de præben. in nou. Rot. decis. 22. de probat. in antiq. Milis in repertorio in verbo beneficium si est impetratum. tãquam sæculare, Felyn. in c. in nostra, nu. 43. de stip. Bellam. decis. 172. incip. collatio facta. Rebuf. in tit. de pacifi. possess. num. 159. versic. 20. procedit, & fuit dictum in causa Ferrarien. Prioratus 21. Martij 1609. coram bon. mem. Penia, & ratio huius dicti est, quia in dubio attenditur vltimus status, secus autem quando constat de veritate in contrarium, Nam in isto casu non militat eadem ratio, quæ militat in pertinentia collationis, quia qualitas beneficij non est fructus iuris conferendi, qui spectat ad possessorem bonæ fidei, sed respicit substantiam beneficij, quæ non est in fructu collationis, vt bene colligitur ex Doctoribus prædictis. Applicando prædicta ad propositum, cum istud beneficium sit vnitum, licèt vltimus status fuerit vti de libero, attamen collatio fuit nulla ipso iure, quia cum per vnionem titulus beneficij esset extinctus, non erat, quod posset conferri, & ideo vltimus status non est attendendus, sed anterior, tanquã de vnito, per supradicta, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Mediolanen. Parochialis. Lunæ 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Gratia non dicitur iustificata, non probata vacatione beneficij, & illius valore, & quando in beneficialibus confessio præiudicet confitenti in his, quæ à confitentis potestate non dependent.

## SVMMARIVM.

*Beneficij vacationis narratiua expressè in gratia, etiãsi expressa non fuisset, subintelligitur, tanquam de natura substantiali ipsius gratiæ. num. 1.*

*Confessio indistinctè præiudicat confitenti in beneficialibus. num. 2.*

*Titulus beneficij non pendet à potestate confitentis, sed à potestate Papæ. Declara, vt nu. 3.*

*Negatiua dicitur perfectè probata per confessionem partis num. 3.*

*Gratia non dicitur iustificata, non probato valore expresso in ea. num. 5.*

## DECISIO DCCXXXVIII.

1 Resolutum iam fuit, gratiam Zaccharíæ Philipporio non esse iustificatam reseruando tamen videre, an ipse illam iustificare teneatur, hodie vero, omissa disputatione prædictæ reseruationis, ne contingeret grauari duriori onere probationis obtinuit idem Zaccharias, secundo loco gratiã si neutri, de cuius iustificatione nunc agitur. Verum adhuc eam non esse iustificatam Domini responderunt. Continet enim hæc gratia narratiuam vacationis beneficij, quæ alias etiamsi expressa non esset, subintelligeretur tanquam de natura illius substantiali. Put. decis. 46. num. 2. lib. 1. & decis. 272. nu. 40. in noua impress. lib. 2. exprimitur etiam valor Ducatorum 24. per non excessum, quæ tamen non probantur.

2 Et respectu vacationis beneficij, potius cõtrarium probatur ex instrumento dato per moniales in earum summario, in quo apparet vsque de anno 1605. Zaccharíæ fuisse concessam hanc Ecclesiam, non vti solitam conferri in titulum, sed tanquam ad nutum amouibilem per ipsas moniales, quæ confessio cum fuerit per Zaccharíam acceptata, & per multos annos obseruata, inde resultat confessio narratæ manualitatis, quæ præiudicat acceptanti in iustificatione suæ gratiæ, prout nocet prouiso Apostolico narratiua iuris patronatus. Pute. decisione 316. in nou. edict. libro

libro secundo, & indistincte in beneficialibus, quod confessio praeiudicet confitenti, fuit resolutum in Biren. beneficiorum. 15. Martij 1604. coram Illustriss. Cardinale Lancellotto, & coram me in Pacen. Canonicatus 11. Decembris 1613.

3 Nec visa est concludens responsio, quod titulus beneficij non pendeat à potestate confitentis. Veral. decisione 185. numero 3. parte 1. sed à potestate Papae, & Canonica institutione, capitul. beneficium de reg. iur. in 6. capitul. ex frequentibus de institu. ideo Zaccharias per suum asserere, vel negare, non potuit mutare qualitatem beneficij. Quia fuit responsum, quicquid fit ad effectum adiudicationis beneficij, in quibus terminis restringitur potestas confitentis, vt dicitur in decisione 17. numero 1. de restitut. spoliat. in nouis, ac in eadem decisione 185. Verall. tamen quoad praeiudicium Zaccharlae interim nocet confessio, quamuis non praeiudicet veritati, quia possit contrarium probari, vt fuit ponderatum in supradicta decisione Pacen. Canonicatus coram mem. Propterea stante confessione manualitatis non potest dici, quod ex reuolutione chartarum processus constet de non iure monialium, ita vt aliunde teneantur docere de earum iure, & non probato, remaneat iustificata gratia in ea parte, quod ius non competat monialibus, quia negatiua praedicta per huiusmodi confessionem non remanet perfecte probata, prout necessarium est, vulgata l in praesentia. de probat. l. non hoc. C. vnde legitim. cum similibus.

4 Non obstat, quod confessio Zaccharlae adhuc detegeretur erronea, cum ex iuribus per eum productis aperte probetur, ad Parochialem esse collatiuam, quia quo ad instrumentum anni 1466. 1514. 1537. non fuit habita ratio, cum excedant tantum tempus, quo potuit mutari status Ecclesiae. Ordinatio verò facta in visitatione eiusdem Ecclesiae per gloriosae memoriae Sanctum Carolum, magis videtur conferre iuribus monialium, quam contrariari, tum ordinatum fuit de assumendis informationibus super statu Ecclesiae, & nihilominus moniales continuarunt in opponendo Cappellano, & amouendo ad nutum earum, prout hodie praetendunt etiam eis literae, collatio verò facta per Vicarium Archiepiscopalem vigore prouisionis Apostolicae anni 1588. per obitum Mutelli Stefano de Panicettis, visa est non suffragari, cum non habuerit effectum, & quamuis dicatur, quod non effectuatio processit ex eo, quod prouisus repertus fuit, non habilis, tamen non etiam constat, si fuisset habilis, quod prouisio habuisset suum effectum.

5 De valore pariter nulla prorsus datur iustificatio, ideo tanto magis Zacchariam defecisse visum fuit, cum & narratiua valoris sit pars gratiae, quae ratio est iustificanda. Verall. decis. 27. num. 1. par. 1. cum alijs vulg. &c.

# DCCXXXIX.

REVERENDISSIMO P. DOMINO DAMASCENO.

*Salutiarum Pensionis. Lunae 22. Junij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Pensio secunda reseruata non facta mentione primae pensionis super eodem beneficio reseruatae est nulla, & an ad dictum effectum, debeat probari validitas primae pensionis, & quae probatio requiratur, & quid operentur clausulae exequutiuae.

*SVMMARIVM.*

*Pensio reseruata nulla facta mentione prima pensionis reseruata super eodem beneficio nulla est. numero 1. & num. 2. Vbi maximè, quando prima pensio capit medietatem fructuum.*

*Subreptio causatur ex taciturnitate eius, quod si expressum fuisset, Papa difficilius gratiam concessisset. numero 1.*

*Beneficia non solent duplici onere, grauari. num. 1.*

*Beneficia non solent grauari vltra dimidiam, & ideo in reseruationibus pensionum solet opponi clausula, dummodo pensiones medietatem fructuum non excedant. num. 2.*

*Pensio secunda vt annulletur ob non expressionem primae, debet constare de validitate primae. numer. 3. Vbi quod non requiritur probatio ita exacta, quia de illa agitur incidenter. & num. 4. Vbi quod sufficit probatio oriens ex literis reseruationis, cum sequuta quasi possessione exigendi.*

*Nullum quod est, nullum parit iuris effectum. num. 3.*

*Probatio exacta non requiritur ad probandum id de quo incidenter quaeritur. num. 3.*

*Prouisio habita ab habente potestatem conferendi prabet titulum coloratum. num. 4.*

*Iustificatio gratia prasumitur ex quasi possessione. num. 4.*

*Clausula exequutiua non tollunt defectum subreptionis, sed tollunt tantum ea, qua possunt obstare expressis. num. 5.*

*Clausula exequutiua non ampliant gratiam, sed praesupponunt illam iam factam. num. 5.*

*Successorium corruit sublato principali. num. 5.*

## DECISIO DCCXXXIX.

1 Resolutum fuit, sententiam de partibus esse confirmandam, de illius enim iustitia constare visum fuit, dum annullat pensionem, quae fuerat reseruata, nulla facta mentione de prima pensione super eodem beneficio auctoritate Aposto-

lica

lica reseruata, quia si Papa sciuisset dictam pensionē, vel non concessisset secundam, cum non soleant duplici onere grauari beneficia, ad not. in c. mandatum. de rescript. Socin. consil. 260. numero 2. lib. 2. Paris. consil. 5. num. 134. lib. 4. Cassad. decis. 3. de pension. Mohed. decisione 11. de locat. & conduct. Rota in Vicentina Pensionis. 12. Februarij. 1590. coram bon. mem. Cardinale Mantica, Veronen. Pensionis. 27. Iunij. eiusdem anni coram bo. mem. Cardinale Platto, Cęsaraugustana Dismembrationis 23. Iunij 1600. coram bon. memo. Cardinale Pamphilio, Valentina Pensionis 27. Iunij 1601. coram Illustrissimo Cardinale Mellino, & in alia Cæsaraugustana Fructuum 16. Iunij 1602. coram me, vel saltem difficilius concessisset, quod sufficit ad causandam subreptionem, atque inde nullitatem gratiæ, Socin. d. consilio 260. numero secundo. Corneus consilio 245. numero 6. libro 1. Crau. consilio 296. numero 3. & in dicta Cæsaraugustana Fructuum. 16. Iunij 1602. coram me, & proindè quod secunda pensio, non facta mentione de prima sit nulla, tenuit Rota apud Cassad. decisione 3. de pension. Caputaquen. decisione 301. part. 2 Ferrett. consilio 388. Crau. d. consilio 269. sub nume. 3. & in dictis Veronen. Pensionis 27. Iunij 1596. coram bon. mem. Cardinale Platto, Valentina Pensionis 25. Iunij coram Illustrissimo Cardinale Mellino.

2 Idque tanto magis hoc casu, quia prima pensio capit medietatem fructuum, vnde si præfatæ decisiones firmant regulam in qualibet pensione, fortiùs procedent, quando prima pensio capit medietatem fructuum, quia beneficia non solent grauari vltra medietatem fructuum, Gig. de pens. quæstione 8. numero 1. Mohed. decisione 11. de locat. & conduct. Rota in Monopolitana Pensionis coram bo. mem. Otano, 9. Ianuarij 1598. vnde in supplicationibus apponitur clausula frequentissimè, dummodo pensiones medietatem fructuum non excedant.

3 Et licet, vt annulletur secunda, sit necesse probare validitatem primæ, quia alias pensio nulla, verè non posset dici pensio, ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & non esset verum dicere, quod beneficium esset duplici onere grauatum, si primum onus esset nullum, quia, quod nullum est, nullum parit effectum. l. non videtur, la prima. ff. de iudic. & ita in istis terminis respondit Rota in Carpentoraten. Pensionis 10. Ianuarij 1603. coram Illustrissimo Cardinale Lancelloto, attamen ad probandam validitatem primæ cum de hoc agatur incidenter, non requiritur illa exacta probatio, quæ requireretur si ageretur principaliter de illius canonizatione, Bart. in l. quidam in suo. numero 4. ff. de condit. institut. Imol. in Clemen. 1. numero 3. vt lit. pend. Boer. decisione 72. numero 8. Rota diuers. decisione 34. numero 18. part. 2. Seraphin. decisione 1287. numero tertio, & fuit dictum in Pampilonen. Beneficij 30. Ianuarij 1615. coram me.

4 Et proinde visa fuit sufficiens probatio, oriens ex literis reseruationis, cum subsequuta quasi possessione exigendi, vt in istis terminis tenuit Rota in causa Cæsaraugustana Dismembrationi 23. Iunij 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio, Nam literæ dant titulum coloratum, cum sint ab habente potestatem, Rota decisione 20. numero 5. in nouis, & decisi. 190. libro 3. numero 3. diuers. Put. decis. 277. part. 1. Rota in Vlixbonen. Coadiutoriæ 22. Martij 1596. coram bon. mem. Gipsio. Et quasi possessio facit præsumi iustificationem, Gigas de pens. quæstione 47. nume. 4. Rota decisione 534. numero 7. par. 1. diuers. cum maximè non agatur principaliter de validitate pensionis ex prædictis.

5 Prædictus autem defectus, non factæ mentionis primæ pensionis, visus fuit Dominis, non posse sanari ex clausulis literarum reseruationis secundæ pensionis nempè, ibi, non obstantibus quibuscumq. ordinationibus, & constitutionibus, & qualibet alia d. Sedis Indulgentia, per quem effectum præsentium impediri posset, quia istæ clausulæ, tanquam executiuæ, non tollunt defectum subreptionis, sed tollunt tantum ea, quæ possunt obstare expressis. Gem. consilio 86. numero 6. Corn. consil. 245. numero 6. lib. 1. Crauet. consil. 296. numero 3. Rota, in causa Eugubina beneficij. 2. Decembris 1596. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & meritò, quia clausulæ executiuæ præsupponunt gratiam iam factam; vnde communiter dici solet, quod huiusmodi clausulæ illam non ampliant, Clem. 1. in fin. de præben. Verall. decisione 83. numero 3. parte 2. Sutd. decisione 42. num. 17. si igitur præsupponunt gratiam iam factam, ideo non poterunt supplere defectum subreptionis, quia antequam deueniatur ad clausulas non adest aliqua gratia propter dictum defectum; Vnde clausulæ non reperiunt, cui accedant, vel quid exequantur, sed immo sublato principali, necesse est illas etiam corruere, iuxta not. in l. cum principalis. ff. de reg. iur.

## R. P. D. BVRATTO.

*Foroliuien. Cappellæ. Lunæ 16. Martij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Ius patronatus laicale efficitur Ecclesiasticum, ex quo peruenit ad personam Ecclesiasticam, ita vt comprehendatur sub regula reseruatoria mensium.

## *SVMMARIVM.*

*Beneficia vacantia in curia sunt reseruata. num. 1.*
*Decretum irritans inficit titulum, & possessionem. nu. 1.*
*Ius patronatus laicale, si perueniat ad personam Ecclesiasticam ex ordinatione testatoris, efficitur Ecclesiasticum. num. 2.*

De-

*Declara id procedere quando transfertur proprietas iuris patronatus secus vbi in personam Ecclesiasticam. confertur solum ius praesentandi, vel nominandi, tunc enim ius patronatus laicale non efficitur Ecclesiasticu, cum aliud sit ius patronatus, & aliud ius praesentandi. num. 3.*

*Dic declarationem habere locum, vbi patronus concessit ius praesentandi, cum reseruatione iuris patronatus, alias secus. num. 4.*

*Dictio tantum est taxatiua, & vbi est opposita personae excludit haeredes. num. 4.*

*Mentio iuris patronatus non est facienda in impetratione, quando possessio praesentandi est radicata in perpetuum penes alium. num. 5.*

## DECISIO DCCXL.

1 Responsum fuit per Dominos non constare de iure Vandini, qua Cappellania Sancti Ludouici in Ecclesia Sancti Mercurialis, ad quam ipse de anno 1601. fuit praesentatus, & institutus ab Abbate eiusdem Ecclesiae, reseruata erat, cum vacaret per obitum in Curia Octauij Clementini, iuxta tex. in c. 2. vbi gl. magna, & Anchar. in 2. notab. de praeben. in 6. Et ideo Vandinus nullum in ea ius acquisiuit, propter Decretum irritans, de quo in dicto c. 2. quod inficit titulum, & possessionem. c. si eo tempore. de election. in 6. Rot. decis. 3. sub nu. 1. vers. facit enim. de restit. spolia. in nouis. Cassad. decis. 81. num. 5. super regulis, cum alijs per Gab. de clausuris. conclus. 3. num. 50.

2 Et licet ab initio esset de iure patronatus laicali ex dotatione, & fundatione quondam Mellinę, vt ex instrumento del 1417. per eam celebrato, cum Abbate & Monachis dicti monasterij, de quo etiam iure patronatus meminit. Cardinalis Seraphinus decis. 871. Illud tamen effectum est Ecclesiasticum, cum ex eodem dotationis instrumento post mortem Mellinae conuentum fuerit, Abbatem non solum posse, & valere, sed etiam debere eligere, nominare, & confirmare Sacerdotem, qui inseruiret dictae Cappellaniae, vt est tex. in c. vnico. §. fina. vbi glos. Et Archid. in versi. Semestre. Io. Monach. num. 4. Anchar. num. 5. versic. sexto nota. & Franch. num. 3. de iure patro. in 6. Abb. in c. de Monachis. num. 14. de praeben. Felyn. in tract. quando lit. Apostol. not. patr. col. 81. ver. limitatur. 6. Paris. consil. 128. num. 19. & 20. volum. 4. Lambert. de iure patron. lib. 1. par. 1. artic. 8. quaest. 1. nume. 1. & lib. 2. par. 3. art. 20. quaest. 9. per totam. Roch. in eodem tractat. in verbo ipse vel is. num. 32. Couar. practicar. quaest. cap. 36. num. 5. versic. 2. illud erit obseruandum. Et tenuit Rota, apud Cardinalem Seraphinum decisione 1420. numero 1. & ideo sub regula reseruatoria comprehenditur, nec potuit fieri praesentatio in mensibus reseruatis, vt in terminis fuit resolutum in Valentina beneficij, 26. Martij 1592. coram bon. mem. Orano.

3 Nec placuit responsio, quod praedicta procedant, quando donatur ius patronatus, & sic proprietas, secus vbi, (vt in praesenti casu) in personam Ecclesiasticam confertur solum ius praesentandi vel nominandi, tunc enim laicale ius patronatus, non efficitur Ecclesiasticum, quasi aliud sit ius patronatus, & aliud ius praesentandi, iuxta cons. Calderin. de iure patron. 19. & decisionem Card. Seraphin. 456. num. 4. cum alijs allegatis.

4 Obiectum enim procedit, quando Patronus concessit ius praesentandi cum reseruatione iuris patronatus, in quibus terminis loquuntur Calder. & Seraphin. vbi supra, & alij in contrarium adducti, secus in proposito cum Mellina in dotatione post eius morte transtulerit in Abbbatem ius eligendi, nominandi, & confirmandi sine aliqua iuris patronatus reseruatione pro suis haeredibus, immo reseruauerit sibi authoritatem nominandi, & praesentandi in eius vita, cum taxatiua tantum, quae reddit personalem huiusmodi reseruationem, & sic excludit haeredes, iuxta notata communiter per Doct. in l. nisi. ff. de pact.

5 Et coadiuuatur ex instrumento collationis factae Vandino per Abbatem 7. Decembris 1601. in eius summar. nu. 3. In quo dicitur ad dictum Abbatem de iure, & virtute fundationis, ac ex antiqua consuetudine spectare, & pertinere collationem, & institutionem dicti Altaris. Sed quatenus dici posset proprietatem, seu quasi iuris patronatus, esse penes haeredes Mellinae, tamen ius praesentandi, & sic possessio radicata in perpetuum erat penes Abbatem. Et ideo in impetratione non erat facienda mentio iuris patronatus. Cardin. consilio 69. numero quarto, uer. sufficit. Aeneas de Falcon. in tractat. de reseruat. effect. 14. ad fin. versiculo. idem puto dicendum. Decianus. consilio 117. colum. 2. sub versic. Et quantum ad propositum. consilio 126. sub numero 3. versicul. Et ideo notabiliter voluit Ferret. consilio 132. numero 12. Roland. consilio 47. numero 27. ad fin. libro primo. Rot. decisione 167. numero septimo, parte secunda, diuersorum. Alia, quae dicuntur contra prouisionem Baldi, qui est reus, & possessor non pertinent ad punctum. Et ideo ex his fuit conclusum, vt supra, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Verdunen. Abbatiae. Lunae 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Titulus quando dicatur ita discoloratus, vt non sit facienda restitutio in spolio, & quando gratia Apostolica subreptitia praebeat titulum coloratum, & quamplura deducuntur circa dispositionem cap. auaritiae. de elect. in 6.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Prouisio Apostolica prabet titulum coloratum ad obtinendam restrictionem in spolio. nu. 1.*

*Fallit quando notorie constat de illius subreptione, quia tunc titulus remanet discoloratus, & est insufficiens ad obtinendā restitutionem in spolio. nu. 1. Declara, vt n. 7.*

*Restitutio in spolio impeditur per exceptiones execrabilitatis, illegitimitatis, & reseruationis. nu. 1.*

*Intrusus dicitur prouisus de beneficio reseruato ab alio, quam a Papa. nu. 2.*

*Beneficium commendatum cessante commenda vacat, vti vacabat prius, quam commendaretur. nu. 2.*

*Electus administrans ante confirmationem dicitur intrusus, & redditur inhabilis etiam sequuta confirmatione ad idem beneficium obtinendum. nu. 2.*

*Subreptio inducitur taciturnitate intrusionis. nu. 3.*

*Dispositio c. auaritia, de elec. in 6. cessat in multis casibus, & specialiter vbi adest priuilegium. nu. 4.*

*De non iure non dicitur constare quo usque potest constare de iure. nu. 4. Vbi etiam in spolio.*

*Spolium, vt excludatur exceptio debet esse in notoria, vt contrarium probari nequeat in petitorio. nu. 4.*

*In spolio non dicitur constare de non iure, nisi per cōfessionem, vel rem iudicatam. nu. 5.*

*Confessio facta a procuratore non habente speciale mandatum non praeiudicat. nu. 5.*

*Restitutio in spolio non impeditur per exceptionem execrabilitatis probatam ex sola productione tituli, & possessionis duorum incompatibilium, quia actor potest replicare, cum ero restitutus docebo de dispensatione. nu. 6. Vbi plura recensentur similia.*

*Gratia Apostolica praebet titulum coloratum. nu. 6.*

*Testes nulliter examinati, nec etiam pro alia parte probant. num. 7.*

*Possessionis causam mutasse quis dicitur ex superueniētia erronea causa, absque aliqua declaratione. nu. 8.*

*Restitutio in spolio vt concedatur, sufficit titulus coloratus superueniens ante spoliationem absque noua apprehensione. num. 8.*

## DECISIO DCCXLI.

1 Firmata iustificatione primi extremi pro fratre Nicolao Thoma ex deductis in vltima decisione sub die 20. Februarij praeteriti, quę DD. placuerunt strictę, quo ad exceptiones propositas ad spolij exclusionem, illae visae sunt non obstare. Prima erat defectus tituli colorati. Quamuis enim Fr. Nicolaus habeat prouisionem Apostolicam, & controuerti non possit, quin ea praebeat titulum coloratum. Tamen dicebatur id non procedere, quando notorie constat de illius subreptione, quia tunc titulus remanet discoloratus, & insufficiens ad obtinendam restitutionem, ad quod allegabatur, decisio Chirog. 258. incip. dic 10. Aprilis in manuscript. & confirmabatur per exempla exceptionum execrabilitatis, illegitimitatis, & reseruationis, quae probatę impediunt restitutionem ex allegatis per Informantes.

2 Subreptionis autem probatio deducebatur ex articulis, & testibus eiusdem fratris Nicolai in hac causa, quod ipse statim sequuta cōfirmatione electionis per Abbatem Clareuallen. & Benedictione per Epm Cathalonen. cepit Abbatiae possessionem, ex quo resultabat adeptio possessionis ante prouisionē Apostolicā, & sic intrusio, tū eo qđ praetenditur Abbatiā fuisse Apostolicae Sedi reseruatam, ad trad. per Gomez. in reg. de triennal. q. 47. vers. secundus casus est. Gig. de intrus. n. 43. & seq. & Moderni super reg. 8. gl. 31. n. 7. & gl. 45. §. 2. n. 44. & sub nu. 45. quia vacabat per liberā resignationē in manibus Sanctissimi, vti prius quā cōmendaretur Cardinali Vaudemontano cōmenda per obitum eiusdem Cardinalis cessante. Cassad. decis. 5. n. 9. & 10. de priuil. cum alleg. per Moder. super d. reg. 8. gl. 5. §. 7. n. 144. quam etiā ex eo, quod administrauit ante confirmationem Apostolicam, quae ex dispositione Bullae Sixti IV. erat intra quatuor menses a die electionis expediēda, cum decreto, quod alias electio nulla sit, & sic inferebatur ad dispositionē c. auaritiae, de elect. in 6. electum non solum intrusum, sed etiam inhabilem ad idem beneficium obtinendum. Crescē. decis. 6. num. 12. de Iure patron.

3 Ex huius autem intrusionis taciturnitate dicebatur resultare subreptionem ipsius prouisionis Apostolicae. Cald. cons. 13. de rescr. Felin. in c. in nostra. n. 10. in 2. corollar. & in c. postulasti. in fi. de rescrip. Put. decis. 198. in nou. impress. lib. 3. Peregr. decis. 11. in vna Calaguritana Abbatiae. 27. Aprilis 1547. in manuscrip. exceptio erat spōtaneae renunciationis eiusdem fr. Nicolai ex concordia per eum inita cum Carolo resignatario Abbatiae, per quam dicebatur facto proprio cecidisse a possessione ex vulgar.

4 Quo ad primā visum fuit DD. non constare de praetensa intrusione. Nam quo ad reseruationem supra allegatam, de illa non constat, quo vero ad administrationē non subsequuta confirmatione Apostolica dicebatur, vltra quod ista negatiua non obtentae dictae cōfirmationis non iustificatur, cum tū super ea totū partis fundamentum innixum cōsistat, plures esse casus, & inter alios priuilegij, in quibus cessat dispositio. d. c. auaritiae, de quibus p Rebuff. in prax. benef. reg. de subrog. tollit gl. 4. n. 7. & latius per Gig. in tract. de intrus. n. 25. & Modern. de probat. concl. 932. a nu. 7. ad nu. 18. volum. 2. Et sic multa ostendi posse in petitorio, ex quibus excludatur poena dicti Capituli, & consequenter non posse intrusum dici notorie constare de intrusione. Rota enim sequitur passim decisionem. Aegid. 103. vt non dicatur de non iure constare, quousque pōt de contrario doceri. Lancell. de attent. par. 3. c. 24. n. 78. Rot. diuers. decis. 520. nu. 4. par. 1. & decis. 269. nu. 6. par. 2. Card. Seraph. decis. 73. nu. 1. & decis. 983. n. 6. & in spolio. Gabr. de restit. spoliat. concl. 1. n. 106. Rota in Elboren. Decimarum. 28. Nouembris 1610. coram Reuerendissimo Lugdunen. & in puncto exceptionem debere esse ita notoriam ad exclusionē spolij, vt contrarium probari neque at in petitorio, ex allegat. decis. Aegid. & alijs. Gabr. cons. 51. n. 17. in prin.

5 Et propterea non dicitur constare de nō iure in spolio, nisi per cōfessionem, vel rem iudicatā. Than. decis. 19. in manuscrip. Lancel. d. c. 24. nu. 65. vbi refert esse decisum in vna Burgen. coram Oradino. & nu. 68. & seq. requiri dicit confessionem omnino claram. Rot. d. decis. 269. n. 7. par. 2. Seraph. d. decis. 73. num. 1. vers. notorius enim. & decis. 983. nu. 7. dicens, ita passim a Rota seruari. In proposito aūt nulla adest confessio intrusionis, & quatenus ex articulis, vt supra datis, deduci posset cōfessio possessionis ante prouisionem Apost. quod non videbatur, cum hoc explicite nō contineret, & vlterius essent dati a procuratore carente speciali mandato ad sic, & sic ponen. glos. in c. vlt. in vers. expresse de iureiu. in 6. Rota decis. 19. Vbique adden. de procur. in nou. Filij. in c. 1. nu. 16. vt lit. non cont. Caputaq. decis. 198. par. 1. ex ea tamen non concluditur per necesse intrusio, & consequenter, nec etiam subreptio. Nam vt dictum est plura adesse possunt, quæ intrusionem excludunt.

6 Quæ possibilitas sufficit ad impedien. discolorationē tituli, vt fuit decisum corā Io. Paulo inter eius decisiones manuscr. decis. 111. quæ licet parū correcta habentur in decis. 866. lib. 3. par. 3. diuers. Vbi præsertim sub num. 3. quod execrabilitas probata ex sola productione tituli, & possessionis duorum incompatibiliū, nō impedit restitutionem, quia actor poterit replicare, cum ero restitutus, docebo de dispensatione, sequitur Pontan. de spol. lib. 3. nu. 60. Et hoc hodie seruari in Rota contra opinionē Romani testatur Illustrissimus Card. Tuscus, in verb. spoliato. concl. 398. n. 32. Facit supra d. decis. Seraph. 113. nu. 5. Vbi quod nō dicitur constare de non titulo ad impediendā restitutionē ex eo, quod is, qui tenebatur dimittere beneficium intra certum tēpus, illud non dimisit, quia potuit, obtinuisse prorogationem temporis, & vita fuit optima decisio 610. nu 3. li. 3. par. 3. diu. Vbi licet cōstaret de expressione non vero valoris ex articulis impetrantis, fuit tamen conclusum non impediri illius restitutionē in spolio, quia potuit expressisse valorem de nouo, & alia habere, quibus gratiam suam tueri posset, & sic interim dici non posse adeo notorie constare de non iure suo, vel esset excluden. & eandem opinionem bene sensit Bellam. consil. 2. nu. 18. in 5. dub. præsertim in vers. sic in proposito. Ex quibus patet, quō procedāt exempla execrabilitatis, & illegitimitatis allegata, & qualiter de illis constare debeat ad effectum de quo agitur, ita vt in proposito nō applicentur & cōfirmatur ex decis. Put. 76. in nou. impress. li. 1. cum alijs deductis in decisione in hac causa facta. 5. Maij 1614. quod gratia Apostolica licet subreptitia præbet titulum coloratū.

7 Nec decisio Chirogæ in cōtrarium allegata, quam etiā animaduertebāt aliqui ex Dñis allegare solū Rot. decis. 721. in antiq. Et Achil. decis. 7. de præb. in quib. nihil tale dr, procedere pōt, nisi vbi subreptio est notoria per confessionē partis, vel rē iudicatam ex supra allegatis, vel vbi spoliatus passus fuit excipi de subreptione admitti articulos ad illius probationē, & fieri probationes, & de illa cognosci, quasi tūc dicatur renunciasse priuilegio spolij, quę oīa cessant in casu isto, in quo nec fieri poterat fundamētū super testibus pro parte fratris Nicolai examinatis deponentibus ipsum secuta cōfirmatione Abbatis, & benedictione Episcopi, de quib. supra possessionem Abbatiæ adeptū fuisse, illamque deinde administrasse. Nam vltra qđ ex hoc solo nō concluditur necessario intrusio (vt dictū est) cū testes fuerint nulliter examinati. Nec pro alia parte probāt iuxta opin. Vitalini, in clem. 2. n. 91. de testib. q̄ sequitur Rot. apud Achill. dec. 1. eo. ti. & alias passim.

8 Neque dubitari potest, quin frater Thomas statim obtenta prouisione Apost. dicatur illius vigore possedisse mutata sibi absq; alia declaratione causa possessionis, iux. decis. Achill. 4. de cau. poss. & propr. quā reprobato cōs. Socin. 131. li. 1. sequitur Rot. decis. 324. nu. 2. p. 1. diuer. in Parmen. Prioratus 23. Iunii 1589. corā bo. me. Card. Mant. in Regiē. Prioratus 14. Iunii 1604. coram Illustris. Decano, & in alijs plurimis, ac proinde quin possessio sit colorata, & restituibilis, & in istis terminis sufficere titulū coloratum superuenientē ante spoliationē, absque noua apprehēsione. Put. dec. 7. de resti. spol. Quo vero ad secundā exceptionem placuerunt DD. deducta ad illius exclusionē in d. decis. 5. Maij, in qua formatū fuit, ex ea nō posse excludi remedium spolij, nisi probato adimplemento successiuo, & in totū, de quo tū non constabat, nec subsistere visū fuit, qđ cōstabat de continuata solutione vltimi triennii, cū quietantiæ datæ in Summario percutiant solū biennium, nec concludant integras, & vniformes solutiones, ita vt cesset l. quicumque. C. de apoch. lib. 11. Et ita resolutum &c.

R. P. D. MANZANEDO.

*Nouarien. Canonicatus. Luna 22. Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Agitur de iustificatione gratię, & narratiuę vacationis propter sententiam priuationis, quę transitum fecit in iudicatum, & quomodo talis narratiua debeat probari.

SVMMARIVM.

*Narratiua vacationis ob priuationis sententiā, quæ transitum fecit in iudicatum ob non interpositā appellationē, seu illius non prosequutionem, debet iustificari per exhibitionem sententiæ, vna cum processu. num. 1.*

*Appellatio quo ad effectum suspensiuum non datur a sententia priuationis ob non residentiam, nisi tamen iudex nulliter, & iniuste processerit. nu. 1.*

*Sententia lata contra mortuum est nulla nu. 2.*

*Clausula præterquam per obitum solet apponi in odium impetratum. nu. 2.*

*Possessor qui non produxit titulum, potest se iuuare possibilitate alterius tituli. nu. 3.*

*In beneficialibus datur multiplicatio titulorum. nu. 3.*

*Valor non probatur per arrendamenta. nu. 4.*

*Tertij de suo indicio deponens non probat. nu. 4.*

DECI-

R. P. D. BVRATTO.

DECISIO DCCXLII.

1 PRo non iustificatione gratiæ Marchetti Domini responderunt. Primo, quia narrauit Canonicatum de quo agitur, vacare ob priuationē Benedicti Lunghi factā ab ordinario seruatis seruan. per sententiam diffinitiuam, quæ transiuit in iudicatū ob non interpositam appellationem, seu illius nō prosequutionem, & tamen hæc vacatio, in qua illius gratia fundatur nullatenus apparet iustificata, cū nō exhibeatur sententia, nec processus desuper fabricatus, ex quo apparere possit de prędictis, & pręsertim, quod nō fuerit appellatum, iux. decis. Mohedan. 11. de præben. Nam licet a sententia priuationis ob non residentiam non detur appellatio ad effectum suspensiuum. c. relatum, & c. conquerente. de cler. non resid. Conc. Triden. sess. 24. c. 1. de reform. Tamen id intelligitur, quando fuit rite, & recte lata. iux. decis. Seraph. 1346. per totum. Qualis an sit illa ordinarij, discerni non potest, cum non detur processus, vt supra deductum est.

2 Immo ex testibus examinatis datur maximus fumus, quod de tempore sententiæ priuationis latæ dictus Beuedictus esset mortuus. Vnde sententia diceretur lata contra mortuum, & sic non posset excusari a vitio nullitatis. l. secunda. ff. quan. sent. sine app. rescin. l. de qua re. §. cum absentem. ff. de re iud. Caputaquen. decis. 140. par. tertia. Ex qua morte Benedicti si de illo tempore certificaretur sequeretur etiam Canonicatum vacare per obitum, non autem per priuationem, prout Marchettus narrauit, a qua vacatione per obitum fuit expresse ille exclusus propter clausulam præterquam per obitum apponi solitam in odium impetrantium. Rot. decisione 624. num. 5. parte tertia, lib. 3. Moder. Hisp. ad reg. 8. Glos. 32. nume. 33. & sequen.

3 Secundo principaliter non iustificatur gratia in eo, quod narrauit Seram fuisse ab Episcopo prouisum nec alium legitimum titulum haberi. Cum enim Sera non produxerit aliquem titulum Episcopi, & sic reus, & possessor ad excludendum Marchettum actorem, potest se iuuare possibilitate alterius tituli, quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum, vt fuit dictum in vna Cæsaraugustana de Maella. 8. Nouemb. 1599. coram bo. me. Cardinale Pamphilio, & in alia Casalen. Canonicatus 29. Nouembris 1613. coram me, quia possibilitate stante, non potest dici iustificata narratiua, quod Sera alium titulum non haberet.

4 Vltimo visum fuit DD. non iustificari valorem Canonicatus narratum per non excessum 80. Ducat. cū testes aliqui se referant ad arrendamenta, quæ nō probant. Ruyn. conf. 35. num. 36. lib. 1. Ferret. conf. 354. num. 16. & alij dicant nihil scire, alij vero loquantur de suo iudicio. Curt. iun. consf. 144. nu. 3.

*Signina Castrorum. Lunæ 22. Iunij 1615.*

ARGVMENTVM.

Sententię validitas iustificatur ex iudicis competentia, legitimatione personarum, mādatis procuræ vtriusque partis, citationibus ad omnes actus substantiales, & citatione personali facta procuratori partis aduersæ ad sententiam.

*SVMMARIVM.*

*Contractus, qui effectum habere non potest, circa respicientia substantialia, & causam finalem ex æquitate resoluitur. num. 1*

*Sententia quomodo iustificetur ad effectum, vt sit valida. numero 2.*

*Attentata purgantur per simplicem renunciationem factam omnibus actibus possessorijs. nu. 2.*

*Attentata purgantur per renunciationem actuum indicialium, factorum ab aduersario, vel eius nomine. numero 2.*

*Termino ad conditionem implendam elapso venditor non impeditur agere, tam in petitorio, quam in possessorio. numero 2.*

*Suspensio petitorij non habet locum in possessorio retinendæ ad effectum nullitatis. nu. 2.*

*Termini substantiales, vnica citatione reiterati, ex hoc sanantur omnes defectus terminorum nulliter prius tentorum. num. 3.*

*Terminorum reiteratio ad effectum sanādi defectus præcedentes potest fieri coram quocumque iudice, ex facultatibus Pij Papæ Quarti. nu. 4.*

*Iudex quanto temporis spacio possit instrui de meritis causa. num. 5.*

DECISIO DCCXLIII.

1 CVm tertia Aprilis pręteriti in propositione dubij, an sententia A. C. esset iusta, & valida, ita vt procedendum esset ad vlteriorem, & finalem illius exequutionem, Domini caput tantum iustitiæ dictę sentētię amplectentes resoluerint licuisse Excellentiss. D. Martio Columnæ a venditione facta Illustriss. D. Cardinali Aldobrandino recedere, ex rationibus tunc in decisione deductis, & præsertim, quia deficiebat consensus contrahentiū, qui amplius habere non poterat effectum istius contractus circā substantialia, & causam finalem respicientia, quo casu licet a cōtractu etiam nominato recedere ex æquitate, quæ habetur in l. cum tē. C. de pact. inter emp. & vendit. & in l. bona fides. ff. de act. emp. cum alijs, quę Dominis in hac secunda propositione satisfacerent.

2 Hodie dubio reassumpto dixerunt, constare etiā de

validitate eiusdem sententiæ. Nam de iurisdictione A.C. dubitari non potest, cũ sit iudex ordinarius quorumcumque Curialium, etiam Baronum, Domicellorum, & Cardinalium, & causa illi commissa fuerit ex rescripto in Signatura Sanctissimi expedito, ac legitime postea producto, & constat de personarũ legitimatione, ex mandatis Procuræ vtriusque partis, de quibus in actis, & de citationibus ad omnes actus substãtiales, & præsertim de citatione personali procuratoris D. Card. ad sententiam, quæ lata fuit de voto RR. PP. DD. meorum Decani, & Vbaldi adiunctorum, iuxta formam commissionis, fuit etiam præstitum iuramentum calumniæ, ac demum seruati fuerunt omnes termini substantiales, ex quibus sententia quo ad telam iudiciariam, & ordinem processus iustificatur ad decis. Caputaq. 260. par. 2.

3 Non obstat, q̃ pluries petita fuerit manutentio pro parte D. Card. & dato in suspenso petitorio ꝓtestatũ, q̃ prius possessorium expediretur. Cum. n. D. Martius manutentioni cõsenserit, & finitũ fuerit iudicium possessoriũ per renunciationẽ factã, & consensum per eũ præstitũ mediãte legitimo Procuratore decreto expeditionis mandati de manutenen. ad fauorẽ D. Card. & fuerit ẽt datum votum per DD. meos, pro dicto mãdato, quod ẽt fuit decretum, & intimatum Procuratori dicti D. Card. Quinimmo in actis fuerit ẽt legitime renunciatum omnibus possessorijs factis per D. Martiũ post mãdatum de associando per eũ a R. P. D. Stella obtentum, sufficit iste consensus pro purgatione attẽtatorũ, seu actuũ iurisdictionalium, quæ D. Martius exercuerat. Nec debuit retardari processus. Achil. decis. 249. alias 23 de appell. & pro dicta purgatione attentatorũ si quæ cõmissa fuissent, sufficit renunciatio actorũ iudicialium, q̃ facta fuerat noĩe D. Martij, Lancel. de purgat. attentat. par. 3. c. 29. nu. 24. & seqq. quẽ sequuta est. Rota in causa Parmen. Status. 3. Decẽbris 1610. corã Reuerendiss. Bonon. Præsertim, quia D. Martius nullos fructus habuerat cũ specialiter cõuentum fuerit, q̃ nõ obtento beneplacito Apostolico infra duos menses a die celebrati instrumenti D. Card. constituebat se noĩe D. Martij possidere, & ideo cum post dictum cõsensum, & renunciationẽ clarum sit, D. Martium nõ cõtendisse se possidere, resultat validitas oĩum actorum, & præsertim repetitionis iurium, nec impediri potuit processus, tã in petitorio, quã possessorio. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 25. vers. restat. & nu. 26. ff. de acquir. possess. & ibi Ias. nu. 192. præsertim. in fin. Rip. nu. 164. Marmer. in repet. num. 173. & 174. Bereng. in 4. combinat. nu. 38. & est communis. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 534. & tenet Rot. decis. 349. num. 2. par. 1. & decis. 97. nu. 3. par. 2. diuers. & ideo non intrabat suspensio petitorii, vt ex Vital. in Clem. 1. num. 51. de caus. possess. & propriet. Put. decis. 29. num. 3. lib. 3. in nouiss. & ad effectum nullitatis, Cardinalis Seraphin. decis. 1433. num. 2. Et per consequens non impediebatur instructio processus, & reiteratio termini substantialium in negotio principali.

4 Stante autem lapsu 34. dierum, qui bene erant sufficientes pro dictorum terminorum obseruatione, per illorum reiterationem in termino citationis ad sententiam optime extensam omnis nullitas sanata fuit vigore Innocentianæ. Cassad. decis. 8. n. 10. de rescripr. Caputaq. decis. 250. nu. 2. par. 3. Card. Seraph. decisione 1352. nu. 2. Vestr. in prax. lib. 5. c. 13. nu. 1. quæ reiteratio terminorum, etiam ab A. C. fieri potest vigore eius facultatis, in §. eisdemque terminis, vt in specie Card. Seraph. decis. 515. nu. 1. & de stylo testãtur Modern. in pract. iudiciar. A. C. lib. 2. c. 15. n. 9. vers. verũ ex quo, & Modern. Roman. de iudic. caus. ciuil. & c. li. 2. c. 3. quæst. 13. Spec. 1. num. 270. fol. mihi 123. Imo etiam a quocumque iudice, vt ex Bulla Pij Quarti edita super reformatione Signaturæ Iustitiæ sub dat. Kal. Ianuarii 1562. relata per Modern. in d. tractat. de iudic. vbi supra, num. 271.

5 Ex quibus etiam cessare visum fuit obiectum de breuitate temporis, quo fuit lata sententia, siue enim attendatur initium, quo fuit præsentata commissio, videlicet sub die 17. Iulii vsque ad diem 26. Nouembris, quo fuit prolata sententia intercesserũt quatuor menses cum dimidio, siue reliquum tempus a die terminati possessorii per cessionem Principis Gallicani, & adhuc supradicti 34. dies interuenerunt, ita vt dici non possit nimis festinanter fuisse processum, cum iudex hoc temporis spacio optime potuerit instrui de meritis causæ, iuxta trad. per Felin. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. num. 19. vers. secundo limita. de constitut. Dec. cons. 295. num. 6. Aym. cons. 179. nume. 1. cum aliis per Menoch. de arbitrar. quæst. 42. nu. 9. Et ideo fuit ita decisum.

## R. P. D. BVRATTO.

*Romana Administrationis. Lunæ 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Testatore disponente quibus debeat deferri administratio casu quo administratores non eligant successores, ad illos debet deferri, de quibus facienda erat electio.

### SVMMARIVM.

*Administratio in dubio debet deferri ys, de quibus facienda erat electio. num. 1.*

*Declaratione non facta ab eo cui data erat facultas a testatore, eo casu debet fieri a iudice iuxta mentem testatoris. num. 2.*

*Agnatorum fides a lege magis comprobatur in administratione tutelæ, quam aliorum, quia ob spem successionis diligentius administrant. num. 2.*

*Casus qui sequitur ex eo, quod fuit expresse dispositum habetur pro expresso. num. 2.*

Admi-

*Administratores in subsidium vocati admittuntur casu eueniente.nu.3.*
*Testator in dubio præsumitur velle grauare hæredem minus,quam fieri possit.nu.4.*
*Renunciatio facta per vnum de vocatis infert præiudicium alijs eius vita durante solum, non post eius mortem.num.5.*
*Administratio vni tantum est concedenda, quando constat de voluntate testatoris volentis ad vnum tantum, non ad plures pertineat.nu.6.*

## DECISIO DCCXLIV.

1 EX ordine S.D.N.proposui dubium, ad quē spectaret, & cui veniret concedenda administratio primogenituræ institutæ per bo.mem. Scipionem de Sancta Cruce Episcopum Ceruien. An videlicet illis de familia, & cōiunctionibus ex latere feminæ, vel Vniuersitati S.Catherinæ de Funarijs, & Domini dixerunt illam non spectare ad dictam Vniuersitatem,sed dandam esse duobus ex coniunctis per Rotam nominandis. Nam licet vltimi primogenituræ administratores in dicto testamēto Episcopi nominati non nominauerint eorū successores in officio ipsorū post obitum prout facere poterant, & debeant, tamē cum testator in eius testamento inter cetera expresse mandauerit. Primo,quod administratores per eū nominati post susceptam administrationem quamprimū concordes eligerent ingressurum in alicuius eorū defectum. Secundo, quod eligendi essent de familia de S. Cruce, vel de aliis coniunctionibus ēt ex latere feminæ. Tertio,quod talis ordo in perpetuum seruaretur, ideo cum incerti de certis nominandi essent administratio concedēda est ijs, ex quibus facienda erat electio,iux.l.si quis Titio 17.in fi. l.eum quidam ita.24. §.idem ait.l.vnum ex familia 69. §.rogo,& l.cum pater 79.§.rogo.ff.de leg.2.Bald.in l.1. num.11.ff.eod. cum allegatis per Surd.consi.264.num.32.consi.369. num.10.& consil.375.num.3.Menoch.consi.474.in princip.& nume.11.volum.5. & Peregr.de fideicom. art.33.nu.57. vers.& eo non eligente. & iudex iuxta mentē testatoris declarare debet vltimæ voluntatis fauore,non facta declaratione per illum cui fuit cōmissa. gloss.in l.fin.in verbo,& hoc fauore, & ibi Bald.nu.8. Saly.num.3.in 6.opposit. C.de contrah.empt. Castr. num.4.Ang.in l.2.§.sed & si quis.C.commun.de leg. Bartol.in l.si quis arbitratu. num.5.ff.de verb.oblig. & ibi Socin.num.28.vers.in ea glos.Ruin.numer.20. vers.circa oppositionem. Socin.consil.92.num.11.volum.1.Card.Mant.de coniect.vlt.volun. tit.1.nu.17. in fin.lib.3.

2 Mens autem testatoris clarissima est,dum mādauit electionem fieri quam primum suscepta administratione,& concorditer,& dum viuerēt administratores, & hunc ordinē perpetuo obseruari, & quia primo loco post expresse vocatos, vocauit illos de familia, vel cōiunctiones ex parte feminæ, ex hoc enim aperte ostēditur testatorem maiorem confidentiam habuisse industriæ illorum de familia,& coniunctiorum,prout ēt lex de illis magis confidit in delatione tutelarū, quia ob spem successionis diligētius administrant arg.l.1. ff.de leg.tut.& notat.in l.transactionem. C.de trāsac. Bart.& Bal.in fi.& Ias.num.3.in fi.& ideo casus habetur pro expresso cum sequatur ex eo,quod fuit expressē dispositum.l.si ita scriptum,vbi Bar.& Bal.ff.de lib. & posthum.& verisimile etiam est, testatorem ita sensisse.Alber.in l.tale pactum. §.fin. ff.de pact. Cardin. Mant.tit.de coniect.lib.3.tit.19.num.15.& 16.

3 Ex quibus ita firmatis clare resultat exclusio Vniuersitatis S. Catherinæ, quæ non fuit vocata ad administrationem in casu non factæ nominationis, iuxta ordinem a testatore præscriptum, sed solum in subsidium,vbi scilicet administratores nominati essent, & onus recusarent, vel legitime impediti illud non possent suscipere,adeo vt successor in primogenitura etiā maior annorū 25. per se ipsum cogeretur administrare.Tunc enim noluit,quod statim exhibeat inuentarium bonorum primogenituræ coram Vniuersitate, quæ dictam administrationem susciperet,ad quam etiā in casum recusationis,vel quod non prout deberet,dicta Vniuersitas in ea se gereret,gradatim vocauit Capitulum,& Canonicos Sanctæ Mariæ Maioris, & deinde Societatem charitatis,& tandem electionē commisit Senatori,& A.C.& sic dicta Vniuersitas, & aliæ substitutæ non sunt,nisi illis de familia,& coniunctioribus ex latere feminæ recusantibus, vel impeditis, & sic in eorum defectum atque subsidium.

4 Quæ mens testatoris clarior redditur cum administratio illorum de familia, & cōiunctiorum debeat esse gratuita, illa autem Vniuersitatis sic onerosa cum annuo legato vnius libræ auri, vltra alias 20. vncias pro mercede computistarum, & nihilominus testator voluit, vt quam primum primogenitura augeretur ad summam Scut.200.mil.& in dubio præsumitur,quod voluerit grauare hæredem minus quam fieri possit.dicta l.vnum ex familia.§. si rem tuam. ff. de legatis secundo.

5 Vltra,quod si Vniuersitas admitteretur,administratio difficilius ad vocatos reuerti posset, quod videtur esse cōtra verisimilē testatoris voluntatē. Nec visa fuit obstare declaratio ad fauorē d. Vniuersitatis facta per bo.me. D. Ciriacum Mattheium de tēpore obitus D. Honufrij de S. Cruce. Tū quia nō cōstat euenisse casū vocationis eiusdē D.Ciriaci, vel propter recusationē, vel propter impedimentum D. Cardinalis illius fratris, & sic renunciare non poterat ius quod non habebat. Tum etiam, quia renunciatio non potuit operari, nisi pro ipso viuente, quia post eius obitum præiudicare non potuit vocationi factæ per testatorem, & in omnem casum non constat dictam renunciationē aliquem effectum fuisse sortitam.

6 Quia tamen ex serie testamenti patet, testatoris intentionem fuisse, vt duo semper adessent administratores. Ideo DD.reseruata sibi illorum nominatione, Dixerunt duos tantum esse nominandos, non autem illos omnes qui poterant a præcedentibus admi-

nistratoribus nominari, vt ex supra dictis, prout electionem de vno tantum, non de omnibus faciendam esse, quando constat testatorem voluisse, quod vnus tantum eligeretur, late tradit Surd. d. cons. 369. n. 14. & d. cons. 375. nu. 25.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Cæsaraugustana Domus. Lunæ 22. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Monasterium, seu Collegium Mendicantium hodie potest erigi ab ordinario, seruatis tamen quibusdam solennitatibus a sacro Concilio Tridentino sess. 21. cap. 4. de refor. iniunctis.

### SVMMARIVM.

*Monasterium, seu Collegium regularium, olim non poterat erigi sine licentia Sedis Apostolicæ. nu. 1.*

*Monasterium regularium hodie potest erigi de licentia ordinarij. num. 1.*

*Monasterium, seu Collegium regularium, vt erigatur de licentia ordinarij, quæ debeant seruari. nu. 1.*

*Intellectus ad tex. in c. ad audientiam. il primo, de Eccles. ædif. num 2.*

*Sepulturæ electio est de facultatiuis, & potest eligi vbilibet. num. 2.*

*Præiudicium considerabile nō est, quod Christi fideles possint relicta Ecclesia antiqua, sibi eligere sepulchrum in Ecclesia noua ad effectum impediendi tale ædificium. numero 4.*

## DECISIO DCCXLV.

1 FVit resolutum sententias de partibus esse cōfirmandas, cum approbent licentiam datā ab Ordinario Cæsaraugustano erigendi nouum Collegium Mendicantium Discalceatorum inibi Missas celebrandi, & sanctiss. Eucharistiæ Sacramentū retinendi, quam quidem licentiam ille concedere potuit. Nam licet pro erigendo nouo Regularium Collegio, seu Monasterio, olim requireretur specialis Sedis Apostolicæ licentia. c. 1. de excess. præl. in 6. Clem. cupiētes de pœn. Hodie tamen huiusmodi facultas fuit ordinarijs attributa per sac. Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 3. in fi. renouatur per particularem Constitutionem fel. recor. Clem. 8. In qua præscribitur forma ordinariis, circa huiusmodi licentias cōceden. quæ fuit ad vnguē per ordinariū Cæsaraugustanum seruata, cū citauerit oēs Conuentus Mendicantium, & sibi constiterit nullum eis posse ex noua Collegii erectione præiudicium inferri, ex quo redditus illi relicti per Vgonē de Vicis in pecunia numerata, & frumento sufficiunt ad congruam sustentationem Collegialiū, qui propterea nō cogentur mendicare, & consequenter non diminuent eleemosynas aliorum Mendicantium, nec aliquod eis damnum inferent.

2 Quibus non obstat pro erectione huiusmodi Collegij non concurrere requisita in c. ad audientiam. il 1. de eccles. ædif. & in Conc. Tridē. sess. 21. c. 4. de refor. Quia prædicta iura loquuntur de erectione nouæ Parochialis intra lmites alterius, nō autem Collegij, seu alterius ecclesiæ non parochialis.

3 Minus obstat, quod erecto isto Collegio Christi fideles poterunt in illius ecclesia eligere sepulturā, facere celebrari Missas, & anniuersaria, quod redundat in præiudicium ecclesiæ del Pilar. In qua prædicta hucusque facta fuerunt. Quia negatur huiusmodi præiudicium cum simus in facultatiuis ex quo quilibet potest ad libitum vbilibet pia opera facere, & sibi sepulturam eligere. c. f. de sepult. Et in omnem euentum, tale præiudicium non esset considerabile ad effectū impediendi noui Collegii erectionem, iuxta doctr. Bart. l. quo minus. num. 21. in fi. ff. de flum. Alex. cons. 194. num. 11. lib. 2. Aym. de antiq. par. 4. c. incip. circa præmissa. num. 27.

4 Vltra quod prædicta Constitutio Clementis considerauit tantummodo præiudicium, quod potest inferri Ecclesijs Fratrū Mendicantium, ne propterea eleemosynas erogandas in nouū Collegium, detrimentū patiantur, non autem aliis ecclesiis, &c.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Pistorien. Beneficij. Lunæ 23. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Sententia non transit in iudicatum per desertionem causę ob non persequutam appellationē, nisi super desertione fuit lata sententia, illaque exequutioni demandata.

### SVMMARIVM.

*Appellatio dicitur deserta ex illius non prosequutione infra annum. nu. 1.*

*Deserta non dicitur causa, nec lis dicitur extincta per desertionem causæ, nisi super desertione fuit lata sententia, eaque exequutioni demandata.*

## DECISIO DCCXLVI.

1 IN Decisione allas in hac causa facta die decima Ianuarij præteriti dicebatur, quod cum durarent adhuc lis, non obstante Cessione Laurentij Ghibellini propter superexistentiam Petri Biscontij alterius Collitigantis, non poterant patroni (pendente lite) præsentare Lazarum, prout præsentarunt, & propterea non fuit necesse Andreæ San-

Sanctino subrogato in iuribus Laurentij, & Petri facere mentionem de præsentatione Lazari tanquam nulla, & inualida ex deductis in decisione. Hoc fundamentum impugnabatur ab Informantibus pro Lazaro, qui dicebant, imo litem fuisse extinctam, quia post præsentationes factas a diuersis patronis de Laurentio, & Petro, Laurentius fuit ab ordinario institutus, & vigore huius d. institutionis fuerat etiam immissus in possessionem Parochialis, de qua agitur.

2 Ab hac autem præsentatione, & institutione, licet Petrus appellasset, tamen non fuerat prosequutus appellationem intra annũ, Vnde ob eius desertionem, & non prorogata fatalia dicta institutio transierat in iudicatum, & sic lis fuerat extincta. Rot. decisione decima, numero tertio, vt lit. penden. in nou. & consequenter præsentatio Lazari nõ fuerat attentata. Rot. decisione prima, de appellatio. in nou. Verum respondebatur non iustificari ea, quæ dicebantur de institutione, & immissione Laurentij. Præterea addebatur nõ posse dici litem extinctam per solam desertionem, nisi adsit etiam sententia. Rot. dicta decisione decima, numero tertio, quæ fuerit plenarie exequutioni demandata, Sarn. in regu. de Annal. quæstio. 44. in principio, per totum. Mohedau. decisione tertia, numero tertio, vt lit. penden. Fuit dictum in Salamantina Cappellaniæ del Vote. 5. Iulij 1593. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio. Et ex his resolutum standum esse in decisis &c.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Romana Pecuniariæ. Veneris 26. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Actiones personales, quæ contra hęredem competunt, non dantur contra emptorem hæreditatis.

### SVMMARIVM.

*Actiones personales debent dirigi contra venditorem hæreditatis, non contra emptorem. nu. 1.*

*Clausula non alias, aliter, nec alio modo quid operetur. numero 1.*

*Hæres adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias. nu. 2.*

*Inuentarij beneficium competens hæredi cedenti competit etiam cessionario. nu. 2.*

*Inuentarium quid debeat continere. nu. 3.*

*Inuentarij sola omissio non nocet sine dolo. nu. 4.*

*Probare vnusquisque debet fundamentum suæ intentionis. num. 4.*

*Commissionis verba sunt attendenda. nu. 5.*



## DECISIO DCCXLVII.

1 Mortuo Paulo Massentio ab intestato, Dominicus, & Romulus illius fratres germani hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij adiuerunt, & illam postea cum omnibus suis iuribus cesserunt Ambrosio Roncallo, qui suscepit in se omne onus, ac commodum, & incommodum dictæ hæreditatis cum beneficio legis & inuentarij aditæ, & non alias aliter, nec alio modo. Iacobus Scaglia prætendens se creditorem dicti quon. Pauli in Scut. 500. sequestrari fecit quædam bona hæreditaria, seu illorum pretium penes Solarium existen. & deinde mouit iudicium coram A. C. seu illius deputato, contra Ambrosium hæreditatis prædictæ cessionarium, quẽ prætendebat de proprio, & vltra vires hęreditarias teneri. In quo iudicio fuit dictus Ambrosius quo ad personã, & bona propria absolutus, reseruato iure agendi aduersario contra bona hæreditaria, & cum a dicta sententia fuisset appellatum, & causa mihi commissa, Dubitaui an dicta sententia esset confirmanda, & DD. affirmatiue responderunt, Tum quia Iacobus contra Ambrosium nullam habebat actionem, quia hæreditate alicui vendita, creditores hæreditarij debent dirigere actiones contra venditorem, non autem contra emptorem hæreditatis, iuxta text. in l. secunda. C. de hæreditatibus, vel actionib. vendit. l. secunda. C. de pac. Tum etiam quia quatenus actionem aliquam haberet esset illa, quæ oritur ex dicto instrumento cessionis, in quo cum ille assumpserit in se onus dictæ hęreditatis cum beneficio legis, & inuentarij aditæ, & non alias aliter, nec alio modo, non tenetur vltra vires hæreditarias ex quo dicta clausula non alias &c. remouet consensum ab actu, ita vt non censeatur Ambrosius alias dictæ cessioni consensisse, nisi cum dicto beneficio legis, & inuentarij. Osasc. decis. 165. numero 13. vers. immo sunt. Thesaur. decis. 270. nume. 23. Verall. decis. 82. nume. 4. par. 3. Rot. decis. 650. in fin. par. prima diuers. Seraph. decis. 420. numer. 6. & 724. num. 2. & seq.

2 Vlterius sicuti ipsi hæredes cedentes non tenebantur vltra vires stante aditione cum beneficio legis, & inuentarij. l. fin. § si præfatam, & ibi Docto. C. de iur. deliber. Ita nec Ambrosius eorum cessionarius, cum certũ sit omnia iura competentia cedentibus, competere, & cessionario, l. Pomponius. §. cũ quis. ff. de acquiren. possessio. l. qui in ius. ff. de regul. iur. prout in terminis de beneficio inuentarii competẽti hæredi cedenti, quod competat & cessionario, voluit Bald. in authen. sed cum testator. numero decimo nono. C. ad leg. Falcidiam. Rol. de inuent. par. 4. c. 43. incip. vlterius. num. 4. & 5.

3 Non obstat, quod in inuentario per hæredes confecto fuerint omissa nomina debitorum, & libri, in quib. illa descripta reperiebantur, & ideo non intret beneficium inuentarii. Menoch. cons. 89. num. 146. Et late Honded. cons. 34. per tot. lib. primo, quia huiusmodi

omissio noceret ipsis hæredibus qui inuentarium confecerunt, non autem Ambrosio emptori, qui se limitate obligauit ex supradictis.

4 Vltra quod ad istum effectum non sufficeret sola omissio, nisi etiam concurreret dolus. Sur d. decisione 222. num. 4. & 11. qui quidem dolus cum non præsumatur. l. si creditor. C. de pignor. Alciat. regul. 3. præsumpt. 4. numer. 1. deberet claris, & concludentibus coniecturis probari, alias præsumptio est in contrarium, quod scilicet hæres qui inuentarium confecerit ignorauerit dicta nomina debitorum, & bona fide omiserit, Bellol. consil. 3c. num. 6. & fuit dictum in vna Romana Inuentarij de Massimis. 14. Maij 1604. coram Reuerendissimo Bononien. & in casu nostro non solum non fuit probatus aliquis dolus, sed potius excluditur ex declaratione per hæredem facta in ipsa inuentarij confectione, quod possit addi si quid forte est omissum. Bald. in d. auth. sed cum testator. nume. 18. Phanuc. de inuent. par. 3. nume. 49. Surd. plures referens, vbi supra. num. 22. & fuit dictum in dicta Romana Inuentarij. Et cessat omnis dolus, quia dicti hæredes habita notitia de dictis libris, & nominibus illa addiderunt in inuentario.

5 Minus obstant nullitates contra sententiam oppositæ. Nam omissio terminorum substantialium tollitur ex facto, prout & defectus iurisdictionis R. P. D. Mileti, qui licet fuerit per A. C. deputatus in causa sequestri verten. inter Iacobum, & Solarium emptorē, quarundam mercium hæreditatis Pauli, & respectiue sequestratarium, tamen habebat etiam iurisdictionē in hoc iudicio postea per eundem Iacobum intentato contra Ambrosium, quia cum Solarius conueniretur vti sequestratarius pretij dd. mercium, quas emerat ab Ambrosio, interesse principale erat ipsius Ambrosij, cui dictum pretium erat debitum, & sic, cum commissio cantet contra Solarium, & socios, negari non potest quin comprehendat etiam Ambrosium qui ratione dicti interesse non solum erat socius, & consors litis, sed principalis. Quod facilius procedit, quia partes semper comparuerunt coram R. P. D. Mileto vsque ad sententiā inclusiue. Et ita cōclusum, &c.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Placentina habitus. Veneris 26. Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Testes de illegitimitate deponentes quomodo debeant deponere.

*SVMMARIVM.*

*Testes deponentes de negatiua, & de his, quæ non cadunt sub sensu corporis debent etiam non interrogati reddere scientiæ causam. num. 1.*

*Matrimonia clandestina ante Concil. Trident. non prohibebantur, & per ea filij nascebantur legitimi. numero 1.*

*Filij dicuntur legitimi etiam si matrimonium subsequatur. num. 2.*

*Vxor potest de viri consensu constante matrimonio ingredi religionem. num. 3.*

*Probatio concludentissima requiritur in materia obiectiua. num. 4.*

*Testes de legitimitate deponentes præualent deponentibus de illegitimitate etiam si sint numero plures. numero 5.*

*Testes contra producentem plenius probant. num. 6.*

*Testes verisimilia deponentes præualent alijs. num. 6.*

## DECISIO DCCXLVII.

1 Consilium Religionis Hierosolymitanæ cum per diffinitiuam sententiam Aluaro Altamirano Religionis habitum denegasset, ob prætensam illius Auiæ paternæ illegitimitatem, fuit pro parte Don Aluari appellatum, & causa in Rota mihi commissa, dubitaui, an de iniusta habitus denegatione constaret. Quo dubio pluries per me proposito fuit tādem affirmatiue responsum. Et quicquid sit de hoc illegitimitatis impedimento respectu Auiæ, de quo multa per vtriusque partis Informantes, visum fuit Dominis in casu nostro talem illegitimitatem nō probari. Licet enim ex testibus Religionis nonnulli deponant, Altamirani Auiam fuisse ex vtroque parente cælibe natam. Quia tamen sub sensu corporis dictus cœlibatus non cadit, & in mera negatiua consistit, videlicet, matrimonij non celebrati, debebant isti testes etiam non interrogati scientiæ causam reddere. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 88. de caus. possess. Prob. ad Monach. in cap. fin. num. 34. de confess. in 6. Aym. cons. 2. numer. 3. vers. quinimo etiamsi ciuiliter. Tanto magis quia tunc temporis tanquam ante Concilium Tridentinum clandestina matrimonia nō prohibebantur, & per ea filij nascebantur legitimi. c. 2. & ibi not. de clandest. despons.

2 Præterea fieri potuit, vt tempore ortus ipsius Auiæ inter eius parentes matrimonium contractum non esset, & tamen postea fuerit subsecutum, quo casu proles etiam legitima efficiebatur. c. tanta est vis, qui fil. sint legit. Et satis est hæc possibilitas ad reddendam inualidam Religionis probationem. Castr. in l. penul. §. docere. nume. 4. ff. ne quis eum. Dec. cons. 371. sub num. 9. post med.

3 Nec refert eosdem testes deponere Agnetem dictæ Auiæ matrem fuisse monialem, quia non inde ad matrimonij exclusionem infertur, cum testes non deponant illam fuisse monialem viuente Aluaro viro. Quod nec etiam sufficeret, cum possibile sit matrimonium inter illos præcessisse, & Agnetem de Viri consensu postea fuisse Religionem ingressam. c. 1. de conuers. coniugat.

4 Et tanto minus hic releuant dicti testes, cum agatur

tur de materia obiectiua, quæ concludentissimas requirit probationes.ca.super his.de accusat. cap.accedens.de elect.Rota decis.8.& 9.de except.in nou. Mohed.decis.130.Paris.consil.104.nume.2.& 67.libro 4. Sarnen.in reg.de infirmit.quæst.36.& fuit dictum in Toletana Canonicatus. 10.Decembris 1608.coram Reuerendissimo Lugdunen.

5 Vlterius dictæ Auiæ illegitimitas excluditur a duobus testibus de eiusdem legitimitate deponentibus, quibus in concursu debet maior fides adhiberi, etiam quod alij contrarium deponentes sint numero plures.Hoied.de incompatib.benef.par.5.cap.23.numero 143.Gabr.de testib.qui plures cumul. conclus. 4.num.24.& fuit dictum in Toletana Cappellaniæ. 19.Ianuarij 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in allegata Toletana Canonicatus, coram Reuerendissimo Lugdunen.

6 Cum præsertim dicti testes fuerint a Commissarijs Religionis inducti.l. si quis testibus. vbi Doct. C. de testib.Aym.consil.188.num.5.Roman.consil.104.numero 6.Surd.decis.284.num.19.& fuit dictum in Toletana portionis.2.Maij 1594.coram Cardinali Mantica. Et verisimilia deponãt ob Agnetis nobilitatem, & ingressum in religionem, in qua fuit eadem Abbatissa cum maxima sui dignitate, & existimatione, vt reliqui testes vnanimiter deponunt,&c.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Anconitana Censuum. Veneris 26.Iunij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Litiganti fouẽti bonum ius, & pauperi, debentur a collitigante alimenta.

### SVMMARIVM.

*Litiganti vt debeantur alimenta, requiritur præsumptio boni iuris, & paupertas.num.1.*

*Sententia fauorabilis facit præsumptionem boni iuris pro eo, qui eam reportauit.num.2.*

*Duo vincula magis ligant, quam vnum.num.2.*

*Causa longa discussio facit præsumptionem boni iuris in actore.num.3.*

*Paupertatis probatio vnde desumatur.num.4.*

*Alimenta collitiganti debentur etiam si agatur ad rem particularem.num.5.*

*Alimentorum quantitas desumitur ex valore petitorum. num 6.*

## DECISIO DCCXLVIII.

1 FVit resolutum danda esse Leonibus Scuta 12. singulis mensibus pro alimentis, & sumptibus litis, quia ex deductis constare visum fuit de duobus requisitis, ad effectum; vt quis possit consequi alimenta, & sumptus litis a suo collitigante, nempe præsumptio boni iuris, & paupertas, de quibus, per Couarr.pract.quæst.cap.6.num.6.Ang.consil.245.numero 4.in fin.vers.præterea.Riminal.iun.consil.255. num.2.vol.3.Crescent.decis.8.de iudic.Afflict.decis. 10.nume.2.Verall.decis.20.num.2.lib.1.Seraph.decis.1098.num.2.Rota in Bonon.de Gudalottis. 19. Februarij 1607. coram bonæ memoriæ Penia, & in Firmana Altaris. 22.Maij 1608. coram bonæ memoriæ Iusto.

2 Præsumptio boni iuris fuit deducta ex duabus sententijs fauorabilibus obtentis per Leonios, quarum vltima est Rotalis, & licet Triumphi, & ipsi inter vtrãque ex prædictis aliam sententiam fauorabilem reportauerint, Attamen ad effectum, de quo agitur, visum fuit Dominis præualere duas, quas habuerũt Leonij, quia ad istum effectum sufficit prima sententia. l. si instituta.§.de inofficioso, ibi egerat, & obtinuerat, sed scriptus hæres appellauerat.ff. de inoffic.testamẽ. Lap.in c.per vestras.§.39.ampliat.18. numer.2. post med. & quicquid dicendum foret si contra istam primam sententiam esset simpliciter lata secunda, attamen quando vt in proposito casu superuenit tertia reuocatoria secundæ, & confirmatoria primæ, videtur idem ac si non esset lata ista secunda, quia suspicio, quæ posset oriri contra primam ex secunda sententia tollitur & per tertiam. Vnde remanet totalis effectus primæ, vel posset dici, quod prima, & tertia, tanquam duo funicula magis ligent, quam vnicum funiculum secundæ, ad not.in ca.1.de treg.& pace.cum alijs per Surd.consil.31.num.6.

3 Denique quod tertia debet attendi, tum propter præsumptionem, quæ oritur ex longiori causæ discussione, l.2.C.de sent ex breuiculo recit.ibi, sed deliberatione habita.Clemen.Pastoralis. versic. dicite ergo sententiam ibi maturo iudicio.de sentent. de re iudic. Felin.in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ.num. 19.vers. non habet in se aliqualem præsumptionem.de constit. Anchar.consil.36.num.2.in fin.& num.3.Crauet. consil. 113.num.2.vers. virtutes etiam.

4 De paupertate satis constare visum fuit ex testibus datis pro paupertate Leoniorum, attento maxime numero personarum, nempe viduæ cum octo filijs, qualitate familiæ, cum non liceat vilia quæque exercere, cum alijs circumstantijs.

5 Circa illud, quod non debeantur alimenta, & sumptus litis, nisi quando agatur ad vniuersitatem bonorum, secus si ad res particulares, vt agitur in proposito casu ex Surd tractat.de aliment.tit.1.quæst.120. numero 14 fuit dictum istam distinctionem nullo iure, aut ratione probari. Nam causa ob quam præstantur ista alimenta, & sumptus litis, non videtur consistere in eo, quod agatur magis ad vnam rem, quam ad aliã de cuius boni iuris pũsumptione constat, ne cogatur ob impotentiam litem deserere, Vnde videmus, quod in c.ex parte, & in ca.olim.de accusat. donãtur alimenta ei, qui sine dubio nõ agit ad vniuersitatem bonorum, &

& Loper per Surd. allegatus in d.§. 34. col. 2. non distinguit, an agatur ad vniuersa, vel ad particularia bona, sed an adsit, vel non adsit præsumptio boni iuris, vt patet ex num. 3. Vbi sæpe inculcat præsumptionem boni iuris, tex. vero in d.l. si in stituta. ff. de inoffic. testam. licet ponat casum, in quo agebatur de vniuersitate bonorum, non tamen loquitur limitate, nec pro ratione decisionis ponderant hanc circumstantiam, quod ageretur ad vniuersitatem bonorum, sed tãtum inopiam actoris, vbi placuit propter inopiam pupilli, &c. Quam inopiam etiam ponderat l. final. C. de ord. cogn. & tex. in c. ex parte. in c. olim supra alleg.

6 Quo ad quantitatem Domini ita arbitrati sunt, attento valore petitorum, qui in primis solet haberi in consideratione ad istum effectum. l. fina. C. de ordin. cognit. Pontan. de alimen. c. 13. num. 8. Molin. de primog. c. 6. lib. 2. num. 27. agitur enim de censu Scutorum quatuor millium, ex prædio considerabilis valoris, vnde summa Scutorum 12. singulis mensibus durante lite, visa fuit competens, &c.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Romana Restitutionis Dotis. Mercurij 1. Iulij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Possidens titulo vniuersali, non excipit de præscriptione contra agentem ex Saluiano interdicto.

### SVMMARIVM.

*Saluianum interdictum non excluditur per exceptionem præscriptionis, allegatam ab eo, qui possidet titulo vniuersali. num. 1.*

*Dictio de residuo, in testamento importat titulum vniuersalem. num. 2.*

*Substitutus est successor vniuersalis, sicut institutus. numero 3.*

*Hæres hæredis dicitur hæres authoris illius hæredis. numero 3.*

*Redimens rem titulo hæredis, dicitur possidere rem redemptam titulo hæreditario. num. 4.*

## DECISIO DCCL.

1 FVit 13. Martij præteriti corãm me decisum, Ioãni Curto pro recuperatione dotis Alexandræ Grucchiç, cuius fuerat hæres, competere Saluianum contra Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis, quæ domum retinebat olim possessam a Ioan. Baptista de Sanis huius dotis fideiussore. Verũ quia dicta Archiconfraternitas ad excludendum Saluianum excipiebat de præscriptione, super ea, dubio per me proposito, quod fuerat in Decisione reseruatum, fuit responsum, illam non obstare. Cum enim Archiconfraternitas domum vniuersali titulo possideat, allegata præscriptio ad effectum impediendi Saluianum illi non suffragatur, l. cum notissimi. §. 1. ff. de præscript. 30. ann. & ibi Bald. num. 1. Ang. num. 2. Salic. numero 2. Gabr. cons. 144. num. 76. lib. 2. Curt. consilio 70. num. 2. lib. 2. Bocr. decis. 328. nu. 2. Et fuit dictum in causa Imolen. Saluiani interdicti. 27. Iunij 1594. coram Cardinale Mantica.

2 Quod autem Archiconfraternitas vniuersali titulo successerit præter mandatum de immittendo, quod tanquam hæres obtinuit in bonis hæreditarijs Syluiç dicti Io. Baptistæ fideiussoris filiæ, & hæredis, probatur ex eiusdem Syluiæ testamento, in quo illa disposuit, vt post obitum Leonardi sui filij absque filijs nõnulla ipsius bona ad certas personas deuenirent. De residuo vero hæreditatis voluit, vt per tutores, & curatores Leonardi filij construeretur, & dotaretur in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Cappella, quæ dispositio de residuo titulum vniuersalem importat. l. 2. vbi Alex. Castren. & ceteri. C. de hæred. instituen. Bar. in l. centurio. num. 42. ff. de vulg. & pupil.

3 Vnde cum factus fuerit substitutioni locus ad fauorem Archiconfraternitatis, satis apparet illam in domo, de qua agitur, vniuersali titulo successisse, cum per substitutionem vniuersaliter, sicut per institutionem succedatur. Paris. cons. 43. nume. 48. lib. 3. Doct. in rubr. de vulgar. & pupillati. Peregr. de fideicomm. art. 5. num. 6. Nec potest controuerti, quia Archiconfraternitas tanquam hæres Io. Baptistæ domum possideat, cum fuerit hæres Syluiæ illius hæredis. l. fin. C. de hæred. instit. Ang. Aret. cons. 93. num. 10. Alexan. cons. 172. num. 12. lib. 6.

4 Non obstat, quod per Archiconfraternitatem eadem domus postea fuerit redempta. Nam cum hoc illa vigore pacti de retrouendendo in hæreditate reperti præstiterit, satis apparet ipsam titulo hæreditario dictam domum possidere. Tiraq. de retract. lignag. §. 19. glo. 2. nume. 4. & seq. Et fuit dictum in Bononien. de Bonsignoribus. 3. Aprilis 1609. coram R. P. D. meo Caualerio, &c.

## R. P. D. PIROVANO.

*Pampilonen. Attentatorum. Mercurij 1. Iulij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Attentata non reuocantur, nisi prius actis transportatis. Habentur tamen pro transportatis si transportationi fuit datum impedimentum per recursum ad Curiam sæcularem, & quid si recursus fuit factus a Procuratore, non constito de mandato principalis.

*SVMMARIVM.*

*Attentata lite pendente, & post factam inhibitionem reuocanda sunt. num. 1.*

*Attentata non sunt reuocanda sine transportatione actorum. num. 2.*

*Recurrens ad Curiam sæcularem impediendo transportationem actorum facit, ut acta censeantur transportata. num. 2.*

*Recurrens ad Curiam sæcularem numquid incurrat censuras, & pœnas, quando recursus fuit factum a Procuratore, de cuius mandato non constat. num. 3.*

## DECISIO DCCLI.

1 PRo Nicolao solo Informante fuit resolutum, nempe constare de attentatis, quæ veniant reuocanda, quia causa pendente in Rota, & post inhibitionem Rotalem transmissam iudex delegatus iam officio suo functus super excequutione literatum Apostolicatum in spretum iurisdictionis iudicis, ad quem reposuit Martinum ab omnibus decretis per eum factis, quod facere minime poterat, stante pendentia causæ, & inhibitione, quæ omnino erat timenda, Achil. decisione 19. de appellationib. & coram Accorambono inter impressas, post tractat. Sclu. D. Statilij decis. 60.

2 Non obstat, quod ad prædictam attentatorum reuocationem deueniendum non sit, nisi prius transportatis actis ad Curiam, sine quibus iurisdictio non dicitur aperta iudici, iuxta Decreta Concilij Tridentini. Nam vltra quod adsunt sufficientia acta ad probandum attentata, nempe recursus ad Concilium, & sententia repositionis contra propriam sententiam iã latam pro Nicolao fuit etiam dictum; stante impedimento præstito per Concilium instante Procuratore Martini, ne acta possent transportare, solent in odium recurrentium haberi pro transportatis. Gabriel. de appellation. conclusione quinta. numero quinto, & nono. & in his terminis alias fuit resolutum in Calaguritana Beneficij. 11. Februarij 1608. coram R.P. Domino Pamphilio.

3 Aduerterunt tamen Domini, quod omnia in Consilio Regio gesta fuerunt per Gabrielem de Eguilar Procuratorem Martini, de cuius mandato non constat, quæ etsi in Corduben. Archidiaconatus de Castro. 27. Octobris 1606. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno, nihilominus ad declarationem censurarum maiorem probationem expectare voluerunt, prout etiam dixerunt in causa Ianuen. Censsus, coram me. decima septima Iunij de anno Millesimo sexcentesimo tertio. Ideo quo ad censuras, vltra principalem pro reuocandis attentatis, nihil voluerunt determinare. Et ita fuit decisum.

## REV. P. D. BVRATTO.

*Rauennaten. Notariatus. Mercurij 1. Iulij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Constituti in quasi possessione alicuius iuris, quã probant ex actibus antea factis, sunt manutenendi.

*SVMMARIVM.*

*Manutenendi sunt, qui ex instrumentis, & alijs adminiculis suam possessionem probant. num. 2.*

*Aduersarius qui agnouit propriam possessionem non potest contra proprium factum venire. num. 2.*

*Quasi possessio probatur ex locatione officij, & pluribus actibus possessorijs. num. 3.*

*Manutentio non datur sine titulo habenti contra se vehementem resistentiam iuris communis. num. 4.*

*Possessori datur manutentio, etiamsi possideat sine titulo, secus si ageret contra Cameram Apostolicam. num. 5.*

*Decretum irritans non soluit detentionem, & insistentiam facti, licet per illud inficiatur titulus, & possessio. num. 6.*

*Detentatio sola sufficit ad manutentionem obtinendam in Summarijssimo iudicio. num. 6.*

## DECISIO DCCLII.

1 DOmini censuerunt, Collegio Notariorum Rauennæ dandum esse mandatum de manutenen. in quasi possessione tam admittendi, seu aggregandi præuio examine vitæ, morum, & sufficientiæ, prætendentes se admitti ad dictum Collegium, & non idoneos reijciendi, ac reprobandi, quam etiam imbursandi, & extrahendi Collegiales qui officia ciuiliæ, & damnorum datorum dictæ Ciuitatis exerceant.

2 Quo enim ad quasi possessionem aggregandi, & reijciendi, de illa constat ex pluribus admissionibus per dictum Collegium factis, quæ dantur in Summario de annis 1532. 40. & 60. & adsunt in Process. vsque ad annum 1613. Quarum effectuatio probatur tam ex rogitibus instrumentorum factis per Notarios admissos, quam etiam ex extractionibus eorundem ad dicta officia ciuilia, & damna data, & ideo illi competit manutentio, vti de quasi possessione eligendi magistratum, tradunt Bartol. in l. 1. §. huius autem interdicti. sub num. 3. vers. sed si non obstante. ff. vti possid. & Menoch. de retinend. remed. 3. num. 141. & 148. Præsertim, quia istam quasi possessionem agnouit etiam Guatinus aduersarius solum ad effectum se rogandi de instrumentis, & non alias præstita in forma fideiussione (prout fecit) de non asportando rogitus

tus extra Ciuitatem,& suscepto iuramento super obseruantia Constitutionum Collegij. Ideo enim non potest dictam quasi possessionem impugnare, nec manutenentes prætendere contra dictum Collegium, ad tex. in l. qui precario. vbi Ang. ff. de precar.

3 Quo vero ad quasi possessionem imbursandi,& extrahendi Collegiales ad officia de illa constat, tam ex pluribus extractionibus illorum de Collegio ad dicta officia exercenda, prout postea vel per se ipsos, vel per substitutos exercuerunt, vt patet ex libris actorum ciuilium a Notarijs sic extractis rogatorum, quam ex locationibus eorundem officiorum. Socin. sen. consil. 187. nume. 16. versic. confirmantur præmissa. libro 2. quem sequitur Menoch. d. remed. 3. num. 587. & Guarinus non inficiatur, sed admittit Collegium dicta officia administrasse, licet dicat de facto, nec reddidisse rationem.

4 Non obstat, quod Constitutio felic. recordat. Pij Quarti, per quam fuerunt reuocatæ, & annullatæ quæcumque dispositiones, & prouisiones Notariorũ status Ecclesiastici, & illorum officia fuerunt a quibuscumque Communitatibus, Vniuersitatibus, &c. perpetuo dismembrata, & Cameræ Apostolicæ applicata, cum decreto irritanti, videantur dictæ quasi possessioni Collegij resistere, & ideo intret cõclusio, quod manutentio non detur sine titulo habenti contra se vehementem resistentiam iuris communis. Bellam. decis. 433. Menoch. de retinen. remed. vlt. numer. 24. cum alijs per Informantes.

5 Nam vltra quod non versamur in resistentia iuris communis, nec vehementis, vt loquuntur dd. DD. cum hodie non agatur cum Camera, sed cum priuato, datur possessori manutentio etiam sine titulo, nec procedunt dicta per Bellam. & alios allegatos. Contard. ad l. vnic. C. de moment. possess. limitat. secunda. §. 8. sub numero 28. versic. secundum, & numero 29. qui numero 49. & 50. testatur ita fuisse per Rotam decisum in officijs, & in fortiori, quod detur etiã restitutio. Achill. decisione quinta. numero secundo. versicu. secus autem. de restitut. spoliat. Pont. de spol. libro secundo. numero 161. circa med. versic. eiusdem naturæ. Card. Seraph. decis. 970. num. 5.

6 Ex decreto autem irritanti in dicta Bulla apposito, non tollitur detentio, & insistentia facti, licet inficiatur titulus, & possessio Lancellotti. parte 3. capit. 24. titu. de reo. quæstione prima. numero 77. & tenuit Rota in Parmen. Prioratus. 16. Ianuarij 1598. coram bonæ memoriæ Orano, quæ sola sufficit ad manutentionem in Summarijssimo. Castren. in l. Attilius. 27. numero quinto. versic. habet tamen. ff. de donat. Ioã. Neuizan. consilio 80. numero tertio. Laur. Sylu. de com. consilio 27. numero tertio. Couarr. pract. quæst. cap. 17. numero quinto. versic. sic sane, late Menoch. de retinend. dicto remed. vltimo. numero 18. Ex quibus fuit ita decisum.

# DCCLIII.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Lauden. Cappellaniæ. Mercurij 1. Iulij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Ius patronatus an probetur ex enunciatiuis antiquis, & adminiculis, & plura deducuntur adminicula.

### SVMMARIVM.

*Ius patronatus probatur ex enunciatiuis antiquissimis iunctis adminiculis, seu coniecturis. num. 1.*

*Ius patronatus probatur per duas enunciatiuas, habentes vim famæ. num. 2.*

*Ordinariorum sententijs latis super canonizatione Iuris patronatus Rota solet multum deferre pro probatione Iuris patronatus. num. 3.*

## DECISIO DCCLIII.

1 Dubitani, an constaret de Iure patronatus in casu, & ad effectum, de quo agitur. Effectus autem erat duplex, primus ad excludendum prouisum Apostolicum, tanquam de beneficio liberæ collationis, alter erat ad includendum, vel excludendum vnum, vel alterum ex præsentatis a patronis. Quo ad primum Domini satis putauerunt constare de Iure patronatus, nam ad eius probationem deducuntur plures enunciatiuæ antiquissimæ, quæ tanquam habentes vim famæ satis probant Ius patronatus, iunctis adminiculis, seu coniecturis. Cassad. decis. 2. de probat. Achill. decis. 7. num. 4. & decis. seq. de iure patron. Put. decis. 209. numer. 1. lib. 2. Fuit dictum in Tiralonen. Cappellaniæ. 14. Decembris 1607. coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio, & in Meliten. Iuris patronatus. 10. Martij 1608. coram me, & alias sæpe resolutum.

2 At in casu proposito ostendebatur primo testamentum Iacobi de Oldo factum de anno 1404. in quo vocat Ecclesiam hanc patronalem, & fundatam de proprio eius patrimonio, & ordinat quatuor personas in patronos Ecclesiæ, quam substituit filio suo decedente sine filijs. Secundo ostendebatur sententia Vicarij Lauden. lata vsque de anno 1483. in qua narratur prædictum testamentum, & canonizatur Ius patronatus huius Ecclesiæ ad fauorem dictorum patronorũ, & instituitur Balthasar ab ijs præsentatus, & licet non ostendatur effectuatio, tamen ad hunc effectum satis visa fuit sufficere enunciatiua in hac sententia contenta, & per has duas enunciatiuas habentes vim famæ, Domini putauerunt probari Ius patronatus, iuxta decisiones supra allegatas.

3 Accedit huiusmodi enunciatiuis antiquis pro admini-

minículo alia sententia similis, lata de anno 1569. per Vicarium, quæ similiter canonizat hoc Ius patronatus. Huiusmodi autem sententijs tanquam latis per Ordinarios in proprium ipsorum præiudicium Rota solet multum deferre, quia dum canonizant Ius patronatus, priuant se spe vlterius libere conferendi. Rota decis. 11. de Iure patron. in nou. Fuit dictum in dicta Meliten. coram me. Præterea dabatur complures præsentationes, & institutiones modernæ, ex quibus satis Domini censuerunt constare de Iure patronatus. Super ijs autem, quæ deducebantur super descendentia, Domini voluerunt, quod particulariter videretur.

R. P. D. VBALDO.

*Toletana Confraternitatum. Mercurij 1. Iulij 1615.*

ARGVMENTVM.

Procurator habens mandatum cum clausulis amplissimis limitatum ad vnam causam, an possit in alia comparere.

*SVMMARIVM.*

*Sententia lata pro eo, cui non competit actio, an sit ipso iure nulla non est absolutum, num. 1.*
*Procurator habens mandatum limitatum ad vnam causam, non potest in alia diuersa comparere. num. 1.*
*Sententia ex defectu mandati dicitur nulla. num. 1. Vbi maxime parte opponente, & oppositione a iudice admissa.*
*Clausula cum libera, & similes opposita in mandato procura, non ampliant mandatum ad alias causas, sed augent potestatem procuratoris super speciali causa in mandato expressa. num. 2.*
*Mandatum speciale contra certam personam, licet sequantur clausulæ generales ad omnes lites, & causas intelligitur contra illam personam tantum. num. 2.*
*Præsumptiones, & coniectura cessant in claris. num. 3.*
*Mandatum postquam est semel in actis productum, non potest amplius de eius defectu opponi. num. 3. Vbi nisi tunc fuisset oppositum de eius insufficientia.*

DECISIO DCCLIV.

1 Domini dixerunt, sententias de partibus esse nullas, & quicquid esset dicendum circa caput nullitatis ex defectu interesse Capituli, cum non sit absolutum, quod sententia lata pro eo, cui non competit actio, sit ipso iure nulla. ad Barto. in l. cum putarem. ff. famil. ercifcun. Gabriel. in titul. de sent. conclus. 8. Rota amplectebatur nullitatem ex defectu mandati Guodisalui, qui licet sit vnus ex procuratoribus constitutis a capitulo cum clausula in solidum, tamen mandatum fuit limitatum ad prosequendam causam super bonis licentiati Diaz, & Catherinæ eius sororis spectan. ad Capitulum vti eius hæredem, vt patet ex lectura mandati, & ideo non poterat pro Capitulo interuenire in alia causa omnino diuersa inter Capitulum, & Confratres. Certum est autem sententias, & processum ex defectu mandati esse nulla. l. licet. vbi DD. C. de procur. capit. in nostram. ext. eod. tit. Vant. de nullit. ex defectu mandati nume. 59. & fuit sæpe decisum, & hoc eo magis procedit parte opponente, prout in casu nostro fuit oppositum, & a iudice admissa oppositio. Bald. conf. 122. num. 1. versic. modo videamus. lib. 9. Aym. conf. 108. num. 1. Gabriel. conf. 25. num. 23. & 28. lib. 2.

2 Non obstant clausulæ amplissimæ in mandato velut cum libera, & similes ponderatæ per Informantes pro Capitulo, quia sunt clausulæ accessoriæ, quæ non ampliant mandatum ad alias causas, sed augent potestatem Procuratoris super speciali causa in mandato expressa, vt in simili est doctrina Bart. in l. quod dicitur. in princ. num. 1. ff. de tut. vbi quod si præcessit mandatum speciale contra certam personam, licet sequantur clausulæ generales ad omnes lites, & causas, tamē intelliguntur contra illam personam tantum, & pro singulari dicto illud not. Roman. sing. 156. incip. constituo Titium. Put. decis. 112. libro primo. & fuit resolutum in vna Imolen. Saluiani. 27. Iunij 1594. coram bonæ memoriæ Cardinali Mantica, vltra quod sunt relatiuæ ad causam expressam, vt patet ibi, ac desuper facere quascumque allegationes, &c.

3 Cessant etiam, quæ dicuntur de mandato præsumpto, cum hic habeamus expressum, quo Procuratores sunt vsi, & quod non est sufficiens ex prædictis, & in claris non est opus præsumptionibus, & coniecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat. Non obstat, quod postquam semel est mandatum productum in actis, non possit amplius de eius defectu opponi, ad Rotam, decisione 105. numero septimo. versicu. aduerte. parte prima. quia id posset procedere, nisi pro parte confratre cum fuisset in actis iam oppositum de insufficientia mandati, & in his terminis loquitur. Marsyl. in l. quis ne quæstio. numero 84. ff. de quæst. per Rotam allegat, sed in casu nostro fuit oppositum, vt supra dixi. Ex quibus Domini concluserunt pro nullitate sententiarum.

REV. P. D. VBALDO.

*Mediolanen. Pensionis. Mercurij 1. Iulij 1615.*

ARGVMENTVM.

Transactio rei Ecclesię non confirmata a Papa, vel Episcopo, an sit nulla, & an transactio nulla impediat viam executiuam literarum Apostolicarum.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*Literæ Apostolicæ habent exequutionem paratam. numero 1.*
*Transactio rei Ecclesiæ nulla est absque Confirmatione Apostolica num. 2. Vbi quod saltem est locus pœnitentiæ.*
*Beneplacitum Apostolicum si sit expresse reseruatum, antequam obtineatur, est locus pœnitentiæ. num. 2.*
*Transactio rei Ecclesiæ facta absque consensu Ordinarij nulla est. num. 2.*
*Ratificatio debet fieri re integra. num. 3.*
*Remedium l. 2. C. de rescin. vendit. habet locum etiam in transactione læsiua. num. 4.*
*Cõsensus omnium de Collegio requiritur in negotio, quod non est necessarium, sed voluntarium. num. 4.*
*Executiua via non impeditur per titulum nullum. numero 5. Vbi de transactione nulla, & maxime quando nullitas est ex defectu consensus.*
*Interdictum quorum bonorum nõ impeditur per titulum innalidum, vel putatiuum, sed requiritur titulus validus. num. 5.*
*Spolio agere potest nomine Ecclesiæ beneficiatus, etiam quod facto proprio ceciderit a possessione. num. 6.*

DECISIO DCCLV.

1 INformantibus tantum Dominis Beneficiatis, Officialibus nuncupatis Ecclesiæ Cathedralis Mediolanen. Rota ad eorum fauorem respondit, nam ex decisionibus in hac causa factis, constat de ipsorum bono iure. In prima enim fuit firmatum, applicationem pensionis, de qua agitur, Fabricæ domorũ Canonicalium, & ipsorum beneficiatorum factã per glor. memor. S. Carolum Archiepiscopum Mediolanen. de anno 1583. non fuisse perpetuam, sed restrictam ad quinque annos, vt in decisione 12. Maij anni præteriti coram me. In secunda vero die 20. Februarij præteriti fuit decisum, applicationem bonorum de Besate, quorum loco Domini Canonici prætendebãt posse pro Fabrica retinere dictam pensionem, expirasse, vnde hodie non videbatur dubitandum, quin Beneficiari essent immittendi in quasi possessionem exigendi dictam pensionem. Quia ipsi habent intentionem fundatam in literis Apostolicis reseruationis pẽsionis, & in forma rationi congrua a fel. recor. Gregorio XIII. expeditis, quæ habent executionem paratã. c. literis. de rescript. Gig. de pens. quæst. 35. nume. 9. & quæst. 85. num. 2. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescrip. Sarnen. in compend. vtriusque Signat. nume. 86. vers. sed in Papa. cum vulgar.

2 Neque obstare videbantur transactiones initæ inter Canonicos, & Beneficiatos. Quia fuit responsum in primis eas corruere ex defectu confirmationis Apostolicæ, quæ requiritur in transactionibus, sicut in alienationibus rerum Ecclesiasticarum. Redoan. de reb. eccl. s. non alien. c. 1. nume. 12. & seq. Caputaq. decis. 106. par. 1. Et nisi obtineatur est saltem locus pœnitẽtiæ. Put. decis. 2. de transact. Caputaq. decis. 12. num. 3. par. 3. Achil. decis. 2. nume. 3. de pact. Et confirmatur exemplo ipsius S. Caroli, qui nunquam voluit de huiusmodi reddiribus disponere absque speciali Sedis Apostolicæ facultate, ad not. in cap. 1. de his, quæ fiunt a prælat. Et quatenus prædicta paterentur aliquam difficultatem, ex quo allegata videntur procedere in terminis Beneplaciti Apostolici, vel consensus expresse reseruati, vt etiam loquuntur Cephal. consil. 118. lib. 1. Roland. cons. 63. per tot. lib. 4. Surd. consil. 484. nume. 6. & 7. lib. 4. allegati per Informantes. Respondebatur magis in specie quo ad primam transactionem, quæ fuit facta de anno 1585. nullitatem esse claram ob defectum consensus Ordinarij, iuxta text. in c. 2. ibi de assensu Episcopi, vel Archiepiscopi, & ibi notant omnes Doct. extra. de transact.

3 Quo vero ad vltimam transactionẽ de anno 1602. 28. Augusti celebratum, nec etiam posse saluari videbatur a manifesta nullitate, quia fuerat adiecta conuentio de ratificando instrumentum intra quindecim dies, cum pacto resolutiuo, quæ tamen ratificatio non fuit facta nisi post protestationẽ nullitatis, & acceptationem resolutionis, ex lapsu temporis, quę ratificatio nihil operatur, cum debeat fieri re integra. l. bonorũ. ff. rem. rat. haberi. Paris. cons. 77. num. 39. lib. 1.

4 Sed quo ad transactionem initam de anno 1591. cum arbitramento, seu laudo Archiepiscopi, & Vicarij, & cum acceptatione vtriusque partis, & in qua pẽsio fuit assignata pro Scutis 600. fabricæ, tam Beneficiatorum, quam Canonicorum vsque ad eius perfectionem, videbatur adesse aliqua difficultas, ex quo ista transactio, vel compositio non videbatur posse impugnari, nisi ex capite læsionis, &, vt prætendunt Beneficiati, enormissimæ, cuius ratione competit remedium, l. 2. C. de rescin. vendit. glos. in c. 1. in vers. redire. de in integr. restit. Bart. in d. l. 2. num. 7. Cagnol. de communi. num. 80. Et læsio resultat, tum ex eo, quod pensio non erat applicata per S. Carolum, nisi per quinquennium inceptum ab anno 1583. vt iam Rota resoluit 12. Maij 1614. coram me, & tamen in hac transactione fuit applicata vsque ad perfectionem vtriusque fabricæ, quæ potest perdurare per longissimum tempus, tum quia fuit applicata pro fabrica, etiam Canonicorum, dicebatur tamen, nullitatem etiã huius transactionis resultare ex defectu consensus Beneficiatorum, qui præsupponuntur esse numero 32. In transactione autem interuenerunt solum 13. Et tamen omnium consensus videbatur requiri, cum esset negotium voluntarium, non necessarium, iuxta cap. final. vbi Innoc. nume. 3. ad fin. Butr. in quinto notab. Abb. in 6. not. Card. in septima oppos. Anchar. Anan. & Imol. circa principium. Host. num. 18. vers. vel dic. Aegid. sub numero sexto. versic. item. de maior. & obedient. Felin. in c. cum omnes. num. 17. ad fin. versic. & hanc. de constit.

5 Quæ nullitas applicatur etiam alijs transactionibus, de quibus supra. Et stantibus nullitatibus transactionum, ex ijs non videtur impediri via executiua immis-

immissionis, sicut in simili ad impediendum remediū petitionis hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum, requiritur titulus validus, nec sufficit inualidus, vel putatiuus, l. nec vllam. §. 1. ff. de pet. hær. Seraph. decis. 256. in princ. Et alia similia congeruntur per Informantes, præsertim quando nullitas est ex defectu consensus, prout hic. Put. decis. 277. num. 7. lib. 3. Seraph. decis. 638. num. 1. 2. & 3. par. 1.

6 Quæ eo magis videbantur amplectenda, ex quo Beneficiati qui transegerunt, non potuerunt præiudicare successoribus sine confirmatione Apostolica, ita vt non possint venire via executiua immissionis, sicut possent venire remedio spolij, si fuissent spoliati, cum agant nomine Ecclesiæ. Caputaq. decis. 170. & 181. par. 3. Si tamen super hoc aderit aliqua difficultas eit ea modum causæ expediendæ, iterum consulam Dominos, cum Beneficiati acquiescant accipere expeditionem saltem via ordinaria per sententiam. Ex quibus fuit conclusum pro Informante, quo ad fructus tamen futuros, non autem antea decursos, & per Canonicos, seu Fabricerios perceptos, nisi a tempore motæ præsentis litis.

## R. P. D. DVNOZETTO.

*Eluen. Beneficij. Mercurij 1. Iulij 1615.*

## ARGVMENTVM.

In Iure patronatus hæreditario quid debeat per præsentatum probari, vt præsentatio suum sortiatur effectum, & an in Iure patronatus hæreditario Ecclesia acquirat libertatem, vbi supra succedit patrono, & an clausula constito, quod beneficium spectet ad Episcopi collationem debeat iustificari.

### SVMMARIVM.

*In iure patronatus hæreditario debet probari præsentantem esse hæredem primi patroni. num. 1.*

*Ius patronatus de iure præsumitur hæreditarium. numero 1.*

*Ius patronatus hæreditarium extinguitur, & Ecclesia libertatem acquirit, quando ipsa succedit in hæreditate patroni, cum nemo possit esse patronus sui. num. 2.*

*Ius patronatus domini loci, vbi situm est beneficium, præsumitur ex dispositione Conc. Trid. vsurpatum. num. 3.*

*Vbi quod in eo probando requiritur maior, & exactior probatio, non solum in petitorio, sed etiam in possessorio.*

*Clausula constito, quod beneficium spectet ad collationem Episcopi, non est iustificanda, quia dicitur iustificata ex præsumptione iuris. num. 4.*

*Collatio omnium beneficiorum inferiorum spectat de iure communi ad Episcopum. numero 4.*

*Breue de sui natura habet exequutionem paratam. numero 4.*

## DECISIO DCCLVI.

1 Licet ex iuribus productis Domini in alia positione huius dubij sub die 19. Decembris præteriti existimauerint, resultare magnum Iuris patronatus fumum, qui sufficeret ad effectum supersedendi in exequutione etiam si iura non sint in forma probanti, donec probationes afferrentur per Ioãnem præsentatum a D. Francisco Paci. Tamen cum a mense Augusti quo fuerunt concessæ literæ compulsoriales generales effluxerint 11. vel circiter menses, & nõ fuerunt producta alia iura, nec minus ostensa legitima aliqua causa, quare iura non fuerint transmissa, sæpiusque citatus fuerit Ioannes super propositione dubij. Tandem illo proposito, Dominis visum fuit, non intrare arbitrium ad effectum supersedendi amplius in exequutione, ea moti ratione, quia etiam si ex dd. iuribus productis informibus probaretur Ius patronatus, tamen non probatur dictum Franciscum esse hæredem Guglielmi primi Patroni, prout requiritur in Iurepatronatus hæreditario quale est hoc, tam ex iuris præsumptione. Clem. plures, & ibi Doct. de Iure patron. Seraph. decis. 456. num. 1. quam ex obseruantia subsequuta.

2 Ex iuribus enim productis apparet hoc Ius patronatus peruenisse ad dictum Guglielmum vti Iacobi fundatoris hæredem. Deinde ad Franciscam eius vxorem hęredem relictam a marito, postmodum ad Agnetem filiam hæredem D. Franciscæ, cui cum vigore substitutionis factæ ab eadem Francisca tota hæreditas peruenisset ad hoc beneficium per dictam successionẽ remansit Ius patronatus extinctum, & beneficium libertatem acquisiuit, quia nemo potest esse patronus sui ipsius. Glos. in c. vnico. in ver. eidem. in fin. de Iure patron. Card. cons. 123. col. 2. vers. ad tertium. Lambert. de Iure patronatus. libro 1. cap. secundo. art. 15. prim. quæst. princ. & l. 2. parte 3. art. 13. secunda quęstio. princ.

3 Immo & quatenus prætenderetur hoc Ius patronatus Gentilitium, tamen ex dictis iuribus non constat dictum Franciscum esse de descendentibus dicti Guglielmi. Consideratum etiam fuit in hac facti serie agi de Iure patronatus prætenso a laico Domino in temporalibus loci, vbi situm est beneficium in quo cadit præsumptio vsurpationis inducta ex dispositione Sacri Concilij Tridentini. Vnde sequitur exactiorem, & magis concludentem probationem requiri, quam in alijs patronis, non solum in petitorio, sed etiam in possessorio, vt multoties fuit decisum, & signanter in vna Bononien. Parochialis de Gadio. 17. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Andrea.

4 Nec obstare visum fuit, quod dicebatur, clausulam constito in Breui appositam, ideo non esse iustificatã, quia non constat ex actis collationem huiusmodi spe-

ctasse

ctasse ad Episcopum. Responderunt Domini, hanc clausulam satis esse probatam ex præsumptione iuris communis, quæ dicitur concludens, & liquidissima probatio. Dec.in l.1.num.57.& 69.ff.si cert.petatur. Alex.in l.licet Imperator.num.4.de leg.1.Socin.iun. in repet.l.1.nume.57.vers.& ista.ff.solut.matrim. De iure siquidem communi notum est, collationem omnium beneficiorum inferiorum, nisi adsit probatio in contrarium, spectare ad Episcopum. Can.omnes Basilicæ.16.q.7. Late Abb.in c.cum Ecclesia Vulterana. numer.8.in fin.de elect. Vltra quod hodie ex ipsamet prouisione Ordinarij facta in fauorem Ioannis clara id satis iustificatur. Et ex his conclusum, non intrare arbitrium ad effectum, vt amplius sit supersedendum in exequutione Breuis, quod de sui natura habet exequutionem paratam. Et ita conclusum.

## R. P. D. VBALDO.

*Vlixbonen. Tabernariorum, & Tenderiorum. Mercurij 1. Iulij 1615.*

## ARGVMENTVM.

Constitutio Episcopi, quod diebus festis, donec Sacræ conciones fiunt, abstineatur a commensationibus, vtrum sit obseruanda.

### SVMMARIVM.

*Episcopus potest in sua Diœcesi facere constitutiones. numero 1. Vbi maxime in his, quæ spectant ad cultum diuinum.*

*Constitutio, quæ per longum temporis spacium seruata fuit, seruanda est. nu.1.*

*Constitutio Episcopi imponens pœnam excommunicationis, tanquam illaqueatoria animarum, non est seruanda, secus si imponat pœnam pecuniariam. num.2.*

## DECISIO DCCLVII.

1 Causa Tabernariorum in gradu appellationis mihi commissa, & vnita ex rescripto Sanctissimi cum causa Tenderiorum, quæ iam antea pendebat coram me, dubitaui, an Constitutio Synodalis, de qua agitur, sit seruanda, vel potius sit inhibendum, & Domini circa primam partem dubij affirmatiue responderunt, quia in primis de potestate Episcopi in concedendis huiusmodi constitutionibus non est dubitandum, ex traditis per Doct.in l.5. in princ. ff.de verb.obligat.& in l.omnes populi.vbi Bar.num. 8.Bald.num.29.ff.de iustit.& iure, & per Doctor. in cap.2.vbi glos.de maior.& obed.& in cap.2. de Constit.in 6.& in cap.vestra.de locat.& ibi etiam gloss. & Doct.præsertim in his, quæ spectant ad cultum diuinum, ex late adductis in decisione huius causæ quo ad Tabernarios sub die 10.Martij 1614.coram Reuerendo Patre Domino meo Dunozetto. Vnde cum Constitutio tendat ad augendum diuinum cultum, vt homines diebus festis per breue spacium temporis, donec in Ciuitate Sacra Concio sit expleta, in Archiepiscopatu vero quousque fuerit in Missa maiori facta Sanctissimi Sacramenti eleuatio, abstineant a comessationibus, videtur tanquam summe pia, & iusta obseruanda, accedente præsertim longæua obseruantia ab anno 1536. vsque in præsentem diem, absque vlla reclamatione populi, sed solum de anno 1595. contradicentibus Tabernarijs, & Tenderijs propter proprium quæstum, & interesse, non autem ratione publicæ necessitatis, vt ipsi prætendunt, sicuti fuit etiam consideratum in hac causa coram bo.memoriæ Penia 4. Maij 1611. & in dicta decisione coram Domino Dunozetto, quæ tamen necessitas non spernitur in ipsa Constitutione, vt constat ex ipsius lectura, & eam esse arbitrandam iuxta prudentiam, & iudicium Ordinarij, alias censuit Rota in hac causa 28. Maij 1611. coram bo.mem.Penia.

2 Nec visa sunt obstare decreta, & literæ sacræ Congregationis super ritibus, quæ fuerunt datæ, quia procedunt respectu decreti Vicarij Vlixbonen. qui mandauit seruari Constitutionem, sub pœna excommunicationis, quæ nec etiam placuit Rotæ in dicta decisione 4. Maij, coram Penia, & colligitur aperte ex verbis sacræ Congregationis, quibus dicit dictum decretum non posse seruari, tanquam illaqueatorium animarum, quod non applicatur pœnæ pecuniariæ, de qua in dicta constitutione, sed sententiæ excommunicationis, per Vicarium irrogatæ, quare circa hoc decretum Vicarij Rota in totum detulit resolutioni *dictæ Sacræ* Congregationis, neque de eo fit verbum in dubio proposito, sed tantum de Constitutione, quam seruandam censuit ex prædictis. Ex quibus patet etiam resolutio ad secundam partem dubij, cum si constitutio est seruanda non sit opus vlla inhibitione. Et ita decisum.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Gerunden. Beneficij. Lunæ 26.Octobris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Fundans ius patronatus cum conditione, quod præsentari debeat aliquis de familia ipsius, non censetur voluisse sibi ligare manus quo ad præsentationes ab ipso faciendas, ita vt non possit extraneum præsentare.

### SVMMARIVM.

*Præsentatus a fundatore Iuris patronatus, licet extraneus, debet institui, etiam quod fundator voluerit semper*

*per præsentare aliquem de familia, & domo ipsius, quia non censetur sibi ligasse manus. num. 1. & num. 2.*

*Persona loquentis semper intelligitur excepta in generali sermone. num. 2.* 2

*Conditiones in secunda dispositione apposita non cẽsentur repetita in prima, quando vnaquæque dispositio habet orationem perfectam. num. 3.*

*Quasi possessio præsentandi acquiritur per vnicam præsentationem. num. 4.*

## DECISIO DCCLVIII.

ANtonius Negrellus Laicus, qui adhuc viuit, alias de Anno 1570. fundauit perpetuũ simplex beneficium, per hæc verba, instituo, & fundo vnum perpetuum, simplex, & Ecclesiasticũ beneficium Prioratum nuncupatum sub inuocatione S. Ioannis Euangelistæ in Ecclesia parochiali Oppidi de Hostalrico in Cappella, & altari domus meæ dels negrells Patronatus, cuius collatio durãte vitã ea ad me ptineat, & post obitũ meũ illum relinquo hæredi domus meæ dels negrells in perpetuum, & non alias, qui patronus vacãte dicto prioratu teneatur, & sit obligatus præsentare ad illum presbyterũ dictæ domus meæ dels negrells, si adfuerit, & si non adfuerit teneatur præsentare clericum tonsuratum eiusdem domus meæ habilem, & idoneum, & qui habeat intẽtionem ordinem presbyteratus recipiendi, & non existente ta li clerico teneatur præsentare clericum, vel presbyte- 3 rum propinquiorem in gradu consanguinitatis dictæ domus meæ, & non existente tali presbytero, seu clerico teneatur præsentare personã, quæ sibi videbitur dummodo sit habilis, &c. Vacante nuper huiusmodi beneficio per obitum Onuphrij Manescal vltimi possessoris, fundator ad illud pręsentauit corã Ordinario Frãciscũ Texidorẽ presbyterũ, cui se opposuit Anthicus fundatoris frater, prætendẽs hoc beneficiũ sibi tãquã presbytero, & propinquiori fundatoris deberi, & lite desuper introducta coram Ordinario, fuit per eius sniam declaratũ, reiecto Texidore præsentato, benefi- 4 ciũ esse adiudicãdũ Anthico, quẽ non obstante appellatione interposita in possessionem immisit.

1 Fuit pro parte Texidoris appellatũ, & causa mihi cõmissa in Rota decreto processu per cõtradictas fuit sub die 11. Maij pręteriti resolutum talem collationẽ, & possessionem fuisse attentatam, & ideo possessionẽ sequestrandam. Et successiue dato sequestro, dubitaui. An dicta sententia Ordinarij ad fauorem Anthici lata esset confirmanda, vel infirmanda. Et Domini responderunt, esse infirmandam tanquã iniustam, quia Franciscus tanquã præsentatus a vero patrono, & ab ipsomet fundatore debebat omnino ab Ordinario institui, licet esset extraneus, & non de genere fundatoris, cum hoc non repetiatur de iure prohibitum. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maior. Lambert. de Iure patron. lib. 2. par. 1. q. 7. principali. num. 2. & 3. nec in fundatione fundator ligauerat sibi manus, vt non nisi illos de familia præsentare possit, vt fuit dictum in Fauentina Iuris patronatus. 13. Ianuarij 1589. coram bo. mem. Orano.

Nec obstat tenor fundationis, dum in ea fundator voluit præsentari presbyterum propinquiorem de genere, qualis non est Franciscus, quia fundator sibi nullum grauamen imposuit dum expresse declarauit, qđ Ius patronatus durante vita sua ad se pertineat, & sic libere, & sine aliqua qualitate in præsentatione faciẽda, talem autem qualitatem tantummodo requisiuit in suo hærede, & successore, vt scilicet præsentare debeat clericum, presbyterum, &c. Et ex tenore fundationis præinserto apparet, quod talia verba expresse referri debẽt ad futurum patronum post mortem fundatoris, non autem ad ipsum fundatorem. Tum quia sunt concepta in tertia persona, non autem in prima, in qua fundator loquitur cum de se ipso loquitur, ibi ad me pertineat, tum quia non est verisimile, quod voluerit sibi ligare manus. Menoch. post alios, præsumptio. 44. lib. 3. Tum quia in generali dispositione semper intelligitur excepta persona loquentis. l. inquisitio. C. de solut. Surd. cons. 47. num. 20. & sequen. Late Gabr. conclu. 9. de verb. signific. Tum demum, quia est maior ratio in alijs patronis, vt eos fundator ligare voluerit ad certarum personarum præsentationem, quam in ipso fundatore, vt resolutum fuit in Fauentina beneficij. 20. Nouembris 1613. & 13. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Buratto, & deinde coram R. P. D. meo Pirouano.

Et cum sint duæ dispositiones penitus diuersæ, & separatæ, vna videlicet pura, vita sua durante, altera sub certis conditionibus post mortem in hærede, & successore, & vnaquæque ipsarum habet orationem perfectam, non possunt conditiones in secunda dispositione appositæ censeri repetita. Bartol. in l. Seiæ. §. Caio. num. 3. ff. de fund. instr. & in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & in l. vlt. nume. 1. ff. de rebus dub. cum alijs traditis per Honded. cons. 4. num. 35. lib. 1. & dicitur in dicta Fauentina. 20. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Buratto.

Præterea dicebatur beneficium, de quo agitur, vacasse per obitum Onuphrij Manescal vltimi possessoris, qui nõ est de fundatoris familia, sed de extranea, & tamen non nisi ad præsentationem, & de cõsensu fundatoris potuit esse prouisus, vnde videbatur constitutus in quasi possessione, ad tex. in c. consultationibus. vbi DD. de Iure patron. Tandem aliqui ex Dominis considerabant Anthicum, cui per Ordinarium fuit adiudicatum hoc beneficium, nullam habere præsentationem, cum fundator ad quem solum pertinet præsentatio, donec viuit, præsentauerit Franciscum, vnde sententia in omnem euentum debuisset concipi, quod reiecta præsentatione Francisci deberet præsentari Anthicus, tanquam propinquior de domo fundatoris, non autem debebat illi sine vlla præsentatione adiudicari beneficium, prout factum fuit. Quare stante iniustitia sententiæ, Domini censuerunt eam esse reuocandam.

R. P. D. CAVALERIO.

*Romana Casalis Capicottæ. Veneris 30. Octobris 1615.*

ARGVMENTVM.

Pignus non potest vendi per creditorem,& illius alienatio facta per debitorem valida est. Item in actione hypothecaria non venit dominium, sed tantum possessio rei retinenda a creditore, donec sibi satisfiat de fructibus.

*SVMMARIVM.*

*Sententia non nocet non citato.*

*Pignus potest vendi, & subhastari, vbicumque extraneo possessori, a quo fuit pignus per anteriorem creditorem abdicatum, fuit assignatus congruus terminus, infra quem possit, si velit rem sibi euictam liberare, soluta pecunia anteriori creditori, qui illam euicit, si intra d. terminum pecunia non fuit soluta. num. 2.*

*Contrarium vero, quia d. opinio est contraria conclusioni iuris, quod debitor possit etiam inuito creditore pignus vendere. num. 3. & num. 5.*

*Alienatio rei pignoratæ facta per debitorem valet, & tenet, nec dicitur contra legem. num. 3.*

*Actio hypothecaria non percutit dominium rei alienatæ, sed possessionem duntaxat, & per eam datur creditori retentio rei auocatæ a tertio emptore ad tempus, donec sibi satisfiat de fructibus. num. 3. & 4.*

DECISIO DCCLIX.

Reuerendi Canonici regulares Congregationis Lateranen. possidentes vti creditores q. Ioãnis Baptistæ Luraghi in Scutis sex & triginta millibus medietatem Casalis Capicottæ, quia Luragus defecerat in extinctione tot censuum, iuxta formam suæ obligationis, sub prætextu, quod paterentur maxima damna, & interesse, ea ratione, quia fructus Casalis vix ascendebant ad quinque pro quolibet centenario, & anno, fructus autem censuum soluebant ad rationem septem. Adiuerunt Signaturam Sãctissimi, & obtinuerunt rescribi mihi vti iudici deputato in causa discussionis bonorum de Luraghis per secundam partem hoc modo, vel si magis placet, committatur eidem Caualerio, qui præfixo Paulo, ac cui, vel quibus de iure competenti termino ad probandũ quicquid volunt, & possunt, tam in petitorio, quam in possessorio, quo elapso, & nihil, quod releuet docto, ad subhastationem, & deliberationem, seu adiudicationem, prout iuris fuerit, procedat omni, & quacunque appellatione remota.

1 Præfixo termino, proposui dubium in Rota, an sit locus subhastationi, seu adiudicationi partis Casalis Capicottæ assignatæ Congregationi Lateranen. Et Domini negatiue responderunt. Nam medietas fructus Casalis per biennium ante decoctionem fuerat per Luraghum vendita Antonio Maccarano, qui eam postea eidem Luragho locauerat, & hæc venditio, etiam quod pro parte creditorum Luraghi, impugnaretur vti simulata, & facta in ipsorum fraudem, nihilo minus, Rota habuit illam pro vera, & reali, vt in decisione sub die 14. Maij 1601. coram bonæ memoriæ Iusto. & talem locationem canonizauit pro bona in alia decisione. 8. Februarij, sequentis, & ex ea in ncta clausula Constituti apposita in instrumento venditionis, cum constaret etiam de possessione Maccarano Domini non censebant, Congregationem posse prætendere subhastationem, seu adiudicationem tanquam non liquidato antea sufficiẽter suo credito. Nã licet Cõgregatio ostenderet sententiam graduatoriam eiusdem Iusti præcedentibus calculis ex relatione Peritorum latam, tamen dubitabant, an constaret de legitima, & sufficienti citatione, Maccarani possessoris, & ideo cẽsebant talem sententiam sibi nullum inferre præiudicium. l. de vnoquoque. vbi glos. & Doctor. ff. de iudic. Nec dicebant sufficere, quod fuisset citatus procurator creditorum Luraghi. Nam inter eos non videbatur posse habere locum Maccaranus, qui potius erat aduersarius creditorum, qui controuertebant venditionem dictæ medietatis Casalis Maccarano factam ad hoc, vt eo amplius reperiretur in bonis Luraghi. Et quamuis pro parte creditorum, & Congregationis ostenderetur citatio contra Luraghum, & Ruffettum procuratorem, & Dominum litis effectum ad videndum mandari exequi mandatum de immittendo in partem Casalis Capicottæ, contra bonæ mem. Cardinalem Comensem, D. Landrianum, & DD. Hæredes de Riccijs, nihilominus pro parte Maccarani respondebatur, non constare, qđ fuerit eius habita notitia, cum fuerit exequuta dicta citatio, prout etiam simili modo dicebatur fuisse exequuta intimatio facienda vigore decreti, relaxationis mandati, quod erat cum intimatione, & in omnem euentum respondebatur, non constare, quod pars Casalis in cuius possessionem Congregatio immittebatur, esset illa vendita Maccarano potius, quam alia medietas, quam Luraghus sibimet reseruauerat, adeo quod ista possessio Congregationis reddebatur valde turbida.

2 Verum, quia fuit etiam decisum coram eodem Iusto, sub die 21. Iunij 1602. quod stante dicta sententia creditoribus licuerit retinere fructus Casalis perceptos ratione anterioris suæ hypothecæ etiam non obstante dominio Antonij, super quo fuit etiam latã alia sententia, quæ retentio fructuum non posset competere sine possessione, propterea etiam præsuppositis credito cum hypotheca, & possessione adepta per Cõgregationem dictæ medietatis Casalis vẽditæ per Luraghum Maccarano, non censebant Domini esse locũ petitæ subhastationi, seu adiudicationi, nam licet pro Congregatione faciant tradita per Couarr. lib. 3. var. resol.

resol.c.18.nu.4.dum tradit, se vidisse ita in praxi obseruari, vt assignato extraneo possessori, a quo fuerat abdicata res per anteriorem creditorem, congruo termino, intra quem possit, si velit, rem sibi euictam liberare soluta pecunia debita creditori, qui illam euicit, si intra eam diem non fuerit solutum, & liberatum pignus, tunc solenni, & iudiciali subhastatione vendatur ad satisfactionem creditoris.

3 Tamen hæc opinio Couarr. non placuit Dominis, tanquam contraria conclusioni iuris, quæ elicitur ex text. in l. si creditor. ff. de distract. pignorum. & in l. distractis. C. de pignor. vt scilicet debitor etiam inuito creditore possit pignus vendere, quod etiam clare tenuit Rota apud Put. decis. 260. num. 1. lib. 3. vbi expresse dicitur, quod debitor, qui rem suam hypothecat, vel pignorat creditori, si illam alienet, valet alienatio, nec dicitur facere contra legem hypothecæ, vel pignoris, ex quo in contractu non promisit non alienare, vel vendere, per tex. in d. l. distractis. Vbi omnes, & in specie Bald. vnde dominium est valide translatum, & actio hypothecaria non percutit dominium rei alienatæ, sed possessionem duntaxat, prout expresse loquitur tex. in auth. hoc ita. C. de pignor. & in corpore, vnde desumitur, in auth. de litig. ibi, si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem vẽditam suppositam habet, eandem rem vendicare, donec ei satis pro debito fiat, & sic apparet, quod datur retentio rei auocatæ a tertio emptore ad tempus, donec creditori satisfiat, non autem facultas distrahendi, & sic intelligantur leges 1. 2. 3. & 4. C. de distract. pignor. quas Couar. pro sua opinione allegat, nempe de facultate distrahendi pignus, cuius possessionem habet creditor cessante dominio tertij, vel quatenus penes debitorem repéritur, alias pugnaret de directo, quod alienatio facta per debitorem esset valida, & qđ creditor rem alienatam posset vendere.

4 Et ideo concludebant DD. contra tertium possessorem, & Dominum rei effectum, eatenus prouisum esse a iure, vt creditor ratione anterioris hypothecæ possit tantummodo ab eo auocare possessionem eiusdem rei a se retinendam, donec de fructibus in sortem imputãdis sibi de suo credito satisfiat, & ita procedere libellũ in hypothecaria tradit Neguz. de pignor. par. vltim. memb. vlt. num. 24. Menoch. consil. 361. num. 7. vbi allegat Papien. in sua praxi, in form. libell. in actione hypothecaria, non autem eam distrahere.

5 Minus visum fuit obstare aliud fundamentum, cui pro sua opinione Couar. innititur, quod scilicet creditor cogeretur ex fructibus rei euictæ minutas solutiones recipere in extinctionem sui crediti, contra tex. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. quia placebat responsio, quod absurdius esset emptorem sine facto suo priuari dominio rei suæ, contra reg. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & creditori remanet saluum ius agendi cõtra principalem debitorem, & fideiussores, & sic euitare potest satisfactionem in minutis solutionibus. Dum vero dicit Couar. non teneri creditorem sibi satisfacere de sorte ex fructibus pignoris, sed ex illius vẽditione, respondebatur id bene procedere inter debitorem, & creditorem, non autem, quando creditor agit contra tertium possessorem, & ita intelligi totum tit. ff. & C. de distract. pignor. vt dictum est. Tandem dictum fuit non obstare, quod emptor habeat facultatem offerendi pretium, quia non inde sequitur, quod teneatur renunciare iuri suo, si non offert. Nec commissio noua mihi directa aliquid vltra ius tribuit Congregationi cum in ea adsit clausula, prout iuris fuerit, per quam apparet nihil Congregationi fuisse concessum vltra remedia ei de iure competentia. Ex quibus, & aliis copiose deductis per D. Ludouicum de Vigaute, quæ placuerunt, ita decisum fuit.

## REVERENDISS. P. D.

## COCCINO DECANO.

*Florentina, seu Parisien. pecuniaria. Veneris 6. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Creditor quando possit agere contra debitorem, seu debitoris, & qua actione, quando ẽt sub generali obligatione bonorum, & iurium veniant iura conditionalia, & in diem, & quid si nomen debitoris fuerit exactum ab hærede principalis debitoris.

### SVMMARIVM.

*Nomẽ debitoris venit sub generali bonorũ obligatione. n. 1.*

*Creditor potest agere vtili personali actione contra hæredes sui debitoris, qui exegerunt nomen debitoris ipsi creditori obligatum. num. 1.*

*Creditor vt possit agere contra debitorem debitoris, tria requiruntur. Primo, quod talis debitor fateatur debitũ. Secundo, quod principalis debitor fuerit condemnatus. Tertio, quod idem principalis debitor fuerit excussus, & non sit soluendo. Declara, vt num. 2.*

*Debitor in instrumento obligatus habetur pro condemnato. num. 2.*

*Excussio non est necessaria in bonis debitoris decocti. n. 2.*

*Excussio non est necessaria, quando agitur vtili personali actione, vel vtili hypothecaria, vel etiã Saluiano. nu. 2.*

*Creditor habens obligatum nomen debitoris, potest in subsidium agere ad pecunias exactas. nu. 3. Vbi tamen hæc conclusio declaratur duobus concurrentibus excussio, scilicet principali debitore, et quod pecunia exacta retineãtur, non ex causa onerosa, sed ex causa lucratiua.*

*Hæres exigens pecunias defuncto debitas dicitur illas retinere ex causa lucrosa. num. 3. in fine.*

*Nomen debitoris an veniat in simplici obligatione bonorum, quando eadem obligatio nõ est pura, sed in diem. num. 4.*

*Obligatio in diem an producat actionem ante diei euentum. num. 4. Vbi etiam an ueniat sub generali obligatione iurium. & num. 5.*

*Verba præsentis temporis non referuntur ad debita in diem. num. 5.*

*Cedens omnia iura sua non uidetur cedere nisi ea, quorum dies cessit, & venit, & propterea sub tali cessione non ueniunt iura conditionalia, & in diem. num. 5.*

*Legatum vbi est conditionale conditio non retrotrahitur in præiudicium illorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum. Declara, vt num. 6.*

## DECISIO DCCLX.

1 CReditum Regium pertinebat ad Horatium, qui fecit participem Nasium, qui etiam illud obligauit ad fauorem Norij ex generali obligatione omnium bonorum. Nomen enim debitoris venit sub simplici appellatione bonorum ex allegatis in decisione in hac causa facta 17. Nouembris superioris anni, & late comprobat Surd. in conf. 4. nu. 18. & seqq. Quare cum filij dicti Horatij exegerint istud nomen hypothecatum Norio, & sic etiam fuerint effecti debitores Nasij, sequitur quod cũ Norius habeat hypothecata omnia bona præsentia, & futura Nasij, per consequens habeat etiam hypothecatum istud nomen debitoris filiorum Horatij, cum fuerint effecti debitores ipsius Nasij, ex prædicta exactione facta a Rege, ita vt possit agere vtili personali contra dictos filios, quæ fuisset directa penes Nasium. l. nomen debitoris. ibi vtilibus, iuxta primam lecturam glossæ. C. quæ res pign. obl. poss. Vbi Bar. num. 4. & Bald. num. 1. Salicet. num. 3. & seqq. & late deducit. Surd. d. consil. 4. num. 23. vel potest agere contra bona hæreditaria filiorum Horatij, quæ erant hypothecata Nasio vtili hypothecaria, vel vtili Saluiano, quæ erãt actiones directæ penes Nasium principalem creditorem, vt per glos. in dicta l. nomen. in ver. vtilibus, & in l. 2. in ver. conuenti, quando fiscus, vel priuata persona, & bene declarat Bar. in d. l. nomen. num. 5.

2 Et quamuis ad hũc effectum, vt creditor possit agere contra debitorem debitoris, tria requirantur, nempe primo, quod talis debitor fateatur debitum, secundo quod principalis debitor fuerit condemnatus, tertio quod principalis debitor fuerit excussus, & non sit soluendo. l. 2. cum duab. seqq. C. quando fisc. vel priuat. l. a Diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iud. cum aliis per Surd. d. conf. 4. num. 2. tamen quatenus attinet ad primum requisitum, hodie Norius agit, vt liquidet debitum Horatij erga Nasium, & creditum suum, quod est secundum requisitum erga Nasium, quod & iustificauit iuxta resolutiones factas. Nã licet Nasius non sit condemnatus, sufficit, quod ex instrumentis cõstet de eius debito, vt post alios dicit Surd. sæpius allegato conf. 4. nu. 27. & quo ad tertium requisitum de excussione, licet illa tunc requireretur, si iure directo vellet Norius agere contra filios Horatij, sed cum non agat iure directo, sed vel vtili personali, aut vtili hypothecaria, vel Saluiano, excussio non est necessaria, vt voluit post alios Surd. d. conf. 4. nume. 32. vsque ad nume. 37. sed cum Syluia ipsa, quæ se opponit huic exactioni probauerit Nasium obijsse decoctum, non requiritur alia excussio ex Alex. in conf. 17. nu. 6. versic. vnde perinde est. lib. 1. & fuit dictum in alia decisione.

3 Secundo principaliter fuit dictum, quod & alia actione potest agere Norius. Nam cum haberet nomẽ Regis hypothecatum, vel illud ius, & sic illud esset pignus, in subsidium ei competit actio ad pecunias exactas. l. mater. C. de rei vendic. Vbi Bald. num. 14. vers. item quæro, cum hodie non possit agere cõtra pignus, quia amplius nomen debitoris, nec illud ius exigendi extat. l. 1. C. de reb. alien. non alien. an. vbi glos. in ver. iubebit. Glos. fin. in l. 1. versic. & ideo pretium pignorum. ff. de distr. pign. quam conclusionem, licet intelligant Doctores duobus concurrentibus, scilicet excussio principali debitore, & quod pretium retineatur ex causa lucratiua, non ex causa onerosa. Bart. in dicta l. 1. num. 1. & 2. Salicet. num. 2. ff. de distr. pign. Alexã. conf. 108. num. 9. & 10. lib. 5. tamen hic excussio non requiritur cum Syluia probauerit, Nasium obijsse decoctum, vt supra dictum est. Secundum requisitum est clarum, quia cum Horatius participem fecerit Nasiũ de dicto credito Regio, quo ad partem spectantem ad Nasium, non potest dubitari, quin filii Horatii illam teneant titulo lucratiuo, vt in puncto dicunt Barto. in dicta l. 1. num. 2. & 3. Salicet. nu. 2. ff. de condict. indeb. & hoc est, quod dicit alia decisio, cuius fundamẽtum, vt patet ex prædictis solidum est.

4 Neque huic motiuo obstat, quod Nasius obligauit bona sua, quare non ideo sequitur, quod nomen debitoris Regis veniret in ista obligatione bonorum, cum obligatio esset in diem, & sic nondum esset nata actio Nasio. Bal. in conf. 234. sub nu. 2. vers. in contrarium est veritas. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. bona. sub num. 8. circa finem. vers. vbi tamen. Nam fuit responsum, quod hoc fundamentum. Bald. non est verũ, quia secundum magis communem opinionem Doctorum, de qua testatur Alex. in l. si stipulatus. 76. §. cum stipulamur. num. 2. & ante diem dicuntur competere iura, quia est orta obligatio, & actio ante diem, quod etiam sensit idem Bald. dum subdit, quod & si nata esset actio, est tamen non intentabilis, & ideo tunc non dicetur esse in bonis, sed in diem, quare interim non potest agi, quod est verum, sed adueniente die, & purificata conditione potest agi. Dec. conf. 551. num. 7. & conf. 629. num. 4. qui est casus noster, & quatenus esset verum dictum Baldi, quod nõ esset nata actio, erat tamen in bonis spes agendi, vt ipsemet dicit dicto nu. 2. quæ venit in obligatione generali iurium, vt dicit Petr. de Bellapert. in d. l. si stipulatus. num. 7. & ceteri Doctores mox allegandi, quæ quidem spes transmittitur etiã conditione pendente. §. ex conditionali. Inst. de verb. oblig. §. cum quis sub aliqua. Instit. de inutil. stipul. cum aliis per Surd. decis. 151. num. 7. vers. nam eo casu. qui loquitur in terminis.

Neque

5 Neque prædictis resistit dispositio text.in d.l.si stipulatus.76.§.cum stipulamur. ff.de verb. oblig.& in l.si ita scripsisset.47.ff.de leg.2. Vbi verba præsentis temporis non referuntur ad debita in diem. Vnde notat Bal.in dicta l.si ita scripsisset,per illum tex. sub numero 2. quod qui cedit omnia iura sua, non videtur cedere nisi ea,quorum dies cessit,& venit,non conditionalia,vel in diem,quem sequitur Alex.in cõs.166. num.8.lib.5.Nam fuit responsum,quod tex.prædicti non applicantur,quia in casibus illorum fuerat additum verbum dare oportet, quod necessitatem importat,& executionẽ denotat cum effectu,quare ista verba non possunt referri ad debitum in diem,vel sub cõditione,ita explicat in dicta l.si stipulatus.Petr.de Belapert.num.6.Alex.ibid.in §.cum stipulamur. nume. 2.Bald.sibi contrarius.in repet.l.& si post tres.nu.52. in fine.ff.si quis cautio.Alex.pariter sibi contrarius in dicto §.cum stipulamur.nume.2.& Ias.in eod.§.cum stipulamur.num.3.& Cur.iun.in l.1.num.78.ff.si certum pet.vbi meminit de cons.Alex.Natta in additio. ad dictum cons.Alexandri.

6 Neque principaliter obstat, quod licet cessio facta per Nasium ad fauorem Norij sit anterior, tamẽ cum sit conditionalis, non debet præferri cessioni pure factæ patri Syluiæ. Nam fuit responsum,quod conditio ex eo deducitur, quia Horatius admisit Nasium ad creditum Regium,quatenus exigeretur, sed hoc nihil facit, quia licet in legatis conditio non retrotrahatur in præiudicium illorum, quibus medio tempore ius fuit acquisitum. Negus.de pignor.5.par.princ. primo memb.num.19.& seqq. Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.14.titul.46.quod tamen est verum, quando quantitas legatur. Castr.cons 446.nu.1.lib.2. secus autem, quando certa bona,quia ad effectum, vt possint recuperari a tertio,conditio retrotrahitur. Bar.in l.fin.§.sint autem.nume.3.C.com.de leg.Castr.dicto loco,tamen cum hic versemur in contractu,cessat omnis difficultas,quia conditio retrotrahitur ex allegatis per Mant.& Negus.locis præcit.Rot.decis.728.num. 6.& 7.par.1.

7 Quæ dicuntur de satisfactione Norij non debuissent allegari,quia sunt bene sublata ex alia decisione, nam obtinuit possessionem prædij, ex primo decreto loco pignoris ad effectum percipiendi Scuta 5. pro cẽtenario, iux. formam Statutorum Florentiæ, vt patet ex actis datis in alia positione, & qui modo etiam in hac positione dantur. Et quamuis hodie addatur,qđ prædium fuit æstimatum de anno 1592. ad instãtiam Norij,tamen non propterea constat,quod fuerit datũ in solutum,immo apparet ex fide Cathasti,quod quidam Io. Maria Largerius illud emit pro Scutis 1400. & quod nominauit Norium, & quod de anno 1599. fuit venditum Nicolao Bonacursio,quare nullo pacto probatur, quod prædium fuerit assignatum Norio in causam crediti.

8 Ad alia satisfacit decisio sub die 17. Nouembris, 1614.cum qua transierunt Domini, & ab ea non putarunt esse receden. Et ita conclusum.



R E V E R E N D I S S. P. D.

COCCINO DECANO.

*Romana Palatij de Rusticuccijs.Veneris 13. Nouembris 1613.*

## A R G V M E N T V M.

De manutentione conceden.hæredi,qui alijs cohæredibus institutis possessionem hæreditatis accepit ex instrumento plura notanda, de quibus in Summario.

### *S V M M A R I V M.*

*Manutentio danda est probata possessione etiam instrumẽtali, alio non existente in possessione.num.1.*

*Possessio instrumentalis alio non existente in possessione ualida est, & manutenibilis.num.1.*

*Possessio instrumentalis cum animo retineatur præsumitur continuata.num.1.in fine.*

*Possessio capta nomine alterius censetur ratificata ab eo, cuius nomine capta est, & remanet penes eum, qui possessionem cepit.num.2.*

*Possidens iure familiaritatis ex superuenienti titulo causam possessionis sibi mutasse præsumitur possessionem accepisse pro sua tantum portione. Declara, vt nu.3.*

*Possessio posterior præsumitur clandestina, & non nocet anteriori possessori.num.4. Vbi præsertim si posterior possessio sit iure familiaritatis.*

*Possessio capta nomine alterius ante ratificationem illius, cuius nomine capta est, remanet penes eum, qui possessionem cepit.num.2.*

## D E C I S I O DCCLXI.

1 FVit resolutum D.Matthæo dandum esse mãdatum de manutenendo in possessione totius palatij,de quo agitur,cum de eius possessione cõstet ex instrumento adeptionis,quod probat.l.1.§.si iusserim.& l.quod meo.§.si venditore.ff.de acquir.possess. Bar.in l.prædia.nume.1.ff.eod.quæ possessio licet instrumentalis, tamen cum fuerit capta alio non existẽte in possessione est considerabilis, & ad effectum manutentionis.Cassador.decis.20.de præben.Put.decis. 350.nu.4.& seqq.lib.1.in nou.Verall.decis.334.nu. 6.lib.2.ita vt intret,vt dictum est,interdictum retinẽdæ,de quo in §.hodie.Instit.de interd.etiam quod hodie petatur manutentio,quia præsumitur continuata, cum animo retineatur.l.licet.C.de acquir.possess. Abbas in c.cum ad sedem.num.15.de restit.spoliat.Put. decis.19.lib.2.in nou.

2 Et quamuis Matthæus ceperit possessionem nomine proprio, & Equitis Iacobi fratris, pro quo de rato

promisit, attamen cum postmodũ Eques Iacobus omnia bona donauerit Matthæo, & alios actus hæreditarios fecerit, censetur dictam possessionem ratificasse. Castren.cons. 16. incip. viso compromisso.col. pen. in fine. Aym.cons. 237. nume. 2. & ante ratificationẽ remansit penes ipsum Matthæum. Alex. in cons. 22. nu. 2. lib. 5. & in puncto est decisio Rotæ 641. nu. 1. & 6. par. 1. quare purificata donatione per obitum Equitis Iacobi, cũ Matthæus esset in possessione totius palatij, etiam quo ad partem spectantem ad Iacobum iure familiaritatis, censetur quo ad dictam portionẽ sibi mutasse causam possessionis. Bald. in l. penult. sub nu. 1. C. de pignor. act. sicuti sine alia declaratione censetur fecisse, iux. opinionem Decij in cons. 400. num. 5. quam reprobato Socino seniore, in cons. 31. nume. 1. lib. 1. seruat Rota, vt per Put. decis. 441. lib. 1. & 331. num. 2. lib. 3. in nou. Achill. decis. 4. de caus. poss. & ptopriet. & fuit resolutum in causa Maceraten. hæreditatis. 11. Maij 1587. coram bonæ mem. Cardinale Pamphilio, & coram me, in causa Asculana domus. 3. Iunij 1602.

3 Non obstat, quod D. Matthæus cepit possessionem in vim testamenti in quo cum scripti essent tres hæredes, videlicet Rusticuccius, Iacobus, & Matthæus, præsumitur accepisse possessionem pro portione sua, & Equitis Iacobi tantum, nõ autem pro portione Rusticuccij, ad tex. in l. 2. C. de acquir. possel. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendicat. Nam fuit responsum, quod Matthæus non se restrinxit ad testamentum, cũ dixerit, & alias omni meliori modo. Socin. sen. consil. 51. nume. 9. vol. 1. Vlterius fuit responsum, quod cessat ista præsumptio ex subsecutis, nam Cardinalis instituit dictos fratres, vt dictum est, & postmodum linea subduxit nomen Rusticuccij, sub eadem linea, scribendo, Che a Rusticuccio già s'è prouisto, & Matthæus putauit Rusticuccium fuisse exhæredatũ, quod probatur, quia etiam reliquos actus hæreditarios fecit tantum nomine proprio, & Iacobi, vt patet ex solutione debitorum, diuisionem mobilium, & similium, quare manifestissime arguitur, quod cepit possessionẽ totius palatii, cum putaret Rusticuccium fuisse exhæredatum, quod etiam clare ostenditur ex depositionibus testium, qui deponunt, nedum de actibus possessoriis priuatiue ad D. Rusticuccium, sed etiam quod dictus D. Rusticuccius hoc agnoscebat, contra quos testes, licet plura opponerentur, quæ non visa fuerunt Dominis consideratione digna, attamen etiam circumscriptis depositionibus istorum testium, adhuc ex prædictis remanet decisio.

4 Non obstat possessio D. Abbatis Rusticuccii, quia aut tanquam postetior præsumitur clandestina, & nõ nocet Matthæo. cap. licet causam, & ibi Doctores de probat. Bart. in l. si duo. in princip. sub nume. 4. ff. vti possid. Verall. decis. 334. numero 2. & 6. parte secunda. Cæs. de Graff. decisione 5. numero 2. de caus. poss. & propriet. aut præsumitur iure familiaritatis, & non prodest. l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirend. possess. Menoch. de arbitr. cas. 160. nume. 12. & seqq. prout vere fuit, quia Matthæus nedum cepit possessionem totius palatii, sed etiam diuisit mobilia, & soluit debita hæreditaria solo nomine proprio, & Iacobi fratris, ex quibus satis arguitur, quod Dominus Rusticuccius non habuit se pro hærede, ita vt dicendum sit, ex isto titulo non possedisse, sed iure familiaritatis, vt bene ad propositum Surdus in consil. 261. numero 18. & quamuis Dominus Rusticuccius pluries dixerit requisitus, an vellet conducere domum, quod volebat inhabitare suum palatium, attamen hoc potest verificari in habitatione, quam fratres patiebantur ipsum habere iure familiaritatis, & ita etiam tollitur, quod dicitur, quod Dominus Rusticuccius fecit melioramenta in palatio, quia hæc potuit facere ratione habitationis, & familiaritatis, prout inquilini etiam quotidie faciunt, & si standum esset testibus, bene declarant istam materiam, sed etiam eorum dictis circumscriptis ex prædictis visum fuit Matthæo non posse denegari manutentionem.

## R. P. D. VBALDO.

*Romana Tutelæ de Boncompagnis. Veneris 13. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Tutor non tenetur de furto rei pupillaris, dummodo furtum probetur, & absit illius culpa, & an furtum in casu decisionis probetur. Item an tutores, quorum vnus tantum administrauit, habeant inter se beneficium ordinis, vt scilicet primo conueniri debeat, qui administrauit.

*SVMMARIVM.*

*Inuentarium plene probat contra conficientem. numero 1.*
*Confessio facta in iudicio criminali praeiudicat etiam in ciuili. num. 1.*
*Confessio praeualet alijs probationibus. num. 1.*
*Existentia rei penes aliquem de vno tempore, praesumitur etiam de alio. num. 1.*
*Tutor & similis custos non tenetur ad restitutionem rei furto subtractae, dummodo absit culpa, vel dolus. nu. 2.*
*Furtum reputatur inter casus fortuitos. num. 2.*
*Tutor non tenetur de casu fortuito. num. 2. Vbi maxime si fuit a redditione rationis liberatus.*
*Tutor vt non teneatur de furto rei pupillaris, duo probare debet, scilicet furtum, & illud sine sua culpa commissum. num. 3.*
*Furtum tanquam difficilis probationis probatur ex coniecturis. num. 3.*
*Furtum in eo qui ex officio tenetur ad custodiam, non probatur per eius querelam, ac acclamationem etiam iuratam.*

*ratam.num.4. Vbi maxime si agatur de furto notabili, quicquid secus in eo, qui non tenetur ad custodiam.*

*Fallit concurrente bona fama furtum passi, nisi dicta fama elidatur ex contrarijs probationibus.num.5.*

*Testis de audientia parte non magis probat, quam ipsa pars.num.6.*

*Indicia purgantur ex sustentatione tormentorum. numero 6.*

*Indicia conquassantur ex indicijs contrarijs, & inuerisimilitudine.num.7.*

*Liberatio a redditione rationis relicta tutori intelligitur de scrupulosa, non autem quod non teneatur restituere bona descripta in inuentario, & qua describi debuerūt. num.8.*

*Tutoris culpa in furto rei pupillaris arguitur ex eo, quod tutor domum pupilli reliquerit sine custodia.num.9.*

*Tutores quorum vnus tantum administrauit habent inter se priuilegium ordinis, vt prius debeat excuti administrator.num.10.*

*Verbum possit est facultatiuum non autem praeceptiuum. num.11.*

## DECISIO DCCLXII.

1 CVm Gregorius Boncompagnus dedisset tutricem filijs suis D. Lisam vxorem suam, & alios duos contutores, ipsique in inuentario inter cetera bona descripsissent nonnulla iocalia, agebant filij, & hæredes pro eorum restitutione. Ex aduerso vero prætendebatur, nonnulla fuisse furto subtracta. Quare proposito dubio in Rota, an tutores tenerētur ad eorum restitutionem, Domini censuerunt, D. Lisam quidem teneri, contutores vero pro nunc non teneri. Et pro fundamento primo resolutionis præmittendum est, non fuisse controuersum de existentia dictorum iocalium penes Lisam de tempore obitus viri, quod probatur tum ex inuentario, quod plene probat contra tutorem illud conficientem. l. fin. C. arbitr. tutel. Bart. in l. tutor qui repertorium. numer. 12. ff. de administ. tut. Paris. cons. 26. nume. 55. lib. 2. Rota decis. 71. nume. 3. par. 1. tum ex querela per Lisam porrecta, quæ confessio in iudicio criminali ei præiudicat etiam in ciuili. Aegid. decis. 3. Cæs. de Graff. decis. 3. numero 3. de solut. & fuit dictum in vna Bononien. Laudi. 28. Aprilis 1608. coram bo. mem. Iusto, tum demū ex instrumento obligationis Scut. 200. pro reuelatione prætensi furti, in qua asserit gemmas subtractas esse valoris Scut 3. mill. qua confessione nulla melior probatio. l. cum te. C. de transact. cum alijs per Surd. cons. 60. in princ. lib. 1. Et ex hoc sequitur, vt etiam hodie penes ipsam extare præsumantur. Ias. in l. si quis. §. prætor. num. 12. ff. de edend. Afflict. decis. 13. nu. 1. vers. cum ergo, &c. & consequenter, quod teneatur ad earum restitutionem.

2 Quia tamen pro D. Lisa allegatur furtum dictorū iocalium apud Dominos non dubitabatur, Quin si furtum probaretur, & nulla præcessisset culpa D. Lisę, ipsa omnino veniret liberanda a prædicta restitutione, cum certum sit, tutores, & similes custodes non teneri ad rei restitutionem furto subtractæ, dummodo absit culpa, vel dolus. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. §. præterea. cum ibi not. Instit. quib. mod. re contr. oblig. l. quod Nerua. ff. depos. l. si duobus. §. damna. & ibi glo. in verb. surreptum. ff. pro soc. Grat. cons. 94. nu. 37. & seqq. lib. 2. cum alijs per Honded. cons. 90. nume. 11. lib. 2. cum hoc casu furtum repute tur casus fortuitus. ad quem custodes non tenentur. l. 1. & ibi not. Bald. C. depos. Bart. Ias. & alij. in l. si quando. C. vnde vi, & in l. si quis ex argentarijs, §. prætor ait. ff. de edend. Paris cons. 156. num. 4. & 5. lib. 4. Menoch. cons. 353. num. 9. & 10. lib. 4. Honded. d. consil. 90. num. 10. lib. 2. & in terminis tutoris, quod de casu fortuito non teneatur est text. in l. si res pupillaris, & ibi glos. & Barto. ff. de administ. tut. l 3. & 4. C. de peric. tut. quod eo magis dicendum videtur in hoc casu, quo D. Lisa fuit liberata a redditione rationis, vt in his terminis tradit Alexand. consilio 45. numero 1. & 2. libro 1.

3 Cum igitur duo probanda sint pro parte Lisæ, videlicet casus, id est furtum esse commissum, & sine sua culpa, vt per glo. in §. fin. inst. quib. mod. contr. obl. & ibi Aret. glo. & Bart. in d. l. si quis ex argentarijs. §. an nec hæredi, & ibi alij Doct. siue in §. prætor ait, vbi Angel. num. 7. Castr. num. 6. & 7. Alex. num. 6. & 10. Iacobin. num. 14. Ias. num. 11. & nume. 29. Et in specie de tutore, & curatore. Bald. ibidem nume. 3. circa fin. vers. & idem est, & idem tradunt Doct. in l. si creditor, vbi Bart. Alberic. Castr. & Salicet. C. de pig. act. Menoch. d. consil. 353. num. 2. Honded. d. cons. 90. num. 2. & 3. lib. 2. & cons. 19. nu. 17. & seq. lib. 1. cum alijs allegatis in vna Perusina pecuniaria. 28. Nouembris 1612. coram R. P. Domino meo Manzanedo, Domini existimabant neutrum esse sufficienter probatum. Quia quo ad furtum, licet illud possit probari etiam coniecturis, cum sit difficilis probationis, vt per Bart. in d. §. an nec hæredi. num. 5. cum alijs per Menoch. libro 6. præsumpt. 61. num. 20. tamen coniecturæ adductæ pro D. Lisa videbantur leues, & Bart. loco citato, & Doct. in d. §. prætor ait. exemplificant, quando ostium fuit ruptum, vt ibi per Ang. num. 7. Ias. numero 18. Bart. in l. si creditor. nume. 5. C. de pign. act. Quod hic cessat.

4 Nec vis fieri potest in querelā porrecta a D. Lisa, quia cum simus in tutrice, quæ ex officio tenetur ad custodiam bonorum pupilli non sufficit eius querela, vel acclamatio, vel assertio ad probandum furtum. Bart. in d. l. si creditor. num. 5. immo quod nec statur eius iuramento dicit Alex. in d. §. prætor ait. num. 12. & ibi Ias. num. 17. bene facit Anchar. cons. 316. num. 4. vbi loquitur in matre tutrice. Quicquid esset dicendum si non teneretur ad custodiam ex officio, & ita distinguit Bursat. cons 285. numer. 12. quem sequitur Honded. consil. 43. num. 18. lib. 2. Grat. qui loquitur in tutore, cons. 23. nume. 19. lib. 1. cum aliis adductis in vna Romana depositi, seu exhibitionis schedulæ. 9. Iunij 1595. coram bonæ memoriæ Card. Pamphilio,

lio, & apud Seraphinum decis. 1224. nume. 2. Et hoc eo magis procedit in hoc casu, in quo tractatur de fur to non modico, sed notabili, cum gemmæ præsupponantur magni valoris, vt per Petral. inst. fig. 8. sub numero 4. quam refert, & sequitur eruditissimus Farinac. de furt. quæst. 176. par. 1. nu. 8. & agitur non contra furem, sed in præiudicium tertij qui non deliquit, nec fuit in dolo, iuxta tradita per Bart. in l. si quando. nume. 4. & ibi Iaf. de communi. numero 38. & 43. C. vnde vi.

5 Et licet concurrente bona fama, & legalitate furtũ passi stetur interdum eius assertioni saltem iuratæ, vt per Rimin. sen. consf. 95. numer. 19. & 21. inter consil. Grat. lib. 2. cum alijs per Menoch. d. consf. 353. numero 7. & dicta præsumpt. 61. num. 23. Honded. consilio 90. nume. 26. lib. 2. præsertim, quando agitur ciuiliter vt hic, Farinac. de inquisit. quæst. 2. nume. 16. Tamen in proposito probatio bonæ famæ videbatur elidi, & debilitari ex contrarijs præsumptionibus, & probationibus, cum constet non omnia bona fuisse descripta in inuentario, sed nonnulla occultata in Monasterio Sanctæ Annæ, eaque non nisi mediante comminatione excommunicationis fuisse detecta, & postea descripta, vt apparet ex datis in Summario Hæredum. numero 15. 16. & 17. fuerunt etiam dati plures testes deponentes plura bona remansisse penes D. Lisam, vt vestes, & alia iocalia, præter descripta in inuentario, & de eis erit postea agendum, quæ specialis probatio præualet probationi bonæ famæ in genere. Alex. consilio 77. num. 5 & 6. lib. 1. cum aliis allegatis.

6 Non obstant testes examinati in Curia Gubernatoris, quia deponunt de auditu a D. Lisa circa prætensum furtum, ideoque non magis illis credendum est, quam ipsi Lisæ. c. fraternitatis. de hæretic. Aym. consilio 112. num. 13. Verall. decis. 264. num. 7. par. tertia. Quibus stantibus parum etiam releuant aliæ coniecturæ desumptæ ex carceratione mulierum, & aliorũ de familia, & ex obligatione de soluendis Scutis ducentis ei, qui restituisset iocalia, quia hæc omnia potuerunt studiose agi ad effectum iustificandi prætensum furtum, vltra quod indicia contra familiares fuerunt purgata ex sustentatione tormentorum. Farinac. in quæst. crimin. lib. 1. tit. 5. quæst. 40. nume. 1. & seqq. vbi alios cumulat, & licet Dianora vna ex famulis confessa fuerit in tormentis, commisisse furtum, tamen non ratificauit.

7 Accedit, quod hæc indicia conquassantur ex indicijs contrarijs, tum quia D. Lisa fatetur furtum fuisse commissum sine fractione aliqua ianuarum, & scrinij, & ideo non applicantur. Rimin. Grat. Angel. Menoc. & Honded. qui alios cumulat consf. 90. num. 22. libro 2. Quia ibi vltra querelam concurrebat fractura cum alijs, de quibus ibi, tum quia in eodem scrinio erant aliæ gemmæ valoris Scutorum 2000. vt eadem Lisa deposuit, & non est verisimile, quod idem fur istas eodem tempore non subtraxisset.

8 Non obstat liberatio a redditione rationis per testatorem facta, quia illa intelligitur de scrupulosa redditione rationis, non autem, quod non teneatur restituere bona descripta in inuentario, vel quo describi omnino debuerunt. l. Aurelius. §. Titius. de lib. legat. Dec. consf. 177. in causa. sub num. 3. vers. modo, & fuit dictum in vna Romana redditionis rationis. 12. Maij 1603. coram Litta, & alias sæpe.

9 Quod vero furtum fuerit commissum absque culpa ipsius Lisæ non videtur necessarium inspicere, ex quo de furto ipso non constat ex supra deductis, sed ex abundanti dicebatur, aliquam posse argui ipsius culpam, ex quo licet non constet de die commissi furti. Tamen dubitatur accidisse die S. Michaelis de mense Septembris, quo die, testes deponunt eam fuisse ad vineam cum tota familia, & sic reliquisse domum sine custodia, vt in terminis considerat post Castr. in l. videamus. num. 2. ff. locat. Menoch. consf. 353. num. 16. lib. 4. Ex quibus fuit conclusum D. Lisam teneri de his, quæ prætendebat furto subtracta, sicut nõ est dubium, eam etiam teneri de aliis iocalibus non subtractis, & in inuentario descriptis. Quia vero allegabantur alia iocalia relicta per Gregorium, quæ per dictos hæredes prætenduntur non fuisse inuentariata, Domini voluerunt, vt de his particulariter videretur.

10 Quo vero ad alios Contutores, Domini existimabant, eos pro nunc non teneri, donec soluendo sit D. Lisa. Quia constat ipsam solam retinuisse dicta iocalia, & alij tutores, licet teneantur in solidum, tamen quando vnus tantum administrauit, habet priuilegiũ ordinis, ne ipse prius conueniatur, quam excusso administratore. l. 2. C. si tut. vel cur. non gesser. Ronchegall. in l. eadem. in princ. num. 219. ff. de duob. reis, late Surd. consf. 170. num. 13. lib. 2.

11 Non obstat, quod non debuerint permittere, vt sola D. Lisa administraret, ex quo testator mandauit, vt duo saltem ex his coniunctim administrarent. Quia respondebatur, verba testamenti esse facultatiua, videlicet, quod possint duo ex eis coniunctim administrare, non autem præceptiua. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de legat. 3. Doct. in l. Gallus. in princip. vbi Bartol. numero 4 ff. de liber. & posthum. Et ita fuit decisum.

## R. P. D. VEROSPIO.

*Policastren. Congrua, & iurisdictionis. Luna 16. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Congrua debita Episcopo an debeat prius detrahi, quam alia onera, & an iurisdictio temporalis competens Episcopo veniat in reseruatione fructuum alteri facta.

SVM.

*SVMMARIVM.*

*Congrua Scut. mille, quæ debetur Episcopo vigore Concil. Trid. debet in primis, & ante omnia alia onera Episcopatus Episcopo solui. num. 1. Vbi maxime si in impositione onerum fuit addita clausula demptis pro Episcopo Scutis mille:*

*Consentiens decreto reseruationis congrua ad fauorem Episcopi tenetur illud obseruare. num. 2.*

*Iurisdictionis exercitium non venit appellatione fructuum. num. 3.*

*Iurisdictio non censetur concessa ex concessione rei. numero 3.*

*Iurisdictio temporalis alicuius loci competens Episcopo non censetur reseruata reseruatario fructuum Episcopatus, nisi Papa expresserit, licet secus sit in fructibus iurisdictionis. num. 4.*

## DECISIO DCCLXIII.

1 PEr translationem Illustrissimi Cardinalis Spinelli ad Ecclesiam Auersanam de anno 1605. cum vacasset Ecclesia Policastren. fuit alius de ea prouisus cum omnium fructuum reseruatione ad fauorem dicti Cardinalis, demptis tamen pro ipso Titulari Scutis mille, pro quorum solutione, modo soluendi, nec non super exercitio iurisdictionis temporalis in Terra Turris Orsariæ ad Ecclesiam spectan. orta inter ipsum Titularem, & Illustrissimum Reseruatarium controuersia, causa fuit in Rota commissa Illustrissimo Lancellorto. Verum mortuo dicto Titulari Reuerendissimus Santonius in eadem Ecclesia Policastren. successor post nonnullos annos, cum vellet huiusmodi litem prosequi, Ego in locum Illustrissimi Lancellotti subrogatus, dubium in Rota proposui, quod ad fauorem Episcopi fuit resolutũ, ipsum scilicet posse ante reseruatarium percipere Scuta mille, nec non temporalem iurisdictionem Castri, de quo agitur, illi competere. Quo enim ad primam partem suffragatur Episcopo Sacri Concilii Tridentini dispositio ses. 24. c. 13. §. adhæc. de reform. Mandos. in tractat. de Sign. grat. sub titu. de fruct. reseruat. ad fin. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 36. Vlterius in decreto Consistoriali fuerunt reseruati fructus cum clausula, demptis pro Titulari Scutis mille, per quam clausulam videtur Summus Pontifex dicta mille prius Episcopo reseruasse, quam alios fructus Cardinali. Rebuff. in tract. de congrua, post num. 103. ad med.

2 Non obstat, per Clementem Octauum de fructibus huius Ecclesiæ Policastrensis dismembrata fuisse Scuta quinque millia pro dote, nec non extinctione tot locorum, montium, quæ ad fauorem dicti Cardinalis fuerunt erecta, cum clausula, quod de huiusmodi fructibus cõgrua demi non possit. Nam vltra quod de tali iure Montistarum, qui non sunt in causa hodie, non agitur, cum tamen Cardinalis assensum præbuerit decreto Consistoriali, vbi Scuta mille pro Episcopo reseruantur absque vlla exceptione, tenetur illud obseruare. Surd. consil. 42. nume. 6. lib. 1. & consilio 148. num. 10. lib. 2.

3 Quo vero ad secundam partem, & sic ad iurisdictionem temporalem, de qua agitur, Domini censuerunt illam ad Episcopum pertinere, cum appellatione fructuum iurisdictionis exercitium non veniat. Bald. consil. 293. num. 1. lib. 4. & consil. 238. in princ. eod. libro. Et regulariter re concessa, iurisdictio data non censetur. c. 1. §. item si quis. vbi Bald. titu. quib. mod. feud. amittat. vbi Aluarot. num. 4. & 5. idem Bald. c. 1. § contrario. numer. 4. vers. contrarium. de inuestitura. de re alien. facta. Oldrad. consil. 122. num. 6. Castr. consil. 56. lib. 2. Ruin. consilio 14. in princip. post versicul. sed præmissis. lib. 1. Boer. decis. 227. numero 14. Schraderus de feud. par. 2. quæst. 1. princ. sect. 2. quæst. 5. numero 12.

4 Quod tãto magis in casu nostro locum habet, cum in huiusmodi fructuum reseruatione de stylo soleat exprimi iurisdictio, quando Summus Pontifex illam intendit reseruare. Mandos. in tract. de Signat. Grat. tit. de fruct. reseruat. in princ. Paris. dicto libro 6. de resignatione. quæst. 1. num. 11. & seq. Circa istius vero iurisdictionis emolumenta fuit dictum, illa non spectare ad Episcopum, sed Illustrissimo Reseruatario competere.

## R. P. D. BVRATTO.

*Veneta Donationis. Lunæ 16. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Clausula constituti habet locum etiam in incorporalibus, & quid operetur cessio in incorporalibus, & an ex actione personali inducatur vitium litigiosi, & an sententia noceat singulari successori, vbi alienatio fuit facta ante litem motam.

*SVMMARIVM.*

*Executio non potest fieri super bonis debitoris ab alio possessis. num. 1.*

*Clausula constituti operatur etiam in incorporalibus. num. 2.*

*Cessio in incorporalibus habet vim traditionis. numero 2.*

*Cessionarius vigore cessionis potest in incorporalibus experiri interdicto uti possidetis, probata possessione cedentis. num. 2.*

*Liberi depositariorum montium probant, cum ij sint publici officiales. num. 3.*

*Quasi possessio exigendi acquiritur per vnicam solutionẽ, cum scientia, & patientia aduersarij. num. 3.*

Lis

*Lis in actione personali non reddit rem litigiosam, nec impedit translationem possessionis. nu. 4.*
*Sententia nõ nocet successori, qui successit ante litem motam. num. 4. Vbi quod tunc, si prætenditur alienationem fuisse factam in fraudem, debet agi reuocatoria.*
*A sequestrationibus non est inchoandum. nu. 5.*

## DECISIO DCCLXIV.

1 Sequestrum ad instantiam Antonij de Domo cõmissum in vim mandati exequutiui contra bona, & iura hæreditaria olim Roderici Pij pro Summa in dicto mandato contra rationẽ annuæ præstationis Scut. 300. auri in auro, Domini resoluerunt, non potuisse exequi in fructibus locorum Monti Fidei, de quibus agitur ad præiudicium Lucretiæ dicti Roderici vxoris, in quasi possessione exigendis dictos fructus existentis, & controuersiam propterea facientis, iuxt. glos. in l. a Diuo Pio. §. super rebus. in ver. fiat. ff. de re iud. cum qua trãseunt communiter DD. vt testantur ibi Alex. nu. 8. Ias. num. 9. & Herculan. nu. 7. Ruin. cons. 87. nu. 1. vol. 4. a qua quasi possessione non est amouenda sine causæ cognitione. l. fi. C. si per vim, vel alio modo. Bart. & ceteri in d. §. si super rebus. & in specie ita fuit dictum in Romana computorum. 18. Martij 1594. coram Illustrissimo Do. Cardin. Mellino, & in Fulginaten. nullitatis executionis 13. Martij 1601. coram Reuerendiss. Bonon.

2 De dicta autem quasi possessione constat, quia Lucretia vigore assignationis sibi factæ del 1609. pro alimentis prætensæ dotis (vt dicitur) non restitutæ per Mariam eius, & dicti quon. Roderici filiam, & hæredem, & illius iurium mediante solenni, & publico instrumento, de quo in Summario Lucretiæ, numero 1. actualiter, annuatim a dicto anno 1609. ad præsentes fructus locorum 210. dicti Montis, & quia etiam in dicta assignatione adest clausula constituti, quæ operatur etiam in incorporalibus. Bartol. in l. quod meo. numer. 6. & 7. & ibi Alexand. numero 20. & seqq. ff. de acquiren. possess. cum pluribus per Tiraquel. de constit. ampliat. 34. & in 5 par. declar. 7. & amplissimę cessionis iurium, habentis, cum sinus in incorporalibus, vim traditionis. Bart. in l. ad eum. num. 3. & ibi Imol. ff. de donat. idem Bar. post glos. in l. fi. C. quando fisc. vel priuat. Tiraquell. de communi, de retra. lig. §. 1. gl. 7. num. 12. vers. & cessio. & cuius vigore in incorporalibus potest cessionarius experiri interdicto vti possidetis probata possessione cedentis, glos. in l. 2. §. idem Nerua. ff. ne quid in loc. publ. Natt. consil. 398. n. 38. quem secuta est Rota, coram bonæ memoriæ Penia in Romana Census. 2. Iunij 1610. & 4. Martii 1611. vt testatur Gratian. discept. forens. cap. 310. numero tertio, tom. 3.

3 De exactionibus vero per Lucretiam factis constat tum ex partitis librorum depositariorum dicti Montis continentiũ solutiones factas nuncijs ab ea transmissis cum ordinibus solitis, vsque ad tempus, de quo fuit præsens in Vrbe, quas partitas Antonius admisit pro extractis ne impediretur dubii propositio. Tum etiam ex aliis ordinibus Secretariorum Montis directis moderno Depositario de exigẽdo speciali procuratori D. Lucretiæ absentis vigore mandati Illustrissimi Domini Prothesaurarij subsecutis actualibus solutionibus, & quietantiis factis per dictam prætensio. in Summario Lucretiæ, num. 2. Tum & tertio ex ordine per Lucretiam facto del 1613. & directo moderno depositario, vt solueret Mutio Alticotio fructus dictorum locorum 210. sibi pro suis alimentis assignatis de anno 1609. vt supra dictum est, vt in eius Summario additionali, nu. 1. in cuius ordinis executionem Alticotius dictos fructus exegit a die prima Iulii dicti anni 1613. vsque ad totum mensem Aprilis præteriti, vt ex fide Capserii eiusdem depositarii in dicto Summario, numero 2. De fide autem librorum depositariorum Mõtis nõ fuit dubitatum, cum sint publici officialis. Bar. in l. quædam. §. nummularios, nume. 3. de eden. Card. Seraph. decis. 442. nume. 1. nec pars reuocauit in dubium, prout nec etiam fuit dubitatum, qui n Lucretia ex dictis exactionibus dicatur in quasi possessione, cũ ad hunc effectum satis fuisset etiam vnica solutio cum scientia, & patientia Mariæ. Rom. consil. 311. num. 7. Rip. in c. cum Ecclesia Surrina. num. 53. de causa pos. & propriet. Card. Seraph. decis. 436. in princi. & quotidie tenet Rota, & tamen in casu isto plures interuenerunt. Nec obstat sequestrum factũ de anno 1601. ad instantiam Domini authoris Antonij, quia illud fuit executum contra diuersas personas, vt in Summario Antonii, nume. 2. nec apparet fuisse factum super fructibus dictorum locorum, imo super illis fieri non potuit cum non fuerint empta per Rodericum, nisi de anno 1604. vt in secundo Summario Lucretiæ, nu. 5. Non obstat, etiam quod procuratores Lucretię exegerint fructus nomine Mariæ, & non Lucretiæ, & ideo ei acquiri non potuerit, quasi possessio, quia immo ex quietãtijs M. Antonij Ascensij constat ab eo fuisse exactos prędictos fructus possessorio nomine Lucretię. Dicit enim exegisse quidem pro D. Maria, sed cum ordine Secretarij, vt in partitis datis per Antonium in responsionibus primæ positionis sub lit. A. in dicto autem ordine Secretarij in Summario Lucretiæ. num. 4. mandatur depositario, vt saluat dicto Ascensio dictos fructus vti procuratori Lucretiæ, a quo postea factæ fuerunt dictę quietantiæ depositario, & datus debitor Mariæ, & olim Roderico sub quorum nomine ad euitandas expensas adhuc cantabant literæ, patentes, nõ obstante prædicta allegatione facta ad fauorem Lucretiæ, & ideo partitæ animo aptari non potuerunt.

4 Tandem non obstat assignationem fuisse factam Lucretiæ lite pendente, & in præiudiciũ Antonii anteriora iura habentis vigore specialis, & expressę hypothecæ appositæ in donatione facta per dictum Rodericũ Dominico eius authori. Quia nulla lis pendebat inter Antonium, seu Dominicũ cum Maria supra dictis locis, sed tãtummodo super actione personali pro dicta annua præstatione, immo pro certis ratis decursis ante dictum annum 1609. pro quibus Dominicus

repor-

reportauerat mandatum exequutiuum contra bona, & iura hæreditaria Roderici, quod resolutum fuerat exequen.coram bo.me. Penia de anno 1605. Et fuit postea executum, & secuta solutio, quæ tamen lis in actione personali nõ reddidisset dictos fructus, nec lo ca litigiosa.decis.Pedem.144.num.7.Immo neque ipsam actionem.Guid.Pap.quæst.479.vers.credo,quod & fuit dictum pro Antonio coram me. 5. Maii 1614. consequenter non fuit impedita translatio quasi possessionis, late Houded.consi.20.num.31.volum.1.& sententia lata contra Piam hæredem Roderici,nocere non debet Lucretiæ, quæ succedit ante litem motam in dicto iure exigendi. Bar.in l.si superatus.ff.de pign. & in l.creditores.num.23.vers.tertio casu.C.eod.decis.Pedem.65.nu.4.vers.tertio,& de communi.Surd. consil.189.num.46. & si prætendatur assignationem fuisse factam in fraudem dictorum de Domo,agi debet reuocatoria,ad not.per Bart.in d.§.si super rebus. num.7.vers.ego dico.&ibi Castr.nume.8.vers.prædicta vera.& Ias.qui de communi.num.10.iu fi.d.decis. Pedem.65.num.4.

5 Præsertim cum Lucretia prætendat prioritatem etiam in hypotheca pro dote, & fructibus, & acceptauerit dictam assignationem cum clausulis præseruatiuis anteriorum obligationum,& hypothecarum ad illius fauorem de quibus suo tempore erit agendum, & interim non est a sequestrationibus, & executionibus inchoandũ, iuxta lect.in l.1. C.de prohib.sequestr. & dicta coram me in Ciuitatis Castelli, seu Romana sequestri.30.Martii,& 15.Iunij præsentis anni. Et propterea resolutum fuit, sequestrum dictorum locorum Montium esse reuocandum ad fauorem Lucretiæ.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Romana Hæreditatis de Alexijs. Mercurij 24. Februarij 1616.*

## ARGVMENTVM.

Notabilis est Decisio, & digna quidem eruditissimo Iudice, & Rotę Romanę Auditore, cum nullibi alias inuenerim, ita magistraliter pertractatam hanc materiam hęredis cõfidentialis, seu fiduciarij,quomodo scilicet, & ex quibus probetur.

### SVMMARIVM.

*Hæres fiduciarius,seu confidentiarius non dicitur verus hæres,sed potius custos, minister,seu depositarius,& propterea tenetur restituere hæreditatem cui de iure, vna cum fructibus, non retenta pro se aliqua parte. numero 1.*

*Hæres quando dicatur institutus sub confidentia probatur ex verbis testamenti,& ex causa.nu.3.*

*Hæres confidentialis, seu fiduciarius censetur institutus per verbum confidentiam importans,vt puta,quando testator dixit, Mi confido è sò che lui esseguirà secondo, che lui sà la mente mia.nu.4.*

*Hæres censetur institutus in confidentiam, quando testator habebat proximiorem bannitum,& condemnatũ,cui verisimiliter volebat restitui hęreditatem ipso restituto, & aggratiato.nu.5.*

*Confidentia in institutione hæredis, an sit probanda per septem testes,sicut probatur testamentum.nu.6.& 7.*

*Testes singulares sufficiunt quando agitur de probatione declarationis voluntatis testatoris.nu.7.*

*Confidentia in institutione hæredis probatur per testes singulares.num.8.*

*Mulier testis est idonea, quando agitur de probatione voluntatis,& non de solennitatibus.nu.10.*

*Testatoris voluntas qualis fuerit probatur ex testibus deponentibus de dictis per testatorem ante, & post testamentum.nu. 10.*

*Confidentia probatur coniecturis.nu.11.& seqq. Vbi explicantur nonnullæ coniecturæ.*

*Hæres quod fuerit institutus in confidentiam a testatore probatur coniecturis,de quibus.nu. 11.& seq.*

*Verba continuatiue posita ad præcedentia proxima referenda sunt.nu.12.*

*Hæredis institutio confidentialis, an intelligatur de tota hæreditate,an vero ad sola legata, & alia in testamento expressa.nu. 12.& 13.*

## DECISIO DCCLXV.

1 Alexius de Alexijs in suo primo testamento instituerat hæredem vniuersalem D. Iulium Vrsinum sororis filium, in secundo autem testamento instituerat hæredem D. Petrum Allum per hæc verba, nomino mio herede vniuersale il Sig. Pietro Alli, del quale mi confido, & sò esseguirà secondo lui sà la mente mia. Cum autem Iulius prætenderet, Petrum esse hæredem fiduciarium, seu confidentialẽ, & sic potius Custodem, & ministrum, seu Depositarium, quam verum hæredem, & propterea teneri sibi restituere totam hæreditatem vna cum fructibus,non retenta pro se aliqua quarta, iuxta gloss.vlt.in l. in fideicommissariam.§.vlt.ff.ad Trebell. Apostil.ad glo. in l.Seius Saturninus.in verb.fiduciarium.eod.tit.Budæ.in annot.ad Pand.ad l.2.§.initium.ff.de orig.iur. Menoch.conf.1135.num.16. Pereg.de fideicom.art. 3.num.19.

2 Fuit commissa causa in Rota pro parte Petri contra Iulium possessorem, & disputato dubio, An Iulio esset dandum mandatum de manutenẽdo, seu potius Petro mandatum de immittendo non potuit capi resolutio propter varias difficultates hinc inde excitatas. Vnde Iulius adiuit Signaturam,& obtinuit referiptum super cumulatione possessorij, & petitorij arbitrio Rotæ, & propter easdem difficultates stante possessione Iulij, & turbiditate Iuris Petri, Domini sub die 24. Ianuarij 1614. censuerunt arbitrium intrare,

&

& rursus cum Petrus instaret pro appositione sequestri, Rota illud denegauit sub die 14. Nouembris eiusdem anni. Fuit igitur deuentum ad disputationem dubij super negotio principali, scilicet, an constet Petrum fuisse institutum hæredem in secundo testamento ad effectum restituendi hæreditatem Iulio. Quod dubium pluries propositum, cum propter obscuritatẽ materiæ, quia agebatur de coniecturanda mente testatoris, & propter discordiam Dominorum non potuisset resolui, fuit tandem resolutum contra Petrum videlicet constare de confidentia ad fauorem Iulij.

3 Confidentia enim satis videbatur probata, quia cõcurrebant omnia requisita ad confidentiam, quæ notantur per Doct. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. Castr. & Alexan. in d. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. quos sequitur Peregr. de fideicommiss. d. art. 3. num. 19. Bertazz. cons. ciuil. 8. nu. 4. nam hæredem fiduciarium faciunt verba testamenti, & causa, vt dicit Bald. in l. 3. §. cum Pollidius. ff. de vsur. quem sequuntur Peregr. & Bertazzol. in locis citatis. Verba satis clara erant, Nomino mio herede vniuersale il Signor Pietro Alli, del quale mi confido e sò, che esseguirà secondo, che lui sa la mente mia. Illud enim verbum, mi confido, arguit testatorem illum instituisse hæredem fiduciarium. glo. in d. l. Seius Saturninus. in verb. fiduciarum, & ibi Goffred. ante num. 1. versicul. quid ergo in dubio. ff. ad Trebell. Cuman. in l. vnum ex familia. §. vlt. num. 3. ff. de leg. 3. Menoch. d. consil. 1135. num. 14. & 15. illa verba, sò che esseguirà secondo lui sà la mente mia, denotant testatorem voluisse aliquid committere fidei Petri, quod noluit in testamento exprimere. l. Theopompus. ibi, prouidebit tradi Pollianus sciens mentem meam. ff. de dot. prælег. & de hoc verbo, prout scit, quod sonet in confidentiam. Peregr de iur. fisc. lib. 3. tit. 9. versic. quandoque vero, il secondo.

4 Concurrebat etiam causa, quæ mouit ipsum testatorem ad faciendum huiusmodi institutionem fiduciariam, vt deponunt testes videlicet, quia Iulius hæres institutus in primo testamento fuerat condemnatus in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum ob prætensa delicta, & ideo quia testator timebat ne relinquendo illum hæredem bona auferrentur a fisco etiã, quod fuisset redintegratus, ideo cogitauit facere aliũ hæredem fiduciarium, qui bona sua illi seruaret, ac tẽpore, quo tutus esset restitueret, & proptetea confidẽs de Petro Cognato suo illum hæredem instituit in secundo testamento, & super hoc inter alios deponit vnus testis, qui dedit consilium, & alter, qui fecit extendi minutam a Notario, & ipsemet Notarius, qui eam fecit examinatus concordat, vt in specie hanc causam fiduciæ considerat Bertazz. d. cons. ciuil. 8. nume. 11. vers. concurrunt etiam.

5 Hæc autem tanto magis procedere videbantur, quia concurrebant alia requisita necessaria ad fiduciam, nempe qualitas D. Iulij fideicommissarij, qui erat nepos dilectissimus ipsius testatoris, & quia testator fecit impensas pro eius remissione, quam semper tractauit, & sollicitauit, quia nolebat accipere cibum nisi de manu sua in infirmitate, & quia semper talem amorem erga ipsum professus est, vt bene probant testes, & Petrus eius Cognatus erat vltra affinitatẽ amicissimus testatoris, & agebatur de vniuersa hæreditate non autem de particulari relicto. Nam fuit institutus hæres vniuersalis, quæ omnia inducunt fiduciam, & a Doctoribus ponderantur, vt per Castr. in dicta l. Seius Saturninus, versic. item hæredes, vbi etiam Alexand. num. 1. vers. respondet ergo. Bertazz. d. consi. 8. num. 4. & Peregr. d. art. 19. vers. hęc autem necessaria, & vers. sed quamuis, vbi dicit sufficere, quod fideicommissarius sit valde dilectus testatori, quamuis non sit de descendentibus ad inducen. confidentiam in eius fauorem. Concurrentibus igitur verbis testamenti, causa, & alijs requisitis per Doct. ad inducendum hæredem fiduciarium, Domini satis censebant Petrum fuisse tali modo institutum.

6 Tota difficultas reducebatur ad illud, an esset probata confidentia hæc, restituendi totam, & integram hæreditatem Iulio, quia Petrus prætendebat requiri probationem per septem testes, prout requiritur in testamento cum ageretur de totius hæreditatis restitutione, & tres textus qui soli in toto corpore iuris reperiuntur, loquentes de hac materia confidentiæ licitæ, nempe in d. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. l. fideicõmissi. §. cum Pollidius. ff. de vsur. & in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit præsupponunt fuisse factam mẽtionem, vt tota hæreditas alicui restitueretur, quæ expressio non fuit facta in casu proposito.

7 Sed Domini non putabant præmissa in hoc casu procedere, quia hic non agitur de probanda substãtiâ testamenti, sed tantummodo de declaratione voluntatis testatoris circa institutionem hæredis, & de declaratione huius confidentiæ, quo casu dicebant sufficere testes singulares, vt expresse tenuit Castr. cõs. 395. numero 1. vers. hi quidem testes, pat. 2. vbi ad effectũ restitutionis dimidiæ partis hæreditatis faciendæ fratri per alterum fratrem, qui solus fuerat institutus hæres, fundat se super depositionibus testium singulariũ discutiendo super illis, cuius dictũ sequitur Aym. cõs. 73. num. 33. Sim. de Pret. cons. 67. nu. 12. Surd. consi. 94. num. 47. Card. Mant. de conie. vlti. volunt. li. 12. tit. 16. numer. 20. vbi allegat aliud consil. Aym. 714. numer. 16. & hanc opinionem alias amplexa fuit Rota in simili materia hęredis fiduciarij apud Card. Seraphin. decis. 1302. n. 1. vbi approbat dictã cons. Castren. & Sim. de Pret.

8 Et ideo DD. concludebant sufficere ad huiusmodi declarationem testes singulares, vel saltem ad summũ duos testes contestes, vt per Albam consi. 528. & 529. vbi num. 2. dicit hãc esse communem opinionem. Signorol. consil. 188. nu. 15. cum aliis late adductis per Cardin. Mant. d. titu. 16. num. 2. & seqq. & in puncto, quod voluntas testatoris circa hæredis institutionem possit declarari per duos testes tantum. Cum. consilio 118. numero primo, versi. circa secundum. Surd. consilio 129. numero 28. vers. hæc enim communis est, & idem

idem videtur sensisse Castrens.in l.hæredes palam.numero 13.vers.interdum.ff.de testam.

9 In casu autem proposito aderant plures testes deponentes,testatorem pluries dixisse post factum secundum testamentum, quod ipse fecerat vltimum testamentum, & che haueua accommodato le cose sue in maniera, che voleua che il Signor Giulio hereditasse la sua robba,e sarebbe stato herede, & padrone senza che il fisco hauesse potuto darli fastidio, & hi sunt primus, secundus, tertius, & quartus, qui nominant in cõtestem famulam eiusdem Alexij, vltimo loco examinatam, quæ deponit ipsum dixisse, che s'era fidato di persona, che haurebbe restituito tutta la sua robba al Signor Giulio Orsino suo nipote, & vocat in cõtestes Simonem primum testem deponentem, quod testator dixerat, fecisse testamentum in confidentiam, & haue re scritte lettere al Signor Pietro, quale sà, che hà da dichiarare, chi habbia da essere herede, conforme è stata la mente mia, & Don Amicum quartum testem, qui erat Confessarius Alexij.

10 Et hæc famula licet femina est tamen idonea testis, cum agatur de probatione voluntatis, & non de solennitatibus. Oldrad.cons.297.numer.8. vers. ex præfatis.cum allegatis per Farinac.de opposit.contra personas testium, quæst.59.num.76. & quod mulier admittatur ad testificandum in declaratione voluntatis testatoris.Card.Mant.de coniect.lib.3.tit.1.nume.13. & lib.2.tit.16.num.2.ex testibus autem deponen. de dictis per testatorem ante, & post testamentum probatur, qualis fuerit eius mens, & voluntas. Ruin. consil. 92.num.5.lib.2. Socin.iun.cons.32.num.12. libro 4. cum adductis per Surd.cons.412.num.66.Ex quibus apparebat satis probata confidentia etiam circa personam Iulij ad cuius fauorem disponere voluerat. Vnde etiam quod sufficerent testes singulares, vt supra dictum est adsunt etiam hi coutestes facientes probationem tanto meliorem, nempe famula, & Simon Procurator Alexij.

11 Quibus addebantur coniecturæ satis vrgentes, quę in simili materia admittuntur, vt per Salic.in l. etiam, num.7.vers.item dico.C.ad leg.Falcid.& Card. Mantica lib.10.titu.4.nu.9.vers.non tamen propterea excluduntur. Quarum præcipua ea erat, quod testator metuebat, ne bona sua peruenirent ad Fiscum, & ideo fecit hoc testamentum confidentiale, vt satis demonstratum est. Altera erat coniectura, quia testator in eodem testamento priuauit Marium Iulij fratrem appellando ipsum indegno mio nipote, che non possa mai succedere nella robba mia, nè suoi descendenti, nam per hæc verba censetur etiam exclusus a successione ab intestato, qui casus dari non poterat si fuisset hæres Petrus, sed bene si fuisset hæres Iulius, Marius.n. nullo cognationis vinculo iunctus erat Petro, & Petrus habebat plurimos filios, vnde non poterat Marius testatori mediante Petro aliquo modo succedere,& sic hæc interpretatio sumenda est, ne talis dispositio remaneat superflua.

12 Tertia est coniectura, quia testator in primo testamento prouidit alijs nepotibus masculis, & feminis grauando Iulium, vt illis prouideret, & gereret se more boni patrisfamilias erga eos, prout ipse Iulius facere consueuit, vnde apparet affectio testatoris, & paterna prouidentia erga Nepotes, & nihilominus in secundo testamento nullum fecit verbum de ijs, nec de Scipione cui antea habitationem reliquerat. Quarta, quia verisimiliter testator instituisset potius sororem germanam Petri vxorem suam, quam ipsum Petrum. Accedebat præmissis maxima dilectio erga Iulium, de qua supra dictũ est, & vocatio Iulij ad Vrbẽ, vnde valde exorbitãs, & inuerisimile videbatur, quod in testamento nullam ipsius rationem habuisset si Petrus fuisset verus hæres, ex quibus coniecturis simul iunctis, Dominis videbatur, quod reciperent magnũ adminiculum dicta testium, vnde visa fuit satis probata voluntas Alexij, quod sua hæreditas ad Iulium peruenire deberet.

13 Tandem Domini, neque dicebant obstare, quod confidentia intelligi debeat circa legata, & alia expressa in testamento, non autem de totali restitutione hæreditatis. Nam respondebatur vltra probationes supra deductas verba illa confidentialia esse posita continuatiue ad hæredis institutionem, & sic ad eam non ad alia referenda esse. Bart.in l.vlt.§. Titia. ff. de liberat.legat.Gabr.de clausul.conclus.9. num. 11. Cardin.Seraph.decis.610.num.4.cum allegatis. Et si talia verba essent referenda ad legata, & alia, essent omnino superflua, cum omnes sciant hæredem teneri ad exequutionem omnium contentorum in testamento. §.hæres.instit.de oblig.quæ ex quas. contr. ita quod aliud quiddam præ se ferunt, quod extra testamentũ fuerat ipsi hæredi iniunctum. Ex quibus conclusum fuit constare de confidentia ad fauorem Iulij, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Romana, seu Perusina pecuniaria. Veneris 20. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Filiatio, mors alicuius, & hæreditatis aditio, ex quibus probentur, & an post cessionem actiones directæ remaneant apud cedentem, & quid in cessione omnium bonorum ad fauorem creditorum.

### *SVMMARIVM.*

*Filiatio probatur ex communi reputatione. num. 1.*

*Obitus alicuius probatur per attestationem parochi. numero 2.*

*Hæreditatis aditio probatur ex aditione facta per procuratorem habentem speciale mandatum. num. 3.*

*Repudiatio hæreditatis non inducitur ex eo, quod hæres dixe-*

*dixerit se nolle pro tunc adire, quia id potius sonat in deliberationem. num. 4.*

*Hæreditas adiri potest intra spacium 30. annorum. numero 4.*

*Actiones directa remanent penes cedentem. nu. 5.*

*Fallit in cessione bonorum facta ad fauorem creditorum. numero 5.*

*Cedens agere potest, vt soluatur cessionario. nu. 6.*

*Obligatio Cameralis est concessa ex omnibus quorum interest. num. 6.*

## DECISIO DCCLXVI.

Quia 10. Iunij 1613. fuit resolutum, mandatū executiuum pecuniarium petitum pro Florio, & fratribus de Taschis, vti hæredibus Marci Antonij patris, & Florij senioris patrui vigore Cameralis obligationis relaxandum esse contra Hieronymum legitimatis tamen personis dictorum de Taschis, ideo proposito dubio, an constaret de dicta legitimatione. Domini affirmatiue responderunt.

1 Nam pro parte dictorum de Taschis ex primo, secundo, & tertio, testibus super tertio, & primo, & tertio super quarto in eorum Summario, nu. 3. probatum fuit de matrimonio legitime contracto inter quōdam Marcum Antonium, & Monicam eorum parentes, & de ipsorum filiorum natiuitate, ex illis in figura matrimonij cohabitantibus, & de filiatione Florij, Mutij, & Ioānis Baptistæ hodie uiuentium, nec nō Flaminij, & Hieronymi defunctorum, & demum de communi reputatione iuxta doctrinam Bartoli communiter receptam, in l. filium. numer. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. qui etiam enunciantur tales in datione curatoris hæreditati iacenti Florij eorum patrui ad eorū instantiam facta per Prætorem Bergomen. 30. Iunij 1586. in Summario Hieronymi. num. 2. prout etiam suprascripti tres hodie viuentes, & actores in hac causa enunciantur vti tales, & Monica eorum mater vti relicta dicti quondam Marci Antonii in mādato procuræ. 23. Ianuarij 1613. in dicto Summario, nume. 3. De morte autem Florij patrui sine filijs ab intestato superstite tunc Marco Antonio eius fratre deponūt primus & tertius super secūdo in Summario de Taschis, nu. 2. quorum depositio adminiculatur ex attestatione Curati Ciuitatis Bergomi in dicto Summario, numero 2. & ex renuncia curæ hæreditatis iacentis facta per dictum Marcum Antoniū, & ex datione alterius curatoris dicta die 30. Iulij 1586. & ex dicto mandato procuræ in Summario Hieronymi, num. 3. facto per Mutium, & Baptistam filios Marci Antonij in Floriū eorum fratrem pro datione curatoris hæreditati dicti Florij patrui, cuius hæreditas ab intestato delata fuit dicto Marco Antonio eius fratri iuxta Authenticam. C. de legit. hæred.

2 De morte vero Marci Antonii patris actorum de Anno 1596. prædicti tres testes super quinto in eorū Summario, nume. 4. & constat ex supra dicta attestatione Curati in dicto mandato procuræ in Summario Hieronymi, num. 3. De morte Hieronymi dicti Marci Antonij filii de Anno 1600. ab intestato sine filiis primus, secundus, & tertius, super sexto. & præsertim tertius super septimo, qui dicit illum vidisse mortuum, in Summario de Taschis. num. 5. De morte autem Flaminii alterius filii eiusdem Marci Antonii de Anno 1609. similiter intestati, & sine filiis iidem testes super 8. dicto, num. 5. & constat ex attestatione eiusdem Curati, dicto num. 5. in fine, quod ita sit scriptum super libro defunctorum eius Parochię cū diebus, mensibus, & annis mortis, & sepulturæ ipsius, & suprascripti Hieronymi eius fratris. Ex quibus omnibus probari mortem tradunt glos. & Doctores in l. si quidē. 5. ff. de condi. & demon. & passim tenet Rota, & præsertim in Taruisina Parochialis Sancti Theouisti. 11. Ianuarii 1602. coram Reuerendiss. Bononien.

3 Super extantia vero Florii, Baptistæ, & Mutii, hodie actorum probatur per eosdem testes in Summario num. 4. & per supradictum mandatum procuræ. Quod autem sint hæredes tam Marci Antonij patris, quam Florii patrui constat ex mādato procuræ ad adeundū facto Bergomi 19. Martii de anno 1613. per Mutium, & Baptistam in Florium eorum fratrem Romæ degentem in eorum Summario, nu. 6. Qui illius vigore adiuit. 22. Aprilis eiusdem anni, tam suo, quam procuratorio nomine fratrum, vt in actis. Cyn. in l. 1. nume. 1. vers. ista tamen differentia. C. de iure deliber. Dec. in. l. 1. in secunda lect. nu. 34. vers. ita potest dici. C. quando non pet. par. Franch. decis. 60. nu. 15. Non obstat, quod hæreditas Florii fuerit repudiata per Marcum Antonium eius fratrem, qui post eius mortē obtinuit se deputari in curatorem hæreditatis iacentis, & postea recusauit curam, & ideo ad instantiam eius filiorum datus fuit alius curator, & quod similiter per dictos filios fuerit repudiata hæreditas M. Antonii ex quo obtinuerunt deputari curatorem hæreditatis iacentis, a quo fuit constitutus procurator, qui alias nouit iudicium contra Hieronymum super hoc credito.

4 Quia non constat de expressa repudiatione hæreditatis paternæ, sed quod solum de tempore petiti curatoris dixerunt, quod pro tunc non intendebant adire ex quibus verbis non inducitur repudiatio, sed deliberatio. gloss. in l. 2. in verbo desideras. vers. solut. refert C. de iur. & fact. ignor. Bart. in l. si quis suus. 8. numero 5. vers. aduerte. C. de iure deliber. & in l. vlt. numero 1. vers. glos. dicit. C. de repudian. hæred. Ang. in l. facta. §. sed in danda. num. 2. vers. sed non per verba contraria. ff. ad Trebell. de communi. Menoch. lib. 4. præsumpt. 102. nu. 5. vers. ceterum. dicit hanc opinionem sequendam in iudicando, & cum eis præfixus nō fuerit terminus ad adeundum habent spacium annorum triginta ex capite vnde liberi. l. licet vbi omues. C. de iure deliberan. & aliorum triginta ex capite vnde legitimi. Bald. in d. l. licet. nu. 10. vers. modo pone. & ibi Rota Ias. num. 5. Castren. in l. 3. nu. 3. ff. de acq. hæred. sed tollit omne dubium, quia in effectu, vt supra dictum est postea adiuerunt. Et ideo cessat etiam diffi-

difficultas respectu hæreditatis Florij, cum à tempore obitus, qui fuit de Anno 1586. vsque ad tempus aditæ hæreditatis de Anno 1613. non sint elapsi anni triginta.

5 Minus obstat cessio facta per dictos Dominos de Taschis prima Iulij 1582. ad fauorem illorum de Cufanis, & aliorum creditorũ in ea nominatorum in qua sunt comprehensa nomina debitorum pro satisfactione eorum debiti, vt in Summario Hieronymi, num. 1. quia penes dictos de Taschis remanserunt directæ actiones, quarum vigore possunt agere, cum non constet interuenisse aliquod de tribus, de quibus in l. 3. C. de nouat. Nec applicatur textus in l. item si vnus. & ibi Bald. ff. de recept. arbi. quia Taschæ non cesserunt bonis, iuxta terminos dicti textus, & Bald. ibidem, & Stracch. de decoct. par. 3. nume. 14. & Matthes. Brun. de cessione bonorum quæst. 17. sed illorum cessio fuit ad fauorem particularium creditorum, & diuersa a cessione bonorum, de qua in l. in omnibus, & tot. titu. C. qui bon. ced. possunt.

6 Quæ sine difficultate visa fuerunt Dominis procedere cum mandatum petitum fuerit ad effectum deponendi, & pecuniæ consignentur cui de iure, quo casu nõ videtur intrare ista exceptio cessionis, cum cedens agere possit, vt soluat cessionario. Aufrer. ad decis. Cappel. Tholos. 119. Tanto magis stante obligatione Camerali, quæ est concepta ad fauorem omnium quorum interest, interesse autem dictorum de Taschis ex prædictis controuerti non potest. Ex eadem autẽ cessione constat etiã quod Ludouicus erat nepos Marci Antonij patris dictorũ de Taschis, & quod creditũ cũ Hieronymo est factum vigore instrumenti celebrati 23. Iulii de anno 1583. & sic per annum post dictã cessionem, & ad fauorem Marci Antonii, & fratrum, & non Ludouici nepotis. Et ideo Domini resoluerunt, vt supra, &c.

## R. P. D. MANZANEDO.

*Eugubina Canonicatus. Veneris 20. Nouemb. 1615.*

## ARGVMENTVM.

Clausulæ appositæ in reg. 8. Cancellariæ an referantur ad alias regulas præcedentes, & an moderatio indultorum facta per Paulum V. comprehendat beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, quorum collatio ad inferiorem spectat, & an clausulę generales derogatorię derogent reseruationibus in corpore iuris clausis.

### SVMMARIVM.

*Regulis Cancellariæ derogatum dicitur per dispositionem habentem derogatoriam derogatoriarum. num. 1.*

*Derogatio post ius alteri quæsitum non attenditur. numero 2.*

*Derogatio non facta mentione iuris alteri quæsiti dicitur subreptitia. nu. 2.*

*Clausula derogatoria contentæ in regula 8. Cancellariæ referuntur ad omnes alias regulas præcedentes. numero 3.*

*Contrarium num. 4. nume. 5. & nume. 6. Vbi declarantur authoritates contraria.*

*Clausula in medio posita non referuntur ad præcedentia. numero 4.*

*Dictiones huiusmodi, & ea referuntur ad illa tantum, de quibus in dispositione fuit dictum. nu. 5.*

*Relatio debet fieri ad ea, ad quæ fieri potest salua ratione recti sermonis. nu. 5.*

*Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia vbi militat diuersa ratio. nu. 5.*

*Moderatio indultorum edita per Papam Paulũ V. de mense Octobris 1609. non comprehendit beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium quorum collatio spectat ad inferiores collatores. nu. 7.*

*Clausula derogatoria generales non derogant reseruationibus in corpore iuris clausis, vt sunt reseruatio ex Extrauag. ad reprimen. & extrauag. ad Romani. num. 8. & nu. 9. Vbi id non firmatur.*

*Extrauagans ad Romani. non inducit nouam reseruationem, sed inductam in reg. 3. quæ alias morte Pontificij expirasset, perpetuat etiam post mortem Papæ. Et ideo viuente Papa reseruatio ex ea inducta debet tribui regulæ tertię, non autem Extrauag. nu. 9.*

## DECISIO DCCLXVII.

1 VAcante Canonicatu, de quo agitur, de mense Decembris 1613. per mortem Horatij Massarelli Capitulum ad illũ elegit D. Attilium Benamatum vigore indulti fel. rec. Greg. XIII. sibi tribuentis huiusmodi electionẽ in Canonicatibus Ecclesiæ Eugubinæ in quibuscumque mensibus vacantibus quomodolibet affecti, vel reseruati existant. Ceterum, quia dictus Horatius erat familiaris Cardinalis Alexandrini, Dominicus Baldellus de eodẽ Canonicatu tãquam reseruato per regulam tertiam Cancellariæ sibi a Sede Apostolica prouideri obtinuit, vnde inter ipsum, & Attilium orta lite, illiusque cognitione mihi commissa proposui dubium, ad quem illorum dictus Canonicatus spectaret, & fuit ordinatum, quod omnes Domini causam viderent, sicque hodie iuxta dictum ordinem causa reproposita, & discussa ad Attilium spectare fuit resolutum, cum ipse habeat intentionem fundatã in dicta electione de se facta a Capitulo, & ab Episcopo confirmata iuxta formam dicti indulti habentis derogatorias regularum Cãcellariæ editarum, & edẽdarum, & derogatorias derogatoriarum, per quas satis videtur fuisse derogatum dictæ regulæ tertiæ, qua Dominicus nititur ad trad. per Sarn. in proœm. regularum q. 5.

2 Non obstat, quod in literis prouisionis Dominici fuerit

fuerit specialiter derogatum dicto indulto, quia talis derogatio non est attendenda, cum fuerit longe post electionem, & cõfirmationem Attilij, & sic potius il li quæsitum facta. Rot. decis. 574. in fi. par. 1. diuer. Se raph. decis. 1263. in fin. & est subreptitia ob non factã mentionem dictæ electionis, & confirmationis. Rota decis. 17. de præben. in nou. Caputaquen. decisio. 37. parte 2.

3 Minus obstat, quod d. indulto censeatur derogatum per amplissimas clausulas contrarias in regula 8. Cancellariæ, iux. decisionem in Eugubina Præpositu ræ. 30. Maij 1606. coram Reuerendissimo Bononien. quæ clausulæ cum referantur ad omnes regulas præce dentes videtur etiam repetitæ in regula tertia, in qua versamur, iux. Cassad. decis. 1. in fin. de restit. spoliat. Put. decis. 191. lib. 3. Mandos. super proœm. reg. Can cell. q. 2. & fuit dictum in Spoletana beneficiorum. 3. Iulij 1606. coram Reuerendissimo Attrebaten.

4 Quia dictæ clausulæ regulæ octauæ respiciunt tan tum reseruationem 8. mensium in ipsa regula contentam, & non extenduntur vltra eam, quod patet ex eo, quod antiquitus dicta regula non inserebatur inter alias communes Cãcellariæ, sed seorsum cum suis specialibus clausulis, & decreto irritanti. Vnde dum Pontifices illam addiderunt alijs regulis, non est verisimile voluisse alterare, & immutare earum naturam, dictas clausulas, quæ vsque ab initio in regula octaua apponebantur referendo ad regulas præcedentes penitus distinctas, & separatas, & hoc clarius desumitur ex decreto irritanti in fine septimæ regulæ præcedentis apposito, quod superfluum fuisset ibi apponere si decretum irritans, & aliæ clausulæ in regula octaua positæ censerentur repetitæ in præcedentibus, & sic ad istam superfluitatem euitandam non est admittenda talis repetitio, cum præsertim non sint appositæ in finem, sed in medio regulæ, quo casu non est dicendum, Pontificem ad præcedentes illas referre voluisse. Abb. consilio 75. numero secundo. libro secundo. post Batrol. in l. talis scriptura. §. hanc autem. numero tertio. ff. de legat. 1. Gabr. de clauf. conclus. 9. num. 14.

5 Et omnis difficultas cessat ex verbis ipsius regulæ, quæ sunt restricta tantum ad dispositain illa, vt patet ibi, indulta Apostolica circa ea, &c. & ibi de huiusmodi beneficijs, &c. Quæ dictiones huiusmodi, & ea, sunt relatiua eorum tantum, de quibus in eadem regula fuit dictum. l. huiusmodi, de leg. 1. Bero. consilio 57. numero 48. libro tertio. Port. Imol. consilio decimo. numero 18. Surdus consilio 308. numero 16. Et cum fuerint prolata in singulari ibi, aduersus reseruationẽ huiusmodi, &c. referuntur ad reseruationem 8. mensium tantum in eadem regula contentam, non autem ad ceteras alias, ad quas referri non potest salua ratio ne recti sermonis. Iason. in l. prima. numero octauo. C. de liber. præter. Gozzad. consilio 82. numero decimo quarto. Barbat. consilio trigesimo quarto. numero secundo. libro primo. si enim hanc relationem voluisset fieri Summus Pontifex loquutus fuisset in numero plurali, non autem singulari, nec mirum, si regulã octa ua contineat clausulas prægnantiores alijs regulis, cum illa præiudicet in 8. mensibus tantum, & temporaliter ad beneplacitum Pontificis, aliæ vero perpetuo, & in omnibus mensibus, quo stante dictæ clausulæ, adeo amplæ, & prægnantes non debent ad alias re gulas, in quibus militat diuersa ratio, extendi. Bartol. vbi supra. Abb. d. consilio 75. numero 4. versic. secundo facit. Aym. consil. 70. num. 10. Gabr. vbi supra. numero 3.

6 Ad authoritates autem in contrarium adductas, volentes decretum irritans appositum in regula septima referri ad regulas præcedentes, fuit responsum huiusmodi opinionem semper dubiam fuisse in Rota, vt patet ex dicta decisione. Cassad. quæ nihil firmat, sed tantum arguendo dicit videri, quod clausula illa referatur ad precedentes, & statim subiungit quatuor Do minos tenere contra, & passum esse dubium, prout, & de tempore Putei Rotam dubitasse super hoc articulo, apparet ex d. eius decis. 191. in qua pariter nihil firmauit, ideoque non est curandum de opinione Mã dosij. q. mouetur ex d. decis. Cassad. Decisio vero Spo letana, coram Reuerendissimo Attrebaten. id dixit in cidenter, non autem ex professo firmauit hunc articu lum, in quo in contrarium adest alia decisio in causa Licien. beneficiorum. 4. Iulij 1607. coram Domino meo Caualerio. Vltra quod licet decretum regulæ septimæ extenderetur ad præcedentes, non ex eo regula octaua ad illas veniret extendenda, cum habeat ver ba restitutiua excludentia dictam extensionem, vt supra probatum est.

7 Non obstat moderatio indultorum edita per Sanctiss. D. N. de mense Octobris 1909. quia loquitur de beneficijs vacantibus apud Sedem, quorum collatio pertinebat ad Cardinales, vt clare colligitur ex rubrica, proœmio, & verbis illius, & licet faciat etiam mentionem beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium, tamen quo ad illa etiam restringitur ad indulta ipsorum Cardinalium, illa autem verba in dicto indulto apposita, quam etiam aliorũ quorumcumque inferiorum collatorum &c. intelliguntur de beneficiis, quæ alias competerent inferioribus collatoribus, & ex indulto pertinebunt ad Cardinales.

8 Tandem visum fuit non obstare, quod licet indultum concessum Capitulo cõtineat amplissimas clausu las derogatorias, tamen cum sint generales per illas, non censetur derogatum reseruationibus in corpore iuris clausis. iux. Rebuff. super concordat. tit. de reseruat. §. volumus. vers. tertio. ratione beneficiorum, sicque nec reseruationi ex familiaritate Cardinalium inductæ iux. Etrauagan. ad reprimend. & ad Romani. de præben.

9 Quia omissa pro nunc quæstione, an huiusmodi extrauagantes censeantur inclusæ in corpore iuris, de qua late per Sarn. in reg. de trienn. quæstione 31. a nu mero 8. Visum fuit sufficere pro responsione, quod illæ Extrauagantes non contineant in se reseruationem, de qua agitur. Nam quo ad Extrauagantem ad regimen

men illa nullam facit mentionem de hac reseruatione, vt ex eius lectura apparet. Extrauagans autem ad Romani. non induxit nouam reseruationem, sed inductam in regula tertia, quæ alias per mortem Pontificis expirasset, perpetuat, & durare vult etiam Pontifice defuncto, & dispositione regulæ cessante, vnde durante hodie vita Pontificis, (quam Deus dignetur prorogare ad plurimos, & felicissimos annos,) reseruatio, de qua nunc agitur, est tribuenda regulæ tertiæ. Simonett. de reseruat. quæst. trigesima quinta. Gonzal. super regul. octaua. gloss. quinquagesima prima. numero sexagesimo secundo. non autem dictæ constitutioni, cum nondum venerit tempus illius dispositionis. Ex quibus ita fuit resolutum, &c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Virdunen. Abbatiæ. Veneris 27. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Vbicumque spolium est turbidum, & adest clausula arbitrio, cognoscitur de petitorio, sequestrata tamen possessione, & plura de probatione primi extremi iuxta casum decis. Item spolio agere non potest qui facto proprio a possessione cecidit per resignationem nullam, vel contractum nullum, vel per contractum, qui postea ex capite inobseruantię fuit resolutum.

## SVMMARIVM.

*Spolium vbi est turbidum intrat arbitrium pro cognitione petitorij, sequestrata tamen possessione iuxta obseruantiam Rotæ. num. 1.*

*Verba enunciatiua emissa ab vna tantum parte non probant. num. 2.*

*Primum extremum in spolio non probatur per confessionem eius qui spolio agit. nu. 2.*

*Verba enunciatiua eius, cuius expressio non est in actu necessaria, non probant. nu. 2.*

*Approbationis præsumptio non intrat sine scientia. numero 3.*

*Resignatio non probat possessionem resignantis. numero 3.*

*Approbatio respectu vnius actus non extenditur ad alium separatum, sed restringitur ad id, quod ex eo necessario infertur. num. 3.*

*Tertius is dicitur in quo citatur nonum ius. nu. 4.*

*Verba enunciatiua partium tertio non præiudicant. numero 4.*

*Constitutum non probat possessionem constituentis contra tertium. nu. 4.*

*Confessio resignantis non nocet resignatario, vbi venit alio iure quam resignantis. numero 4.*

*Adminicula non possunt deseruire pro probatione non dato prius aliquo gradu probationis saltem semiplenę, & nisi sint vehementia. nu. 5.*

*Possessio alterius non probatur ex eo, quod is se opposuerit adeptioni possessionis alterius, quia dicta oppositio potuit fieri respectu alterius iuris quam possessionis. numero 5.*

*Confessio procuratoris facta non præcedente iussu iudicis dicitur voluntaria. nu. 5.*

*Confessio procuratoris voluntaria non nocet. nu. 5.*

*Confessio procuratoris voluntaria reuocatur etiam non docto de errore etiam si sit geminata. nu. 5.*

*Confessio possessionis cum qualitate intrusionis potest acceptari quo ad possessionem reiecta qualitate intrusionis. numero 6.*

*Confessio facta in exceptionibus, seu protestationibus non nocet. numero 6.*

*Primum extremum in spolio de stylo Rota requirit plenas, & exactissimas probationes. nu. 7.*

*Spolij iudicium prosequi non potest qui mediante concordia post motum iudicium facta illi enunciauit. numero 8.*

*Possessio amittitur etiam ex resignatione nulla præsertim data scientia nullitatis. nu. 9.*

*Possessio transfertur ex contractu nullo dummodo nullitas non proueniat ex defectu consensus. numero 9. & 11.*

*Contractus dicitur pure initus vbi non fuit apposita conditio suspensiua. nu. 10.*

*Spolio agi non potest vbi contractus fuit ex capite in obseruantia resolutus. nu. 10.*

*Spoliatus non debet in primis, & ante omnia restitui, vbi possessorium habet admixtam causam petitorij. nu. 11.*

## DECISIO DCCLXVIII.

1 Dictum fuit spolium a Fr. Nicol. Tho. intentatum valde turbidum esse, & ideo illo reiecto recedendo a decisis 20. Februarij præteriti intrare Arbitrium pro cognitione petitorij, sequestrata tamen possessione iuxta Commissionem Sanctissimi pro Francisco obtentam, & obseruantiam Rotæ, de qua testatur Lancellott. de attent. parte tertia. capit. vigesimo quarto. quæstione decima nona. numero quinto. & secundum quam in spolio fuit tentum in Romana Cottiuij vigesima sexta Martij, de anno Millesimo sexcentesimo sexto. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Turbiditas resultat ex duobus, Primo ex defectu probationis primi extremi, secundo ex amissione possessionis, si quam habuit Fr. Nicol. seu ratificatione prætensi spolij ex culpa, & facto proprijs resultantibus. Defectus probationis primi extremi ostenditur, quia examen testium de partibus, super quibus alias fundabatur, fuit in dicta decisione firmatum nullum.

2 Alia vero fundamenta dictæ decisionis DD. visa fuerunt non subsistere. Nam primum, quod anterior possessio Fr. Nicol. probetur ex eius mandato ad resi-

resignan. Abbatiam per illa verba narratiua, quam possidet, & obtinet, visum fuit nihil facere, tum quia emanarunt in actu ab eo solum celebrato absente Carolo Resignatario, l.non nudis.vbi glo.in verb.asseuerationibus.C.de probation.l.ex his verbis.C.de testamen. milit. Aymo.de antiquita.tempor. parte prima, numero septimo. Tum quia continet fauorem ipsius Fr. Nico.vt in specie, quod non probent primum extremum, Caputaquen.decis.371.numero secundo, parte secunda. Tum denique, quia quamuis emissa essent ab vtraque parte, non probarent, cum contineat enunciatiuam possessionis, cuius expressio necessaria non erat in dicto mandato, Bartol.in l.optimam, num.primo, vers.si vero, & Angel.numero secundo, vers. si autem.C.de contrahen.stipulat. Abb.in cap illud. num. sexto, vers.non obstat.de præsumptio. Put. decis.371. nu.2.lib.1.in nouis.& in terminis nostris. Caputaq. decis.331.nu.2.par.2.

3 Minus dici potest resultare approbatione eiusdem assertionis ex alio mãdato correspectiuo dato per Carolum ad consentien. reseruationi pensionis ex causa dictæ resignationis, & ex acceptatione Prouisionis ad eius fauorem subsequutæ vigore dicti mandati ad resignan.non solum, quia non constat de scientia Caroli, quod in dicto mandato aderat enunciatiua possessionis, sine qua scientia non potest intrare præsumptio approbationis, Ruin.consilio quadragesimo octauo, numero duodecimo, libro primo. Nat.consilio 162. numero trigesimo tertio, libro primo. sed etiam quia cum sola Resignatio non probet possessionẽ Resignantis, vt fuit dictum in Taruisina Canonicatus, & præbendæ 9.Martij 1597. coram bonæ memoriæ Cordubu.licet Carolus recipiendo prouisionem ex causa resignationis Fr.Nico. approbauerit ius ipsius: Ista tamen approbatio non extenditur ad enunciatiuã possessionis non necessariam pro resignatione, vt dictum est, quia approbatio respectu vnius actus non extenditur ad alium, qui potest esse ab illo separatus, Gemin. cõsilio decimo quinto, numero decimo septimo, vers. quantum ad secundum, sed restringitur semper ad id, quod ex eo necessario infertur, vt ex Bart.in l.prima, §.si quis hoc interdicto, numero primo, vers.dico.ff.de itin.actuque priuat.& in l.si patruus.in fi.C.commun.vtriusque iud. tradit Decian. consilio 54.numero 65. volum. 2.

4 Et supradicta fortius militant ad fauorem Francisci prouisi Apostolici per obitũ Episcopi Tullen.Resignatarij Caroli, Is enim reputatur tertius, cum in eo creatum fuerit nouum ius non dependens neque a Fr. Nico.neque a Carolo eius resignatario, glos.communiter recepta in capit. secundo, in verb. In isto casu, vbi Ioan. Andr.numero tertio, vt lite penden. libro sexto. Rot.decisione decima tertia, de procur. & decisio prima, numero quarto, versic.præterea de locat. in noui. Caputaquen. decisione 185. numero secundo, parte prima. Cum non præiudicant dicta verba quantumuis enunciatiua, & per Carolum approbata, Bald.in Authen.si quis in aliquo, numero octauo, versi.saluando. Innoc.C.de eden. Cardin.in cap.illud, numero secundo, vers. Innocen. autem de præsumption. vbi Felin. numero quarto, versic.& pro ista opinione. Vnde nec constitutum solum probat possessionem constituentis contra tertium, glos.in l.secunda, in verb.tradita. C. de sequestrat.pos.sess. Alexander consilio decimo, numero secundo, volumine quarto. Tiraquell.de constit. parte tertia, limit.prima, numero vigesimo, & sequen. Cardinal.Seraphin. decisione trecentesima secunda, numero sexto. Et pari ratione nec etiam confessio Resignantis nocet Resignatario si venit alio iure, quam resignantis, Guidob.decisione quinquagesima secunda, in manuscrip. Paris. de resignat.libro primo, quæst. decima sexta, numero vigesimo quarto, vers.& confessio. Et ideo multo minus præiudicare potest prouisio per obitum ex supradictis, & in puncto tradit Caputaquen. dicta decisione 185.numero secundo, vers. neque etiam successori Rot.decis.46. numero 5.libro 3. par.3.diuers.

5 Adminicula vero in decisione cõsiderata non possunt deseruire sine aliquo gradu probationis saltem semiplenæ, & nisi sint vehementia, Bald. consilio tertio, numero quarto, libro tertio. Socin.consilio octuagesimo nono, numero decimo quarto, libro primo. Marsil singul.265.numero tertio. Et tamen primum oppositionis Fr. Nico. adeptioni possessionis Caroli, non concludit per necesse possessionem dicti Fr.Nico. cũ fieri potuerit, respectu alterius iuris, quam possessionis, glos.in l.a Diuo Pio.§.si super rebus, in versic. fiat. in principio.ff.de re iudic. & ibi Bartol. numero tertio, versic.quandoque fit exequutio, & num.quarto, vers.quarto, & de communi Alexand.ibid. num.3. Secundum vero super compulsu, & extractione dicti mandati procuræ Fr.Nico.ad resignan. & tertium super protestationibus, & exceptionibus pro Francisco factis in processu remissoriali, in quibus expresse dicitur Fr. Nico.amisisse possessionem, corruunt, quia sunt confessiones procuratoris voluntariæ vti non præcedente iussu Iudicis. Alexander consilio ducentesimo vigesimo secundo, numero decimo sexto, in 2. Rot in Pampilonen.decimarum de Gongora. decima quarta Maij,1610.coram Reuerendissimo Bononien. Et ideo præiudicare non possunt, Bartolus in l.certum.§.sed an & ipsos ff.de confess. Abbas in capit.primo, numero vigesimo nono, in fine. & numero trigesimo, vt lite non contestata. & ibi post Imol. & alios Felin. numero decimo septimo. Et fuit dictum in Romana Dotis. octaua Martij 1610. coram Reuerendiss. Bononien. Et de stylo Rotæ reuocantur etiam non docto de errore, vt in decisione decima nona, de procurat.& secundo de confess. in nou. & in Tirasonen. Cappellaniæ. trigesima prima Maij 1606. coram Reuerendo Patre Domino meo Pamphilio, & in Pampilonen. Decimarum.decima Maij 1610.coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Etiam geminatæ, Caputaquen.decisione centesima nonagesima octaua, parte prima.& fuit dictũ in Taruisina Dotis. 5.Iunij 1610. coram Reuerendiss. Attrebaten.

Et sic

6 Et sic tollitur etiam quartum adminiculum desumptum ex verbis commissionis pro, Francisco obtentæ pro cumulatione petitorij cum possessorio, in qua narratur Fr. Nico. fuisse intrusum in possessionem Abbatiæ, & sic resultare dicebatur confessionem possessionis reiecta qualitate intrusionis, iuxta decisionẽ Put. 16. in fi. libro tertio. in nouissim. cum aliis in dicta decisione vigesima Februarij alleg. Quia dicta commissio est impetrata per procuratorem, & sic vel non præiudicat, vel est reuocabilis ex supradictis. Et denique visum fuit non obstare vltimum adminiculum super exceptionibus, & protestationibus factis in processu Remissoriali, quia illæ non nocent, ex vulg. reg. l. non vtique, & ibi Bartol. ff. de excep. not. DD. in c. cum venerabilis. extra eodem, & de communi Alex. in l. decem, numero vigesimo quinto, ff. de verborum obligation.

7 Ex prædictis itaque satis apparet, primum extremũ vel nullo modo, vel saltem per probationes plenas, & concludentes non fuisse probatum, prout requiritur, iux. glos. mag. in l. prima. C. quorum bon. quam communiter receptam dicit Alexand. consilio 139. numero decimo quinto, volum. sexto. Menoch. de recuper. remed. 15. numero 408. & 413. Et præsertim de stylo Rotæ, Caputaquen. dicta decisione 328. in principio, parte secunda. Put. decisione 75. numero secundo, & quarto, libro tertio. in nouissim. & etiam decisio. 165. numero primo, & 337. parte secunda diuers. Quæ in hoc vult probationes exactissimas, Pontan. de spol. libro secundo, capit. decimo quarto, numero 81. & 95. paulo post princi. & indubitatas, Card. Seraph. decis. 302. in princip.

8 Secundum fundamentum resolutionis fuit amissio possessionis Fr. Nico. si quam habuit, seu vt dictum est ratificario prætensi spolij resultans ex culpa, & facto propriis mediantibus duabus concordiis per eum initis. Prima cum Carolo eius Resignatario, in qua inter cetera renunciauit oppositioni per eum factæ in adeptione possessionis Caroli, quod illã consequi non posset, quia pensio non fuerit reseruata, declaran. dictam oppositionem esse nullius valoris, & effectus, & promittendo illam nunquam prosequi tam directe, quam indirecte. Secunda cum Episcopo Tullen. Resignatario eiusdem Caroli, in qua narrata lite in spolio contra dictum Carolum intentata, & illius resignatione, & Commenda de dicta Abbatia ad fauorem dicti Episcopi per Sanctissimum facta cum possessione subsecuta, Fr. Nico. cessit ei quodcumque ius, litem, & actionem sibi in dicto Monasterio competentem, atque competituram. Ex illis enim Fr. Nico. possessionem amisit, nec potest amplius prosequi iudicium spolij, cui per eas renunciauit, glos. in c. ex insinuatione. in ver. aliud. de procur. Innocen. in cap. super hoc. de renunciat. Abb. in cap. solicitæ, numero 16. & 17. de restitutione spoliat. Rot. decis. 16. eodem tit. in nou. Menoch. de recuper. remed. primo, numer. 281. q. 24. Et in transactione inita post spolium intentatum, Paris. consilio primo, numero 151. & 152. volum. primo, & consilio 11. numero 13. volum. quarto. Pontan. de spol. libro tertio, c. 2. num. 34. in fin. & veriorem, communiterque receptam testatur Paris. de resign. lib. 13. quæst. 5. num. 48.

9 Nec nullitas resignationis ex defectu beneplaciti Apostolici in vtraque concordia impediuit amissionẽ possessionis, Innocent. in c. quod in dubijs. de renunc. & ibi Butr. numero 9. vers. & sic Abb. numero 8. circa fin. Imol. num. 14. in fi. Gemin. dicto consil. 125. in secundo dubio, vers. & ita videtur Felin. in c. in nostra. 32. nume. 31. vers. & quod per talem. de rescrip. Rot. decis. 519. numer. secundo, & 612. num. secundo, par. prima diuers. & in Comen. Præpositurae 6. Febr. 1584. coram bonæ mem. Bubalo. Maxime cum dictæ cõcordiæ sint scienter nullæ, Paris. de resign. libro primo, q. tertia, in fin. num. 118. Card. Seraphin. decis. 24. vers. firmarunt quoque. Immo nec etiam impediuit translationem possessionis, vt de contractu nullo (non tamẽ ex defectu consensus) est tex. in l. prima. §. si vir vxori. & ibi DD. & præsertim Ias. ff. de acquiren. possess. Put. decis. 276. nu. 4. & 5. & seqq. lib. 3. in nouissim. Achill. decis. 15. alias 120. de restitutione spoliatorum. Rot. decisione 93. numero 1. & seqq. par. 2. diuers. Pontan. de spol. libro 3. numero 20. circa fin. & ita alias fuisse conclusum in Rota, Gabr. consilio 44. num. 12. & consilio 51. numero 13. libro primo. Præsertim sequuta actuali traditione, ex præallegatis, prout sequuta fuit in casu isto tam respectu Caroli, vt ex dicta renunciatione Fr. Nic. oppositioni per eum factæ in adeptione possessionis, quam respectu Episcopi, dicitur enim in transactione cum eo facta, quod post prouisionẽ Apostolicam erat subsequuta possessio.

10 Et licet in decisione 5. Maij 1614. dictum fuerit, istas concordias redintegrationem nõ impedire, iuxta decisio. in dict. Comen. Præpositurae 4. Iulij, & 15. Octobris 1584. coram bonæ memoriæ Bubalo, quia non constat de aliqua obseruantia primę, nec secundæ in totum, & successiuis temporibus. Tamen quia non fuerunt initæ sub aliqua expressa conditione suspensiua, sed correspectiue ad annuas præstationes cõuentas post captam possessionem faciendam, & sic sub modo. Baldus in capit. dudum. il secundo, numero vigesimo septimo, de electio. Paris. consilio quinto, numero duodecimo, & sequentib. volum. quarto. Gabr. consilio quinquagesimo primo, numero 9. in primo. Menochius consilio 584. numero duodecimo. fuit amissa, & translata possessio pro cuius redintegratione amplius agere non potuit, licet etiam ex capite inobseruantiæ resoluatur contractus, Alexan. consilio 92. volum. primo. Ruin. consilio trigesimo secundo, numero septimo, in fin. & numero 8. & sequentib. & consil. trigesimo tertio, volum. primo. quem sequitur Caputaquẽ. decisione 319. seu 4. par. tertia. vbi refert aliam Ant. August. Rot. decisione 116. alias 7. de restitutione spoliat. in nou. Paris. dicto consilio quinto, nu. 16. & 27. Gabriel dicto consil. 44. num. 12. & d. consi. 51. num. 13. Pontan. de spol. cap. 14. num. 136. libro 1, & cap. 1. nu. 53. lib. 3.

11 Ex quibus DD. dubitabant de veritate dd. decisionum in causa Comen. ac etiam de illarum applicatione ex magna facti diuersitate, & cum negari non possit, quin prædicta sapiant petitorium, illa veniunt iuxta formam petitorij discutienda. Achill. d. decisione 15. de restit. spol. Put. d. decis. 276. num. 5. & 6. lib. 3. Gabr. d. cons. 44. num. 12. in fin. Vel saltem intrare non potest regula spoliatus, cum possessorium habeat admixtam causam petitorij Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune in 4. fallent. num. 19. ff. de acq. posses. cum alijs, per Ant. Gabr. de rest. spol. concl. 1. limitat. 22. num. 131. Et ideo fuit ita decisum.

## R. P. D. PIROVANO.

*Romana Administrationis Fundaci. Lunæ 14. Decembris 1613.*

## ARGVMENTVM.

Socius tenetur alteri consocio reddere rationem de peruentis ad eius manus, & de erroribus, qui sunt in libro rationum per ipsum scripto.

### SVMMARIVM.

*Socius quamuis exemptus a redditione rationis nihilominus tenetur restituere res penes se existentes. num. 1.*
*Dolus nunquam inter socios videtur remissus. num. 1.*
*Socius administrans tenetur de peruentis ad eius manus consocio rationem reddere. num. 1.*
*Asserenti incumbit onus probandi. num. 2.*
*Error qui cedit commodo errantis præsumitur data opera commissus. num. 2.*
*Præsumptio semper militat contra socium ad quem pertinet cura scribendi librum rationum si liber fuit minus fideliter scriptus. num. 3.*
*Vna & eadem res non potest diuerso iure censeri. num. 4.*

## DECISIO DCCLXIX.

PEr duas Decisiones in hac causa factas apparet resolutum, Attilium non probari Capseriũ, & consequenter a generali redditione rationis eorum, quæ Capsam intrauerunt exemptum esse. Verum, quia in prima Decisione pariter in hac causa facta resolutum fuit constare de erroribus, voluerunt fratres Albani videre, an saltem Attilius ad particularem rationis redditionem respectu errorum teneretur, & dato dubio de ordine DD. an Attilius teneatur reddere aliquam rationem, & quam, hodieque eo proposito, censuerunt Attilium tenere reddere rationem de erroribus, de quibus in partitis manu eiusdẽ Attilij conscriptis.

1 Quia & si ex deductis non sit aperta via fratribus Albanis agendi contra Attilium ratione tituli vniuersalis Capserij, & administratoris, nihilominus quando constat, quod penes socium administratorem vti socium peruenerunt, vel remanserunt res, vel pecuniæ communes, socius ille, quamuis alias exemptus, tenetur alijs sociis reddere rationem. l. dominus Sticho. §. seruus. ff. de pecul. leg. vbi si testator iusserit seruos nõ debere scrutari, & esse sine inquisitione, non tamen remanent liberati a restitutione peculij, aut reliquarum rerum penes eos existentium, quasi non sine dolo prædicta retinere possint, vt innuit Alex. consi. 62. numero 6. libro 4. declarando doctrinam Bart. in d. §. seruus. qui dolus nunquam inter socios videtur remissus, & ea propter socius administrans tenetur de peruentis ad eius manus consocio rationem reddere. Gratian. consil. 15. numero 24. Paris. cons. 83. nume. 6. & 8. Rota Ianuens. decis. 165. nume. 6. & decis. 183. numero 6. & hoc ipsum tenuit Rota in Bononien. Laudi 3. Iulij 1606. coram bonæ memoriæ Iusto. Constat autem ad Attilium peruenisse, & remansisse pecunias sociales, quia dum esset Complementarius totius negotij pecunias recipiebat, & soluebat, ordines alijs ad soluendum dirigebat, & ipsi directos acceptabat, partitas eorum, quæ recipiebat, & dabat in libro introitus, & exitus Capsæ propria manu conscribebat, & hunc esse stylum, & consuetudinem illius negotij, quod recipiens pecunias scriberet eas in libro Capsæ fatetur idem Attilius in sua depositione, quæ datur in Summario Albani, vnde cum certum sit, quod partite tam debiti, quam crediti, in quibus detecti sunt errores, conscriptæ sunt manu eiusdem Attilij, inde sequitur, quod deficientia pecuniarum ab erroribus causata penes eundem Attilium remansisse præsumendum videatur. Nec obstare visum fuit, quod cum Attilius tanquam Capserius non teneatur, iuxta resolutiones in hac causa factas, si de receptis, vel datis adhuc teneretur reddere rationem, idem esset, ac si ab eo tanquam a Capserio essent reddendæ rationes, propterea dicebatur qua ratione Attilius non tenetur reddere rationem de ijs, quæ immissa fuerunt, vel respectiue remanserunt in capsa, eadem non videtur adstringendus emendare errores per quos apparet pecunias diuersum finem habuisse.

2 Quia vltra quod non agitur de re inseparabili, sed de lui natura possibili, vt quis scribat se recepisse, non tamen pecuniam ponat in Capsam, vel positam relinquat, vt patet ad sensum, quo casu id asserenti onus videtur iniunctum probandi. Socinus consilio vigesimo quarto. numero trigesimo septimo. versic. & ideo cum suprascripta. volumine primo. Rota Ianuens. decisione centesima decima sexta. numero secundo. Fuit etiam responsum plura contra eundem Attilium vrgere, quæ non permittunt a prædicta probatione posse subleuari, & primo errores, qui sunt manifesti, & præiudiciales partim consistentes in eo, quod Attilius aliquas partitas duplicauit ad exitum Capsæ, partim in eo, quod minus scripserit ad introitũ, q̃ receperit, & ad exitũ plus, q̃ exbursauerit. Et alias in credito Capsæ posuit, q̃ ad eius debitũ ad-

scri-

scribendæ erant, & similes erratæ sunt in notabili numero, ac omnes cedunt commodo Attilij, ideo con tra eum semper vrget præsumptio, quod errores fuerint data opera commissi, l. prima. §. si quis instrumenta. C. de litiu. liber. toll. Plot. in l. si quando. nu. 884. C. vnde vi. Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 31. numero 15.

3 Secundo apud eundem Attilium residebat regimē, & Administratio totius negotij, ne dum quia Complementarius erat, sed etiam quia solutiones, & pecuniarum receptiones magis per manus eiusdem Attilij, quam aliorum participum frequentabantur, vt patet ex numero partitarum, quæ ab eodem conscriptæ fuerunt, ideo contra Ministrum magis Principalem qui minus diligenter scribit librum rationum, & ad quem principaliter spectabat cura libri Magistralis, si minus diligenter scribit libros rationum, semper contra eundem præsumitur, Soc. sen. consil. 190. nu. 2. & 4. vers. confirmatur etiam. lib. 2.

4 Tertio, multum mouit etiam Dominos, quod dum Quaderni de Capsa fuerunt reportati in libro Magistrali per eundem Attilium in fine cuiuslibet anni, de anno 1597. cōcordatō introitu, & exitu, adhuc Capsa dicitur crescere Scutis 342. De anno 1598. augmentum nullum reperitur. De anno 1599. legitur augmentum primo in Scutis 2875. 21. Et secundo in aliis Scutis 1314. 19. De anno 1600. augmentum scriptum est in Scutis 211. 32. De anno 1601. in quo terminauit societas ponitur augmentum Scutorum 255. 12. Et hæc ipsa augmenta in solidatione vniuersali in libro nuncupato il Bilancio, fuerunt posita ad creditū societatis. Dicebant igitur Domini si pecuniæ ab erroribus causatæ pro parte repertæ fuerunt in Capsa, residuum necesse est, quod in Manibus Attilij remanserit, alias si integre recepta eadem manu, & instanti fuissent, vel immissa, vel relicta in Capsa, eodem modo in ea reperirentur, prout certa pars fuit reperta, vel eodem modo de anno 1598. adesset simile augmentum, quod non legitur repertum. Vna igitur manus & immisit, & reliquit in Capsa, & eandem retinuisse deficientes pecunias videtur dicēdum, ne vna, & eadem res, & factum diuersa iuris præsumptione terminentur, contra text. l. secunda. ff de vulgar. Non obstat, quod errores detecti non legantur in libro nuncupato Quaderno di Cassa, cum in eo partitæ omnes veritati scripturæ respondeant, tam in recipiendo, quam in dando, dempta vnica partita, quæ duplicata reperitur, sed in libro principali nuncupato libro Mastro, dum partitæ Quaderni accepti, & dati in eo fuerunt reportatæ, & verum est, quod in eo libro fuit erratum in scribēdo minus receptum, & plus datum, sed non propterea inferri dicebatur, quod Attilius ad redditionem rationis pecuniarum deficientium teneatur, sed pati quod errores emendentur, propter interesse tantum sociale, cum errores sint in copia, non autem in matrice, quæ copia non probat Attilium soluisse, vel recepisse in actu ipso scribendi. Fuit enim responsum, quod si non omnes errores colligantur in Quaderno de Cassa, idem tamen Dominis visum est in erroribus ex partitis exemplatis ex eodem libro, & manu Attilij reportatis in libro Magistro, eum super eo rationes essent ponendæ inter socios, non autem super Quaderno Capsæ, & quidquid sub erroribus tegebatur, id omne debebat in Capsa remanere, prout remansit augmentum, præsertim cum Attilio vti Ministro principali non esset interdicta clauis eiusdem Capsæ, quod cum factum non fuerit, vrget eadem præsumptio contra Attilium, quod superextantes penes se retinuerit. Non obstat, quod alij participes soluebant, & exigebant, & manus in Capsa ponebāt, & scribebant, a quibus residuum deficiens potuit leuari, & subtrahi, & pro quibus Attilius non tenetur. Quia visum est Dominis admodum inuerisimile, & difficile, quod eadem summa deficiens punctualiter subtraheretur, & quod de Anno 1597. 1599. 1600. 1601. pars tantum ab erroribus detecta deficiat, de Anno autem 1598. in quo non datur augmentum Capsæ nihil deficere videatur, quæ omnia poterant esse nota, nisi Attilio Regulatori librorum. Et ita &c.

## REVERENDISSIMO P. D. DAMASCENO.

*Romana de Marescottis. Lunæ 14. Decembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Hæres non debet immitti in possessionem bonorum defuncti, vbi testamentum est nullum pręteritione filiæ, etiam stante statuto feminarum exclusiuo, quādo in eodem testamento non fuerunt instituti masculi quorum fauore fit exclusiuo, & an hoc casu sufficiat institutio dd. masculorum in parte.

### *SVMMARIVM.*

*Hæres debet immitti in possessionem bonorum defuncti, vbi testamentum non est abolitum neque cancellatum. numero 1.*

*Fallit vbi testamentum est nullum. nu. 1.*

*Limita fall. non procedere vbi vitium est inuisibile, nisi tamen in continenti probetur, & fiat visibile per euidentiam rei. nu. 3.*

*Nullum quod est, non debet parere aliquem effectum. numero 1.*

*Exceptio quæ in continenti docet de non iure agentis admittitur in quolibet iudicio exequutiuo, & priuilegiato. numero 1.*

*In dolo dicitur qui petit, quod statim restituturus est. numero 1.*

*Circuitus inanes lex abhorret. num. 1. Vbi maxime inter consanguineos.*

*Testamentum in quo filia fuerunt praterita est nullum, numero 2. Vbi referuntur hinc inde tenentes circa id an requiratur ad hunc effectum, quod persona praterita det de nullitate.*

*Fallit stante statuto excludente feminas. nu. 4.*

*Intellige procedere dummodo fuerint instituti illi quorum fauore statutum feminas excludit. numero 5. Vbi quod non sufficit, quod fuerint in aliquo tantum instituti.*

*Statutum Vrb. excludens feminas propter masculos non excludit illas simpliciter, sed causatiue, idest ad fauorem agnationis. nu. 4.*

*Statuentium mens ex modo loquendi dignoscitur. numero 5.*

DECISIO DCCLXX.

1 ROta censuit non esse dandam immissionem D. Pyrrho hæredi instituto a D. Iulia sorore sua, nam & si habeat regulam pro se, stante testamento dictæ Iuliæ non abolito, neque cancellato iuxta not. in l. finali. C. de edicto Diui Adria. tollen. attamen ab hac regula, visum fuit posse recedi ob euidentem nullitatem prædicti testamenti, quandoquidem quod euidenter est nullum, non debet aliquē posse parere effectum, cap. non præstat. de regu. iur. in 6. cap. vides 10. distinctio. & in hac facti specie. Bero. consilio 118. numero vigesimo sexto, & trigesimo tertio, cum duobus seqq. libro secundo. & in quolibet iudicio etiam exequutiuo, & priuilegiato obstat exceptio, quæ in continenti docet de non iure agentis, & non videtur carere dolo, qui petit, quod statim restituturus est l. dolo. ff. de dolo mal. & met. except. l. 1. in principio. ff. quorum legat. Bar. in l. si fecer. §. Lucius, numero secundo. ff. solut. matrim. Et lex abhorret inanes circuitus. Clem. auditor, de rescrip. Bald. consilio centesimo, vers. finem libro 4. Tiraquel. de retrac. conuent. ad finem tituli, numero 61. Afflict. decis. 8. num. quarto ad finem. Dec. consil. 408. numero 8. maxime inter sanguine coniunctos, inter quos debet procedi de bono & æquo, plus quam inter alios. Anchar. consilio 159. incipit rationes, numero 1. ver. primo hoc colligitur. Blanch. de compromiss. quæstio. prima, sub nume. 3. vers. contraria opinio. & inter illos debent, licet quanto citius terminari, vnde emanarunt tot statuta per vniuersam Italiam de faciendis compromissis inter consanguineos.

2 Quod autem testamentum Iuliæ fuerit euidenter nullum, patet, quia ipsa (vt patet ex lectura testamenti) præteriit Beatricem & Helenam filias suas legitimas & naturales, vnde testamentum remanet nullum l. fi. ff. de lib. & posthum. §. aliud quoque Capitulum. Authen. vt cum de appell. cognosc. & licet aliqui Doctores voluerint, quod testamentum tali casu minime sit nullum, sed ita demum, si filius præteritus dederit de nullitate, ita glos. in l. filio præterito. in verbo tuebitur. ff. de iniust. rup. testam. Ias. in l. posthumo. num. 23. vbi de communi, C. de bonor. possess contra tabul. Imol. in l. filio præterito, num. 3. vers. item nota argumentum. ff. de iniusto rup. testa. Rota in Sutrina Successionis. 15. Maij 1604. coram me. Attamen non desunt cōtrarium sentientes, nempe, Alex. in d. l. posthumo. num. 16. in fine, qui de communi. Dec. ibidem, numero 9 vbi dicit hanc esse veram opinionem. Angel. in d. l. filio præterito, num. 5. versic. prima est, quod testamentum. vbi dicit hanc esse veram, & communem, Gomez. variar. resolut. tom. 1. cap. 11. versi. prima est. Vbi dicit cōmuniter reprobari glossam in d. l. filio præterito, & alias, Imol. in dicta l. filio præterito. num. 52. vers. 2. fuit opinio. dicit contrariam opinionem nō esse bona n. Gabriel de Benedictis in cap. Raynutius, par. prima. verbo in eodem testamento relinquens primo, numero 93. cum tribus seqq. vbi de communi. Angel. Aret. consil. 103. num. 33. attestatur de communi. Sed cessare visa fuit omnis difficultas, quia Helena altera de dictis filiabus iam fuit admissa ad causam, & dat de huiusmodi nullitate.

3 Non obstat, quod hoc sit vitiū inuisibile, quod non solet impedire immissionem in remedio l. fin. C. de edicto Diui Adria. toll. ex allegatis, quia fuit responsum, hoc posse habere locum, quotiescumque vitium eget altiori indagine, sed quando in continenti probatur hoc vitium etiam inuisibile debere admitti, quia fit visibile per euidentiam rei, & in quolibet iudicio admittitur exceptio incontinenti probata, & vitatio inanis circuitus, & subitaneæ restitutionis ex supra allegat. Nec mouit Dominos, qd̄ de filiatione prædictarū mulierum non constet in actis, nam præter quod, stante testamento Alphōsi mariti prædictæ Iuliæ, quo nititur Do. Pyrrhus, testibus ob temporis angustiam ad perpetuam rei memoriam examinatis, & aliis circumstantijs, non deficit totalis probatio in actis, Domini in familia nobili habuerunt rem pro notoria, & crediderunt Do. Pyrrhum non esse negaturum filiationem propriarum nepotum.

4 Circa illud, q̄ prædictæ feminæ sint exclusæ per Statutū Vrbis c. 141. & 145. li. 1. vnde nō possint allegare nullitatē testamenti, ex allegatis, fuit rñsum, statutum non excludere simpliciter feminas, sed causatiue, hoc est ad fauorē agnationis, vt patet ex d. Statuto c. 141. ibi, nec possint aliquid petere ab hæredibus patris, vel aui de agnatione etiā transuersali, vt in Statuto dicto c. 145. ibi, si quis decesserit intestatus relictis filijs masculis, seu filio, vel nepote ex filio masculo sibi præmortuo &c. & infra, ibi, dummodo frater germanus, siue patruus, &c. & quod statutum emanauerit ad fauorē tantum agnationis censuit Rota in decis. 142. par. 2. nu. 3. diuers. cū aliis cumulatis in Romana Supplementoi Legitimæ. 28. Iunij 1613. coram me.

5 Cum igitur in proposito minime fuerint instituti illi, ad quorum fauorem emanauit statutum, debet cessare dispositio dicti statuti arguendo a cessante causa. cap. cum cessante in princip. de appellat. plene not. Tiraquell. in tracta. cessant. caus. in princip. num. vndecimo,

decimo,

decimo, & duodecimo. & tenuit in specie Rota apud Seraphin. decisione 885. numero primo. & de magis communi & vera post plures relatos testatur Crass. in §. testamentum. quæst. 36. num. octauo. Quod censuit Rota procedere etiã si filij masculi, prout in hoc casu, fuerint in aliquo instituti, quia statuta nõ emanarunt pro conseruando in agnatione vnã tantum partẽ bonorum, puta, legitimam, sed pro conseruandis omnibus bonis, quod probatur tam ex modo indistincto loquendi, quo vtitur statutum, quod denotat mentem statuentium indistinctam, ad l. de pretio. ff. de public. l. secunda. §. cõuenire. ff. de iudic. cum similibus. quam ex ratione, quia non potest imaginari ratio, quare Statuentes voluerunt excludere fœminas propter extraneos non agnatos, vel etiam a parte bonorum paternorum, & ita in puncto de testamento, in quo filij masculi fuerunt instituti in legitima, quod filia præterita potuerit rumpere testamentum tenuit Rota apud Seraph. in dicta decis. 885. nu. 1.

## REVERENDISSIMO. P. D. DAMASCENO.

*Romana de Marescottis. Lunæ 14. Decembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Acquirens ex aliena pecunia non acquirit sibi, vbi erga dominum pecuniæ recognouit bonam fidem, & quando declarauit in re acquisita habere nudum nomen. Item reseruatio dispositionis officiorum, & locorum montium emptorum in personam alterius denotat dominium apud reseruantem.

### SVMMARIVM.

*Instrumenta faciunt probationem probatam, & rem indubitatam. num. 1.*

*Reseruatio dispositionis in locis montium, seu officijs super vita alicuius emptis denotat dominium apud ipsum reseruantem. nu. 2.*

*Nequitia ex aliena pecunia sunt eius cuius est pecunia, quando acquirens erga ipsum recognouit bonam fidem. numero 3.*

*Prohibitus contrahere sine solennitatibus potest sine illis confiteri, quando pro confessione concurrunt adminicula. numero 4.*

*Mulier quicquid acquirit præsumitur acquirere ex bonis mariti. num. 4.*

*Acquirens ex aliena pecunia sibi acquirit. nu. 5.*

*Fallit vbi acquirens declarauit se in re acquisita habere nudum nomen. nu. 5.*

## DECISIO DCCLXXI.

1 Stante mandato relaxato ad fauorem DD. de Marescottis pro immissione in bonis quõdam Alphonsi: Dubitaui, quæ essent bona Alphonsi in quibus dictum mãdatum esset exequutioni demandandum. Et in primis fuit dictum exequutionem esse faciendam super censibus creatis, & cantantibus in personam, & sub nomine prædicti Domini Alphonsi de quibus in Summario DD. de Marescottis num. 2. Etenim super istis adsunt publica instrumenta quæ faciunt probationem probatam, & rem indubitatam capit. cum dilecti. de fide instrument. Dec. consil. 682. numero secundo, & sequent. Surd. decisione 177. numero quarto, & fuit dictum in Romana Affictus. 27. Ianuarij 1612. coram Reuerendo Patre Domino Caualerio.

2 Secundo fuit dictum faciendam esse exequutionem super Societatibus officiorum, & locis Mõtium, de quibus eodem Summario, nume. tertio, licet enim cantent in personam Iuliæ vxoris dicti Alphonsi, attamen cum illorum dispositio reperiatur reseruata, vel ipsi Alphonso, vel M. Antonio patri, & auo, respectiue istorum de Marescottis non potest dici, quod fuerint in bonis Iuliæ, sed in bonis ipsorum reseruatariorum, quando quidem talis reseruatio denotat dominium apud ipsum reseruantem, vt sæpius tenuit Rota nempe inter diuers. impress. decis. 262. parte prima, & apud Cardin. Seraphin. decis. 1303. numer. 11. & alias.

3 Tertio fuit dictum esse faciendam exequutionem in censibus, & societatibus officiorum, de quibus in Summario DD. de Marescottis, num. 4. nam & si cantent sub nomine D. Iuliæ, nihilominus ipsa cum solennitatibus statutarijs recognouit bonã fidem erga maritum, vt eodem Summario, num. 5. ad Bald. in l. multum interest, nu. 3. C. si quis alteri, vel sibi.

4 Quarto fuit dictum esse faciendam exequutionem super alijs bonis contentis eodem Summario, numer. sexto, super quibus prædicta Iulia pariter recognouit bonam fidem, vt eodem Summario, numero septimo. licet enim prædicta recognitio minime facta fuerit cũ solennitatibus requisitis per Statutum Vrbis in contract. mulier. nihilominus existimauerunt Domini hoc non afficere, omissa enim quæstione, an prohibitus contrahere sine certis solennitatibus, possit sine illis confiteri, de quo per allegatos hinc inde, cessare visa fuit omnis difficultas, quia pro confessione cõcurrunt adminicula, tunc, n. sine dubio probare cõfessionem sine solennitatib. dixerunt Dñi ex decis. Achil. 1. de confess. & Card. Seraph. 1643. bene Gabr. consilio 51. in fine lib. 2. in proposito etiam casu concurrit maximum adminiculũ pro dicta confessione continente, quod acquisitiones essent factæ de pecuniis mariti, & quod ipsa habuerit tantum nudum nomen, nempe quia honestæ mulieres, qualis erat Domina Iulia non præsumuntur habere aliunde, quam ex bonis mariti

iuxta plene notata per Scribentes in l. Quintus Mutius.ff.de donat.& per Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.26.num.1.

5 Nec facit, quod etiam attenta hac lectura nihilominus acquisitiones remanent ipsius Iuliæ existente ipsa solum debitrice pecuniarum erga maritum, & illius hæreditatem, cum acquirens ex aliena pecunia sibi acquirat.l.si ex ea pecunia. C.de rei vendic.l.1.C. si quis alteri, vel sibi. Atque hinc infertur non posse dari immissionem super prædictis bonis, cum remaneant in hæreditate Iuliæ non autem Domini Alphonsi, de qua nunc agitur, quia fuit responsum obiectum potuisse habere locum, si Iulia simpliciter declarasset se acquisiuisse de pecuniis mariti, sed cum vlterius dixerit, se in rebus acquisitis habuisse, & habere nudum nomen, satis apparet, ipsam non sibi, sed marito voluisse acquirere, siue acquiri, & eius nomen fuisse simulate appositum, iuxta Bal.d.l.multum interest. num.3.&c.

## R. P. D. BVRATTO.

*Colimbricen. Matrimonij. Lunæ 14. Decembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Plura adducuntur ad probationem matrimonij, & sponsalium, & in quibus casibus admittantur testes domestici, & familiares.

### SVMMARIVM.

*Testes in dubio præsumuntur contestes.num.1.*

*Matrimonium, & sponsalia probantur per duos testes, etiã si sint feminæ.num.1.*

*Testes familiares, & domestici non probant.num.2.*

*Fallit in ijs, quæ occulte fiunt.num.2.*

*Fallit secundo, quando nulla culpa imputari potest, cur non fuerint adhibiti alij testes.num.2.*

*Fallit tertio, vbi adest difficultas probationis ratione temporis, & loci.num.3.*

*Beneficia, & pensiones ecclesiasticæ non amittuntur ob sola sponsalia de futuro.num.2.*

*Matrimonium non probatur per testes familiares. numero 2.*

*Sponsalia probantur per testes familiares, & in ijs admittitur etiam matris testimonium num.2.*

*Sponsalia, vt dissoluantur plura competunt remedia. numero 2.*

*Sponsalia clandestina non sunt a Concil. Trident. improbata num.2.*

*Numerus supplet defectum testium.num.4. Vbi etiam in causa matrimoniali.*

*Testes domestici etiam in casu, vbi non essent admittendi, faciunt saltem aliquem gradum probationis, & hoc repositum est arbitrio iudicis. numero 5.*

*Testes etiam non idonei probant concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus.num.5.*

*Testis, qui de tempore præciso non recordatur, præsumitur contestis cum alijs.num.6.*

*Testes dicuntur contestes, vbi vocantur in contestes ab alijs.num.6.*

*Testes sufficit, quod sint contestes in substantia, licet discordent in formalitate verborum, quando vis non stat in verbis. numero 7. vbi agitur de probando matrimonio, & maxime si non profiteantur referre formalia verba.*

*Verba promitto non ducere aliam in vxorem iuncta responsione mulieris consentientis induunt promissionem nubendi affirmatiuam.num.7.*

*Sponsalia probantur ex literis ad sponsam scriptis, in quibus vir se vocat maritum concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus.num.8.*

*Literæ, seu epistolæ amatoriæ coadiuuant probationẽ matrimonij, & sponsalium.num.8.*

*Literæ missiuæ probant etiam sine die.num.9.*

*Literæ, seu epistolæ amatoriæ probant sine inscriptione, & subscriptione.num.9.*

*Scriptura, vt dicatur recognita, testes debent deponere, se vidisse illam scribere.num.9.*

*Fallit in literis missiuis, quæ ad absentes mittuntur, in quibus non solent adhiberi testes, & ideo sufficit recognitio per comparationem.num.9.*

*Sponsalium probatio coadiuuatur ex summo amore, quo vir prosequebatur mulierem.num.10.*

*Matrimonium, & sponsalia probantur etiam per domesticos, & consanguineos.num.11.*

*Iurare non præsumitur quis per iocum.num.12.*

*Confessio qualificata admittitur reiecta qualitate, quando præsumptio est contra qualitatem.num.12.*

*Confessio, quod quis promiserit celebrare matrimonium non præsumitur facta simulate, & sine animo adimplendi.num.12. vbi maxime stante æqualitate inter virum, & mulierem.*

*Sponsalium probatio coadiuuatur ex donatione munerum profuse facta a muliere erga virum.num.13.*

*Nobilitatis propria, & peculiaris est magnificentia. numero 13.*

*Sponsalium probatio coadiuuatur ex tractatu coniugali. num.14.*

## DECISIO DCCLXXII.

Proposito dubio an constaret de sponsalibus inter Dominum Emanuelem, & Blancham cõ tractis, ita vt recedendum esset a decisis 19. Decembris, anni præteriti. Domini quo ad primam partem resoluerunt affirmatiue, de secunda reseruarunt videre. Sponsalia enim visa fuerunt sufficienter probata.

1 Primo ex quarto, quinto, & sexto Testibus Blanchæ in eius Summario numero quarto, deponentibus de eorum interessentia, & visu dictorum sponsalium

lium contractorum quadam nocte post cœnam in domo solitæ habitationis eiusdem Blanchæ in Prædio de Assafarge, ac etiam de verbis primo per Emanuelem, postea per Blancham prolatis cum iuramento, & manibus tacto diurno per Emanuelem petito, & cum inuocatione Dei, Dominæ Nostræ, ac Diui Ioannis Baptistæ, & sic concleniunt in loco, tempore, verbis, & circumstantijs, & quintus vocat alios in contestes, vltra quod omnes in dubio tales præsumuntur. Alexā. consilio quadragesimo septimo, numero sexto, versic. non omitto etiam. libro secundo. Castr. consilio 342. prope finem. versicul. quarto dicitur. libro secundo. Aymon. consilio septuagesimo octauo. numero nono. Menochius præsumptione 23. numero decimo tertio. libro quinto. Et duæ tantum sufficerent etiam feminæ licet ageretur de probatione non solum sponsalium, sed matrimonij. Abb. in cap. super eo. 22. numero secundo. & ibi Arctin. eodem numero de testibus. Paris. consilio quinquagesimo octauo. numero sexto: volumine quatto. Rolan. consilio nonagesimo tertio. numero quarto, & quinto. libro tertio. Caputaquen. decisione ducentesima quinta. numero primo. parte secunda.

2 Ad exceptionem vero quod tanquam familiares, & domestici Blanchæ fidem non mercantur. l. secunda. C. de testibus. cap. in literis. eodem titulo. Responsum fuit. Primo, quod sicuti admittuntur domestici, quando ex natura actus veritas aliter haberi non potest, vt in ijs, quæ non nisi occulte fiunt. Butrius in capit. tertio loco. numero decimo quarto. versicul. item nota. de probation. Alexan. consilio centesimo quinquagesimo secundo. numero vndecimo. volumine quinto. Decius consilio centesimo trigesimo tertio. numero sexto. versicul. vltim. non obstat. Paris. consilio quinquagesimo tertio. numero trigesimo quarto. consilio quinquagesimo quinto. numero quadragesimo quarto. in fine. consilio quinquagesimo octauo. numero quinquagesimo. consilio quinquagesimo nono. numero trigesimo primo. & consilio sexagesimo primo. numero vigesimo. volumine quarto. Ita ex identitate rationis in præsenti casu veniunt admittendi cum ex accidenti dicta sponsalia non nisi secrete, & in occulto contrahi possent. Constat enim Emanuelem maximam habuisse suspicionem amittendi per matrimonium pensiones Ecclesiasticas Scutorum 600. vltra quas parum, aut nihil habet in bonis, vt ipsemet sæpius fassus fuit, & ideo procurabat in Curia emptionem Militiatum Lauretanarum, vt dictas pensiones retinere posset etiam vxoratus, vt vltra eosdem Testes deponunt etiam secundus, vndecimus, & decimus quartus. in dicto Summario. numero primo. & quamuis ob sola sponsalia de futuro non amittantur beneficia Doctor. communiter. in capit. primo. de cleric. coniug. Rota decisione prima. eodem titulo. in nouis. Multo minus pensiones. Azor. in stit. Moral. libro decimo tertio. capit. decimo tertio. quæstione octaua. versicul. postremo, si quæras. parte prima. Valde tamē verisimile est, Emanuelem qui dictam suspicionem habebat, cautius, & tutius procedendo voluisse contrahere in occulto, ne alias sponsalia diuulgarentur ad d. decis. Cæsar. de Grass. 5. numero decimo sexto. versicul. sicut non obstat. & sic difficilius redderetur dictas Militias obtinere. Quod etiam verisimile est, voluisse Blancham, cuius intererat virum habere ditiorem. Et hinc etiam Emanuel in actu contrahendi matrimonium requisitus, vt suam adimpleret promissionem eam non negauit, sed petijt dilationem offerendo interim schedulam donec dictas Militias impetraret, vt fuit ponderatum in decisione, versicul. quarto quia. Et ideo Blanchæ nulla culpa imputari posse videtur, quod alios testes non adhibuerit, quæ ad excludendos domesticos consideratur. Alexan. consilio centesimo quinquagesimo secundo. numero decimo quinto. volumine quinto. & propterea quicquid sit in matrimonio, iuxta cap. qui videatur. qui matrimon. accus. poss. & dict. cap. super eo. il secundo. de testibus. facilius admitti possunt ad probationem sponsalium. Iacob. Heinrich. consilio secundo. numero trigesimo. cum in ijs etiam matris testimonium non sit ita suspectum, sicut in matrimonio. Ioan. Andr. in capit. super eo. numero secundo. versicul. istud tamen. de testibus. quem ibi sequitur Cardin. in versicul. in fin. eiusdem gloss. quia non tractatur de tam graui præiudicio, & contra illa plura competunt remedia. Abb. ibidem. numero decimo. & sponsalia clandestina non sunt a Sacr. Concil. Trident. prohibita, vt declarauit Sacr. Congregat. teste Gutier. Canon. quæst. libro primo. capit. decimo octauo. numero nono. in fin. & de iuramen. cō firmat. parte prima. capit. quinquagesimo primo. numero tertio. Sanchez de matrimon. disput. 12. numero 2. libro 1.

3 Et tanto magis admittendi videntur, quia difficultas probationis augetur etiam ratione temporis, cum dicta sponsalia fuerint celebrata de nocte. gloss. in l. si cum exceptione. §. in hac actione. in verb. ignorantiā. ff. de eo, quod met. caus. Cesar. de Grassis decisione 5. numero sexto. de sponsal. & ratione loci, quia in domo ipsius Blanchæ. l. consensu. vbi Alberic. numero decimo. C. de repud. Cæsar. de Grassis dicta decisione quinta. nume. quinto. & fuit dictum in Romana Mercium. 14. Octobris 1588. coram bonæ memoriæ Orano, & in Villa, in qua cum sit locus secessus, atque secretus alii Testes interuenire non potuerunt, ad text. in cap. final. & ibi gloss. & communiter Doctor. de testib. & faciunt, quæ fuerunt in simili proposito considerata pro Emanuele in decisione, versicul. tertia locus.

4 Considerarunt etiam Doctor. quod numerus supplet defectum, & inhabilitatem Testium, ad glo. vulg. in l. vbi numerus. ff. de testibus. late Gabriel. conclusione sexta. eodem titul. & in causa matrimoniali Rota decisione 289. numero secundo. & tertio. parte prima. etiam quod omnes patiantur exceptiones, vt firmat Cæsar. de Grassis dicta decisione quinta. numero octauo, & nono. vbi addit, quod solum est dubium inter DD. in numero trium testium patientium exceptiones,

ptiones, & refert aliquos voluisse, quod soli tres probent,& licet non residcat in hac opinione. Tamen numero 10. subdit hoc esse iudici arbitrarium, & propterea ex aliquibus aliis testibus, & coniecturis resoluit constare de probatione matrimonii, refert, & sequitur Farinac. dicta quæstione sexagesima secunda. numero 3.6.32 3.24. & 27. præcipua autem coniectura in dicta decis. Cæs. de Graff. considerata fuit, quia ex responsionibus ipsius contrahentis verificabantur dicta testium, prout accidit in casu istoex confessionibus Emanuelis, de quibus infra.

5 Et in omnem casum, licet etiam ex natura actus secundum communem cursum alij testes, quam domestici potuissent haberi, cum tamen actu non interfuerint, negari non potest quin aliquem saltem gradum probationis faciant, Butrius consilio vigesimo quarto. numero octauo. versicu. non obstant iura. quem referunt, & sequuntur Alexand. consilio sexagesimo quarto. numero quinto. volumine primo. Marsil. singul. 73. numero primo. versicul. sed vbi actus, & ideo alias, Rota in vna Ferrarien. Matrimonii. 18. Iunij 1610. coram Reuerendissimo Attrebaten. censuit testes domesticos non esse repellendos in totum, cum in hoc multum versetur arbitrium iudicis, cuius officio relinquitur, quando domesticus sit admittendus in teste secundum illius conditionem, & qualitatem. Bartol. in l. secunda. numero secundo. C. de testib. Tanto magis, cum illorum depositio coadiuuetur ex supradictis, & infra dicendis circumstantijs, coniecturis, & præsumptionibus, ex quibus testibus etiam non omnino idoneis fides adhibetur. Cæsar de Graffis. dicta decisione quarta. numero secundo. cum pluribus per Farinac. dicta quæstione sexagesima secunda. numero 335. vbi de communiter recepta, & in Rota sæpius obseruata opinione. Alia oppositio, quod agant de sexonerando prætextu, quod fuerint mediatores commercii Emanuelis cum Blancha non verificatur in facto.

6 Non obstat, quod quartus dicat, sponsalia fuisse contracta de tempore veris, quintus vero de Mense Augusti. Nam quartus circa tempus non loquitur assertiue, sed dubitatiue subdens, cuius rei immemor est, & sic non discordat, sed præsumitur contestis cum alio. Alexand. consilio centesimo quinquagesimo sexto. numero duodecimo. libro quinto. Aymon. consilio septuagesimo octauo. numero nono. versicul. amplius si vnus cum aliis per Farinac. de opposit. contra dict. test. quæstione 64. numero septuagesimo quarto. Præsertim cum vocetur in contestem ab illo. Alexan. consilio quarto. numero septimo. libro sexto. Farinac. ibidem numero septuagesimo sexto. sextus vero qui nihil deponit de tempore præsumitur contestis cum supradictis. Aretin. consilio trigesimo sexto. numero quarto. in fin. & ab illis suppletur. Gabr. de testib. conclus. 6. num. 11.

7 Minus obstat, quod idem quartus deponat sponsalia fuisse contracta per verba negatiua de non ducendo aliam vxorem, & alium virum respectiue, alii vero per verba affirmatiua. Quia vis non stat in formalitate verborum, sed in mutuo consensu, in quo videntur in substantia concordes, quod sufficit, vt in terminis matrimonii fuit dictum in Papien. Matrimonii. 1. Iunij 1594. coram Illustrissimo Domino Cardinali Mellino, & in Romana Matrimonii. 21. Aprilis 1614. coram Reuerendo Patre Domino meo Pirouano, & similem obiectionem, quod non concordent in verbis formalibus dixit leuem in istis terminis Rot. apud Cardin. Seraphin. decisione 270. numero tertio. præsertim cum non profiteantur referre præcisa, & formalia verba, vt fuit tentum in dictis Decision. nam etiam verba illa, promitto non ducere aliam in vxorem, iuncta responsione mulieris consentientis inducunt promissionem nubendi affirmatiuam, iuxta communem, de qua Præposit. Alexand. de Neuo. Ferrett. & alii quos Cardin. Seraphin. dicta decisione 270. numero primo. & Menochius plures congerens. præsumption. 3. numero octauo. libro tertio. & hanc opinionem Rota approbauit, vt apud Seraphin. dicta decisione 270. Secundo sponsalia probantur per confessiones Emanuelis resultantes ex quatuordecim epistolis per eum ad Blancham transmissis, propria eius manu conscriptis, proprioque sigillo munitis, in Summario Blanchæ. numero septimo. in quarum prima rogat Blancham, ne sibi desit cum amore, & effectibus illius, quos eius fides meretur, in cuius obseruatione sperat se Fidem Dei melius seruaturum. In secunda, & decima profitetur, & nominat se maritum, & Blancham vxorem. In quarta dicit habere semper eandem sitim, appetitum, & desiderium esse in brachiis Blanchæ, in quibus sperat viuere, & mori, &c. & quod hoc est solum, quod semper a Deo petiturus est, & in fine dicit, quod nunquam futurum erat, vt desineret esse illius amator, & maritus. In sexta Deum rogat, vt Blancham conseruet in firmitate, quam toties illi promisit, & iurauit. Quod multum coadiuuat depositionem supradictorum Testium super iuramento sponsalium. In nona dicit non posse a Blancha repudiari, quia fuit per eam approbatus ad hunc bonum statum pulchrum, cum actibus ab eis factis, & cum loco ab illa sibi dato, quem habet pro altiori throno, ad quod fortuna illum efferre posset, & sic quod non habet quid amplius sperandum, neque desiderandum, nisi quod augeatur, & conseruetur in forma, quam Blancha scit per eum desiderari. In decima asserit se habere non posse vitam cum tranquillitate, & voluptate donec eam traducat sub nomine Mariti. In duodecima se spem habere fruendi Blancha absque terroribus, & inconuenientibus, nisi ipsa eum fallat, & rogat Deũ, vt illum peruenire faciat ad hunc statum. In decima tertia dicit se confidere Deo, quod ea possit in posterum frui sicut desiderat, & cum ea continuatione, quam ab illo semper petijt, ac petiit. In decima quarta demum affirmat nihil eum impediturum, vt sinat esse Dominæ Blanchæ subiungens, & Deus omne bonum mihi neget, & statum, quem desidero, & prætendo si in hoc te fallo, seu loquor minus veritatem, quã

alias,

alias,& sum in statu adhibendi mihi fidem (quamuis satis essent prædicta iuramenta) quia confessus sum sunt pauci dies, & cras, iterum faciam sine scrupulo horum verborum, quia sunt valde licita inter nos, & in nostro statu, donec nos viuamus, cum tranquillitate, & perpetuitate a me tamdiu desiderata.

8 Ex quibus Emanuel clare videtur fateri promissionem præcedentem inter eum, & Blancham, & se valde desiderare cum ea contrahere matrimonium, & præsertim dum se profitetur, nominat, & subscribit maritum, quod licet solum non probet concurrentibus, tamen (vt hic) alijs probationibus multum confert, ne dum ad sponsalia, sed etiam ad matrimonium, & præsumptionem facit illud fuisse contractum. cap. illud, & ibi gloss. in verb. nominant. & DD. de præsumption. gloss. final. in capit. dicat aliquis. 32. quæstione quarta. Decius consilio trecentesimo nono. numero quinto, versicul. & hoc idem. Paris. consilio decimo tertio, numero decimo nono. cum sequentib. libro secundo. Et dum etiam rogat, & inuocat Deum, vt det sibi statum, in quo perpetuo frui possit cum Blancha, non enim potuit intelligere nisi de Coniugali, cum non sit verisimile virum Christianum, præsertim nobilem Confessionesque frequentantem, pro ut Emanuelem, vt patet ex 2. & 14. ex dictis epistolis petere a Deo occasionem viuendi in peccato, qualis extra dictum statum esset conuersatio, de qua in dictis epistolis. Et ex similibus epistolis amatorijs multum coadiuuari probationem sponsalium considerauit, Rota in Feretran. Matrimonij. 28. Iunij de anno Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio. coram bonæ memoriæ Gipsio, & pro matrimonio coram Crescent. decisione vigesima secunda. alias 98. de probatio.

9 Prædictæ autem epistolæ probant, licet sint sine die. l. cum tabernam. §. idem quæsiir. in fine. ff. de pignor. Rebuff. de Chirograph. numero octuagesimo octauo. Coras. libro tertio. Miscell. Iur. capit. quarto, sub numero quarto. & sine inscriptione, & subscriptione, tum quia epistolæ huius generis non per tabellarios, sed per fidos ministros secrete transmitti solent, tum quia adest Typus, qui idem operatur, ac subscriptio. Roman. consilio trecentesimo tertio. numero secundo. Surdus decisione centesima trigesima septima. sub numero primo, secundo, & tertio, & fuit dictum in Anconitana Pecuniariæ. decima quinta Maij 1613. coram me. Nec dici potest Testes non deponere illas vidisse scribi, & ideo non fuisse sufficienter recognitas, vt voluit Rota in Vlixbonen. Matrimonii. vigesima prima Ianuarij de anno Millesimo sexcentesimo decimo tertio. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Quia immo secundus Testis in Pro cess. folio 465. a tergo, & tertius folio 467. deponunt vidisse scribi multas ex illis easque sæpius detulisse. Alij vero qui sunt primus, quartus, & quintus folio 464. 68. & 69. a terg. illas recognouerunt per comparationem, & cognitionem manus Emanuelis, quod in literis missiuis, quæ ad absentes mittuntur, cum Testes in eis non soleant adhiberi tam de iure, quam de stylo Curiæ sufficit, Rota decisione trecentesima quadragesima tertia. numero quarto. parte prima. diuers. Quidquid sit in Apochis, & alijs scripturis priuatis, in quibus procedit conclusio, de qua in decisione Reuerendissimi Domini Damasceni, & loquitur ipsa decisio.

10 Tertio, concurrunt etiam plures coniecturæ, præsumptiones, verisimilitudines, & adminicula, ex quibus supradicta valde coadiuuantur. Et primo, quæ resultant ex dictis epistolis, videlicet Pulchritudo Blanchæ, quæ sæpe extollitur in prima, tertia, quarta, sexta, decima, decima tertia, & decima quarta, summus amor, quo Emanuel illam prosequebatur, & desiderium illam cõsequendi cum perpetuitate, quod aliter effectum sortiri non poterat quas ad probandum etiam matrimonium considerauit Rot. coram Cæsar. de Grassis. decisione secunda, tertia, & quarta. de sponsal.

11 Secũdo, quia valde verisimile est, Matronam adeo nobilem, & bis nuptam viris nobilibus, & filios haben. ætate iam grandes, filiamque nuptui traditam, non admisisse virum ad carnale commercium sine huiusmodi promissione Quæ nobilitas Blanchæ, æqualis nobilitati Emanuelis, vt deponunt octo Testes circa 17. & plures alios sequente articulos triplicat. Et deprehenditur ex eo, quod eius filia nupta fuit nepoti Emanuelis, qui matrimonium tractauit, vt dicũt secundus, quartus, quintus, sextus, & vndecimus, circa vigesimum primum articulum triplicat. Et diuitiæ, in quibus ipsa valde excedit Emanuelem, vt ex secundo, quarto, sexto, & vndecimo testibus circa trigesimum primum, & alijs circa alios articulos operantur, vt detur fides Testibus, alias minus idoneis, & vt ad probationem Matrimonij, & sponsalium admittantur etiam consanguinei, & domestici. capit. videtur. qui matrimon. accus. poss. vbi Abb. numero secundo. & sub numero sexto. post Cardin. in princip. & in fin. Anan. post alios in dict. capit. super eo. numero tertio. Decius consilio centesimo sexagesimo secundo. numero vigesimo sexto. Paris. consilio quinquagesimo sexto. numero vigesimo octauo. libr. quarto. Sanchez disputatione quadragesima prima. columna sexta. versicul. quarto quia, & fuit dictum in Hispalen. Matrimonij. 28. Ianuarij 1608. coram Reuerendissimo Bononien.

12 Tertio, valde coadiuuant probationem sponsalium vndecimus Testis circa quartum articulũ in Process. folio 414. de confessione extraiudiciali Emanuelis, quod promiserat Blanchæ etiam cum iuramento illam ducere in vxorem. Et duo alij Tabelliones Actuarij in Summ. Blanchæ. numero quarto. de Articulo dato per Emanuelem in eius libello, & per iudicem reiecto, quod solitus erat iurare per iocum, & quod ideo facile dixerit, quod iurabat ducere Blancham in vxorem, ex hoc enim fatetur sponsalia. capit. nonne. cum sua materia. de præsumption. & qualitas, (per iocum) a confessione reijcitur, vt in puncto est consiliũ quadrage-

dragesimum septimum, num. vigesimo septimo. inter matrimonialia, tomo primo. & in foro exteriori non creditur dicenti promisisse matrimonium celebrare simulate, & sine animo adimplendi. capit. tua nos. de sponsal. & ex alijs relatis, Sanchez de Matrimonio. libro primo. disputatione nona. numero decimo tertio. & late disputatione decima quinta. numero nono. cum sequentib. libro tertio. Præsertim stante æqualitate inter virum, & mulierem. Sanchez dicta disputatione decima quinta, numero septimo. Quarto, aliquid etiam facere visa fuit depositio decimi octaui Testis, licet sit famula Blanchæ circa 26. in Processl. fol. 447. a terg. dicentis Emanuelem dixisse Blanchæ, quod Deus eum non saluabit, si illam non ducat in vxorem.

13 Quinto, considerabant DD. quod Blancha quotidie subministrabat Emanueli fere omnia ad eius victum, & voluptatem necessaria, vt dicunt duodecim Testes in proceſſ. circa 11. articul. replicat. cum tamē haberet proprios filios, quæ viro extraneo absque fœdere sponsalium saltem non ita profuse donata fuissent, vt de acceptatione considerauit, Rota in dict. Papien. Matrimonij coram Illustrissimo Mellino. Quod verisimilius redditur, quia Emanuel prædicta sæpe petebat a Blancha, vt patet ex quinque supradictis epistolis, & deponunt 2. & 16. circa 7. folio 355. a tergo, & 435. Quod profecto seclusis dictis sponsalibus verisimile non est eum fecisse stante illius nobilitate, cuius propria, & peculiaris est magnificentia, & liberalitas, capit. primo. de donat. cum alleg. per Tiraqu. de nobilitat. capit. trigesimo septimo. numero quadragesimo. & Menochius præsumpt. 59. numero 6. libro sexto.

14 Sexto, considerabant etiam, quod ipse tractabat Blancham vti vxorem, & talem sæpe nominabat, ita vt ambo pro coniugibus ab omnibus de domo reputarentur, vt deponunt alij Testes in Summ. Blanchæ, numero sexto, quod magnam præsumptionem inducit etiam matrimonij contracti. Angel. int. consilia matrimon. 45. numero decimo. Menochius præsumptione prima. numero octuagesimo secundo. & octuagesimo quinto. libro tertio. Septimo, demum quod dederat Blanchæ suas literas dimissoriales, vt amplius non necessarias pro obtinendis ordinibus Ecclesiasticis, ad quos ipse antea dicitur aspirasse, quas ideo Blancha lacerauit, atque combussit, vt deponunt in Proceſſ. secundus, quintus, sextus, & vndecimus Testes. circa septimum articul. replic. Quod arguit, vel eum talem intentionem non habuisse, vel mutasse propositum, & sic tollitur, quod dicebatur eum non habuisse animum matrimonium contrahendi. Ex quibus præsertim simul iunctis fuit resolutum esse probata sponsalia.

# DCCLXXII.

## R. P. D. BVRATTO.

*Romana Fructuum. Veneris 18. Decembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Exequutor Testamenti ad piam causam potest agere pro exequutione voluntatis testatoris, etiam contra hæredem. Item debitor suscipiendo terminum videtur fateri debitum, ita vt nulla possit per ipsum opponi exceptio. Item quando legatum cum præstatione interesse, donec soluatur, dicatur vsurarium, & an hæres possit conueniri pendente tempore inuentarij, pro concernentibus exonerationem conscientiæ testatoris.

## SVMMARIVM.

*Exequutor testamenti ad piam causam potest agere pro exequutione voluntatis testatoris. num. 1. & num. 2. Vbi maxime si verba dispositionis sint in ipsum exequutorem collata.*

*Ampliа, quod possit agere etiam contra hæredes. numero 2.*

*Contra confessum nulla sunt partes iudicis, nisi in exequendo. num. 2.*

*Iurisdictio saltem in exercitio non censetur ablata a iudice per commissionem auocatoriam, nisi præsentato rescripto coram alio iudice. num. 3.*

*Protestatio facta per suscipientem terminum ante illius susceptionem nihil operatur. num. 4.*

*Debitor suscipiendo terminum videtur debitum agnouisse, & cuilibet exceptioni renunciasse. num. 5. Vbi, quod censetur renunciatum etiam exceptioni compensationis prius competenti.*

*Testator non præsumitur, quod voluerit solui relictum incapaci. num. 5.*

*Legatum certæ quantitatis cum præstatione certi interesse donec soluatur sors, est vsurarium. num. 6.*

*Fallit, quando legatarius non potest præcise petere legatum. num. 6.*

*Exceptio vsuræ non admittitur contra promissionem de soluendo iuratam. num. 6.*

*Hæres potest conueniri etiam pendente tempore inuentarij pro his, quæ concernunt exonerationem conscientiæ testatoris. num. 7.*

*Clausula sine retardatione solutionis suspendit iurisdictionem, donec fuerit facta solutio. num. 7.*

DECISIO DCCLXXIII.

1 Dixerunt Domini pecunias depositatas penes montem Pietatis, pro quibus soluendis fuerat per hæredes Curtij Vanni susceptus terminus ab A. C. iuxta eius facultates consignandas esse Fratri Magistro Ioan. Baptistæ Gorio. Nam dicti hæredes iuxta sibi ordinata in testamento non soluerunt illi Scuta quatuor millia, infra annum a die obitus patris deponenda super dicto Monte pro distribuendis iuxta expressam testatoris voluntatem dicto Fratri Ioan. Baptistæ, in secreto pro eius conscientiæ exoneratione commissam, immo post annum pluries citati coram A. C. ad soluen. dicta Scuta 4000. vel fructus, contradixerunt, opponendo legatum excedere uires hæreditarias, & eundem Fratrem Ioann. Baptistam debere nominare eos, quibus est præstan. eosque debere probare creditum cum testatore, vt in Summario hæredum, numero secundo. & ideo tenentur ad fructus, seu interesse, iuxta expressâ testatoris voluntatem, donec soluerint dicta Scuta quatuor millia, pro quorum fructuum consequutione dictus Frater Ioan. Baptista exequutor testamentarius ad piam causam potuit agere. l. nulli. versicul. & si quæ. & ibi gloss. in verb. licentiam. vbi Bartol. Bald. in tertio notab. & ceteri. C. de episcop. & cleric. glos. prima. in l. si quis Tirio. 17. & ibi Bartol. numero tertio. de lega. secundo. Butrius in cap. Ioannes. 19. numero vigesimo. versicul. Hostiensis hic. de testam. & cum hac opinione transire communiter Doctor. testatur Abb. ibi, numero quarto. versicul. sed contra. Capr. tractat. de exequur. vltim. volunt. membr. 6. numero vigesimo quinto, & vigesimo sexto.

2 Et cessat difficultas, quia verba dispositionis videntur expresse collata in Fratrem Ioann. Baptistam tam respectu veræ sortis, ibi, Voglio, ordino, & commando, che gl'infrascritti miei heredi diano Scudi quattromilla di moneta al Padre Maestro Giouan. Battista Gorio, &c. quam respectu fructuum, ibi, siano obligati pagare li frutti, &c. quo casu potest agere. dicta l. si qu s Tirio, & ibi not. ff. de legat. secundo. Cuman. consilio centesimo septimo. testator legauit, circa princip. versicul. nec potest dici, & potest agere contra hæredes. Abb. dicto cap. Ioannes. numero quinto. versic. in eo. Capr. de exequut. vltim. volunt. membr. 6. numero quinto. Vnde cum egerit, & obtinuerit ab A. C. mãdatum executiuum, & pignora capi, & consignari Cursori pro illis subhastan. dictique hæredes susceperint terminum ad soluendũ consentiendo subhastationi, & deliberationi pignorum etiam cum iuramento, & obligatione Camerali, est locus consignationi, cum vrgeat, nedum iuramentum, & obligatio Cameralis, sed confessio debiti ad fauorem dicti Fratris Ioan. Baptistæ, & in confessum nullæ sint partes iudicis, nisi in exequendo, merito est locus consignationi. l. 1. ff. de confess.

3 Non obstat prætensa nullitas ex defectu iurisdictionis A. C. stante auocatione causæ facta per Sanctissimum. Nam Frater Ioan. Baptista non fuit vsus coram me dicta Commissione, nisi sub die 20. Octobris præteriti, & tamen susceptus fuerat terminus die 15. eiusdem mensis. Nec constat quicquam ex parte dictorum de Vannis fuisse oppositum de dicta Commissione, & auocatione causæ coram A. C. a quo dicto rescripto non præsentato non fuit ablata iurisdictio. Baldus in l. prima. C. vt lit. pendent. & in l. ea, quæ. post princip. & numero tertio. C. de temp. in integr. restit. pet. saltem in exercitio. Bellam. decisione 110. versic. tertium dubium. Felin. in capit. ceterum. numero vndecimo. de rescript. Lancel. in secunda par. cap. 10. de attent. pendente temp. ad appellan. numero trigesimo tertio. & trigesimo quarto.

4 Non obstat protestatio facta ante susceptionem termini, quia nihil operatur, vt expresse disponitur in reformatione Sanctissimi. sub rubric. de A. C. in §. & si parti petenti. versicul. hoc tamen. folio decimo, a tergo.

5 Nec similiter, quod Frater Ioan. Baptista ex forma testamẽti debeat reportare quietantiam ad fauorem hæredum ab illis, quibus pecunias consignabit, ex quo inferebatur, teneri etiam specificare personas, quibus consignatio est facienda. Nam vltra quod testator nihil disposuit de quietantia respectu fructuũ, sed solum respectu sortis principalis, & omisso etiam an illatio prædicta sequatur. Dixerunt Domini id nõ esse præsentis inspectionis, nec posse retardare solutionem, quia cum dicti hæredes, non obstante, quod de hoc prius opposuerint coram A. C. terminum deinde ad soluen. cum iuramento, & obligatione Camerali ad fauorem dicti Fratris Ioann. Baptistæ susceperint, videntur debitum agnouisse, & dictæ exceptioni renunciasse. l. sed & si quis. 4. §. final. ff. si quis caut. l. ad solutionem. & ibi Bald. & Salicet. in primo notab. C. de re iudicat. sicuti etiam videri renunciatum exceptioni compensationis prius competenti pro termini susceptione, fuit decisum in Romana Pecuniariæ. Veneris 15. Nouembris 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. Nec modo agendum est, an testator voluerit solui relictum incapaci, cum id non præsumatur. Cuman. dicto consilio 107. in principio. versicul. nec præsumitur, maxime in Religioso, cuius fidem, & charitatem perspectam testator habuisse præsumitur. Afin. in l. prima. numero centesimo quinquagesimo sexto. ff. de religios. & sumpt. funerum.

6 Demum non obstat, quod legatum annuæ præstationis ad rationem sex pro centenario, donec soluantur Scuta quatuor millia, videatur vsurarium, iuxta not. per Put. decisione 101. parte prima. in nouissimis, & alios allegatos, quia cum testator concesserit dilationem hæredibus post primum annum gratis datum alterius biennij ad soluendum cum responsione dicti interesse, & sic non posset Frater Ioan. Baptista exequutor petere præcise legatum, cessat vsura, iuxta distinctionem Socini in l. secunda. numero septimo, &

& octauo. ff. de his, quæ pœnæ nom. secundum quam dicit in Romana Curia obtinuisse. Cagnol. in l. curabit. numero decimo quarto. versicul. secundus casus. C. de actio. empti. cum alijs per Surd. de alimen. titu. 8. priuileg. 29. numero sexto. & sequent. & consilio vigesimo tertio. numero octauo. & Gratian. discept. 34. numero trigesimo quinto. & sequent. quam probauit etiam Rota coram bonæ memoriæ Orano in vna Romana Saluiani interdicti. vigesima nona Nouembris 1591. & in Romana nullitatis obligationis 18. Aprilis 1611. coram Reuerendo Patre Domino meo Piro uano. Vltra quod promissio iurata de soluendo tollit hanc exceptionem, capit. debitores. & ibi Cardin. Felin. numero secundo. & numero quarto. de iureiurau. & fuit dictum coram Reuerendo Patre Domino meo Vbaldo in Romana excquutionis Laudi. 2. Decembris 1613.

7 In quam sententiam procliuiores fuerunt Domini, ne retardetur exequutio, piæ voluntatis testatoris, qui ita disposuit pro eius conscientiæ exoneratione, quæ proinde celeritatem requirit, ne anima defuncti detrimentum patiatur, ideo propter hanc rationem celeritatis, & quando res moram non patitur, hæres conuenitur etiam pendente tempore inuentarii. Castr. in l. final. §. donec. in princip. & ibi Alexan. numero primo. Iacob. numero primo. versicul. limitabitis tamen. C. de iur. delib. quos sequitur Ias. in dicta l. final. §. licentia. numero quinto. C. eodem. Quibus etiam consona fuit mens Sanctissimi Domini Nostri, qui rescripsit eum clausula sine retardatione solutionis fructuum iuxta formam testamenti, quæ suspendit iurisdictionem, donec fructus sint soluti. Rota decisione 349. numero primo. parte prima. Et ita fuit decisum, &c.

## REVERENDISSIMO. P. D. DAMASCENO.

*Parmen. Status. Lunæ 11. Ianuarij 1616.*

## ARGVMENTVM.

Testis dubitatiue de tempore deponens, non probat tempus, & quicquid de eo postea dicat non probat, & quando deponit cum dictione in circa, vel simili, potest fieri diminutio sextæ partis. Item quando testis deponens de iudicio suo probet, & plura alia adducuntur circa concordiam testium.

*SVMMARIVM.*

*Interpretatio, per quam destruitur, siue laceratur dictum testis appellatur destructiua, siue laceratiua probationum. num. 1.*

*Testium dicta debent coadiuuari, benigne interpretari, & concordari cum alijs probationibus. num. 1. Vbi maxime, quando concordant in dicto principali.*

*Testis contra inducentem dicitur omni exceptione maior, & debet contra eum late interpretari. num. 2.*

*Testium verba impropriantur, vt probationes inter se concordent. num. 3.*

*Testis, qui non recordatur de anno, dicitur non recordari de tempore. num. 4.*

*Testis, quando ab initio dixit se non recordari de tempore, quicquid postea dicat circa tempus, attendi non debet. num. 4. & num. 8.*

*Testis dictum recipit interpretationem a verisimilitudine. num. 4.*

*Obliuio præsumitur post decem, vel viginti annos in sene. num. 4.*

*Tempus facile excidit de memoria. num. 4.*

*Testis, qui deponit de iudicio suo, non probat saltem ad effectum ne sit contestis cum alijs. num. 5. Vbi de teste deponente de iudicio suo super tempore.*

*Contra vero, quod quando testis præmittit sensum corporis, & postea circa tempus deponit de iudicio suo probet. num. 5.*

*Dic verum ad effectum, vt testis probet, & non vitietur circa factum depositum per sensum corporis, sed non ad effectum, vt testis probet, etiam tempus, de quo deposuit de iudicio suo. num. 5.*

*Testis, vt non probet, sufficit, quod vtatur verbis, quæ possint referri ad simplicem opinationem suam. numero 5.*

*Dictiones in circa parum plus, vel minus, denotant incertitudinem. num. 6.*

*Dictio in circa operatur, vt possit fieri diminutio sextæ partis temporis expressi. num. 6.*

*Gratia saluatur ab obreptione etiam si sit erratum in sexta parte. num. 6.*

*Dictio modicum aliquando verificatur in quarta parte. num. 6.*

*Quæ singula non prosunt, iuncta iuuant. num. 7.*

*Articuli nihil certi continere dicuntur, quando habent clausulam, non se astringens. num. 8.*

*Articuli formati a procuratore non informato possunt per principalem, etiam non docto de errore, reuocari. num. 9.*

## DECISIO DCCLXXIV.

Placuit DD. ex magna benignitate iterum audire DD. de Rangonibus super depositione Presbyteri Baptistæ, & promaiori parte steterunt in pluribus decisis, quod scilicet prædictus testis non probet aliquod certum tempus, saltem quod excludat annum 1508. & pro fundamento fuit, sicut alias ponderatum, quod tantum est interpretari, quod prædictus testis, dum dicit, se fuisse præsentem in Castro Varani, vbi Bernardinus desponsauit Catherinam per eutiat annum 1503. vel per duos, & tres annos ante, vel post vt prætendunt DD. de Rangonibus

bus quantum dicere, hic testis nihil probat, etenim DD. de Rangonibus non admittunt fuisse contractum aliquod matrimonium de illo tempore, ita vt in eo possit verificari dictum testis, sed ideo petunt interpretari, quod testis percutiat illud tempus, ne alias possit coniungi cum mandato de dispensando obtento de anno 1508. sicut illum alias coniunxit, Rota ad firmandum, quod fuerit contractum matrimonium inter prædictos Bernardinum, & Catherinam.

1 Hæc autem interpretatio, quæ appellatur destructiua, siue laceratiua probationum, vt per Bald. consilio vigesimo quinto. numero secundo. libro tertio. Crauet. consilio quadragesimo primo. numero secundo. Roland. consilio nonagesimo quinto. numero vigesimo. libro quarto. habet contra se omnes iuris regulas, per quas iubemur testes adiuuare. Alexand. consilio quinto. numero duodecimo. libro primo. Decius consilio 100. numero tertio. Roland. a Vall. consilio trigesimo tertio. numero decimo quarto. libro secundo. benigne interpretari. Bald. post Cyn. in l. ab hostibus. §. sed quod enim. 4. ff. ex quibus causis maior. supplere, vt probent. Alex. post Bartol. consilio quadragesimo tertio. numero trigesimo quinto. libro quinto. & siguá. tes concordare cum aliis probationibus, quantum fieri potest. Cæsar. de Grassis decisione quinta. numero vigesimo tertio. de sponsal. maxime quando concordant in dicto principali, quia facilius reducuntur ad concordiam in accessorio. Alexan. post Imol. in consilio centesimo quadragesimo nono. numero 10. versic. & talis est. lib. 5.

2 Vlterius ponderabatur, quod prædictus testis fuit examinatus per ipsosmet Rangonos. Vnde respectu illorum est omni exceptione maior, & debet quanto latius fieri potest, contra eos interpretari. Socin. sen. consilio ducentesimo quinquagesimo tertio. sub numer. 3. versicul. vnde dicta testium. libro secundo. Socin. iun. consilio sexagesimo nono. numero vndecimo, & duodecimo. libro primo. Alexand. consilio centesimo quadragesimo tertio. numero decimo. libro quinto. Rot. in Vercellen. Canonicatus. 4. Maij 1598. coram bo. mem. Penia.

3 Ex prædictis inferebatur, quod si testis præcise, & per verba, quæ per necesse important, nō excludit annum 1508. esse assumendam omnem interpretationem, ne dictum annum excludat, & ad idem bene facere. Verall. decisione ducentesima quadragesima septima. numero nono. & decimo. parte tertia. quin amplius ad concordandas inter se probationes, datur pro regula, vt verba testis aliqualiter improprientur. Abbas in capit. cum tu. numero tertio. versicul. & ex his habes. Imol. numero quinto. versicul. quandoque. Felin. numero vndecimo. versicul. datur alius modus. de testib.

4 Difficultas igitur fuit restricta, vt videretur, an testis per necesse excludat annum 1508. & pro negatiua, sicut alias fuit tentum, quia interrogatus de anno 1533. mense Nouembris, an ipse testis interfuit, quādo Domina Catherina fuit desponsata cum Domino Bernardino, & dicat in quo loco eam desponsauit, & quantum tempus est, quod illam desponsauit, & dicat præcise annum, si dixerit se non recordari de anno, quo fuit desponsata, dicat iudicio ipsius quantum tēpus potest esse, & videat bene, ne dicat mendacium, & cuius ætatis esset ipse testis, respondit, quod fuit præsens in Castro Varani, vbi Bernardinus desponsauit Catherinam, & duxit eam in vxorem, & testis non præcise recordatur de anno, tamen iudicio ipsius testis sunt triginta anni, vel circa, parum plus, vel minus, & tunc testis fuit ætatis circa triginta annorum, in primis ex illis verbis, non præcise recordatur de anno, colligebatur, testem non fuisse recordatum de tempore, vt in puncto de teste non recordante de anno, at guit Bartol. in l. de ætate. numero septimo. versicu. interrogato de anno. ff. de minor. Natt. consilio quinquagesimo tertio. numero tertio. versicul. de anno præcise non recordatur. Vnde quicquid dicat testis postea circa tempus, tanquam de anno non recordante, minime esse attendendum. Angel. consilio vigesimo quinto. numero tertio. in fin. Alexand. consilio sexagesimo quinto. numero quarto. libro secundo. Surdus consilio quadragesimo tertio. in fin. & licet Bartol. in dicta l. de ætate. numero septimo. de minor. saluet dictum testis, quod intelligitur. vt non recordetur de millesimo. Attamen, Bartol. loquitur ad effectum saluandi testem, vt patet, ibi, in vers. nam dicta testium, & proinde non recedit a superiori dicto, quando, vt in proposito casu, agitur de destruendo dicto testis, & illo separando ab aliis probationibus, quia tali casu sufficit, quod verba sint æquiuoca, & possint intelligi, quod testis non recordetur de initio temporis, per regul. sup. in princip. firmatas, quibus adminiculatur magna verisimilitudo, a qua recipit interpretationem dictum testis. Socin. sen. consilio 253. in princip. vers. quod in casu nostro. Federic. de Sen. consilio 185 in principio. Ancharan. consilio 385. numero 6. etenim maxime verisimilis est obliuio in teste fene post decem, & multo magis post viginti annos. Socin. consilio trigesimo nono. numero decimo septimo. versicul. nam per decennium. libro primo. Castr. consilio 285. sub numer. 2. versicul. non ergo censetur, maxime circa tempus, quod facile excidit de memoria, late Cardin. consilio quinquagesimo sexto. numero nono. in princip. ponderando etiam, quod testis non fuit locutus sponte, & per præmeditatum sermonem, sed ex improuiso, & coactus per vim interrogatoriorum.

5 Secundo, fuit consideratum, quod testis circa tempus deponit de iudicio suo, ibi, iudicio suo sunt triginta anni, testis enim, qui iudicat, non probat, saltem ad effectum, ne sit contestis, cum alijs, vt in specie de teste deponente super tempore de iudicio suo, vel de suo videri. Cardin. consilio quinquagesimo sexto. numero primo. versic. tertius autem testis. Alexan. consilio 156. numero vndecimo, & duodecimo. libro quinto. Crauet. consilio septuagesimo octauo. numero nono. versic. amplius. Natt. consilio 315. numero nono. versic. interrogatus de tempore. Ruin. consilio 12. numero

mero decimo quarto. libro quinto. Socin. iun. consilio trigesimo primo. numero trigesimo primo. libro secundo. & licet Bartol. in l. quid tamen. §. si arbiter. numero tertio. ff. de recept. arbitr. concludat, quod quando testis præmittit sensum corporis, licet postea deponat circa tempus de suo videri, probet, & in hoc casu testis præmittit sensum corporis, quia dixit, se fuisse præsentem, &c. postea circa tempus deposuit de iudicio suo. Attamen Bartol. loquitur ad effectum, vt testis probet, & non vitietur circa factum depositum, per sensum corporis, sed non propterea dicit, quod testis probet etiam tempus, de quo deposuit per verbum sibi videtur, vt animaduertit. Cardin. dicto consilio 56. numero decimo. versicul. quod tamen dictum intelligo verum, &c. Aretin. in cap. quoties. numero vigesimo quarto. vbi allegat satis concludentem rationem, nempe quod, vt testis non probet, sufficit, quod vtatur verbis, quæ possint referri ad simplicem opinationem suam, ad quam simplicem opinationem sine dubio possunt referri illa verba iudicio meo, sequitur Aretin. Felin. numero duodecimo. de test. & vtcumque sit. Bartol. loquitur ad effectum saluandi dictum testis, & vt probet, non autem ad effectum illum destruendi reddendo illum singularem, vt est casus, de quo agitur inter quos effectus est magna differentia, vt supra demonstratum est.

6 Tertio, aduerterunt DD. alias dictiones dubitatiuas, quibus vtitur testis ibi 30. anni, vel circa, parum plus, vel minus, quæ omnes arguunt incertitudinem, vt de dictione circa. Natt. post Bartol. consilio 53. numero tertio. versic. præterea. libro primo. Butr. in cap. final. in fin. de despon. impub. Corn. consilio septuagesimo tertio. numero quarto. libro tertio. & de dictione plus. Bald. post Iacob. de Aret. in l. ab hostibus. §. sed quod. numero tertio. in fin. ff. quib. ex causis maior. Cæsar. de Grassis decisione septima. numero tertio. de præbend. & quatenus reducatur ad aliquam certitudinem, hoc erit faciendum cum latitudine, vt de hac dictione circa, quod possit diminui sexta pars temporis expressi tenuit. Rot. in causa Meliten. Parochialis Sancti Nicolai de Visano. 22. Iunij 1572. in Miscellaneis coram Verall. sub nume. 85. vel 86. Tricaricen. Territorij. 8. Maij 1596. coram bonæ memoriæ Cardinale Pamphilio, & in Papien. Matrimonij. 17. Maij 1596. coram bonæ memoriæ Cardinali Mantica, & videmus in simili, quod gratia saluatur ab obreptione, etiam si sit erratum in sexta parte. Rota in Calagu ritana Archiepiscopatus. 20. Maij 1584. & 17. Iunij 1585. coram bonæ memoriæ Gipsio, & in Casalen. Parochialis coram bonæ memor. Orano. 17. Maij 1592. & de dictione, modicum, quæ videtur idem cum dictione parum minus, quod aliquando verificetur, in quarta parte. per l. si quis in suo. C. de inofficioso testamento. gloss. in l. pupillum. ff. de regul. iur. & in §. pupillus. instit. de inutil. stipul. Corn. consilio 179. numero quarto. & quinto. libro tertio. quæ interpretatio sufficit DD. de Pallauicinis, cum inter annum 1503. & annum 1508. non intrent nisi quinque anni, qui faciunt sextam partem 30. annorum, de quibus loquitur testis. Quarto loco, vltra præsumptionem obliuionis, & improuisæ interrogationis, de quibus supra, fuerunt considerata nonnulla adminicula, nempe, quia Stephanus de Caballis testis examinatus pro parte DD. de Rangonibus, deponit, testem, de quo agitur, sibi dixisse, quod Bernardinus antequam desponsaret Catherinam, obtinuit dispensationem a Sede Apostolica, signum euidens, quod testis intellexit de matrimonio post dispensationem. Secundo fuit consideratus solitus modus loquendi istius testis, qui iux. 27. interrogatorium loquendo de conductione Catherinæ, dixit se non recordari præcise de tempore, saluo quod iudicio suo sunt vltra quadraginta anni, & ipse testis, tunc poterat esse annorum 16. vel circa, & propterea cũ fuerit examinatus de anno 1533. ipse secundum hanc dinumerationem natus esset de anno 1477. quia tot remanent detrahendo annos 40. conductionis Catherinæ, & postea 16. suæ ætatis, & nihilominus testis natus fuit de anno 1472. vt ipse alias deposuit super tertio interrogatorio, & sic errat, vel dilatantur eius dictiones dubitatiuæ, etiam super propria ætate, in quinque annis.

7 Postremo, quicquid dicendum esset de singulis dictionibus dubitatiuis, supra ponderatis, cum omnes tendant ad idem, videbatur ex omnibus simul iunctis posse concludi, quod testis nõ firmet certum tempus, saltem quod excludat annum 1508. arguendo a regula, quæ singula non prosunt cumulata iuuant, de qua late per Gabriel. titul. de probat. conclus. 1. numer. 1. per tot.

8 Quantum ad illud, quod interpretatio, quod testis percutiat annum 1503. concordat cum ætate, quam tunc testis dicit se habuisse, nempe triginta annorum, cum esset natus del 1472. vt supra dictum est, fuit responsum, in primis, quod attenta lectura, quod testis præmiserit se non recordari de tempore, quicquid postea dicit circa tempus, non attenditur ex Angel. consilio vigesimo quinto. numero tertio. cum aliis supra allegatis. Secundo, quod testis non deponit præcise se fuisse triginta annorum, sed cum dictione, in circa, quæ de sui natura recipit latitudinem, vt supra dictum est, maxime arguendo a solito testis, qui alias in ista dictione in circa, errauit in quinque annis suæ ætatis, vt supra demonstratum est.

9 Quo vero ad aliud obiectum de articulis datis per Dominos de Pallauicinos concludentibus de diuerso tempore, fuit responsum, in primis hoc nihil habere commune cum teste, potest enim esse, quod testis cantet vno modo, & articulus Pallauicinorum, qui testem non induxerunt, alio modo, secundo, articuli nihil certi continent, cum habeant clausulam non se astringens, &c. Imol. consilio centesimo secundo. numero primo. Grammat. consil. criminal. 19. numero primo. tertio demum quicquid dicant illi articuli, formati a procuratoribus non informatis tempore quo Pallauicini erant minores, potuisse a principalibus etiam non docto de errore reuocari.

Rot.

Rot.decis. 19.de proc.in nouis,& in Beneuentana Census 16. Decembris 1594. coram bonæ memoriæ Cardin. Pamphilio prout in effectu fuerunt reuocati &c.

## REVER. P. D. MANZANEDO.

*Romana Saluiani Interdicti. Lunæ 11. Ianuarij. 1616.*

## ARGVMENTVM.

Plures enumerantur casus, in quibus obligatio mulieris valida est, non obstante authen. si qua mulier. C.ad Velleian.

### SVMMARIVM.

*Secundum extremum in Saluiano probatur ex sustentatione litis. nu. 1.*

*Saluianum habet locum probatis duobus extremis. numero 1.*

*Vxor ubi se obligat insimul cum uiro, licet se principaliter obliget, censetur se obligare fideiussorio nomine, nisi manifeste probetur, quod pecunia in propriam ipsius mulieris utilitatem conuersa sint. nu. 2.*

*Declara id habere locum in obligatione omnino uoluntaria, quam facit uxor pro marito, non autem in obligatione facta ad subleuandum maritum magno are alieno grauatum, & pro eum liberando a carceribus, ac pro alijs indigentijs domus. nu. 3. & num. 4. Vbi quod idem est, si periculum carcerationis immineat.*

*Vxor de iure tenetur subuenire inopiæ mariti. nu. 3.*

*Vxoris obligatio super bonis dotalibus sustinetur, ubi ipsa non remanet penitus indotata. nu. 5.*

*Obligatio mulieris cum iuramento ualida est. numero 6. Vbi maxime stante decreto iudicis, & consensu propinquorum.*

*Obligatio mulieris ualida est, ubi cum iuramento renunciauit. authen. si qua mulier. C. ad Velleian. nu. 7.*

*Renunciare iuri suo nemo præsumitur, nisi expresse. numero 8.*

## DECISIO DCCLXXV.

1 Domini censuerũt esse locum Saluiano. Nam de primo extremo, nempe de credito cum hypotheca Dominorum de Fabio, & Petronio constat ex impositione census facta per Do. Olympiam super rebus proprijs cum decreto iudicis, & alijs solennitatibus Stat. Vrbis libro primo. capit. 151. Et de secundo ex sustentatione litis. Caputaqu. decis. 372. par. 2. Quibus stantibus intrat Saluianum. Negusan. de pign. 1. memb. 8. par. num. 6. Rolan. consilio 14. numero 13. libro 1. cum aliis relatis a Contard. in l. vnic. limitat. 14. numero 10. C. si de momen. possess. Put. decis. 207. nu. 2. lib. 1.

2 Neque obstare videbatur, quod Olympia censum imposuerit vna cum eius viro, quo casu licet se principaliter obligauerit, tamen censetur pro illo intercedere, & obligatio non sustinetur, nisi manifeste probetur, quod pecuniæ in propriam ipsius Mulieris vtilitatem expensæ, sint iuxt. text. in Authen. si qua mulier, C. ad Velleian. Surd. decis. 164. nu. 11. Honded. plures referens, cons. 45. nu. 16. & seq. lib. 1.

3 Fuit enim responsum, dictam Auth. non habere locum in casu nostro, quia procedit in obligatione omnino voluntaria, quam facit vxor pro marito, non autem in obligatione facta ad subleuandum maritum magno ære alieno grauatum, & pro eum liberando a carceribus, ac pro aliis indigentiis domus, Riminald. sen. consilio 77. numero decimo sexto, volum. primo. post Bald. consilio vigesimo, in fi. volum. 2. Surd. consilio 367. numero 14. Franch. decis. 237. nume. tertio. Thesaur. decis. 223. nume. 15. Tiraquel. de legib. connubial. glos. 8. numero 285. Lamberteng. de contrac. mulier. glos. 10. numero 25. & fuit dictum in vna Roman. Nullitatis obligationis. 28. Februarij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. Hanc enim obligationem videtur facere ex quadam necessitate, & lege permittente, cum de iure vxor teneatur subuenire inopiæ mariti, l. prima. & Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. & l. si cum dotem. §. fin autem in seruissimo. ff. solu. matrimon. Bald. consil. 478. circa fin. vol. 5. Natt. consil. 547. nume. 19. Decian. cons. 84. num. 29. vol. 4. Surd. decis. 86. nu. 6. & seq.

4 Et licet maritus de tempore obligationis non esset in carceribus detentus, tamen sat est ad hunc effectũ, quod immineret periculum carcerationis ob paratã executionem Cameralis obligationis, qua suis creditoribus adstrictus reperiebatur. Rimin. dicto cõs. 77. numero 16. & sequen. Surd. dicto consil. 367. numero decimo octauo.

5 Quæ facilius procedunt, quia D. Olympia censum imposuit super bonis non dotalibus, quo fit, vt eius obligatio sustineatur, cum non remaneat vllo modo indotata, Thesaur. dicta decis. 223. numero decimo quarto. Seraphin. decis. 1187. num. secundo. Et fuit dictum in Anconitan. dotis 28. Iunij 1602. coram Illustriss. Mellino, & in Roman. Saluiani interdicti 15. Decemb. 1614. coram D. meo Pamphilio.

6 Vlterius dicebatur obligationem D. Olympiæ esse iuramento vallatam, & sic saltem de iure canonico sustineri, non obstante dispositione dictæ Authẽ. si qua mulier. iuxta Castr. consilio octauo per totum, libro 2. Boer. decisione vigesima tertia, numero nono. versic. Nisi iurauerint. Alexander consilio 146. per totum, libro septimo. Seraph. de priuil. iurament. priuil. 118. & hanc esse communem, & in praxi receptam testantur. Afflict. decisio. 311. numero quarto. Thesaur. dicta decisione ducentesima vigesima tertia, numero decimo. Gutierez de iuram. confirm. parte prima, c. 55. nu. 6. Surd. d. consil. 367. numero 13. & illam tenuit Rota in vna Interamnen. Mercium 4. Iunij 1597. coram bo. mem. Penia, & in allegatis Anconitan. dotis

coram Illustrissimo Mellino, & Romana Saluiani interdicti coram Domino meo Pamphilio. Accedente præsertim decreto iudicis, & consensu propinquorum, ex quibus metus, & dolus excluditur. Surd. vbi supra.

7 Et tandem omnis difficultas videbatur cessare ex eo, quod Domina Olympia certiorata de beneficio dictæ Authenticæ, illi expresse, & cum particulari iuramento renunciauit, quo casu valida est renunciatio, & impugnari non potest, vt tradunt Bertrand. consilio 218. per totum. lib. 4. Surd. dicto consil. 367. numero 12. Thessaur. vbi supra. num. 18. Tiraquell. in l. si vnquam. in præfat. numero 136. C. de reuoc. donat. Gomez. variar. resolut. Tom. 2. capit. 13. numero decimo septimo. in fine. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 63. numero tertio. & sequent. Minus obstat defectus iurisdictionis Rotæ per Olympiam oppositus ex eo, quod debitor censusfit etiam Marcus Antonius maritus, cuius creditorum causæ omnes fuerunt commissæ R. P. D. Raymundo per particulare Breue Sanctissimi.

8 Quia hodie non agitur contra Marcum Antoniū, sed contra ipsam, quæ in dicto Breui non est nominata, & contra quam causa reperitur in Rota commissa per particulare rescriptum Sanctissimi. Et licet Domini de Fabio, & Petronio coram dicto Raymundo curauerint se describi inter alios creditores dicti Marci Antonij fideiussoris census, non tamen propterea sibi præiudicarunt, quin coram alio iudice competenti agere possint, contra Dominam Olympiam principalem, cum nemo præsumatur renunciare iuri suo, nisi id expresse faciat.

## R. P. D. PIROVANO.

*Florentina Pecuniariæ. Merc. 27. Ianuarij 1616.*

## ARGVMENTVM.

Statutum potest restringere minorem ætatem de iure communi annorum 25. & per statutum speciale non derogatur statuto generali. Nec statutariæ solennitates requiruntur in minore, se obligante non ex proprio contractu, sed tanquam hæres patris.

### SVMMARIVM.

*Minor ætas de iure communi 25. annorum potest a statuto restringi. num. 1.*

*Statutum speciale nō derogat alteri statuto generali. n. 2.*

*Minor potest se obligare etiam absque solennitatibus statutarijs, quando obligat se non ex proprio contractu, sed tanquam hæres patris. num. 3.*

*Confessio relatiua ad sententias non dicitur continere læsionem, nisi de iniustitia sententiæ constet. num. 4.*

## DECISIO DCCLXXVI.

1 Fvit resolutum exceptionem minoris ætatis non obstare respectu quantitatis, de qua in laudo reseruando particulariter de residuo. Ratio decisionis deducta fuit ex statuto Florentiæ sub rubric. 115. in quo disponitur, quod ætas decem, & octo annorum Completorum cuiuslibet sit, & esse intelligatur legitima ætas. Vnde cum ex fide baptismatis ab eodem D. Antonio Soderino producta appareat natus de anno 1564. 19. Septembris, obligatio vero de qua in apocha, legatur sub die 6. Martij 1584. satis cōuincitur de tēpore obligationis fuisse maioris ætatis, quam annorum 18. neque de potestate statuentiū dubitari potest in restringēdo tempora legitimæ ætatis, quia hoc literæ affirmant. Castr. in l. 1. nu. 3. C. de his, qui ven. ætat. impetr. loquens de hoc eodem statuto Florentino. Salic. in l. 7. & l. 2. n. 2. C. eod. tit. Aret. instit. de curatorib. in princ. n. 4. Carpan. in cōsimili statuto Ciuitatis Mediolani, statut. 452. num. 7.

2 Nec visum est obstare aliud statutum eiusdē Ciuitatis Florentiæ sub rubr. 15. in quo cauetur, qđ pupilli existentes sub cura Magistratus pupillorum nō possint obligare propria bona, etiam quod sint maiores decem, & octo annorum, nisi fuerint in vigesimo secūdo eorum ætatis anno, quod tempus vere D. Soderinus iuxta præcedentem calculationem non attigerat. Quia cum huiusmodi statutum non sit derogatorium alterius supradicti, dum illud est generale, & hoc postremum speciale, & limitatiuum, ita vt non prohibeatur vtrumque valere, speciale namque in suo casu, generale vero in alijs casibus, vt post Felin. Alex. Berous firmat. Honded. cons. 9. num. 19. & 44. lib. 2. & fuit dictum in causa Camerinen. transactionis. 24. Maij 1606. coram Reuerendissimo Bononien.

3 Fuit respōsum nos versari in dispositione primi statuti, cum D. Soderinus per obligationē vsque ad summam in laudo contentam, non præsumatur potuisse lædi, quia non incidit in obligationem ex proprio cōtractu, sed tanquam hæres patris, & ea de causa potuisset etiam absque statuto, & solennitate se obligare. l. 1. in fin. C. quando decreto opus non est. l. fin. C. de reb. eorum. Put. decis. 105. nume. 2. par. 1. & decis. 153. nu. 2. par. 3. Cessante autem læsione ex proprio contractu incurrenda, minor non ligatur ex verbis postremi statuti, & per consequens, neque per illius dispositionem l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. cum alijs allegatis per Surd. decis. 174. num. 8.

4 Non obstat læsionem potuisse contingere in fatendo euenisse casum euictionis, & quod interuenerint requisita, quod videtur esse fundamentum crediti Michelini. Quia neque huiusmodi confessio est nuda, vt videatur sine causa Dominus Soderinus suscepisse in se onus euictionis, sed est fundata in sententia, quæ condemnat Alexandrum patrem D. Antonij Francisci, & Franciscum de Michelinis ad relaxandū bona, & in laudo præsupponente tenutam subsequutam ob cui-

euictionem præcedentem, vt fuit ponderatum in decisione diei 13. Iunij 1612. ideo confessio tanquam relata ad sententias, non videtur continere læsionem, nisi de iniustitia sententiæ, & laudi constet, de qua hic vsque pro parte Domini Soderini non fuit ostensum, & ita fuit decisum.

## R. P. D. BVRATTO.

*Iacen. Vicariæ. Veneris 29. Ianuarij 1616.*

## ARGVMENTVM.

Prouisio beneficij facta, vti de reseruato, non iustificata reseruatione nulla est, & dicitur facta de reseruato ex narratiua vacationis in mense reseruato in dispositiua facta, maxime stante clausula dummodo collatio ad nos hac vice.

### SVMMARIVM.

*Vicariæ conferuntur præuia approbatione Ordinarij, nec est locus concursui. num. 1.*

*Constitutio Pij V. de Vicarijs comprehendit etiam Vicarias erectas ante Concil. Trid. num. 2.*

*Prouisio beneficij facta vti de reseruato nulla est, si nulla adest reseruatio. num. 3.*

*Clausulæ exequutiuæ non ampliant dispositionem. numero 4.*

*Narratiua vacationis in mense reseruato dispositiuæ facta operatur, vt gratia, & eius clausulæ restringantur ad reseruationem. num. 4.*

*Constitutioni, quæ emanauit per uiam legis, non censetur derogatum per generalem derogationem. num. 5.*

*Clausula dummodo illius dispositio ad nos hac vice pertineat, totam gratiam, & omnia in eo contenta qualificat, & restringit. num. 6.*

## DECISIO DCCLXXVII.

1 Stantibus decisionibus in causa factis 30. Ianuarii præteriti Vicariam, de qua agitur, pleno iure, & tam quo ad temporalia, quam spiritualia spectare ad Monasterium Sancti Ioannis de Pinna, ideoque curam penes ipsum residere, & nudum exercitium penes Vicarium, & 25. Maij præteriti eandem Vicariam non cadere sub reseruatione regulæ octauæ, sed fuisse locum Constitutioni fel. record. Pij V. de Vicarijs, & sic approbationi Ordinarij præuio examine, non autem concursui, iuxta opinionem a Sacri Concil. Trident. Congregatione, & a Rota approbatam in decisionibus relatis in dicta decisione 25. Maij, & nouissime in Vlixbonen. Concursus. 1. Iunij præteriti, coram Reuerendo Patre Domino meo Remboldo.

2 Et stante resolutione eiusdem Congregationis Illustriss. Concil. Trid. Interpretum facta, vtraque parte audita de qua in Summario. numero 4. quod dicta Constitutio Pij V. comprehendit Vicarias etiam erectas ante Sacr. Concil. Trid. quodque alia declaratio eiusdem Congregationis relata per Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 311. & in dicta decisione 25. Maij non pertinet ad hunc casum, sed solum ad congruam Vicario assignandam.

3 Dixerunt DD. fuisse nullum concursum factum, ac etiam prouisionem Apostolicam subsequutam de Vicaria vti de reseruata, tanquam fundatam super falsa causa reseruationis. Geminian. consilio decimo quinto. super dicto dubio. versicul. ex quibus liquido constat, & cons. 92. post principium. versic. quia quotiescunque. & vers. & istud. idem dicit Roman. consil. 335. num. 11. & 14. Simon. de reseruat. q. 61. num. 1. & fuit dictum in Oxomen. Archidiaconatus. 10. Martij 1614. coram me.

4 Neque visum fuit respectu prouisionis Apostolicæ obstare clausulas derogatorias in ea adiectas, quia sunt in exequutiuis, & ideo non ampliant dispositionem. Clem. 1. in fine. vbi omnes, de præbend. Caputa quen. decis. 83. num. 3. par. 1. cum aliis per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. in annotat. contra nullit. num. 243. & in specie, quod narratiua vacationis in mense reseruato dispositiue facta operetur, vt gratia, & eius clausulæ restringantur ad reseruationem. Cassad. decis. 5. numero 3. de præb. Achill. decis. 1. eod. tit. & fuit dictum in Verdunen. Canonicatus, 19. Iunij 1595. & in Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram bonæ mem. Cardinali Pamphilio relatis per Gonz. ad d. reg. 8. §. 4. proh. num. 80.

5 Præterea per dictam clausulam tollitur solum ius præsentandi cessantibus reseruationibus Apostolicis, & indultum, quod nulli valeat prouideri de beneficiis spectan. ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Monasterii, sed non tollitur prædicta Constitutio Pij Quinti, quæ per viam legis emanauit, ex qua competit ius præsentandi, seu nominandi etiam in mensibus reseruatis, vt in terminis dixit Rota in Tirasonen. Vicariæ Sancti Michaelis, 4. Decembris 1595. coram Litta, & tradit Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 3. nume. 72. & in simili casu fuit resolutum coram me in Calaguritana Beneficij de Brantauilla. 13. Maij præteriti, Papa enim non cogitauit de præsentatione, vel nominatione competenti Monasterio in octo mensibus reseruatis, sed solum in quatuor Ordinariis.

6 Et denique quod Papa noluerit prouidere, nisi vti de reseruata clare patet ex clausula illa, dummodo illius dispositio ad nos hac vice pertineat, quæ totam gratiam, & omnia in ea contenta qualificat, & restringit. Simonet. de reseruat. dicta quæst. 61. nu. 3. Et ita fuit decisum solo Monasterio in contumaciam alterius partis informante.

R. P. D. PIROVANO.

*Mediolanen. Fabricæ. Veneris 29. Ianuarij 1616.*

## ARGVMENTVM.

Successor in beneficio non tenetur ad restitutionem fructuum indebite perceptorum per illius prædecessorem, sed hæres prædecessoris, nisi probetur versio in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vel in subuentionem necessitatum prædecessoris.

*SVMMARIVM.*

*Papæ potestas in beneficialibus absoluta est. numero 1.*
*Fructus indebite percepti sunt restituendi. num. 1.*
*Defectus causæ finalis vitiat actum. num. 1.*
*Successio in beneficijs non admittitur. num. 2.*
*Successor & Ecclesia non tenetur ad debita prædecessoris nisi debita probentur conuersa in vtilitatem Ecclesiæ, vel facta ob eiusdem prædecessoris necessitatem subueniendam. num. 2.*
*Hæres prædecessoris in beneficio non autem successor tenetur ad debita per prædecessorem contracta. nu. 2.*

## DECISIO DCCLXXVIII.

PEr duas decisiones coram R.P.D. Vbaldo, fuit firmatum fructus Prioratus Caluenzani mensæ residentiali Canonicorum Ecclesiæ maioris Mediolani vnitos, ac pensionem Scutorum mille super Prioratu Miramundi, & fructus bonorum de Besate, quæ mensæ beneficiatorum officialium pariter vnita fuerunt, eosdemmet omnes fabricæ domorum Canonicorum pro tempore secundi quinquennij applicatos remansisse; vlterius tamen applicationem nō durare, quæ fuit ratio, vt pro Beneficiatis pronunciaretur. Causa postmodum in gradu appellationis ad me deuoluta fabricerij, qui ex particulari rescripto Sanctiss. ad causam venerant pro eorum interesse, prætenderunt, neque Canonicos Ordinarios, neque Beneficiatos Officiales intra secundum quinquennium potuisse in præiudicium Fabricæ subtrahere fructus Caluenzani, & Besati. Ideo eis instantibus proposui dubium. An fructus Caluenzani, Besati, & aliorum percepti per Canonicos, & Officiales intra secundum quinquennium, sint restituendi Fabricæ Canonicæ.

1 Super quo placuit Dominis resolutionem affirmatiuam capere, quia de applicatione pro secūdo quinquennio non dubitatur, dum illa legitur in instrumento anni 1583. & in decisionibus allegatis confirmatur, facultas applicandi non etiam potest impugnari, cum auctoritate Apostolica facta fuerit, quæ suprema, & absoluta est in beneficialibus. cap. licet. de præbend. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. penden. Paris. consilio quinto. numero 84. & consil. 82. numero vigesimo secundo. libro quarto. nec etiam potest in dubium reuocari, quod illa facultas fuerit consumpta per applicationem auctoritate Apostolica factam mensæ residentiali Canonicorum, & Officialium respectiue de eodem Prioratu Caluenzani, pensione, & bonis Besati, quia legitur cum reseruatione facultatis eidem Sancto Carolo conuertendi dictos fructus, & pensionem in vsus sibimet beneuisos, & præcipue pro vsu Fabricæ. Ideo cum tam Canonici, quam Beneficiati Officiales omni prorsus facultate carentes subtraxerint fructus de tempore secundi quinquennij Fabricæ applicatos, inde sequitur, quod ab eis tanquam indebite percepti eidem Fabricæ sunt restituendi, prout sunt text. aperti in l. prima. l. quod indebitum. l. eleganter. ff. de condict. indebit. & si per errorem fuissent subtracti existimantes proprio iure facere potuisse, non etiam iuuarentur, quia nihilominus vitiatur actus defectu causæ finalis. Castr. in l. final. §. item quæsitum est. ff. de condict. indebit. Decius consilio 600. numero septimo. Transactio quoque emanata inter Canonicos, & Beneficiatos Officiales, vsque de anno 1585. ad effectum concorditer subtrahendi fructus, non etiam visa est obstare, tanquam absentibus fabricerijs celebrata, quæ illis præiudicare non potuit, ita vt quo ad hanc obligationem restituendi fructus perceptos res transibat sine difficultate. Sed respectu personarum hæsitabatur, cum pauci, tam Canonici, quam Beneficiati Officiales hodie viuant ex eis, qui de tempore secundi quinquennij fructus prædictos indebite perceperunt.

2 Et in hac parte Domini censuerunt modernos non teneri, quia antiquorum successores non sunt, neque esse possunt, cum in beneficijs non admittatur successio. cap. primo. & ibi Abbas. numero quinto. de præbend. Concil. Trident. sessione 25. de reformat. capit. septimo. Rebuff. in prax. titu. de dispens. super defect. natal. numero vigesimo. Achill. decisione prima. de filiis presbyter. neque habent causam a præcessoribus suis, & per consequens, nec ius, ideo nimirum si non tenentur ad debita antecessorum, ex quo ad illa Ecclesia non censetur obligata. cap. primo. de solut. nisi exacta probentur conuersa in vtilitatem Ecclesiæ, vel eiusdem necessitatem subueniendam, quia tunc per versionem cohærent beneficio, & simultaneæ transeunt, & obligant successorem. cap. præsenti. cum ibi notat. de offic. ordin. in 6. capit. grauis. de depos. in fine. Rot. in antiq. de probat. decisione quadragesima prima. numero secundo. Abb. in cap. ex præsentium. nume. 5. de pignor. Put. decis. 11. libro tertio. quod in præsenti non iustificatur, propterea antiqui, & hæredes eorū, qui fructus perceperunt, & locupletati præsumuntur, non autem successores teneri videtur, prout

ut fuit resolutum in causa Ferrarien.bonorum.27.Ianuarij hoc ipso mense coram Reuerendo P. D. Pamphilio.Et ita,&c.

R. P. D. PIROVANO.

*Mediolanen.Pensionis.Lunæ 8.Februarij 1616.*

ARGVMENTVM.

Mandatum speciale,& indiuiduum requiritur ad ponendum,& respondendum positionibus, & plura de effectu positionum.

*SVMMARIVM.*

*Positiones non sunt admittendæ vbi non constat de speciali mandato illius, qui eas in actis dat, & alias reus respondere non cogitur.num.1.*

*Positionis effectus est,vt is,qui ponit,quod ponit,confiteri dicatur.num.1.*

*Confessio procuratoris illa duntaxat, satisfacit, quæ potest habere iuris effectum obligando Dominum. numero 2.*

*Confessio procuratoris voluntaria dicitur, quando procurator nullo iure cogente dat in actis positiones. numero 2.*

*Confessio procuratoris voluntaria non præiudicat. numero 2.*

*Positiones sunt dandæ ab ipsismet principalibus, vel procurator debet habere mandatum indiuiduum ad sic ponendum.num.3.*

*Amplia idem esse in responsione ad positiones.num.3.*

*Amplia secundo, quod non sufficiat mandatum speciale ad ponendum, sed debet esse indiuiduum ad certas positiones.num.4.& num.5.vbi ponitur ratio.*

*Positionum effectus est, vt ponens releuetur per confessionem,& responsionem aduersarij ab onere probandi.nu.5. vbi quod confessio debet esse de veritate, non autem de credulitate.*

*Procurator non informatus de conscientia Domini non potest iurare de ueritate, sed de credulitate ad euitandam præsumptionem calumniæ.num.5.*

DECISIO DCCLXXIX.

1 FVit resolutum,positiones non esse admittẽdas, quia procurator, qui eas dedit in actis non asseruit esse veras cum specialissimo, & indiuiduo mandato Canonicorum suorum principalium ad ponendum materias in actis specificatas, & iurãdum de veritate earum, prout necessarium est, vt exinde reus cogi possit ad respondendum.capit. præsentium. de testib.lib.6.gloss.in l.vnic.in verb.soluere.in fi. C. de confess. Bald.in cap.pertractandis.num.2.de iuramen.calumn.Ias.in l.iudices.num.7.C. de iud.& in l. possideri.nume.24.ff.de acquir.possess. Est enim effectus positionis, vt is, qui ponit,quod ponit, confiteri dicatur.glos.in cap.primo. in verbo statuimus. in fin. de confess.in 6.Alex.cons.83.num.3.versic.pondero. lib.1.& cons.71.num.4.vers.venio ad merita.lib.3.

2 Quælibet autem confessio non satisfacit, sed illa duntaxat, quæ potest habere iuris effectum obligando Dominum. Cotta in memor.incipit actus nullus. Osasc.decis.Pedemont.172.nume.26. Surd. consilio tertio.numero 30 & sequentibus. volumine 1. Ideo cum confessio procuratoris voluntaria sit, dum offert se, & ponit nullo iure cogente materias specificatas. Aegid.decis.694.in principio,neque apta est ad obligandum principalem,neque illi præiudicare. Bald.in l.prima. numero 30. C.de confess. Paris. consilio 47. numero 92.libro primo. volumine primo. Aufrer. in addit.ad Cappell.Tholos.decis.392. Honded. consil. 66.num.72.vol.1.

3 Inde sequitur,quod vel positiones ab ipsismet principalibus sunt dandæ, vel procurator habere debet mandatum indiuiduum ad sic ponendum, vt sequatur effectus confessionis irreuocabilis,a lege desideratus. Neuizan.in his terminis,consilio septimo.numero duodecimo. Nec dissentiunt Ferrar.in prax.Pap.in formã positionum actoris.capit. tertio. & add. ad Vestr.libro quinto.cap. decimo quarto. numero decimo sexto, qui hoc ipsum admittunt, sed parte opponente contra procuratorem non instructum, de qua oppositione in præsenti non dubitatur, & per easdem rationes excluditur procurator ad respondendum positionibus,nisi simile mandatum indiuiduum habeat. Bal. in l.fin.nume.3.vers. cum enim habet mandatum.C. de procurator. Socin.sen.cons.55.nume.8.vol.1. Menoch.cons.84.num.64.lib.1. Honded.cons.66.num. 72.vol.1. qui omnes loquuntur in procuratore, qui admittendus non est ad respondendum,nisi cum mandato ad sic respondendum.

4 Nec visum est, sufficere mandatum procuratoris Canonicorum cum clausula ad ponendum, & iurandum,quia & si sit speciale,vt tenuit Dec. in consil.60. numero primo. tamen non est indiuiduum ad certas positiones,prout requiritur,vt de conscientia sui Domini plene instructus dici possit,vt considerat Bald. in dicta l.finali.numero tertio.C.de procur. Neuizan.dicto consilio septimo.numero decimo tertio. Vnde cũ possit dubitari,ne Dominus postea reuersus dicat, se de hoc non intellexisse, & altera pars damnificetur, ideo requiritur, vt exprimatur specialiter in indiuiduo,vt voluit Bart.in l. filiusfamilias. numero 11.ff. de donat.& Tiraquell.de legibus connubial. gloss. 7. num.12.

5 Præterea si mandatum speciale, non autem specialissimum sufficeret, non sequeretur effectus ex positionibus desideratus,nempe,vt ponens releuetur per responsionem, & confessionem aduersarij, ab onere probandi.cap.1.Vbi glos.in præambulo, vers. pro intellectu. ibi, & fuerunt inuentæ,& in versicul. statuimus.versicul.fiunt autem positiones.de confess. in 6.

Quia cum prædicto mandato non posset procurator iurare de veritate, tanquam non informatus plene de conscientia Domini, sed de credulitate, ad euitãdam præsumptionem calumniæ. gloss. magn. in fin. l. vnica. C. de confess. & respondens non teneretur respondere de veritate, sed & ipse de credulitate. capit. secundo. de testibus. in 6. gloss. prima. in dicto cap. primo. versicul. & sunt in scriptis. de confess. in sexto. & per consequens, confessio aduersarij non erit certa de veritate, sed possibilis de credulitate, quæ non releuat. cap. in præsentia. de probation. l. non hoc. C. vnde legitimi. cum similibus.

## R. P. D. CAVALERIO.

*Bononien. de Bonsignoribus. Veneris 20. Nouembris 1615.*

## ARGVMENTVM.

Hæres grauatus restituere hæreditatem fideicommissariam, quando possit bona hæreditaria retinere ex eo, quod sit ipsius hæreditatis creditor.
112. Lunæ 15. Martii 1604. Viterbien. Decursus Aquarum. Card. Bononien. Argumentum. Plura notabilia traduntur ad materiam consuetudinis, de quibus sigillatim in Summario.

113. Lunæ 22. Martii 1604. Eluen. Beneficii Sancti Saluatoris. Cardinali Bononien. Argumentum. Residere dicitur Episcopus in sua diœcesi, licet alibi migrauerit, quando habet animum redeundi, nec alibi contraxit domicilium, & ex quibus probatur dictus animus.

114. Veneris 26. Martii 1604. Romana nullitatis contractus. Cardinali Bononien. Argumentum. Tutotis, aut curatoris authoritas, est necessaria in contractu pupilli, vel minoris. Item solennitates requisitæ a statuto Vrbis in contractibus minorum sunt necessariæ in omnibus cõtractibus, in quibus minor etiam indirecte lædi potest, etiam in contractibus gestis inter ipsos minores, vbi vnus agit de damno vitando contra agentem de lucro captando.

115. Lunæ 29. Martii 1604. Romana fideicommissi de Veccijs. Litta. Argumentum. Monialis quando dicatur eiecta a Monasterio, ad effectum, vt desinat esse filia Monasterii, & quando translatio Monialis dicatur facta ad effectum, vt remaneat filia primi, vel efficiatur filia secundi Monasterii.

Vene-

116. Veneris 7. Maij 1604. Hispalen. Beneficii de Gibraleon. Card. Bononien. Argumentum. Regula tertia Cancellariæ capit etiam beneficia obtenta ante familiaritatem, & an familiaritas in casu dec. probetur, & de verificatione necessariorum pro iustificatione subrogationis gratiosæ.

117. Lunæ 10. Maii 1604. Romana societatum officii. Cardin. Bononien. Argumentum. Societas officii consistit solum inter dantem pecunias, & officialem, & alii accedentes non dicuntur socii. Item societates officii non sustinentur super vno eodemque officio, vltra valorem data scientia vtriusque contrahentis.

118. Veneris 14. Maii 1604. Romana Inuentarii de Massainis. Card. Bononien. Argumentum. Inuentarium non dicitur dolosum ex omissione descriptionis aliquorum bonorum, stante protestatione addendi, & potius in hoc præsumitur culpa, quam dolus.

119. Lunæ vigesima quarta Maii 1604. Romana deuolutionis Vinearum. Cardinali Bononien. Argumentum. Plura recensentur pro probatione identitatis.

120. Veneris 21. Maii 1604. Tirasonen. Iurisdictionis. Card. Mellino. Argumentum. Obseruantia an inducatur ex actibus æquiuocis, & an in casu huius decisionis actus dicantur æquiuoci.

121. Lunæ vigesima quarta Maii 1604. Fauentina Bonorum. Cardinali Bononien. Argumentum. Mater potest filiis secundi matrimonii relinquere plus quam filiis primi, dummodo filios primi non fraudet legitima, & dummodo id non agat in fraudem, & quando id dicatur fieri recta via, & non in fraudem. Item doris quantitas ad euitandam dispositionem l. hac edictali. C. de secund. nupt. debet probari vere, & non præsumptiue.

122. Lunæ 24. Maii 1604. Romana hæreditatis. Pamphilio. Argumentum. Testamentum in quo quis fuit hæres institutus in vsufructu, & nullus alius fuit factus hæres, sustinetur quia perinde ac si pure esset factus hæres.

123. Lunæ 31. Maii 1604. Tudertina damni dati. Cardinal. Bononien. Argumentum. Defenditur in hac decisione sententia a duabus nullitatibus, videlicet, quod non sit conformis libello, & quod sit lata nimis præcipitanter.

124. Lunæ 10. Iunii 1604. Romana dotis, seu pecuniaria. Card. Bononien. Argumentum. Confessio dotis recepta facta per maritum constante matrimonio probat, & præiudicat tertio, vbi concurrunt coniecturæ, quarum plures in decisione enumerantur.

125. Lunæ 21. Iunii 1604. Romana nullitatis obligationis de Vrsinis. Card. Bononien. Argumentum. Restitutio in integrum, competit minori aduersus aditionem hæreditatis, litibus implicitæ, quam vis fuerit adita cum beneficio legis, & inuentarij, & sit locuples, & etiam si habeat regressum contra Curatorem, & agat contra alium minorem, dummodo minor qui petit restitui, tractet de damno vitando.

126. Veneris 25. Iunii 1604. Gerunden. Anniuersariorum. Card. Bononien. Argumentum. Remissoria non datur aduersus rem iudicatam, & vbi articuli continent id quod probatum non releuat.

127. Lunæ 27. Iunii 1605. Vratislauien. Bonorum. Manzanedo. Argumentum. Acta qui dicit non fuisse integre transportata debet probare, cum hoc non præsumatur.

128. Die vigesima octaua Iunii 1604. Romana fideicommissi de Veccijs. Litta. Argumentum. Gratia quantumuis generalis, & clausulis amplissimis concepta non præiudicat loco pio maxime absque derogatione reg. de iure quæsit. non tollen. quæ habet locum etiam in iure successionis conditionali post mortem testatoris, nec quo ad hoc suffragantur clausulæ derogatoriæ generales, nisi de dicto præiudicio fuerit facta mentio.

129. Veneris 1. Iulii 1605. Seguntina Præsidentiæ. Mãzanedo. Argumentum. Agitur de pluribus reddentibus sententiam nullam, & an debeat citari, qui appellando videtur protestatus se nolle amplius citari, & an in possessorio plenario debeant seruari ea, quæ in aliis iudiciis ordinariis seruantur.

130. Sabathi 5. Nouembris 1605. Romana Affictus Casalis. Damasceno. Argumentum. Subrogatus quando succedat in locum eius cui subrogatur stãte diuersitate rationis.

131. Mercurii 24. Nouembris 1604. Montis Falisci Fideicommissi. Cardin. Bononien. Argumentum. Remedium l. fina. C. de edict. Diui Adrian. tollen. datur hæredi pro bonis possessis per testatorem tempore obitus, & pro bonis detentis per testatorem etiam si detentio esset iure pignoris. Item ex lapsu decennii obliuio præsumitur etiam in teste. Item quãdo & ex quibus præsumatur datio in solutum, seu pignus, & an res data in solutum pro dote promissa in quantitate dicatur fundus dotalis.

132. Mercurij decima nona Ianu. ij 1605. Viterbien. Fideicommissi. Coccino Decano. Argumentum. Minori quando concedatur restitutio in integrum aduersus aditam hæreditatem, & quando sic concessa prosit etiam minori.

133. Veneris 28. Ianuarii 1605. Colimbricen. Pensionis. Cardinali Mellino. Argumentum. Pensio impõsita super Canonicatu debet solui per Capitulum, quando Canonicus fuit suspensus, & illius portio percipitur per Capitulum per ius accrescendi, secus vero si per ius non decrescendi. Item pensio imposita super distributionibus quotidianis debet solui etiam de distributionibus quas Canonicus residendo acquisiuisset, & plura alia ad hanc materiam.

134. Veneris 22. Aprilis 1605. Foroliuien. Beneficii. Manzanedo. Argumentum. Plures adducuntur casus, quibus remissoria debet concedi.

135. Veneris 22. Aprilis 1605. Taurinen. Decimarum. Manzanedo. Argumentum. Parochus habet aſſiſtentiam iuris communis pro percipiendis decimis ex prædiis exiſtẽtibus intra ſuam Parochiam, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.

136. Mercurii 27. Aprilis 1605. Zamoren. Beneficii. Lugduuen. Argumentum. Sequeſtrum in cauſa beneficiali ſemel appoſitum durat vſque ad finem litis, nec poteſt per iudicem reuocari etiam ad inſtantiam eius qui ſequeſtrum apponi obtinuit, quando tertius poſt ſequeſtrum venit ad cauſam; & alij adducuntur caſus, in quibus eſt locus ſequeſtro.

137. Veneris vigeſima ſecunda Aprilis 1605. Mediolanen. de Briuſchis. Lugduuen. Argumentum. Emptor ſequuta venditione agit ad rem venditam, & vbi venditor non vult recipere pretium, poteſt illud deponere, & plura de interpretatione ſententiæ.

138. Veneris tertia Iunii 1605. Burgen. Præeminentiarum. Manzanedo. Argumentum. Negligentia procuratoris in non appellando, an ſit iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, & an pendente cauſa reſtitutionis in integrum debeat fieri exequutio, & quando executio dicatur cœpta.

139. Lunæ 6. Iunii 1605. Tudertina Dotium. Manzanedo. Argumentum. Liber rationum alicuius priuati, non probat ad fauorem ſcribentis etiam ſi fuerit ſcriptus a ſuo officiali.

140. Veneris 17. Iunij 1605. Ianuen. Cenſus. Manzanedo. Argumentum. Conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi fructus cenſus debet manuteneri non obſtante exceptione ſimulationis contractus, quæ non impedit lite pendente.

141. Veneris 17. Iunij 1605. Viglcuanen. Iuris patronatus. Argumentum. Recuſationi iudicis renunciatum, cenſetur per reditum ad eundem iudicem. Item ſententia lata in petitorio poſt ſuſpenſionem illius eſt nulla.

142. Lunæ 17. Iunij 1605. Hipporegien. Canonicatus, & Præbendæ. Manzanedo. Argumentum. Ex Summariis ſume argumentum.

143. Die 19. Iunij 1606. Carthaginen. Tranſlationis Penſionis. Manzanedo. Argumentum. Penſio vt poſſit transferri, requiritur ſpecialis facultas, & debet dicta facultas executori præſentari, & ad probandam præſentationem non ſtatur dicti executoris, niſi actus præſentationis ſit extenſus, nec atteſtationi Notarij niſi in inſtrumento tranſlationis inſeratur ipſa facultas.

144. Lunæ vigeſima Iunij 1605. Salamantina Beneficii de Almennara. Manzanedo. Argumentum. Alternatiua ſi ſit conceſſa in medio menſis Apoſtolici, an illius vſus incipiat currere a die datæ, vel potius incipiat ab initio alterius menſis habilis.

145. Mercurii 22. Iunii 1605. Peruſina Bonorum. Lugdunen. Argumentum. Recognitio manus Notarij ſemper eſt neceſſaria. Item Archiuiſta poteſt extrahere ſcripturas Archiuij abſque ſolennitate, dummodo probetur eſſe Archiuiſtam. Item an defectus tranſportationis actorum inducat defectum iuriſdictionis.

146. Lunæ 27. Iunii 1605. Zamoren. de Morales. Lugdunen. Argumentum. Iuris patronatus pertinentia, & exiſtentia, quam probationem requirat, & ex quibus probetur. Item an Ius patronatus poſſit in alium transferri abſque conſenſu Ordinarii titulo ſingulari, & an in ceſſione Iuris patronatus Eccleſiæ competentis ſit neceſſaria confirmatio Apoſtolica.

147. Lunæ 26. Iunii 1605. Aquilana Beneficiorum. Manzanedo. Argumentum. Plura deducuntur circa manutentionem, & an ſententia lata in contumaciam, præſumatur lata ob contumaciam, vel ob delictum.

148. Lunæ vigeſima ſeptima Iunii 1605. Præneſtina Molendini. Manzanedo. Argumentum. Priuilegium non probatur ex confeſſionibus extraiudicialibus, ſed vel per ſcripturam originalem ipſius Priuilegii, vel per teſtes deponentes de vſu Priuilegij.

149. Veneris prima Iulii 1605. Bononien. de Paleottis. Manzanedo. Argumentum. Solutio deſtinata tempore contractus in certa ſpecie monetæ, quæ tempore ſolutionis non reperitur, debet fieri in moneta currente, habito tamen reſpectu ad valorem pecuniæ tempore contractus.

150. Die Sabathi 26. Nouembris 1605. Romana Saluiani interdicti. Manzanedo. Argumentum. Aegidianæ conſtitutioni locus eſt, quoties lata ſententia in vim Saluiani non impugnatur dicendo de nullitate.

151. Lunæ vigeſima octaua Nouembris 1605. Terracinen. Domus. Manzanedo. Argumentum. De exceptione melioramentorum, quando impediat rei reſtitutionem data præſertim cautione de reficienda illa.

152. Veneris ſecunda Decembris 1605. Imolen. Bonorum. Damaſceno. Argumentum. De vi clauſulæ ad habendum, &c. & clauſulæ, & quicquid placuerit, &c. appoſitis in inueſtitura, quod emphyteuſis tranſitoria ad extraneos comprehendatur in fideicommiſſo, quando in emphyteuſi locum habeat ius accreſcendi, & quando a ſucceſſore in emphyteuſi ſit petenda noua inueſtitura, & ſoluendum Laudemium.

153. Die ſecunda Decembris 1605. Vlixbonen. Iuris conferendi. Litta. Argumentum. Concurſus quando ſit faciendus in Parochialibus vnitis, vel de menſæ Monaſterii. Et quando Vicarius dicatur perpetuus, & ex quibus probetur Eccleſiam eſſe de menſa Monaſterij.

154. Lunæ 5. Decembris 1605. Aurien. Parochialis

de

de Pio. Manzanedo. Argumentum. Ius parronatus censetur probatum, probata fama antiqua, simul cum longissima possessione ex præsentationibus vltra centum annorum effectuatis, iunctis testibus de auditu, & visitationibus factis de Ecclesia, tanquam de Iure patronatus, nec isto casu præsumitur vsurpatio iuxta decretum Sac. Concil. Tridentini.

155. Lunæ 5. Decembris 1605. Fulginaten. Fideicommissi. Coccino Decano. Argumentum. Trebelliani ca numquid censeatur prohibita per prohibitionē alienationis, est magistralis decisio.

156. Veneris 9. Decembris 1605. Abulen. Cappellaniæ. Lugdunen. Argumentum. Ex quibus sententia dicatur transire in iudicatum, & lis, seu iudicium quando incipiat, & in quibus casibus satis sit, quod gratia iustificetur de facto, & an censeatur renunciatum rei iudicatæ quando fuit actum pro illius confirmatione, & an commissio nullius non data nullitate impediat, quod sententia non transeat in iudicatum.

157. Lunæ 12. Decembris 1605. Oueten. Mercedis. Coccino Decano. Argumentum. Ante emissam professionem iuxta formam Conceil. Tridentini, fructus & distributiones non debentur Canonico Salarium, aūt non conuentum debetur in Ciuitate in qua quis est solitus locare operas suas.

158. Veneris 27. Ianuarii 1606. Tudertina Dotium de Aptis. Manzanedo. Argumentum. Obscuram responsionem factam positionibus, potest quis declarare, quod si responsio habet relationem ad aliud non potest nisi illud ad quod fit relatio exhibeatur.

159. Veneris 27. Ianuarii 1606. Rauennaten. Iuris patronatus. Manzanedo. Argumentum. Plures referuntur causæ, ex quibus possessio dicatur attentata.

160. Lunæ 30. Ianuarii 1606. Calaguritana Beneficij de Ocon. Lugdunen. Argumentum. Gratia conditionalis nihil potuit in esse ante conditionem, item narrata debent verificari maxime ad excludendam Ordinarii prouisionem, item renunciasse censetur quis primo beneficio per asse quutionem alterius etiam si primum esset litigiosum, & non possideretur.

161. Lunæ decima tertia Februarii 1606. Mediolanen. de Brunellis. Lugdunen. Argumentum. Meliotamenta vt refici debeant, quæ probatio requiratur, & quando pro illis detur retentio. Item an sententia inter alios lata probet vbi agitur de probando facto per sententiam terminato, & an vtens scriptura debeat illam totam acceptare, vel in partibus, & quando Rota soleat condemnare etiam in fructibus qui percipi potuerunt.

162. Veneris decima septima Februarij 1606. Romana hæreditatis de Vanninis. Lugdunen. Argumentum. Vxor relicta vsufructuaria censetur instituta hæres tantum in vsufructu, etiam si fuerit relicta Domina, donna, & Madonna, & in instituta hæres tantum in re certa non dato cohærede, dicatur hæres vniuersalis.

163. Lunæ 27. Februarii 1606. Maceraten. Legati. Coccino Decano. Argumentum. Legatum purum trāsmittitur ad hæredem, & quando dicatur purum, vel conditionale.

164. Veneris 3. Martii 1606. Mediolanen. de Briofchis. Lugdunen. Argumentum. Conductor, seu emphyteuta non præscribit, & an præscribatur ius redimendi.

165. Lunę 6. Martii 1606. Perusina Ratificationis. Cardin. Bononien. Argumentum. Obligatus ad factum liberatur præstando interesse etiam si factum sit proprium, & vt agatur ad interesse, debet præcedere liquidatio.

166. Lunæ 6. Martii 1606. Albiganen. Confidentiæ. Lugdunen. Argumentum. Simonia, & confidentia non committitur absque pacto, & conuentione, & plura reijciuntur in præsenti casu decis. adducta ad confidentiam, seu simoniam probandam.

167. Veneris 10. Martii 1606. Treueren. loci Capitularis. Manzanedo. Argumentum. Statutum Capituli Treuerensis, quod Canonicus post primam residentiam debeat facere studium biennale, an dicatur requirere dictum studium post primam residentiam pro forma, ita vt non sufficiat antea fieri, & ex quibus inducatur inducta forma, & quando debeat præcise, vel possit per æquipollens adimpleri.

168. Veneris 10. Martii 1606. Maceraten. Interusuriorum. Manzanedo. Argumentum. Pignus datum marito ab vxore, quod habebat pro credito suæ dotis facit, vt fructus ipsius acquirantur marito, & in sortem non debeant conuerti.

169. Veneris 14. Aprilis 1606. Pampilonen. Præeminentiarum. Manzanedo. Argumentum. Vniuersitas quæ non constituit corpus, seu Collegium, quando possit congregari, & procuratorem constituere, & an mandatum probetur ex sola assertione Procuratoris concurrentibus adminiculis, & an citans aliquem vti talem possit amplius illius personam reprobare.

170. Veneris 14. Aprilis 1606. Ortonen. Locationis. Lugdunen. Argumentum. Contractus præsumitur potius censualis, quam emphyteoticus, & plura deducuntur ad probandum, quod contractus de quo in decis. fit censuarius.

171. Lunæ 24. Aprilis 1606. Lucana Optionis Domus. Manzanedo. Argumentum. Mandatum de manutenendo conceditur ei, qui tempore motæ litis possidebat.

172. Veneris 5. Maii 1606. Oueten. Mercedis. Coccino Decano. Argumentum. Procurator post litem contestatam, reuocari non potest sine iusta causa, quæ dicatur causa iusta reuocandi Procuratorē, an

an in reuocatione requiratur causæ cognitio,& an etiam Procuratot possit retinere scripturas, & instrumenta causæ,donec sibi satisfiat de expensis,& salario.

173. Mercurii 10. Maii 1606. Firmana Altaris. Pegna Decano. Argumentum. Tempus datum ad præsentandum currit a die scientiæ, & scientia debet plene probari,nec sufficiunt testes de auditu.

174. Mercurii 10. Maii 1606. Ceneten. Iuris patronatus. Lugdunen. Argumentum. Quasi possessio præsentandi quo ad compatronum, pluribus modis probatur,de quibus in Summario.

175. Mercurii 10. Maii 1606. Rauennaten. Censuum. Manzanedo. Argumentum. Prædio semper quo census est impositus, pereunte in totum aliquo casu fortuito, perit etiam census, etiam quo ad capitale.

176. Lunæ 22. Maii 1606. Comen. Pensionis. Lugdunen. Argumentum. Pensionatius habet electionē, an velit agere contra titularem,vel contra eum qui fructus beneficii percipit.

177. Lunæ 5. Iunii 1606. Papien. Bonorum. Manzanedo, Argumentum. Papa generaliter dispensans eum Conclauistis,quod possint testare de fructibus, sui beneficii, non intelligitur habilitare ad testandum alios inhabiles, fallit quando de eis expresse dixit.

178. Lunæ quinta Iunii 1606. Firmana Altaris. Lugdunen. Argumentum. Falsitas causæ, quando annullet sententiam, & an sententia iniusta dicatur nulla.

179. Veneris 9. Iunii 1606. Bononien. Prioratus. Manzanedo. Argumentum. Incompatibilia beneficia, quando dicantur, & de narratiua, quod beneficiū vacet propter incompatibilitatem.

180. Veneris 9. Iunii 1606. Bracharen. de Cabannas. Lugdunen. Argumentum. Clausula sublata, & clausula ex certa scientia quid operentur, & ex quibus probetur identitas, & pertinentia Monasterii.

181. Lunæ 12. Iunii 1606. Viterbien. Cappellæ. Manzanedo. Argumentum. Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi,an debeat institui, & quod tempus requiratur ad præscribendum Ius patronatus inter patronos laicos, & quando possessio vnius patroni, præseruetur per præsentationes compatroni.

182. Veneris 16. Iunii 1606. Tudertina fideicommissi. Manzanedo. Argumentum. Fideicommissum,seu substitutionem, ex quibus dicatur fuisse factam in vniuersa hæreditate.

183. Veneris 16. Iunii 1606. Bergomen. Præeminentiarum. Manzanedo. Argumentum. Attentata quando excusentur ex consensu partis,& quando detur appellatio a mandato de manutenendo,& quando appellatio per vnum ex colligantibus interposita,prosit aliis,& operetur,quod executio facta contra alios sit attentata.

184. Veneris 16. Iunii 1606. Romana Tutelæ. Manzanedo. Argumentum. Tutor qui suæ administrationis rationem legitime reddidit,& secuta est res iudicata, aut transactio, non cogitur iterum reddere sub prætextu erroris calculi,seu doli, nisi constaret de dolo vero ex claris, & perspicuis probationibus.

185. Lunæ decimanona Iunii 1606. Ceneten. Parochialis. Lugdunen. Argumentum. Citatio generalis non sufficit contra possessorem, nec etiam specialis facta ad maiorem cautelam. Item possessio vacua, & possessio attentata sequestrari debent.

186. Mercurii 28. Iunii 1606. Vercellen. Cappellæ. Lugdunen. Argumentum. Deuolutio collationis a quibus ad Papam fiat, & quod tempus requiratur, vt collatio deuoluatur,& in quibus beneficiis habeat locum deuolutio.

187. Veneris 1. Decembris 1606. Toletana Cappellaniæ. Damasceno. Argumentum. Præuentio facta per Papam quando suffragetur,& an ex appositione manus Papæ facta ex falsa causa tangente pertinentiam collationis beneficium remaneat affectum.

188. 1. Decembris 1606. Granaten. Cappellaniæ. Lugdunen. Argumentum. Incolatus,& domicilium,ex quibus probetur ad effectum obtinendi beneficiū, quod nisi incolis conferri potest.

189. Veneris 1. Decembris 1606. Elboren. Decimarū. Pegna. Argumentum. Spoliatus quasi possessione exigendi decimas,quando quis dicatur,& quæ probare debeat ad effectum,vt restituatur.

190. Lunæ 4. Decembris 1606. Ceneten. Parochialis. Lugdunen. Argumentum. Accessus non habet locum non data habilitate habentis accessum de tempore quo vult accedere, vtputa si sit furiosus, nec ex illius concessione data dicta inhabilitate beneficium fit affectum, & plura alia deducuntur de accessu, & reseruatione beneficii inducta per appositionem manus Papæ.

191. Lunæ 11. Decembris 1606. Aurien. Parochialis de Pao. Lugdunen. Argumentum. Appellatio vnius ex pra se itatis alteri prodest, vbi lis est super Iure patronatus, etiam si appellans appellationi renunciauerit. Item exceptio non admittenda nocet si fuit admissa, & alia de quibus in Summario.

192. Lunæ 18. Decembris 1606. Bracharen. de Cabannas. Lugdunen. Argumentum. Vnio Monasterii dubia redditur indubitata ex instrumento possessionis publico in actis producto parte citata. Descriptione rei vnitæ in libris vnionum, cum pluralitas non præsumatur, ex effectu subsecuto, qui declarat intrusionem precedentem,& consensu Commendatarii reseruatis sibi fructus vita duranre.

193. Veneris 12. Ianuarii 1607. Taurinen. Decimarum. Lugdunen. Argumentum. Dominium probatur ex inuestituris concurrentibus adminiculis,

eulis, & plura recensentur adminicula. Item laici sunt incapaces decimarum, & ad hunc effectum confraternitas laicorum dicitur laica persona, nec possunt reddi de hoc capaces, nisi a solo Papa, & post Concilium Lateranense requiritur priuilegium validum, vel immemorabilis cum fama priuilegij. Item an valeat infeudatio decimarum postquam feudo finito semel ad Ecclesiam fuerunt recessæ, & an possit feudum Ecclesiasticum infeudari feudo nondum agnito.

194. Veneris 12. Ianuarii 1907. Granaten. Cappellaniæ. Lugdunen. Argumentum. In beneficio simplici Iuris patronatus non habet locum dispositio Concilii Tridentini cap. 6. sessione 23. de reformat. Volens quod obtinens sit maior 14. quando in fundatione dicti Iuris patronatus fuit dispositum, quod etiam minores possint illud habere.

195. Veneris 16. Februarii 1607. Bononien. Congruę dotis. Lugdunen. Argumentum. Dote filiæ constituta a patre dotalibus instrumentis confectis patre adhuc viuente, non datur augumentum congruæ doris, nisi ex æqualitate.

196. Veneris 16. Martii 1607. Vercellen. Cappellaniæ. Lugdunen. Argumentum. Vnio facta per Episcopum pro dote alterius beneficii valida est. Item valor debet probari deductis oneribus, & si testes diuersimode deponant debet eligi media summa.

197. Veneris 30. Martii 1607. Oueten. Canonicatus. Lugdunen. Argumentum. Subrogatus gratiose non debet immitti in possessionem etiam probatis requisitis vbi contradicit possessor cum pari titulo, & plura adducuntur ad effectum considerandi parem titulum, de quibus particulariter in Summario.

198. Lunæ 2. Aprilis 1607. Oueten. Mercedis. Coccino Decano. Argumentum. Procurator quando post litem contestatam possit reuocari, & reuocatus quando possit litem retinere donec fuerit satisfactus de salario, aut expensis, & generaliter constitutus ad omnes causas reuocatus quo ad vnam, an censeatur reuocatus quo ad alias.

199. Lunæ septima Maij 1607. Seguntina dimidiæ Annatæ. Manzanedo. Argumentum. Indultum Ecclesiæ Seguntinæ circa medias annatas beneficiorum Diœcesis, & Ciuitatis Seguntinæ non comprehendit beneficia annexa dignitatibus Cathedralis, quicquid sit in Cappellanis existentibus in eadem Cathedrali habëtibus suam dotem peculiarem extra Ecclesiam. Item ex quibus dignoscatur beneficium in aliqua Ecclesia consistere.

200. Lunæ 14. Maii 1607. Aquen. Irregularitatis. Caualerio. Argumentum. Promotus ad sacros ordines ante legitimam ætatem ministrando, & celebrando irregularis est, dummodo sic se promouere fecerit dolose, & in contemptum, & quomodo iste dolus, & contemptus excludatur.

201. Mercurii 6. Iunii 1607. Meliten. Beneficii. Lugdunen. Argumentum. Arbitrium non intrat ad reuocandam executionem iam factam, sed solum ad illam suspendendam. Item an clausula, non tamen a nobismet ipsis prouisis excludat prouisiones Pontificum antecessorum.

202. Mercurii decimo tertio Iunii 1607. Nullius Beneficii de Guglielmo. Lugdunen. Argumentum. Inhabilis dici non potest, qui fuit præsentatus a maiore parte patronorum, ex quo alius præsentatus a minori parte sit habilior.

203. Mercurii 13. Iunii 1607. Carpentoraten. Fideicōmissi. Manzanedo. Argumentum. Feminæ an censeantur vocatæ ad fideicommissum factum fauore agnationis, & an saltem censeantur vocatæ in defectum masculorum.

204. Mercurii 13. Iunii 1607. Vlixbonen. Iuris conferendi. Cardinali Lancellotto. Argumentum. Plura adducuntur ad probandum Ecclesiam esse de mensa Monasterii, de quibus sigillatim in Summario.

205. Lunæ vigesimoquinto Iunii 1607. Tirasonen. Decimarum. Lugdunen. Argumentum. Habes in Summario.

206. Lunæ 25. Iunii 1607. Ceneten. Parochialis. Lugdunen. Argumentum. Accessus, & regressus sunt incompatibilia, & habent locum, siue beneficium ad quod datur accessus, seu regressus vacet in mense Ordinario, siue in mense Apostolico. Item allegatio Lapi non procedit in possessione spoliatiua. Item Ordinarius non potest prouidere, vbi appellando fecit se partem contra prouisum Apostolicum, nisi tamen ab appellatione recesserit, & plura alia de quibus in Summario.

207. Mercurii 27. Iunii 1607. Taruisina Iuris patronatus. Lugdunen. Argumentum. Ius patronatus quando fundatum est cum conditione, vt eligatur sacerdos pro celebranda Missa requirit præsentationem sacerdotis actu, nec sufficit, quod possit esse sacerdos.

208. Veneris 27. Iunii 1607. Romana Sancti Thomæ. Coccino Decano. Argumentum. Agitur de probatione primi extremi ad effectum spolii, & an habens facultatem capiendi possessionem propria authoritate cum clausula, prout de iure, possit illam capere non citato possessore, & an sufficiat citatio côductoris.

209. Mercurii quarta Iulii 1607. Hispalen. Archidiaconatus. Lugdunen. Argumentum. Habes in Summario.

210. Mercurii 4. Iulii 1607. Oueten. Mercedis. Coccino Decano. Argumentum. Ex Summario sume argumentum.

# Index Argumentorum.

211. Veneris 14. Nouembris 1607. Bononien. de Mangiolis. Coccino Decano. Argumentum. Exequutio an priuet possessorem etiam lite pendente intrusum non citatum, vbi ex actis non constat ipsum esse talem, item an plures tutores, seu curatores censeantur dati in solidum, & an Curatoris deputatio sustineatur, quando minor habet patrem latitantem, & agitur de recuperandis bonis per patrem alienatis. Item an mandatum præsumatur per traditionem iurium, & an si iura tradantur per Procuratorem habentem facultatem substituendi censeatur facta substitutio.

212. Lunæ 11. Februarij 1608. Valentina Decimarum. Lugdunen. Argumentum. Habes in Summario.

213. Veneris 29. Februarij 1608. Romana prætensæ demolitionis domus. Manzanedo. Argumentum. Vendere domum suam quisque cogi potest fauore Ecclesiæ, & Religionis, & non solum proædificanda Ecclesia, seu Monasterio, sed etiam pro amplianda, etiam quod domus non sit contigua Ecclesiæ, sed adsit via intermedia.

214. Lunæ 3. Martij 1608. Dertusen. Decimarum. Lugdunen. Argumentum. Iudex debet esse certus de sua iurisdictione, alias sententia dicitur nulla ex defectu iurisdictionis. Item communicatio priuilegiorum non extenditur ad ea, quæ difficiliter solent concedi, & sunt alteri præiudicialia.

215. Mercurij 5. Martij 1608. Romana domus de Vsazzis. Caualetio. Argumentum. Alienata per hæredem grauatum, antequam aliquos fructus ex fidei commisso percipiat imputantur in quartam, nec emptor adueniente die fideicommissi poterit molestari, quamuis interim grauatus plures perceperit fructus ex fideicommisso, qui in quartam deberent imputari.

216. Veneris 14. Martij 1608. Recanaten. Beneficij, Card. Lancellotto. Argumentum. Præsentatus debet esse actu sacerdos, quando in fundatione beneficij qualitas Presbyteratus iuncta est verbo eligēdi, nec sufficit ætas habilis ad sacerdotium, quicquid dicendum sit in beneficio Iuris patronatus Ecclesiastici, & quando ex statuto, vel consuetudine debet fieri collatio beneficij habentis ordinem sacrum annexum, & an patronus possit lite pendēte alium præsentare, & an possit præsentare colligitantem.

217. Lunæ 17. Martij 1608. Carpentoraten. Fideicommissi. Card. Lancellotto. Argumentum. Feminæ non censentur vocatæ, vbi fuit habita ratio conseruationis agnationis, & quando censeantur vocatæ post masculos, vbi testator voluit bona conseruari in agnatione, & peruenire ad proximiorem de genere.

218. Lunæ 17. Martij 1608 Bononien. Census. Lugdunen Argumentum. Minor contrahens sine solennitate statutaria, & etiam iurans, sibi non præiudicat, quando statutum huiusmodi fuit approbatum auctoritate Apostolica, reliqua habes in Sūmario.

219. Lunæ 28. Aprilis 1608. Lanuen. Census. Manzanedo. Argumentum. Census validitas in dubio præsumitur, pecuniaque in eo numerata censetur eo ipso quod de numeratione Notarius fidem facit, accedentibus præsertim depositionibus testium instrumentariorum.

220. Lunæ 5. Maij 1608. Viterbien. Fideicommissi. Coccino Decano. Argumentum. In fideicōmissis quando bona fideicommisso subiecta restiruenda sunt, an attendatur tempus mortis grauantis, vel grauati.

221. Veneris 30. Maij 1608. Oueten. Mercedis. Coccino Decano. Argumentum. Ex Summario Argumentum sume.

222. Lunæ 9. Iunij 1608. Firmana Altaris. Lugdunen. Argumentum. Beneficium liberum potest per Episcopum ex causa vniri beneficio Iuris patronatus cum facultas vniendi Episcopo competens non sit restricta, sed referatur ad omnia beneficia.

223. Veneris 13. Iunij 1608. Spoletana Bonorum. Lugdunen. Argumentum. Possessio percipiendi fructus, & decimas quomodo probetur, & isto casu testibus hinc inde contrarijs quibus magis est credendum.

224. Veneris 13. Iunij 1608. Romana Alimentorum. Pamphilio. Argumentum. De filio naturali, quod a patre, & eius hæredibus alendus est, non obstante renunciatione iurata illis per filium facta, & quando filius qui aliunde habet, vnde se alat a patre alendus non sit, breuis est decisio, sed magistralis, & notabilis.

225. Lunæ 10. Nouembris 1608. Perusina fideicommissi de Alphanis. Card. Bononien. Argumentum. Fideiubens quando censeatur consentire contractui in quo fideiubet.

226. Lunæ 10. Nouembris 1608. Pampilonen. Sepulturæ. Card. Bononien. Argumentum. Papa nūquam intendit alteri præiudicare. Item lineæ, ac descendentium appellatione veniunt, tam masculi, quam feminæ, & etiam nati ex feminis.

227. Veneris 14. Nouembris 1608. Pampilonen. Beneficij de Necarte. Card. Bononien. Argumentum. Plura deducuntur pro probatione narratiuæ, quod beneficium vacauerit per professionem.

228. Veneris 18. Nouembris 1608. Salamantina Beneficij. Card. Bononien. Argumentum. Parochialitas ex quibus probetur, & de pluribus signis non concludentibus Parochialitatem.

229. Veneris 28. Nouembris 1608. Elboren. Decimarum. Lugdunen. Argumentum. Agitur an spoliato quasi possessione exigendi decima sit deneganda restitutio ob exceptionem Priuilegiorum concedentium exemptionem, quorum qualitates non sunt probata, & quibus per pactum fuit renunciatum, ac de alijs, de quibus in Summario.

230. Veneris 28. Nouembris 1608. Signina Pœnarum. Attrebaten. Argumentum. Pœnarum, & mulctarum exactio, an, & quando concessa dicatur per con-

concessionem Castri cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda iurisdictione.

231. Lunæ 1. Decembris 1608. Leodien. Fideicommissi. Caualerio. Argumentum. Fideicommissum ex quibus dicatur reale, & plura considerantur, ex quibus censetur inductum perpetuum fideicommissum.

232. Veneris 5. Decembris 1608. Romana fideicommissi de Iacobatiis. Card. Bononien. Argumentum. Fideicommisso facto in euentum alienationis, quando fiat locus per hypothecam.

233. 10. Decembris 1608. Romana Dotis. Damasceno. Argumentum Auus maternus diues, tenetur dotare neptem ex filia pauperem, quomodo isto casu probentur diuitiæ aui, & paupertas neptis, quandoque etiam testis Hebræus probat contra Christianum.

234. Mercurii 10. Decembris 1608. Romana fideicommissi Marci Antonii de Iacobutiis. Card. Bononien. Argumentum. Quæ requirantur tam de iure communi, quam ex forma statutorum Vrbis pro recognitione manus Notariorum.

235. Veneris 19. Decembris 1608. Neapolitana Rectoriæ. Attrebaten. Argumentum. Manutentio vt detur in iure præsentandi, quando sufficiat vnica præsentatio, & ex quibus probetur Ius patronatus, & quando sententia probet sine processu, & quæ probatio requiratur in Iure patronatus ad quod plures familiæ concurrunt.

236. Veneris 23. Ianuarii 1609. Salamantina dimidiæ portionis. Lugdunen. Argumentum. Morbo caduco laborans dicitur inhabilis ad obtinendum beneficium, & est irregularis, & eadem inhabilitas causatur ex quolibet alio morbo qui mentem alienat.

237. Veneris 30. Ianuarii 1609. Hispalen. Decimarum de Aiamonte. Card. Bononien. Argumentum. Iudicium cœptum contra dominum, an possit prosequi contra Procuratorem dominum litis effectum, & quando tertius impediat exequutionem sententiæ, & aliqua de exceptione, Tua non interest.

238. Veneris 30. Ianuarii 1609. Mediolanen. Iurisdictionis. Pegna. Argumentum. Episcopus potest in qualibet Ecclesia suæ diœcesis, quamuis Regulari, & exempta celebrare diuina officia.

239. Veneris 6. Februarii 1609. Toletana Decimarum de Lucelias. Card. Bononien. Argumentum. Congrua non debetur, vbi semel fuit assignata, etiam si sit nimis tenuis, & debet solui per omnes, qui decimas percipiunt.

240. Veneris 13. Februarii 1609. Montis Regalis iurisdictionis. Caualerio. Argumentum. Episcopalis cōstitutio, quando liget successores, reseruataque in Constitutione facultas addendi, & minuendi quomodo intelligatur.

241. Veneris 13. Februarii 1609. Vrsellen. Spoliorum, seu donationis. Card. Bononien. Argumentum. Prælatus an possit disponere in vita de fructibus beneficii, seu Episcopatus, & quid in Prælato regulari. Item an, & quando empta per Prælatum Regularem de fructibus beneficii acquirantur Ecclesiæ.

242. Lunæ 16. Februarii 1609. Anconitana Bonorum. Card. Bononien. Argumentum. De probatione possessionis nonnulla, de quibus in Summario.

243. Lunæ 16. Februarii 1609. Baren. Iurisdictionis. Coccino Decano. Argumentum. Episcopus habet fundatam intentionem iurisdictionis in terris existentibus in sua Diœcesi, multa de Archipresbytero prætendente se habere iurisdictionem in præiudicium iurisdictionis Episcopalis, de quibus in Summario.

244. Lunæ 16. Februarii 1609 Romana domus, & census. Coccino Decano. Argumentum. Sententia lata non citatis interesse habentibus an, & quando valida sit.

245. Lunæ 23. Februarii 1609. Romana Census. Card. Bononien. Argumentum Minoris fideiussio facta cum solennitatibus statutariis Vrbis adhibito iuramento, aliisque confideiussoribus existentibus valida est, etiam quod minor fideiusserit sine curatore, nec aduersus fideiussionem ei debetur restitutio in integrum, & quādo fideiussio ex falsa causa præstita nulla sit.

246. Veneris 9. & Lunæ 23. Martii 1609. Romana lucri dotis. Coccino Decano. Argumentum. Statutum Vrbis cap. 137. lib. 1. loquens de fructibus dotis soluto matrimonio habet locum etiam in augmento dotis, seu donationis propter nuptias, & quādo legatum compensetur cum debito necessario.

247. Lunæ 16. Martii 1609. Sabinen. Decimarum. Coccino Decano. Argumentum. Parochus habet de iure fundatam intentionem in decimis ex prædiis existentibus intra limites suæ Parochiæ, & quomodo probetur terras decimales esse intra dictos Parochiæ limites.

248. Veneris 26. Aprilis 1609. Marsican. Iurisdictionis. Manzanedo. Argumētum. Episcopus habet de iure fundatam intentionem in iurisdictione causarū ciuilium, criminalium, mixtarum, & matrimonialium, nisi in contrarium adsit immemorabilis præscriptio, & quomodo hæc præscriptio per testes probetur.

249. Lunæ 6. Aprilis 1609. Romana Dotis. Damasceno. Argumentum. De dote subsidiaria qualis, & quanta esse debeat, & an Iudæi facti Christiani nobiles sint, & a quibus nobilitatem sumant.

250. Veneris 29. Aprilis 1609. Oueten. Beneficiorum. Coccino Decano. Argumentum. De potestate Nūcii Apostolici super collatione, seu dispensatione plurium beneficiorum.

251. Veneris 22. Maii 1609. Mediolanen. Iuris patronatus. Lugdunen. Argumentum. Ius patronatus inter compatronos præscribitur spacio quadraginta annorum, & possessio vnius patroni non præseruatur per præsentationes aliorum, vbi constat de negligētia dicti patroni per multum tempus. Item

quo-

quomodo succedatur in iure patronatus gentilitio & familiari. Et quomodo in iure patronatus hæreditario, & an illegitimus natus ex damnato coitu succedat in ius patronatus gentilitio, & familiari, ac in iure patronatus hæreditario.

252. Lunæ 25. Maij 1609. Placentina, seu Compostellana Thesaurariæ. Attrebaten. Argumentum. Deputatio subcollectoris probatur per testes, nec requiritur scriptura. Item subcollector censetur reuocatus per deputationem alterius, etiamsi de reuocatione nulla fiat mentio. Item regula reseruans beneficia subcollectorum habet locum etiam si nō exercuerint dummodo fuerint parati eueniente occasione. Et adducuntur requisita pro obtinenda immissione vigore gratiosæ subrogationis.

253. Mercurij 27. Maij 1609. Salamantina dimidiæ Portionis. Lugdunen. Argumentum. Clausula dummodo non sit alteri ius quæsitum præseruat etiam ius quæsitum alicui de certo genere personarum, quibus debet ex statuto fieri collatio.

254. Lunæ 1. Iunij 1609. Perusina Sanctæ Mariæ de Niue. Lugdunen. Argumentum. Plura recensentur, ex quibus probatur Cappellam non esse beneficiū Ecclesiasticum, sed administrationem.

255. Veneris 5. Iunij 1609. Legionen. Pensionis. Lugdunen. Argumentum. Fideiussor datus pro soluenda pensione nō tenetur vbi prouisis cuius occasione fuit reseruata pensio non habuit effectum.

256. Mercurij 10. Iunij 1609. Messanē. Baroniæ. Card. Bononien. Argumentum. Lite, seu transactione finita super negotio principali, censetur etiam finita super accessorio. Hæresque cum inuentario non potest contra transactionem defuncti venire quantum est in hæreditate, transactioque super feudo agnatis non nocet.

257. Lunæ 15. Iunij 1609. Valen. Beneficij Card. Bononien. Argumentum. Donari non potest ius patronatus, seu ius præsentandi personæ laicæ absque consensu ordinarij, nec sufficit consensus Vicarij, nisi adsit specialis facultas. Item patronus non potest concedere facultatem præsentandi antequam beneficium vacet. Et quid iuris sit stante mandato generali ad negotia.

258. Die 17. Iunij 1609. Romana fideicōmissi de Veccijs. Card. Lancellotto. Argumentum. Colligitur ex Summario.

259. Mercurij 17. Iunij 1609. Ciuitatis Castelli fideicō missi. Card. Bononien. Argumētum. Agitur de pluribus detractionibus competentibus grauato ante restitutionem fideicommissi. Et ex quibus censeatur prohibita detractio Trebellianicæ.

260. Mercurij 26. Iunij 1609. Vigleuanen. iuris patronatus. Cardin. Bononien. Argumentum. Plura adducuntur pro probanda quasi possessione iuris patronatus.

261. Veneris 26. Iunij 1609. Placen. & Toletana Canonicatus, & beneficiorum. Card. Bononien. Argumentum. Gratiosa subrogatio, vt immissionem beneficij producat, qui probandā sint, quid si in lite adessent nullitates, & defectus seu calumnia. Et an impetranti Beneficium per priuationem suffragetur subrogatio.

262. Mercurij 1. Iulij 1609. Sabinen. Decimarum. Coccino Decano. Argumentum. Ius decimandi, an, & quomodo. Et per quantum tempus contra Episcopum præscribatur.

263. Veneris 30. Octobris 1609. Romana de Lucatellis Coccino Decano. Argumentum. Breuis est decisio, sed notabilis, & magistralis in qua præcipue docetur, an, & qn̄ manutentio concedatur vigore possessionis defuncti in hæredē continuatæ ex statuto.

264. Mercurij 4. Nouembris 1609. Spoletana Pēsionis. Cardin. Bononien. Argumentum. In alternatiuis electio quando sit creditoris, vel debitoris.

265. Lunæ 16. Nouembris 1609. Placentina, seu Compostellana Thesaurariæ Attrebaten. Argumentū. Subcollectorum beneficia sunt reseruata etiam si ipsi non exercuerint dummodo eueniente occasione essent parati exercere cum subcollectoris officium consistat non solum in exercitio, sed etiam in alijs prærogatiuis.

266. Veneris 20. Nouembris 1609. Hispalen. seu Nullius decimarum. Card. Bononien. Argumentum. De oppidis, seu Castris, & eorum territorijs, quomodo prohibetur esse in diœcesi vnius Episcopi, potius quam alterius.

267. Mercurij 2. Decembris 1609. Romana fideicommissi de Iacobatijs. Card. Bononien. Argumētum. Ex substitutione facta in casum alienationis, non infertur ad substitutionem in casum mortis. Item per fideicommissum particulare non censetur recessum a generali, & plura deducuntur, de relatione, & dictionibus relatiuis.

268. Mercurij 2. Decembris 1609. Leodien. fideicommissi Caualerio. Argumentum. Fideicommissum quando dicatur reale. Item ignorantia prohibitionis alienationis excusat alienantem quo ad incursum pœnæ, non autem facit quod bona non possint vendicari a tertijs possessoribus. Item scientiā testamenti non arguit ad scientiam fideicommissi, ac aliarum qualitatum testamenti.

269. Veneris 4. Decembris 1609. Mutinē. Canonicatus. Card. Bononien. Argumentum. Resignatio Beneficij est nulla si non exprimatur, quod resignans ad titulum beneficij fuerat promotus, etiamsi resignātio fiat ex causa permutationis, nisi tamen resignās acquirat alterius beneficij sufficientis ad congruā sustentationem validam, & firmam possessionem.

270. Veneris Decembris 1609. Boianen. Pensionis. Cardin. Bononien. Argumentum. Confessio a parte impugnata si super impugnatione fuerit obtentū, non probat contra confitentem. Item an ex his de quibus in decisione probetur negatiua non expeditionis literarum ad effectum, vt pensio exacta ante literarum expeditionem annulletur iure decretum in reseruatione appositum.

Lunæ

271. Lunæ 11. Ianuarii 1610. Toletana Portionis. Cardin. Bononien. Argumentum. Remissoria in pluribus casibus denegatur, de quibus in decisione.

272. Veneris 15. Ianuarij 1610. Marianen. Decimarũ. Card. Bononien. Argumentum. Parochus habet fundatam intentionem in decimis, quæ colliguntur intra limites suæ Parochiæ, & debet manutenen ri contra particulares ex sola quasi possessione generali, nisi probetur possessio alterius specialis, & plures referuntur causæ, ex quibus testes vnius partis præualeant testibus alterius.

273. Lunæ 1. Februarii 1610. Baren. Iurisdictionis. Coccino Decano. Argumẽtum. Patet ex Summario argumentum.

274. Lunæ 1. Februarii 1610. Lucana Cappellaniæ. Card. Bononien. Argumentum. Vocem vnam integram in Iure patronatus, quando quis dicatur habere. Item an præsentatio facta vigore mandati reuocati teneat non intimata reuocatione. Item quã do patronus non præsentando sibi præiudicet, & quæ requirantur, vt patronus præscribat ius præsentandi aduersus compatronum, & quando attendatur quasi possessio præsentandi.

275. Veneris 12. Februarii 1610. Pampilonen. Aedificii. Card. Bononien. Argumentum. Plures reijciuntur nullitates oppositæ contra examen testium.

276. Veneris 13. Februarii 1610. Romana de Sancto Petro. Coccino. Argumentum. Apostillæ repertæ in instrumento, instrumentum non vitiant, quando sunt scriptæ manu eiusdem Notarii, sic nec cancellationes vitiant in partibus non substantialibus instrumenti.

277. Lunæ 11. Februarii 1610. Toletana Portionis. Card. Bononien. Argumentum. Agitur de probãda puritate sanguinis in terminis statuti Toletani, & plura deducuntur pro excludenda probatione identitatis personæ.

278. Veneris 18. Martii 1610. Cremonen. Fructuum. Pirouano. Argumentum. Plene tractatur in hac decisione ad quem pertineant fructus naturales, & industriales post admissam resignationem, & quando dicantur separati, & quid quando sunt pendentes, ac etiam quid iuris sit inter resignantem, & resignatarium de fructibus ciuilibus, & quando sit facienda diuisio fructuum pro rata temporis inter hæredes, & successorem in beneficio.

279. Veneris 19. Martii 1610. Calaguritana decimarũ. Caualerio. Argumentum. Decimæ an debeantur Ecclesiæ sacramentali, vel prædiali, debet attendi consuetudo, & quæ consuetudo sit attendenda an particularis, an potius loci dominantis.

280. Veneris 19. Martii 1610. Pampilonen. Matrimonii. Cardin. Bononien. Argumentum. Matrimonium putatiuum data bona fide vnius ex coniugibus legitimat prolem prius susceptam, non minus quam verum, quæ bona fides præsumitur maxime in matrimonio palam contracto, & quando legitimatio, seu dispensatio Papæ dicatur in radice matrimonii, & quando filii suscepti in incestu datã sciẽ ria vnius coniugis tempore incestus legitimentur per subsequens matrimonium.

281. Lunæ 22. Martii 1610. Leodien. Fideicommissi. Caualerio. Argumentum. Prohibitus alienare si alienet incidit in pœnam vbicunque sciuit prohibitionem, quæ scientia prohibitionis, colligitur ex scientia testamenti. Item si perseueret in sustinenda alienatione dicitur etiam incidere in pœnam, nec tali casu potest dari restitutio in integrum emptori si alienans illam non petat.

282. Lunæ 26. Martii 1610. Romana fideicommissi. Card. Bononien. Argumentum. Femina an veniat appellatione proximioris familiæ, & agnationis, & quando censeatur habita ratio conseruationis agnationis.

283. Lunæ 10. Maii 1610. Romana Dotis. Manzanedo. Argumentum. Ex Summario sumas Argumentum.

284. Lunæ 10. Maii 1610. Vercellen. Spoliorum, seu donationis. Bononien. Argumentum. Examen testiũ nullum, quando sanetur per commissionem sanatoriam cum clausula arbitrio, & plures reijciuntur nullitates oppositæ contra examen testium.

285. Veneris 14. Maii 1610. Pampilonen. Decimatum de Gongora. Card. Bononien. Argumentum. Præscriptio non interrumpitur per litem terminatam rite, & recte ad fauorem possessoris, & quomodo intelligatur regula, quod iudicium, seu contractus potest claudicare fauore minoris, vel Ecclesiæ.

286. Lunæ 21. Maii 1610. Vicentina Pensionis. Pirouano. Argumentum. Pensio quæ fuit reseruata resignanti cum clausula non alias aliter, nec alio modo, non debet reduci, vel declarari nulla, si beneficium illam pati non potest, sed datur resignanti regressus ad beneficium.

287. Veneris 21. Maii 1610. Aquilegien. pensionis. Manzanedo. Argumentum. Plura notabilia circa materiam manutentionis explicantur, prout in Summario.

288. Lunæ 24. Maii 1610. Aquilana nullitatis erectionis. Pirouano. Argumentum. Quæ requirantur ad validitatem dismembrationis alicuius Ecclesiæ.

289. Lunæ 7. Iunii 1610. Calaguritana Decimarum. Caualerio. Argumentum. Quæ consuetudo sit attendenda, vt decimæ debeant solui Ecclesiæ sacramentali, vel prædiali, ac quanto tempore talis consuetudo inducatur.

290. Lunæ 7. Iunii 1610. Seguntina admissionis ad Capitulum. Manzanedo. Argumentum. Rectores de iure communi possunt esse vndecumque originem duxerint, dummodo sint viri literati.

291. Lunæ 7. Iunij 1610. Romana seu Veneta Pẽsionis. Card. Lancellotto. Argumentum. Quasi possessio exigendi pensionem acquisita contra aliquem, suffragatur etiam contra eius successorem, licet non sit successor iuris dummodo fructus percipiat.

Lunæ

# Index Argumentorum.


292. Lunæ 7. Iunij 1610. Vrbeuetana Dotis. Card. Bononien. Argumentum. Dos an, & quando possit solui socero, & plures considerantur coniecturæ ad effectum, vt solutio censeatur facta in causam dotis.

293. Meteurij 9. Iunij 1610. Giennen. Beneficij. Coccino Decano. Argumentum. Procurator ad resignandum beneficium cum reseruatione fructuum, non potest illud resignare cum reseruatione pensionis, & si sic resignauerit, resignatio est nulla.

294. Lunæ 14. Iunij 1610. Nonantulana Bonorum. Damasceno. Argumentum. Emphyteusis quando dicatur transitiua ad hæredes extraneos, & de virtute clausulæ ad habendum, & quando dicatur posita in clausulis exequutiuis.

295. Lunæ 14. Iunij 1610. Leodien. Fideicommissi. Caualerio. Argumentum. Habes in Summario.

296. Lunæ 14. Iunij 1610. Constantien. Canonicatus. Coccino Decano. Argumentum. Gratiæ iustificatio, quando plene, & quando semiplene probari debeat, & præsertim, ætas, obitus, sacerdotium, & pluralitas beneficiorum.

297. Lunæ 14. Iunij 1610. Hispalen. seu Nullius Decimarum de Ayamonte. Card. Bononien. Argumentum. Exemplum exempli non probat etiam si sit formiter exemplatum a scriptura prius legitime exemplata.

298. Veneris 18. Iunij 1610. Reatina Beneficiorum. Cardin. Bononien. Argumentum. Priuilegiũ, seu gratia potest probari per testes maxime stante illius amissione, & quam probationem requirat.

299. Veneris 18. Iunij 1610. Cesaraugustana Dedicationis. Card. Bononien. Argumentum. Plures adducuntur casus in quibus testes vnius partis testibus alterius partis præualere debeant.

300. Lunæ 21. Iunij 1610. Maceraten. Sponsalium. Cardin. Bononien. Argumentum. Colligitur ex Summario.

301. Lunæ 1. Februarij 1610. Venetiarum Nauis. Cardin. Bononien. Argumentum. Iura extracta a Notario actuario habentur loco originalium, nec requiritur Notarii signum, sed sufficit sola subscriptio, & quod sit actuarius probatur ex illius assertione.

302. Veneris 25. Iunii 1610. Troiana Pensionis. Pirouano. Argumentum. Religiosus non potest impugnare pensionem impositam a suo superiore super beneficio regulari, quod obtinet. Et an pẽsio possit absque iusta causa per ordinarium reseruari, & quid in beneficio regulari, & quæ dicatur iusta causa.

303. Veneris 25. Iunii 1610. Burgi Sancti Sepulchri. Card. Bononien. Argumentum. Expensæ quando probentur ex solo libro scribentis, & ex coniecturis.

304. Veneris 25. Iunii 1610. Mediolanen. Cambiorum. Cardin. Lancellotto. Argumentum. Dare pecunias mercatori ad eas traficandum, non est vsura. Et quando isto casu mercator possit assecurare capitale.

305. Veneris 25. Iunii 1610. Romana Pretii officii Regentatus. Damasceno. Argumentum. Officium cũ reseruatione, & decreto an transeat mortuo donante ad hæredes ipsius donantis, an vero ad ipsum donatarium, & sic officium dicti dominii, an remaneat penes resignantem, & donantem, an vero penes resignatarium, & donatarium.

306. Lunę 28. Iunii 1610. Vercellen. Donationis, seu spoliorum. Card. Bononien. Argumentum. Episcopus Regularis, an acquirit Ecclesiæ, & quando dicatur voluisse alteri acquirere.

307. Lunæ 5. Iulii 1610. Romana Tutelæ de Sirtolis. Pirouano. Argumentum. Iniustitia sententiæ est iusta causa restitutionis in integrum. Item tutor semel datus, absque causa reuocari non potest. Et plura alia de tutela.

208. Lunæ 1. Iulii 1610. Montis Alti iuris patronatus. Coccino Decano. Argumentum. Ius patronatus quando in stirpes, & quando in capita spectet ad successores.

309. Lunæ 5. Iulii 1610. Oueten. Beneficii. Coccino Decano. Argumentum. Obitus in mense reseruato per quem, & quomodo probandus, an resignatarius teneatur iustificare titulum resignantis, & de clausula, siue alio quouis modo vacet plura notanda, de quibus in Summario.

310. Lunæ 5. Iulii 1610. Leodien. Canonicatus. Coccino Decano. Argumentum. Beneficia incompatibilia retinens ipso iure Illis priuatus remanet. Et quæ dicantur incompatibilia beneficiã.

311. Lunæ 5. Iulii 1610. Maceraten. Beneficii. Coccino Decano. Argumentum. Ius patronatus probatur, vel ex fundatione, vel ex dotatione, vel consuetudine, non autem per concessionem vnius petii terræ, nec per Episcopi concessionem.

312. Lunæ 5. Iulii 1610. Gerunden. Prioratus. Coccino Decano. Argumentum. Immissio non conceditur vigore gratiosæ subrogationis, sufficit probare clericatum, & mortem collitigantis respectiue: Mors autem censetur probata per vnum testem iuncta famã, aut aliis coniecturis.

313. Lunæ 5. Iulii 1610. Valentinã Parochialis Palma. Coccino Decano. Argumentum. Ex Summario sume Argumentum.

314. Lunæ 8. Nouembris 1610. Romanã Nullitatis census. Pirouano. Argumentum. Præsumitur pro decreto iudicis requisito in contractibus mulierum ex formã statuti.

315. Lunæ 8. Nouembris 1610. Acheruntina Archipresbyteratus. Card. Bononien. Argumentum. Status beneficii probatur ex prouisione Apostolica si de alio anteriori non constat dummodo prouisio fuerit effectum sortita. Item ex quibus dignitas dicatur maior, & quæ requirantur, vt Ecclesiã dicatur Collegiata.

316. Lunæ 15. Nouembris 1610. Burgen. Reductionis Benefi-

Beneficiorum. Cardin. Bononien. Argumentum. Suppressio beneficij potest licite fieri quandoreddirus beneficii fuerunt diminuti, & quæ probatio diminutionis requiratur.

317. Veneris 19. Nouembris 1610. Romana Pecuniaria de Guicciardinis. Pirouano. Argumētum. Decisio est breuis, sed magistralis, & in ea magistraliter etiam declaratur an, & quando commissio sit communis ante executionem citationis ad dicen dum contra.

318. Veneris 19. Nouembris 1610. Leodien. fideicommissi. Caualerio. Argumentum. Feminæ comprehenduntur sub nomine prolis, & descendentium, & quæ requirantur, vt dicatur probata consuetudo.

319. Mercurij 24. Nouembris 1610. Maioricen. Beneficij. Manzanedo. Argumentum. Præstatio parientiæ, quando inducat sufficientem paritionem, & an expensæ contineantur in claufula parito breui.

320. Veneris 3. Decembris 1610. Auximana Spolii. Pirouano. Argumentum. Fructus non debent restitui ab, eo qui non est malæ fidei possessor, & quando ad acquisitionem fructuum sufficiat bona fides deducta ex errore iuris, vel ex errore facti.

321. Mercurii 15. Decembris 1610. Sabinen. Alluuionis. Card. Bononien. Argumentum. Testis si primo dicat scire de reputatione, & postea dicat nescire, debet intelligi, quod nesciat alio modo quam expresso, & omnis facienda est interpretatio pro saluanda contrarietate testium.

322. Veneris 23. Decembris 1610. Romana affictus. Manzanedo. Argumentum. De prælatione creditorum nonnulla notanda, de quibus in Summario.

323. Veneris 14. Ianuarii 1611. Vicen. Parochialis castri Tertioli. Manzanedo. Argumentum. Negatiua non facti concursus, an sit probanda per inpetrantem, & ex quibus dicatur probata, & plures adducuntur casus in quibus Cōstitutio Pij V. super collatione Parochialium, & concursu non habet locum.

324. Veneris 14. Ianuarii 1611. Fanen. Saluiani Interdicti. Card. Bononien. Argumentum. Saluianum est remedium possessorium, & in eo habet locum Aegidiana, & datur contra quemcumque possessorem dummodo concurrant requisita de quibus in decisione, nec retardatur per exceptionem nullitatis contractus, & multa adducuntur pro probatione requisitorum Saluiani.

325. Lunæ 24. Ianuarii 1611. Regien. Prætensi Spolii. Manzanedo. Argumentum. In beneficiis amouibilibus, & manualibus non conceditur restitutio, nisi amotio facta sit ab extraneis.

326. Veneris 28. Ianuarii 1611. Romana Participationis affictus. Pirouano. Argumentum. Assecuratio iudicii an sit facienda per hæredem cum beneficio legis, & inuentarii, & plura alia deducuntur circa huiusmodi assecurationem.

327. Veneris 28. Ianuarii 1611. Marsicana Pensionis. Coccino Decano. Argumentum. De cassatione pensionis, an requirat pensionarii consensum, & de quo tempore, & an etiam in huiusmodi pensionis cassatione sit necessaria expedirio literarū.

328. Lunæ 21. Februarij 1611. Ianuen. iurisdictionis. Card. Bononien. Argumentum. Testes quando possint post dicta testificata examinari super iisdem, & quando in hoc procedat stylus Rotæ. Item quando possint examinari post publicatas attestationes.

329. Veneris 25. Februarii 1611. Legionen. Professionis. Pirouano. Argumentum. Professio Monachi ante annum probationis quando sit nulla, præsertim quando vigore Regulæ Cancellariæ 58. illius receptio est concessa a Summo Pontifice alicui executori.

330. Veneris 25. Februarii 1611. Ciuitatis Castellanæ iuris pascendi. Caualerio. Argumentum. Immemorabilis possessio quando probanda, & quomodo etiam super ea testes examinati, vt probent, deponere debeant.

331. Veneris 26. Februarii 1611. Portugallien. fructuū. Arrebaten. Argumentum. Actio negatiua pro quibus competat, & ex quibus quis in ea obtinere possit.

332. Lunæ 28. Februarii 1611. Romana fideicommissi de Paluzzellis. Manzanedo. Argumentum. Filii an patris dicantur agnati, nepotesque ex filio nūquid auo dicantur agnati, & sint hæredes, substitutionisque primo gradu effecto caduco nūquid, & quomodo succedāt substituti in secundo gradu.

333. Veneris 4. Martii 1611. Bononien. de Pasiis. Manzanedo. Argumentum. Monasterium ad quod ex persona Monachi nihil peruenit, non tenetur soluere eius debita, quamuis post ingressum in Monasterio occasione illius hæreditas superuenerit, quæ eo casu immediate dicitur delata Monasterio, sed debent solui de donatis ab ipso ante ingressum.

334. Veneris 4. Martii 1611. Tiburtina Cōfinium. Damasceno. Argumentum. In materia confinium admittuntur adminicula, & multum defertur congruentiæ, & verisimilitudini, & plura considerantur adminicula, ac alia pro euitanda contrarietate testium.

335. Veneris 11. Martii 1611. Hispalen. habitus. Card. Bononien. Argumentum. Puritas sanguinis ex quibus probetur, & famæ probatio, vt concludat, quid requiratur.

336. Veneris 18. Martii 1611. Ciuitatis Castelli Bonorum. Lugdunen. Argumentum. Consensus mariti requisitus a statuto in testamento vxoris probatur ex mariti præsentia, & ex lapsu multi temporis etiam in præiudicium tertii.

336. La seconda. Veneris 18. Martii 1611. Romana legati Pij. Pirouano. Argumentum. Vsufructuarius omnium

omnium bonorũ poteſt regulariter capere vſumfructum etiam rerum legatarum, niſi in contrarium adſit aliqua coniectura, & quæ dicatur iſta coniectura.

337. Veneris 23. Martij 1611. Pientina iuris patronatus. Coccino Decano. Argumentum. De requiſitis ad inſtitutionem iuris patronatus, cuius libertas non acquiritur per non vſum ſine voluntate, & poteſtate conſitentis, & quãdo quaſi poſſeſſio præſentandi transferatur in hæredes, ac demũ quando donatio iuris patronatus valeat ſine cunſenſu ordinarij, Magiſtralis deciſio.

338. Veneris 15. Aprilis 1611. Ciuitaten. confirmationis concordiæ. Manzanedo. Argumentum. Mandatum Papæ de confirmanda concordia debet executioni demandari, & non poteſt reſilire ab hoc præcepto.

339. Veneris 15. Aprilis 1611. Seguntina admiſſionis ad Capitulum. Manzanedo. Argumentum. De ſtatuti confirmatione facta de mandato Sanctiſſimi, quando facta cenſeatur ex certa ſcientia, & quid ſi ſtatutum non ſit conforme iuri communi, & an etiam confirmanti, & aſſerenti, ſe confirmare de mandato Sedis Apoſtolicæ credatur.

340. Veneris 15. Aprilis 1611. Tarentina adminiſtrationis Sacramentorum. Pirouano. Argumẽtum. Onus curæ Eccleſiæ parochialis ſpectat ad omnes Canonicos vti Collegium, quando cura eſt penes Capitulum.

341. Lunæ 18. Aprilis 1611. Romana hæreditatis. Pirouano. Argumentum. Matrimonium probatur con iecturis, & præſumptionibus, quando de eo agitur non principaliter, ſed incidenter ad effectum ſucceſſionis, & legitimitatis, & quando illud præſumatur ex longa cohabitatione, filiorum procreatione, & tractatu viri, & vxoris.

342. Lunæ 2. Maij 1611. Leodien. fideicommiſſi. Caualerio. Argumentum. Ignorantia pro obtinenda reſtitutione in integrum qualis eſſe debeat, & ex quibus probetur ſcientia teſtamenti fideicommiſſi prohibitionis alienationis, ac aliorum in teſtamento contentorum.

343. Mercurii 4. Maii 1611. Placentina de Malpartidâ. Cardin. Bononien. Argumentum. Quæ requirantur, vt allegatio impedimenti ſuffragetur, & quot miliaria debeant calculari qualibet die pro itinere conficiendo.

344. Lunæ 9. Maij 1611. Romana fideicommiſsi de Vrſinis. Pirouano. Argumentum. Mirabilis eſt Deciſio, & ni mirum, quia ab Auditore mirabilis doctrinæ, & eruditionis extenſa eſt, in qua exactiſſime declaratur, an, & quando deſcendentes in teſtamento ſubſtituti vocati cenſeantur per vulgarem directam ſubſtitutionem, an vero etiam per fideicommiſſariam.

345. Mercurij 18. Maij 1611. Calaguritana iuris corrigendi de Victoria Bononien. Argumentum. Citatio ad videndum iurare teſtes non ſuppletur per citationem factam in executione decreti in quo iudex mandauit citari partes ad videndum iurare teſtes vbi citatio ad videndum iurare teſtes debebat fieri non ſolum de iure, ſed etiam ex forma reſcripti, & adducuntur quædam alia pro nullitate examinis teſtium, de quibus in Summario.

346. Mercurij 18. Maij 1611. Tiburtina adminiſtrationis tutelæ. Manzanedo. Argumẽtum. Exequutio non poteſt iuſtificari ex nouiter deductis, & de pluribus inducentibus nullitatem ſententiæ.

347. Veneris 20. Maii 1611. Romana domorum. Pirouano. Argumentum. Monitus dimittere poſſeſſionem comprobatur a monente poſſeſſor. Item ſententia iudicis vna cum expulſione priuat poſſeſſorem tam ciuili, quam naturali poſſeſsione, niſi ſententia ſit nulla, vel iniuſta, quod tamen debet ab allegante nullitatem, ſeu iniuſtitiam probari, & interim ſtat præſumptio pro ſententia.

348. Mercurij 1. Iunii 1611. Salernitana Parochorum. Card. Bononien. Argumentum. Parochialitas Eccleſiæ ex quibus probetur, & quæ requirantur ad validitatem diſmembrationis, & an diſmembratio probetur ex his, de quibus in deciſione.

349. Lunæ 6. Iunij 1611. Romana Dotis. Vbaldo. Argumentũ. Melioramenta facta in re emphyteutica, veniunt in generali bonorum emphyteutę obligatione etiam ſtante pacto de non alienando, & etiam ſi ſint inſeparabilia ab ipſa emphyteuſi.

350. Lunæ 6. Iunij 1611. Lauretana Bonorum. Card. Bononien. Argumentum. Depoſitum, vt libere debitorem plura concurrere debent, de quibus ſigillatim in Summario.

351. Veneris 10. Iunij 1611. Bononien. Prioratus. Manzanedo. Argumentum. Beneficii valor, quando plene, & concludenter probari deber, & quando ſufficiat probatio per publicam vocem, & famam.

352. Veneris 10. Iunij 1611. Neritonen. Penſionis. Cardin. Bononien. Argumentum. Succeſſor in Epiſcopatu tenetur ad penſiones decurſas tempore prædeceſſoris quando conſtat de diligentiis factis per penſionarium contra prædeceſſorem. Debet tamẽ tunc deduci congrua pro Epiſcopo, quæ eſt Ducatorum mille illarum partium.

353. Lunæ 13. Iunij 1611. Maceraten. Spolii. Manzanedo. Argumentum. Ex nouiter deductis receditur a prima ſententia.

354. Lunæ 20. Iunij 1611. Farſen. Fideicommiſsi. Cardin. Bononien. Argumentum. Maſculinum in teſtamentis concipit fęmininum, & quando filiorum appellatione veniant fęminæ ſi teſtator in alia parte teſtamenti dum vocauit filios illos, vocauit cum qualitate maſculinitatis.

355. Lunæ 20. Iunij 1611. Ianuen. Iuriſdictionis. Cardin. Bononien. Argumentum. Exemptiones conceſſæ ab obitu Gregorij XII. vſque ad Martinum Quintum, fuerunt reuocatæ in Concil. Conſtantienſi etiam illa, quæ fuerũt conceſſa a veris Summis Pontificibus.

356. Lunæ 27. Iunij 1611. Romana Vineæ. Manzanedo. Argumentum. Melioramenta vtilia restituenda sunt bonæ fidei possessori etiam facta lite pendente, & circa eorundem melioramentorum taxationem standum est petitis maxime de consensu partium electis.

357. Veneris 1. Iulii 1611. Cæsaraugustana Pensionis. Card. Bononien. Argumentum. Dispensatio concessa Clerico, vt possit retinere pensiones etiam si matrimonium cum quacumque muliere contrahat propter sui generalitatem comprehendit etiam casum, quando Clericus nupsit viduæ, & sic commisit Bigamiam.

358. Veneris 1. Iulij 1611. Cremonen. prætensæ confidentiæ. Card. Bononien. Argumentum. Simonia coniecturis probatur, non tamen ad eam probandam admittuntur testes inimici, nec testes de auditu, seu de credulitate, seu de fama deponentes. Item quando probetur simonia ex præcedenti tractatu.

359. Veneris 1. Iulij 1611. Florentina melioramentorum. Manzanedo. Argumentum. Fructuum recollectio eorumque quantitas quomodo per testes probetur, an per coniecturas, & quas, melioramentorumque fructus, nec etiam a malæ fidei possessore restituendi sunt.

360. Lunæ 7. Nouembris 1611. Tuden. Parochialis decimæ de Valesa. Vbaldo. Argumentum. Ius patronatus priuatorum non admittit præsumptionẽ vsurpationis iuxta formam Sacri Concilij Tridentini, probaturque per antiquissimas enunciatiuas diuersorum instrumentorum per formam, per quasi possessionem plurium præsentationum effectuatarum, præscriptione quadragenaria nedum immemorabili, & ex alijs adminiculis, de quibus in Summario.

361. Die Lunæ 24. Octobris 1611. Oxomen. Beneficii. Damasceno. Argumentum. De requisitis ad vnionem beneficij, vt valida sit, quomodo probetur exactio seminarij, & de narratiua Papæ in facto proprio, quod plene probet, etiam si factum proprium sit mixtum cum alieno.

362. Lunæ 14. Nouembris 1611. Leodien. Dominij. Caualerio. Argumentum. Mater an succedat in feudo exclusis proximioribus descendentibus ab inuestito, & quomodo femina succedat in feudo.

363. Die tertia Decembris 1611. Cæsaraugustana Dismembrationis. Damasceno. Argumentum. Clausula arbitrio operatur, vt fructus possint reseruari in fine litis attenta paupertate, & æquitate.

364. Veneris 9. Decembris 1611. Leodien. Fideicommissi. Caualerio. Argumentum. Excusatio a caducitate non admittitur vbicumque non est locus restitutioni in integrum, & ex quibus probetur scientia testamenti ad hoc, vt alienans contra voluntatem testatoris non possit excusari, neque restitui.

365. Veneris 9. Decembris 1611. Segobien. Cẽtorum. Manzanedo. Argumentum. In facultatiuis quomodo præscriptio, & obligatio inducatur fauore piæ causæ, & de obseruantia subsequuta, quãdo sit interpres præcedentis dispositionis.

366. Veneris 9. Decembris 1611. Constantien. Canonicatus. Coccino Decano. Argumentum. Canonicatus quãdo dicatur sacerdotalis, & quomodo hoc probetur.

367. Veneris 16. Decembris 1611. Bononien. Fideicommissi. Damasceno. Argumentum. Instituto filio hæredein re aliena debetur æstimatio, ne alias testamentum reddatur nullum, nec dicitur filius in patris testamento præteritus, cui iure institutionis aliquid etiam minimum relinquitur, & stante clausula codicillari, præteritus filius non nisi legitimam consequi potest, notabilis, & magistralis Decisio.

368. Veneris 27. Ianuarii 1612. Capuana Rectoriæ. Pegna. Argumentum. Beneficium de iure præsumitur simplex, nisi concurrant signa contraria, & quẽ esse Rectorem Ecclesiæ ex pluribus probatur. Item quæ requirantur ad mutationem status beneficij, & an ex non residentia arguatur Ecclesiam non esse Parochialem.

369. Veneris 27. Ianuarii 1612. Cesenaten. Bonorum. Card. Bononien. Argumentum. Renouatio inuestituræ facta durante prima valida est, & inter duos inuestitos ille præfertur, cui prius fuit tradita possessio nisi constet de illius mala fide, quæ tamen non præsumitur, & ex coniecturis excluditur.

370. Lunæ 30. Ianuarii 1612. Romana fideiussionis. Card. Bononien. Argumentum. Fideiussor datus pro redditione rationis vsque ad certam summam tenetur pro dicta summa etiam si administrator ad ministrauerit vltra dictam summam.

371. Mercurii 1. Februarii 1612. Ciuitatis Castelli bonorum Cardinali Bononien. Argumentum. Plura adducuntur ad probandam identitatem prædij.

372. Lunæ 6. Februarii 1612. Corduben. Beneficiorum. Caualerio. Argumentum. Papa potest conferre beneficia in omnibus mensibus concurrendo cum aliis collatoribus, eiusque prouisio in dubio semper præferenda est, vbi non constat de anteriori prouisione, & an sit necesse derogare regulæ de iure quæsito non tollendo, quando præiudicium est in consequentiam, & non principaliter, & quid si in gratia adest clausula releuans prouisum ab onere probandi.

373. Veneris 8. Februarii 1612. Romana legitimæ. Coccino Decano. Argumentum. Magistralis est decisio, & ad eam in contingenti casu semper recurre, quando scire volueris an substitutio facta filio matrem ab eius legitima excludat.

374. Lunæ 17. Februarii 1612. Papien. Iuris patronatus. Manzanedo. Argumentum. De probatione, & materia Iuris patronatus plura notanda, de quibus in Summario.

Lunæ

375. Lunæ 17. Februárij 1612. Calaguritana residentiæ de Enciso. Manzanedo. Argumentum. Beneficia simplicia Ecclesiæ data in titulum de iure commu ni residentiam requirunt. Contrarium de generali consuetudine, nisi huic generali consuetudini sit derogatum per contrariam specialem consuetudinem, vel statutum, & quando hæc specialis consue tudo, vel statutum per quod redimus ad ius commune valeat, & de materia.

376. Die 17. Februarij 1612. Romana Saluiani de Ruschonibus. Damasceno. Argumentum. Immissio in Saluiano non conceditur postquam conuentus fatendo debitum suscepit terminum ad soluendum. Item dilatio seu terminus debet concedi per A. C. etiam pro debitis non habentibus obligationem Cameralem.

377. Lunæ 27. Februarij 1612. Fanen. Saluiani. Card. Bononien. Argumĕtum. Donatio facta inter spon sos quando dicatur captatoria matrimonii, ita vt sit nulla, & quando valeat donatio inter virum, & vxorem, & an in donatione propter nuptias, seu contemplatione matrimonij facta sint seruandæ solennitates requisitæ a statuto in donationibus.

378. Veneris 16. Martij 1612. Pampilonen. iuris seden di. Manzanedo. Argumentum. Ex Summario sumas Argumentum.

379. Veneris 23. Martij 1612. Bononien. Quaternæ. Manzanedo. Argumentum. Debitor an teneatur ad recambia absque aliqua interpellatione stante facultate concessa creditore recambiandi vsque ad integram satisfactionem, & quid si creditor accepit pecunias ad cambium a seipso.

380. Lunæ 26. Martij 1612. Ariminen. Fideicommissi. Card Bononien. Argumentum. Fideicommissum conditionale non transmittitur, neque etiam ad li beros, nisi tamen constet de contraria voluntate te statoris etiam desumpta ex coniecturis, & plures adducuntur coniecturæ pro transmissione.

381. Lunæ 26. Martii 1612. Romana Dotis de Ballis. Pamphilio. Argumentum. Pactum factum a socero cum genero post dotis Cŏstitutionem ante matrimonium sequutum de dote restituĕda casu quo filia moriatur sine filiis valet saltem in eo quod legitimam excedit.

382. Lunę 26. Martii 1612. Theatina iurisdictionis. Ca ualerio. Argumentum. Manutentio quando ex so la assistentia iuris communis sit danda Episcopo quo ad cognitionem causarum ciuilium, & criminalium, & ius conferendi contra prætendentem exemptionem, & existentem in quasi possessione exemptionis.

383. Lunæ 26. Martij 1612. Barchinonen. Parochialis. Damasceno. Argumentum. Lis super beneficio, an finiatur per cessionem, & quid ad effectum, vt ordinarius conferre valeat, vel ne, & quando per cessationem a lite spacio decennii lis dicatur deserta.

384. Veneris 30. Martii 1612. Bononien. Fideicŏmissi de Mazzolis. Card. Bononien. Argumentum. Fideicommissum nŏ potest impugnari per eum, qui obtinuit illud canonizari in alio iudicio etiam contra diuersas personas. Item reus non potest excipere contraria, quando super exceptione obtinuit, & plura alia deducuntur prout in Summario.

385. Lunæ 2. Aprilis 1612. Perusinā fideiussionis. Pamphilio. Argumentum. Constitutio Marchiæ de contractibus minorum, an comprehendat contractum minoris filijfamilias, & an comprehendat ca sum, quando minor contrahit eum patre, vel eum patris interuentu, & an tunc sit necessaria insinuatio, & an minor de iure cŏmuni, & iuxta dictā Cŏstitutionem possit se obligare absque solennitatibus pro dote, & liberando patre a carceribus, & an insinuatio requisita a dicta Constitutione suppleatur per iuramentum.

386. Lunæ 2. Aprilis 1612. Vercellen. Dismembrationis. Manzanedo. Argumentum. Habes in Summario.

387. Veneris 6. Aprilis 1612. Messanen. Pĕsionis. Manzanedo. Argumentum. Non retardatur solutio pensionis per clausulam arbitrio &c. quando pen sio fuit reseruata, & confirmata authoritate Apostolica, & quid si opponatur de contracto matrimo nio, adhuc solutio non retardatur in iudicio exequutiuo.

388. Lunæ 9. Aprilis 1612. Romana Pecuniaria, seu cambiorum. Manzanedo. Argumentum. Librum rationum approbans in parte intelligitur approba re in totum, maxime quando partitæ debiti, & cre diti sunt connexæ, & vna tendit ad qualificationem alterius.

389. Lunæ 9. Aprilis 1612. Leodien. fideicommissi de Rinesse. Damasceno. Argumentum. Exceptio non implementi regulariter non habet locum in vltimis voluntatibus. Cetera videas in Summarijs.

390. Lunæ 9. Aprilis 1612. Romana de Paluzzellis. Manzanedo. Argumentum. De probatione legitimitatis filiorum ad effectum succedendi, plura no tanda de quibus in Summario.

391. Veneris 4. Maij 1612. Beneuentana Domus. Pam philio. Argumentum. In possessorio, & in remedio executiuo quādo concedatur appellatio, habeatque locum Aegidiana. De nullitate, & iniustitia sententiæ nonnulla notanda, de quibus in Summario.

392. Lunæ 7. Maij 1612. Miranden. Pensionis. Coccino Decano. Argumentum. Ad solutionem pensionis agi non potest, non expeditis literis super il lius reseruatione, quando hoc verum sit bene in hac decisione declaratur.

393. Veneris 18. Maij 1612. Mediolanen. Attentatorum. Pegna. Argumentum. Attentatum dicitur, quod lite pendente mutauit statum, & in hoc sufficit sola detentatio.

394. Veneris 18. Maii 1612. Romana Donationis. Damasceno,

masceno. Argumentum. Fructus non consistentes communiter apud omnes in pretio, sed tantum apud aliquos, prout sunt oblectamenta alicuius vineæ, quando percipiens restituere teneatur.

395. Lunæ 21. Maij 1612. Romana restitutionis Dotis. Coccino Decano. Argumentum. Dos filiæ spuriæ constituta, mortua filia sine filijs reuertitur ad dotantem, vel eius hæredes, nisi fuerit per iudicem constitutum secundum taxationem, & valorem alimentorum, quia tunc non transit ad hæredes patris, sed ad hæredes filiæ.

396. Veneris 25. Maij 1612. Calaguritana de Amnzzio. Manzanedo. Argumentum. Plura recensentur requisita ad validitatem appellationis, & an contra verum contumacem tẽpus ad appellandum currat a die scientiæ, vel a die sententiæ.

397. Lunæ 28. Maij 1612. Tirasonen. Iuris interessendi de Capitulo. Manzanedo. Argumentum. Portionarij quando dicantur de Capitulo, & habere vocem in Capitulo, & ex quibus id probetur.

398. Lunæ 28. Maii 1612. Vercellen. Optionis. Pirouano. Argumentum. Statutum dicitur publicatum, & vsu receptum ex pluribus, de quibus in Summario.

399. Veneris prima Iunij 1612. Toletana iuris præsentandi. Manzanedo. Argumentum. Ius patronatus Castro annexum, an veniat in venditione Castri, & quid iuris sit, si in venditione fuit facta expressio iuris patronatus.

400. Veneris prima Iunij 1612. Calaguritana Residentiæ de Enciso. Manzanedo. Argumentum. Expensæ quæ debent refici ob nullitatem sententiæ vigore Commissionis mandātis causam ex integro cognosci refectis expensis arbitrio Rotæ, debent refici respectu sententiæ tantum, non autem respectu processus, quando ille fuit valide fabricatus.

401. Veneris prima Iunij 1612. Barchinonen. Canonicatus, & Camerariæ. Pegna. Argumentum. Subrogatus gratiose, vt immittatur, quæ debeant probari, & quid si reseruatio deducitur ex appositione manus Papæ super certo corpore beneficij ad fauorem certæ personæ. Et quid si gratiosa subrogatio non fuit expedita ad partes, sed vna cum gratia principali.

402. Lunæ 4. Iunij 1612. Toletana Decimarũ de Daymich. Damasceno. Argumentum. De iure, seu quasi possessione Episcopi exigendi decimas infra limites suæ diœcesis.

403. Veneris 8. Iunij 1612. Romana fideicommissi de Paluzzellis. Manzanedo. Argumentum. Deficienti secundo substitutionis gradu, quando succedunt substituti in tertio gradu, & quando etiam fideicommissum alicui dicatur nominatim relictum.

404. Veneris 8. Iunij 1612. Bononien. Pensionis. Manzanedo. Argumẽtum. In summariissimo possessorio conceditur manutentio, & concessa reuocatur secundum quod constat de vnius, aut alterius possessione. Pensionisque non soluendæ, quasi possessio non acquiritur per lapsum decem annorum, nisi probetur illam fuisse denegatam, & denegatio ni pensionum non acquieuisse.

405. Veneris 15. Iunij 1612. Leodien. Fideicommissi. Damasceno. Argumentum. Licentia disponendi an consumatur prima dispositione, & an postquam dispositio fuit facta, illa declarari, seu confirmari possit, & quid iuris sit quando non est satisfactum per primam dispositionem menti disponentis.

406. Veneris 15. Iunij 1612. Firmana Altaris S. Matthæi. Vbaldo. Argumentum. Plures adducuntur causæ ex quibus Rota solet denegare remissoriā.

407. Veneris 15. Maij 1612. Romana Fideicommissi de Pinis. Cardin. Bononien. Argumentum. Plures referuntur modi probandi identitatem bonorum relictorum a testatore.

408. Veneris 15. Iunii 1612. Perusina Fideicommissi de Alphanis Cardin. Bononien. Argumentum. Dos filiæ per statutum exclusæ, an sit detrahenda de legitima, vel de tota hæreditate, & quando dos succedat loco legitimæ ex dispositione statuti, vel ex dispositione testatoris, & quādo filia per statutum exclusa dicatur agnita a patre.

409. Mercurii 20. Iunii 1612. Cęsaraugustana Dedicationis. Cardin. Bononien. Argumentum. Manutentio datur stricte ad limites possessionis de tempore litis motæ, nec debet concedi ex actibus qui dederunt causam liti.

410. Mercurij vigesima Iunii 1612. Maceraten. Dotis. Manzanedo. Argumentum. Ex summario sumas argumentum.

411. Mercurij 27. Iunii 1612. Mediolanen. Attentatorum. Pegna. Argumentum. Elicitur ex Sũmario.

412. Mercurii 27. Iunii 1612. Paduana iuris patronatus. Pegna. Argumentum. Plura adducuntur ad excludendam probationem iuris patronatus.

413. Mercurii 4. Iulii 1612. Maceratē. Retractus. Vbaldo. Argumentum. Simulatio contractus non præsumitur, nisi probetur efficacibus dilucidis, & expressis probationibus cum præcedenti causa simulandi, quæ sit probabilis, sufficiens, & verisimilis.

414. Lunæ 12. Nouembris 1612. Bononien. Portioni. Pamphilio. Argumentum. Remissoria non conceditur post litem finitam per transactionem etiam factam per procuratorem habentem mandatum cum libera &c.

415. Lunæ 19. Nouembris 1612. Paccn. Portionis. Pāphilio. Argumentum. Spoliatus possessione beneficij, si medio tempore contingit casus optionis alterius beneficii, dũ restituitur ad beneficium, debet restitui ad ius optandi medio tempore delatum.

416. Sabbati 16. Nouembris 1612. Neapolitana iuris conferendi. Manzanedo. Argumentum. Episcopus debet manuteneri in iure conferendi ex sola

solâ assistentia iuris communis, etiam quod alius doceret se esse in quasi possessione cõferendi vnum beneficium, quia dicta quasi possessio non extenditur.

417. Lunæ 10. Decembris 1612. Cremonen. Pensionis. Caualerio. Argumentum. Clausula dummodo remaneant centum, &c. apposita in reseruatione pensionis, quando faciat pensionis reseruationem conditionalem, ita vt sit iustificanda per pensionarium.

418. Veneris 14. Decembris 1612. Romana Dotis de Sfortia. Manzanedo. Argumentum. De copia instrumenti originali non reperta, quando credatur. Breuis, sed notanda est decisio.

419. Veneris 17. Decembris 1612. Romana Census de Cellis. Card. Bononien. Argumentum. Legitimæ supplementum quanto tempore præscribatur plene, & dilucide explicatur.

420. Lunæ 17. Decembris 1612. Conchen. Decimarum del Campillo. Manzanedo. Argumentum. Attentata quando causentur per appellationem ab interlo quutoria, & per appellationem nullam.

421. Lunæ 17. Decembris 1612. Treuertin. Monasterii. Manzanedo. Argumentum. In Iure patronatus Domini temporalis loci in quo situm est beneficiũ, an cadat præsumptio vsurpationis, in qua probatio requiratur, & ex quibus probetur, & an Ius patronatus acquiratur ex sola constructione, & dotatione absque reseruatione.

422. Veneris 11. Ianuarii 1613. Meliten. Nauis. Damasceno. Argumentum. De euictione, quando res vẽdita transijt per plures manus, & fuit euicta vltimo emptori, an possit secundus emptor agere contra suum venditorem antequam patiatur molestias ab eo cui ipse rem vendidit.

423. Lunæ 14. Ianuarii 1613. Romana Sancti Thomæ. Pirouano. Argumentum. Quasi possessio conferendi beneficia acquiritur per vnicam collationem effectuatam, & etiam factam vigore resignationis, & de Cardinali Titulario, quando habeat ius conferendi beneficia in sua Ecclesia alio existente in possessione conferendi eadem beneficia.

424. Veneris 19. Ianuarij 1613. Romana fideicommissi de Vldonis. Vbaldo. Argumentum. Linea posita in conditione vbi est vocata, censentur vocati omnes descendentes, tam ex masculis, quam ex feminis, maxime concurrentibus coniecturis, quatum plures enumerantur, & tunc tales descendentes succedant iure proprio, non autem iure transmissionis, & an ex verbis Ancorche, &c.

425. Mercurii 23. Ianuarii 1613. Romana Affictus. Pirouano. Argumentum. Partitatum multiplicationon præsumitur, & qui eam allegat probare debet, & quid si summa est eadem, & eadem causa.

426. Mercurii vigesima tertia Ianuarii 1613. Romana fideicommissi de Paluzellis. Manzanedo. Argumentum. De facultate alienandi bona fideicommisso subiecta, quando possit alteri cedi.

427. Mercurij 24. Ianuarii 1613. Lucana Molendini. Verospio. Argumentum. Potest iudex quando articuli sunt distincti pronunciare super vno reseruato alio, & ita etiam Rota facere consueuit.

428. Lunæ 28. Ianuarii 1613. Bononien. Legati. Pamphilio. Argumentum. Legatum dotis vbi debetur etiam ingredienti monasterium, tunc demum debetur si illud monasterio quæratur, ita vt non possit per legatariam in alium transferri.

429. Mercurij 23. Ianuarij 1613. Clusina Postæ Puteoli. Pirouano. Argumentum. Confirmatio non auget, nec extendit confirmatum, Vltra quod in eo continetur; Et quid sit in confirmatione adest clausula, & pro potiori cautela de nouo concedimus, & quid de clausula in omnibus, & per omnia, præsertim relatiua ad aliam dispositionem.

430. Lunæ 11. Februarii 1613. Lucana Bonorum. Pamphilio. Argumentum. Alienatio rei Ecclesiæ requirit solennitatem, & causam, quæ causa debet esse, vel necessitas, vel vtilitas, nec vtilitas dicitur adesse si alienetur res habita fide de re in cambium danda, & plura alia circa materiam.

431. Lunæ 23. Februarii 1613. Firmana hæreditatis; Buratto. Argumẽtum. Substitutio compendiosa restricta ad bona testatoris, an, & quando sit omni tempore fideicommissaria, an pupillaris tantum.

432. Veneris 1. Martii 1613. Carpentoraten. Fideicommissi. Damasceno. Argumentum. Feminæ quando censentur vocatæ in fideicommisso Magistralis declaratio.

433. Veneris 1. Martii 1613. Anconitana Bonorum Sancti Apollinaris. Pirouano. Argumentum. Spoliatus redintegrandus est non obstante, quod spoliator ponat se creditorem ex aliqua causa, nec ei propterea datur retentio rei, quando præsertim creditum non est liquidum, & quando dicatur liquidum.

434. Lunæ 4. Martii 1613. Romana pretij Grani. Vbaldo. Argumentum. Arbitrio Rotæ data facultas cognoscendi causas, tam coniunctim, quam diuisim quomodo intelligatur.

435. Veneris 8. Martii 1613. Papien. Iuris patronatus. Manzanedo. Argumẽtum. Quasi possessio conferẽdi sufficit ad effectum validitatis collationis, nisi constet de proprietate, & quæ probatio proprietatis ad hunc effectum requiratur.

436. Veneris 8. Martii 1613. Romana societatis officii. Caualerio. Argumentum. Mors attribuitur causæ vehementiori, & causæ superuenienti, quãdo ex ea non potest dignosci, an prima causa fuerit lethalis, & causæ primæ, vel vltimæ, non autem mediæ.

437. Veneris octaua Martii 1613. Romana fideicommissi de Veccijs. Pirouano. Argumentum. Colligitur ex Summario.

Lunæ

438. Lunæ 11. Martij 1613. Romana Legatorum. Pirouano. Argumentum. Agitur, an Falcidia possit prohiberi verbis generalibus, & æquipollentibus, & an censeatur prohibita ex pluribus coniecturis relatis in decisione.

439. Veneris 15. Martij 1613. Burgen. Seruitii. Pirouano. Argumentum. De relaxanda declaratoria ob non paritionem executorialium nonnulla notanda, de quibus in Summario.

440. Lunæ 18. Martii 1613. Elboren. Iuris conferendi. Manzanedo. Argumentum. Nullitates quãdo sanentur per commissionem sanatoriam cum clausu la arbitrio, & in specie de nullitate ex defectu man dati. Et ex quibus præsumatur mandatum.

441. Lunæ 18. Martii 1613. Mediolanen. Decimarum. Pamphilio. Argumentum. Decimæ Prædiales ad quam rationem debeantur, & an consuetudo circa diminutionem quotæ decimarum probetur per solutiones, de quibus in decisione, & quæ requirantur ad hoc, vt dicta consuetudo suffragetur.

442. Veneris 22. Martii 1613. Romana Dotis. Manzanedo. Argumentum. Commissa causa super iure offerendi, an censeatur commissa causa super liquidatione crediti.

443. Veneris 22. Martii 1613. Lucanã Cappellaniæ. Damasceno. Argumentum. Agitur de pluribus concernentibus iustificationem gratiæ, & in specie de iustificanda narratiua valoris.

444. Veneris 22. Martii 1613. Hispalen. Pensionum. Pirouano. Argumentum. Valor beneficii affirmatiue expressus per assensum in gratia reseruationis pensionis debet concludenter probari, quãdo hoc verum sit, & quomodo etiam testes debeant deponere super valore beneficii, vt ex illorum depositionibus oriatur cõcludens probatio. Magistralis decisio, & digna tanto viro.

445. Mercurii 27. Martii 1613. Barchinonẽ. Parochialis. Damasceno. Argumentum. Monachus quando possit esse procurator, & quando requiratur intimatio in exequutione mandati de immittendo, & quando executor debeat esse in dignitate constitutus.

446. Mercurii 27. Martii 1613. Miranden. Pensionis. Coccino Decano. Argumentum. Auditor Cameræ potest non obstante Regia Cancellariæ de non iudican. iuxta formam supplicatiõnis etiam literis non exhibitis procedere executiue contra Pensionarium.

447. Veneris 26. Aprilis 1613. Bononien. Census. Vbaldo. Argumentum. Transactio impedit litis ingressum, nisi in ea contineatur læsio.

448. Veneris 26. Aprilis 1613. Romana vsusfructus. Vbaldo. Argumentum. Maritus relinquendo vsumfructum vxori alicuius certæ quantitatis de Bonis in Vrbe existentibus desumendum non debet fieri taxatio ad rationem septem Scutorũ, cum dimidio, secundum dispositionem statuti Vrbis libro 1, cap. 137. sed secundum fructum locorum Montium non vacabilium Vrbis, vel bonorum immobilium, quæ solent reddere quinque pro centenario.

449. Veneris 26. Aprilis 1613. Motulen. Congruæ. Coccino Decano. Argumentum. Congrua, cui, quando, & quanta, & de quibus fructibus debeatur.

450. Lunæ 13. Maij 1613. Camerinen. Donationis. Manzanedo. Argumentum. Arbitrium an inferet pro sanatione nullitati prouenientis ex iniustitia, & an debitum hæredis extinguatur per aditionem hæreditatis creditoris.

451. Mercurii 14. Maij 1614. Toletana, seu Almerien. Decimarum. Pirouano. Argumentum. Procurator cum potestate substituendi, substituere non potest antequam mandatum acceptauit, & quando dicatur acceptasse mandatum, sententiaque defectu citationis nulla respectu alterius, & an conclusio in causa suppleat defectum citationis, & quando etiam ex duobus iudicibus delegatis vnus sine altero iudicare possit.

452. Veneris 17. Maij 1613. Aretina Bonorum. Coccino Decano. Argumentum. Alienatio rei Ecclesiæ non validatur per beneplacitum Apostolicum in quo habetur relatio ad instrumentum, si instrumentum appareret factum post beneplacitum, & quando productio vnius tituli excludat præsumptionem alterius, & an falsa narratiua vitiet gratiam.

453. Veneris 24. Maij 1613. Maceraten. Hæreditatis. Manzanedo. Argumentum. Fideicommissum sub conditione relictum conditione non impleta, aut deficiente locum non habet, & quando conditio conficere dicatur. Cetera videas in Summario.

454. Mercurij 31. Maij 1613. Neapolitana Alimentorum. Manzanedo. Argumentum. Ecclesia patronum non tenetur alere, quando vltra necessaria ad Dei cultum, & ministrorum alimẽta aliquid non superest, & patronus aliunde potest alimenta habere.

455. Lunæ 3. Iunij 1613. Gerunden. Hebdomadariæ. Pamphilio. Argumentum. Petitorium quando dicatur commune deductum, & de nullitate vnionis, siue Capituli, & non citatis interesse habentibus, plura notanda, de quibus in Summario.

456. Lunæ decima Iunij 1613. Romana Census. Damasceno. Argumentum. De immissione ex Saluiano interdicto quando concedenda, & quomodo impediatur.

457. Lunæ 3. Iunij 1613. Viterbien. Læsionis. Manzanedo. Argumentum. Læsio vltra dimidium iusti pretij non præsumitur, quãdo venditio est facta cum iudicis decreto, nisi adsint veræ, & concludentes probationes.

458. Mercurij 5. Iunii 1613. Ciuitatis Ducalis Donationis extra Rotam. Buratto. Argumentum. Donatio omnium bonorum quando valeat, quando etiã insinuationis defectus donationẽ vitiat, & quã dona-

donatio facta sub modo, vel conditione, aliquo modo, seu conditione non adimpleta, reuocari possit.

459. Veneris 6. Iunij 1613. Romana Euictionis. Card. Bononien. Argumentum. Venditor tenetur de euictione etiam si res vendita fuerit a iudice, & vbicumque res scienter nõ fuit vendita libera, emptor potest agere ad interesse, & loco interesse ad restitutionem pretij.

460. Lunæ 10. Iunij 1613. Viterbien. Pecuniaria extra Rotam. Buratto. Argumentum. Confessio, & transactio debitoris decocti, vel de proximo decocturi an præiudicet creditoribus.

461. Lunæ 10. Iunii 1613. Firmana Pecuniaria. Verospio. Argumentum. De statuto excludente feminas propter masculos, quando dicatur fundatum in ratione conseruationis agnationis, & per illud an frater vterinus, vterinam sororem, excludat. In casu præsertim statuti Firmani, de quo in Decisione.

462. Lunæ 10. Iunij 1613. Perusina Concordiæ. Pamphilio. Argumẽtum. Arbitro electo per partes non acceptante non resoluitur contractus de æquitate Canonica, sed reuertitur ad arbitrium iudicis.

463. Lunæ 10. Iunij 1613. Leodien. fideicommissi. Damasceno. Argumentum. Donatarius consentiendo, quod testator disponat in testamento de re donata, an sibi præiudicat. Et ex quibus colligatur talis consensus, & an facultas disponendi per viam testamenti consummatur in prima vice, vel potius sit reuocabilis, iuxta naturam testamenti.

464. Lunæ 10. Iunii 1613. Maceraten. Spolii. Manzanedo. Argumentũ. Subhastatio potest fieri habita fide de pretio, de consensu interesse habentium, nõ sufficit tamen consensus vnius tantum.

465. Veneris 14. Iunii 1613. Vrbeuetana Bonorum de Sauinis. Caualerio. Argumẽtum. Bannitus plenarie restitutus tanquam postliminio reuersus recuperat pristina iura, perinde ac si nunquam fuisset bannitus.

466. Lunæ 17. Iunij 1613. Ferrarien. Affictus. Dunozetto. Argumentum. Examinantur plures nullitates propositæ contra examen testium remissoriale.

467. Veneris 21. Iunii 1613. Marsicana Cappellæ. Pirouano. Argumentum. Fides Notarii de actu coram se gesto facit fidem.

468. Veneris 21. Iunii 1613. Romanã Tutelæ. Manzanedo. Argumentũ. Tutor quando possit vt suspectus remoueri ex eo, quod pupillo alimenta denegauit, vel in inuentario non descripserit omnes res hæreditarias.

469. Mercurii 26. Iunii 1613. Bononien. Mandati. Pamphilio. Argumentum. Mandatum ad emendum ex certa pecunia, an censeatur reuocatũ ex reuocatione mandati ad exigendum dictam pecuniam.

470. Veneris 28. Iunij 1613. Romana Alimentorum. Damasceno. Argumentum. Maritus qui dotẽ non habuit, non tenetur dare alimenta vxori, quoquo modo diuerterit. Neque litiganti debent præstari alimenta, quando res de quà lis est, non est fructifera, vel alias ipse a quo petuntur est pauper.

471. Veneris 28. Iunii 1613. Perusina Sponsaliũ. Pamphilio. Argumentũ. Sponsalia ex instrumento promissionis dotis in quo nulla fit mentio sponsalium non probantur, cum in eis requiratur mutuus consensus.

472. Veneris 28. Iunii 1613. Beneuentana Salniani. Buratto. Argumentum. Bona Ecclesiæ non sunt subiecta Cõstitutionibus Aegidianis etiam si ageretur de vtili dominio inter laicos; quia iurisdictio constituentis non excedebat res temporales, & prophanas.

473. Lunæ 1. Iulii 1613. Nicien. Nullitatis contractus. Coccino Decano. Argumentum. Beneplacitum Apostolicum oppositum in Cõmissione super confirmatione alienationis rerum Ecclesiæ cum conditione si in euidentem &c. Mortuo Pontifice, qui beneplacitum dedit, expirat.

474. Lunæ 1. Iulii 1613. Foroliuien. Emphyteusis. Coccino Decano. Argumentum. Hæc decisio magistralis est. Magistraliterque docet, an, & quando parte non opponente sententia nulla possit confirmari.

475. Lunæ 1. Iulii 1613. Perusina Redintegrationis. Mãzanedo. Argumentum. Statutum excludens feminas quousque masculi, non verificatur in momẽto temporis, sed requirit perseuerantiã masculorum, quibus deficiẽtib. successio reuertitur ad feminas.

476. Lunæ 1. Iulii 1613. Reatina Bonorum. Coccino Decano. Argumentum. Iudex nulliter, & iniuste procedens spoliat, & spoliato competit actio spolij.

477. Lunæ 1. Iulij 1613. Romana Saluiani. Damasceno. Argumẽtum. Saluianum, vt competat, quę probari debeant, & an in casu decis. exceptio fideicommissi impediat immissionem vigore Saluiani.

478. Lunæ 1. Iulii 1613. Alerien. Beneficii. Buratto. Argumentum. Declaratoria, vt detur, quæ requirantur, & ex quibus probentur illius requisita.

479. Mercurii 30. Octobris 1613. Maceraten. liquidationis fructuum. Manzanedo. Argumentum. Fructuum liquidatio, & eorum valor, quomodo probanda.

480. Veneris 4. Nouembris 1613. Romana legati. Pirouano. Argumentum. Valet legatum maioris summæ factum a patre filiæ nubenti, quam si Monialis efficiatur, & hæc opinio Religioni, aut vitæ contemplatiuæ contraria non est. Nititur æquitate, & communi obseruantia.

481. Veneris 4. Nouembris 1613. Illerden. Portionis de Benauarrę. Manzanedo. Argumentum. Clericus qui se ad Sacerdotium scienter promouere facit ante annum 24. est ipso iure suspensus, & celebrans efficitur irregularis, & a solo Papa dispensari potest.

482. Veneris 8. Nouembris 1613. Nolana Primiceriatus. Caualerio. Argumentum. Ex Summariis Argumentum sumas.

# Index Argumentorum.

483. Mercurij 13. Nouembris 1613. Romana locorum montium. Vbaldo. Argumentum. Restitutio in integrum ex capite minoritatis, & quia donatio fuit facta sine causa non admittitur, nisi per petentē concludenter probetur minoritas tempore contractus, quæ non præsumitur, & quod vere nulla fuerit causa donandi.

484. Veneris 13. Nouembris 1613. Vrgellen. Abbatiæ. Coccino Decano. Argumentum. De clausula constito &c. Nec nō de clausula amotis &c. Aliqua notanda, de quibus in Summario.

485. Veneris 15. Nouembris 1613. Brundisina Pecuniaria. Buratto. Argumentum. Renunciari quando possit, & an renunciatum censeatur priuilegio ne quis conueniatur in plus, quam facere potest. Quando renunciatio trahatur ad ignorata, & quādo filiusfamilias prohibitus contrahere sine cōsensu patris possit ad fauorem patris fideiubere.

486. Veneris 15. Nouembris 1613. Toletana, seu Almerien. Decimarum. Pirouano. Argumentum. Agitur in hac decisione, de pluribus nullitatibus aduersus sententiam oppositis, & inde plura eliciuntur notabilia, de quibus in Summario.

487. Mercurij 20. Nouembris 1613. Vicen. Prioratus. Pamphilio. Argumentum. Possessio ad euitanda attentata præsumitur capta post inhibitionem si fuit capta eadem die quo fuit præsentata inhibitio. Item plures referuntur causæ, ex quibus testes vnius partis, testibus alterius debeant præferri. Item quid requiratur, vt iudex dicatur certus de iurisdictione.

488. Veneris 29. Nouembris 1613. Ianuen. Census. Dunozetto. Argumentum. Depositum factum a non debitore ad effectum extinguendi censum alterius non obligat venditorem ad accipiendas pecunias oblatas, etiā si deponens constituerit se debitorē nomine principalis debitoris, quando nominis mutatio creditori non fuit intimata, & alia requisita similis extinctionis non sunt seruata.

489. Veneris 29. Nouembris 1613. Casalē Canonicatus. Manzanedo. Argumentum. Beneficia simplicia de generali consuetudine residentiam non requirere præsumuntur, quando hoc verum sit bene in hac decisione declaratur.

490. Lunæ 2. Decembris 1613. Romanā exequutionis Laudi. Vbaldo. Argumentum. Vsurariæ prauitatis exceptio non admittitur ad retardandum exequutionem obligationis Cameralis iuramēto vallatæ, nisi sit notoria, & expressa.

491. Mercurij 4. Decembris 1613. Gennen. Portionis. Buratto. Argumētum. Remissoria calumniose petita deneganda est, & quando dicatur calumniose petita. Et in beneficialibus remissoria non datur, nisi præcedente aliquo fumo boni iuris, sicut ē contra denegatur remissoria quando fumus contrariis probationibus excluditur.

492. Mercurij 10. Decembris 1613. Romana Domus. Pamphilio. Argumentum. Damnatus ad triremes hodie non efficitur seruus pœnæ. Et ideo contrahere potest, notabilis decisio.

493. Mercurij 4. Decembris 1613. Toletanā seu nullius iurisdictionis. Pirouano. Argumentum. Episcopus an habeat fundatam intētionem de iure communi. Et Concil. Trident. super Visitatione Ecclesiarum militiæ S. Ioannis, quæ curam habent animarum.

494. Mercurij 4. Decembris 1613. Romana Nullitatis transactionis. Vbaldo. Argumentum. Testamenti conditio non adimpleta per heredes, non facit deficere fideicommissum quo ad substitutum.

495. Mercurij 11. Decembris 1613. Romana Resignationis officij extra Rotam. Buratto. Argumentum. Officia Romanæ Curiæ sunt resignabilia, & concessa ad vitam alicuius quando is, cui officium concessum est, possit sine consensu cōcedentis illud resignare, & vendere, & quando ex dicta cōcessione ad vitam censeatur trāslatum solum ius percipiendi fructus, an vero etiam paupertas respectu vtilis dominij.

496. Mercurij 11. Decembris 1613. Romana de Briscalijs. Pirouano. Argumentum De probatione mortis multa notanda, de quibus in Summario.

497. Mercurii 11. Decēbris 1613. Hispalen. Voti. Manzanedo. Argumentum. Consuetudo quadragenaria quomodo debeat per testes probari, & quæ requirantur ad illam inducendam.

498. Mercurij 11. Decembris 1613. Vercellen. Canonicatus. Coccino Decano. Argumentum. Per solam beneficij collationem, quando absque possessione quis dicatur acquirere ius in re.

499. Lunæ 16. Decembris 1613. Maceraten. seu Tolentina Legatorum. Dunozetto. Argumentum. Legatum factum famulis in recognitionem longæ, & fidelis seruitutis non tollitur ex eo, quod precedente tempore ipse testator soluit famulis mercedem, & in instrumento solutionis dictum sit, pro omni eo quod possit prætendere occasione seruitutis, quia sunt quid diuersum. Illud enim procedit a liberalitate, hoc procedit a causa necessaria.

500. Lunæ 16. Decembris 1613. Bononien. Census extra Rotam. Buratto. Argumentum. Statutum prohibens minorem, vel mulierem posse contrahere sine certa solennitate, an, & quando vires suas extēdat extra territorium statuentium; Magistralis decisio.

501. Veneris 20. Decembris 1613. Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere. Coccino Decano. Argumentum. Episcopus quando ex sola assistentia iuris debeat manuteneri in iure visitandi loca nullius diœcesis intra suam diœcesim existentia, & ad quem Episcopum spectet visitatio locorum nullius diœcesis.

502. Veneris 20. Decembris 1613. Romana Retrouenditionis Scalæ & Portus. Damasceno. Argumentum. Pactum de retrouendendo an sit cessibile, &

an emptor cum pacto de retrouendendo dicatur consors venditoris, ita vt venditore volente pactum de retrouendendo transferre in alium, emptor debeat præferri ex statuto, quod consors præferatur in venditione rei communis, & an Constitutio Gregorij XIII. super iure congrui habeat locum in incorporalibus.

503. Veneris 10. Ianuarij 1614. Leodien. Canonicatus Tongren. Buratto. Argumentum. Plures adducuntur casus, in quibus remissoria solet concedi, vel denegari.

504. Veneris 10. Ianuarij 1614. Pistorien. Beneficii. Caualerio. Argumentum. Sententia lata ex falsa causa nulla est, nec patroni possunt tertium præsentare pendente lite inter duos iam præsentatos.

505. Lunæ 13. Ianuarij 1614. Calagurritana Beneficii de Fuenmagor. Vbaldo. Argumentum. Beneficii concursus quando fit, quot in eo examinatores interuenire debeant, quomodo idoneum, vel magis idoneum nominare, & alios reprobare, siue beneficium sit curatum, siue simplex, & de materia.

506. Mercurii decima quinta Ianuarij 1614. Firmana Altatis. Coccino Decano. Argumentum. Executio facta vigore sententiæ, quæ transijt in iudicatum ob non interpositam appellationem antequam fuerint seruati quatuor termini seruari soliti, & sic nulliter sanatur per commissionem cum clausula arbitrio, vbicumque constat de bono iure eius, qui executionem fecit. Item beneplacitum Apostolicum præsumitur ex obseruantia triginta annorum.

507. Veneris 17. Ianuarij 1614. Ariminen. Fideicommissi. Verospio. Argumentum. Filiorum appellatione in fideicommissis quando veniant nepotes, & neptes; Magistraliter declaratur.

508. Veneris 24. Ianuarij 1614. Sipontina, seu nullius pensionis. Pirouano. Argumentum. Pensionarius dicitur constitutus in quasi possessione exigendi pensionem ex exactione facta a reseruatario fructuum cum facultate illos percipiendi propria authoritate, & talis quasi possessio nocet etiam Prælato successori.

509. Veneris 24 Ianuarii 1614. Seguntina Parochialis. Buratto. Argumentum. Gratiose subrogato, dari debet immissio iustificatis Clericatu, reseruatione, quæ notoria sit, & possessione ad quam fit subrogatio, & quomodo hæc iustificentur.

510. Veneris vigesima quarta Ianuarij 1614. Foroliuien. Emphyteusis. Coccino Decano. Argumentum. Ex Summario sume Argumentum.

511. Lunæ vigesima septima Ianuarii 1614. Maceraten. Dotis. Manzanedo. Argumentum. Dotis priuilegium est, vt minores prohibiti facere contractus sine certis solennitatibus, possint tamen sine dictis solennitatibus se obligare pro dotis restitutione.

512. Veneris 25. Ianuarii 1614. Elboren. Iuris conferendi. Manzanedo. Argumentum. Sententia nulla si fuerit confirmata parte non opponente, & confirmatoria sententia transitum fuerit in iudicatum, sustinetur, nec amplius nullitas allegari potest, secus si sententia confirmans non fecit transitum in iudicatum.

513. Veneris 30. Ianuarij 1615. Iacen. Vicariæ. Buratto. Argumentum. Donatio Castrorum, & Villarũ vna cum omnibus Ecclesijs in illis existentibus facta a Rege alicui Monasterio valet si a Pontifice fuerit confirmata.

514. Veneris vltima Ianuarij 1614. Salamantina Præstimonij. Buratto. Argumentum. Manutentio debet dari habenti possessionem anteriorem, & ex quibus possessio probetur anterior possessione aduersarij eadem die capta.

515. Veneris vltima Ianuarii 1614. Bononien. Iuris patronatus de Marsilijs. Pirouano. Argumentum. Ex Summario elicitur.

516. Veneris 31. Ianuarii 1614. Bononien. de Poetis. Vbaldo. Argumentum. De hærede grauato, quod possit detrahere debita a testatore relicta, & legata dummodo illa soluerit, & solutionem probauerit.

517. Veneris vltima Ianuarij 1614. Virdunen. Abbatiæ. Buratto. Argumentum. Arbitrio Rotæ quando locus sit, ad hoc vt petitorium per viam exceptionis deductum possit cum possessorio cumulari.

518. Lunæ 17. Februarij 1614. Perusina Affictus. Manzanedo. Argumentum. Generalis oratio restringitur per subsequentem generalem dispositionem, Confessioque in testamento facta pro exoneratione conscientiæ plene probat, & qualificata diuidi non potest.

519. Veneris 21. Februarii 1614. Cremonen. Pensionum. Pirouano. Argumentum. Gratia reseruationis pensionis non indiget iustificatione stante consensu titularis, nisi fuerit conditionalis, & quando gratia dicatur conditionalis. Copula autem carnalis non præsumptiue, sed concludenter probanda est, quando agitur ad effectum incapacitatis, & priuationis, & quando excludatur per impedimentum infirmitatis.

520. Veneris vigesima prima Februarii 1614. Romana Consignationis schedulæ. Pirouano. Argumentum. Fructus sequuntur Dominum, & possessorem. Possessio donatarij probatur ex reseruatione vsusfructus facta donanti, & ex clausula constituti. Item quando contractus dicatur perfectus ante instrumentum, vbi partes conuenerunt de faciendo instrumentum, & quando in iudicio possit opponi de iure tertii, & plura alia de quibus in Sũmario.

521. Veneris 21. Februarii 1614. Firmana Iuris patronatus. Coccino Decano. Argumentum. Ius patronatus, cui fuit facta vnio beneficii liberi, nõ dicitur

ex ptiuilegio, ita vt veniat sub regula Adriani te-tocatoria vbicumque beneficium iuris patronatus non remanserat sine dote, & vbicumque beneficium, quod vnitur est modici valoris, secus si esset magni valoris.

522. Veneris 28. Februarij 1614. Terulen. Vicatiæ. Buratto. Argumentum. Sententiæ diffinitiuæ vim, an habere dicatur institutio, seu derogatio institutionis facta absque causæ cognitione.

523. Mercurii 5. Martii 1614. Vercellen. Canonicatus. Coccino Decano. Argumētum. Beneficii vacatio quando dicatur consumpta per prouisionem Papæ ante adeptam possessionē, & quid si gratia fuerit in forma dignum.

524. Lunæ 10. Martii 1614. Romana Pecuniaria. Damasceno. Argumentum. Hæreditatem adiens cum beneficio legis, & inuentarii non confundit actiones suas cum hæreditariis, adeo vt adhuc censeatur hæreditas res diuersa.

525. Lunæ 10. Martii 1614. Mediolanen. Beneficii. Andrea. Argumentum. Plura in hac decisione notanda explicantur, quæ possessionis manutentionem respiciunt, de quibus in Summario.

526. Lunæ 10. Martii 1614. Barchinonen. Parochialis. Buratto. Argumentum. Appellatio vbi non suspendit exequutionem, an nec etiam illam suspendat, quando appellatur a reuocatoria primæ sententiæ.

527. Veneris 14. Martii 1614. Perusina Laudi. Coccino Decano. Argumentum. Correspectiuitas duorum contractuum præsumitur ex eo, quod in eodem loco, & coram iisdem testibus eodem die, eodemque contextu fuerunt celebrati.

528. Veneris 14. Martii 1614. Bononien. de Guidalottis. Verospio. Argumentum. Creditor hæres in parte non cōfundit actiones suas, nisi pro rata suæ partis, & ideo si ex forma statuti bona reliqua sibi adiudicata pro suo credito facta legarariis, & creditoribus interpellatione facit fructus suos.

529. Veneris 14. Martij 1614. Tertarien. Pecuniaria. Buratto. Argumentum. Statutum prohibens appellationem dicitur respicere decisoria iudicii, eoque propterea forenses gaudere non debent.

530. Veneris 14. Martii 1614. Tiburtina Calcarearum. Buratto. Argumentum. Dominus subditis suis nō potest prohibere constructionem Calcarearum, ēt si eas ab antiquissimo tempore solus habuerit, nisi doceat se alias prohibuisse, & subditos acquieuisse cum decursu temporis legitimi.

531. Veneris 14. Martii 1614. Hispalen. Cappellaniæ. Buratto. Argumentum. Regula de subrogando habet locum mortuo collitigante tam naturaliter, quā ciuiliter per ingressum Monasterii. Hæc subrogatio datur authoritate propria intruso, & ubi collitigans tempore litis motæ pacifice per triennium possedit.

532. Veneris 11. Aprilis 1614. Romana Grani. Buratto. Argumentū. Paupertas respectu certi effectus nō probatur, nisi per veras, & concludentes probationes, maxime quando adest clausula constiro &c.

533. Veneris 11. Aprilis 1614. Burgen. iuris præsidēdi. Pamphilio. Argumentum. Iurisdictio potest cōpetere, & censetur concessa cumulatiue, non autē priuatiue quo ad superiorem. Item Decanus vbi est prima dignitas in Ecclesia, habet assistenriam iuris cōis quo ad præeminentiā in alios presbyteros Ecclesiæ, & quādo Decanus dicatur prima dignitas.

534. Lunæ 14. Aprilis 1614. Rauennaten. Prędij. Pamphilio. Argumentum. Transactio generalibus verbis, & clausulis contracta debet restringi ad id de quo dubium, & lis erat.

535. Lunę 14. Aprilis 1614. Comen. Habitus. Buratto. Argumentū. Nobilitatis, quādo generica, & quādo specifica probatio sufficiat, & ex quo nobilitas probetur, & an nobilitas, vel ignobilitas vnius fratris arguat nobilitatem, vel ignobilitatē alterius.

536. Veneris 18. Aprilis 1614. Mediolanen. Processionis. Buratto. Argumentum. An tutor vnius parochialis posit Rectorem alterius parochialis prohibere ne faciat Processionem Corporis Christi eodem die quo ipse illam facit, & quid stante illius, quasi possessione.

537. Lunæ 28. Aprilis 1614. Romana resignationis officii. Buratto Argumentum. Officia Romanæ Curię vendita ad vitam alicuius, simpliciter dicuntur esse vendita non ad vsumfructum, quia hæc est natura dictorum officiorum.

538. Veneris 2. Maii 1614. Narnien. fideicommissi de Cardulis. Verospio. Argumētum. Substitutus vulgariter quādo ex coniecturis sit vocarus per fideicommissum, & quando filii positi in conditione censeantur ex coniecturis vocari.

539. Veneris 2. Maii 1614. Foroliuien. Cēsus. Buratto. Argumētum. Census impositio potest etiam post Bullam Pij V. super forma creandi census probari per testes, neque obstat productio instrumenti cōtra quod multa possunt obiici quando aliunde probationes haberi possunt.

540. Veneris 2. Maij 1614. Romana exequutionis. Vbaldo. Argumentum. Laudum latum ab arbitris, & approbatum a partibus cum solenni iuramento, & obligatione Camerali nō impeditur exceptione vsurarum, nisi de eis clare, & perspicue constet.

541. Lunæ 5. Maii 1614. Firmana iuris patronatus. Andrea. Argumentum. Ius patronatus satis probatū censetur ex continuatis vltra cētum annos præsentationibus effectuatis. Accedente præsertim publica voce, & fama. Qñ ius patronatus dicatur laicale, qñ Ecclesiasticum, & quando mixtum ad effectum vt subiaceat regulæ reseruatoriæ.

542. Lunæ 5. Maii 1614. Virdunen. Abbatiæ. Buratto. Argumentum. Cumulatio petitorii in remedio redintegrandæ stante commissione cum clausula arbitrio admittatur, & qui dicatur titulus coloratus sufficiens ad obtinendā restitutionē in spolio,

& quando quis dicatur cecidisse a possessione facto proprio, ita vt non sit restituendus.

543. Veneris 9. Maij 1614. Ianuen. officiorum. Coccino Decano. Argumentum. Officia Romanæ Curiæ per ingressum religionis, & subsecutam professionem non vacant, sed spectant ad illum ad cuius fauorem cantat decretum, & hinc declaratur, an & quādo mortis, seu obitus appellatione veniat etiā mors ciuilis. Est magistralis decisio.

544. Veneris 9. Maij 1614. Romana diuisionis domus. Buratto. Argumentum. Res emphyteutica etiam debet diuidi inter socios nolentes manere in communione.

545. Veneris 9. Maij 1614. Romana Spolij. Buratto. Argumentum. Spolium non inducitur per solutionem partis pecuniæ debitæ vigore mandati, quia nouatio non inducitur quando aliquid consignatur vigore mandati, nisi id expresse sit actum.

546. Lunæ 12. Iunij 1614. Alerien. Beneficij. Buratto. Argumentum. Clausula quam, & quas operatur, vt iudex appellationis cognoscat prout in prima inhibitio intelligitur, iuxta formam Commissionis.

547. Lunæ 12. Maij 1614. Romana retrouenditionis scalæ, & portus. Damasceno. Argumentum. Pactum de retrouendendo est cessibile, & emptor cū dicto pacto non debet præferri in cessione dicti pacti facta per venditorem.

548. Lunæ 12. Maij 1614. Palestina Cappellæ. Andrea. Argumentum. Ex probatione iuris patronatus ho nonifici multa notanda, de quibus in Summario.

549. Mercurij 14. Maij 1614. Meliten. Pensionis. Buratto. Argumentum. De filiis illegitimis, an & quando sint incapaces pēsionis, vt quid si fuerint infantes, an in reseruatione sit facienda expressio infantilis ætatis.

550. Mercurii 14. Maii 1614. Reatina terrarum. Buratto. Argumentum. Decretum factum de terminis amotis reponendis effectum dicitur habuisse quoties ille contra quem agitur præstitit patientiam in eorundem repositione.

551. Mercurij 21. Maii 1614. Terrasinen. Saluiani. Manzanedo. Argumentum. Mandatum de manutenendo debet concedi quando constat de possessione actoris.

552. Mercurii 21. Maii 1614. Romana donationis de Cagnis. Damasceno. Argumentum. Donatio facta alicui semper intelligitur sine præiudicio creditorum donantis.

553. Veneris 23. Maii 1614. Melitē. Beneficii. Andrea. Argumentum. Arbores incidens in fundo Ecclesiæ cum notabili deterioratione priuatur beneficio illius Ecclesiæ, iuxta terminos Extrauagantis ambitiosæ. secus si deterioratio non fuit notabilis, & quando deterioratio notabilis dicatur. Est breuis decisio, sed magistralis, & notabilis.

554. Veneris 23. Maii 1614. Romana Domus. Buratto. Argumentum. Peritorum in relatione, an debeat pars citari, & quid sit faciendum si tertius peritus cum nullo ex aliis duobus peritis concordet.

555. Veneris 23. Maii 1614. Clusina Postæ Puteoli. Pirouano. Argumentum. In hac decisione multa notanda ponuntur de confirmatione inuestituræ feudi facta per Papam, illiusque extensione, & interpretatione, de quibus in Summario.

556. Mercurii 28. Maii 1614. Mediolani Pecuniaria, seu Cambiorum. Vbaldo. Argumentum. Vsura non est dare de mercatore pecunias, vt eas retineat in cambiis, & quid si mercator in se assumat periculum dictarum pecuniarum.

557. Mercurii 28. Maii 1614. Beneuentana Bonorum. Andrea. Argumentum. Mandatum de manutenendo non datur, nisi probata possessione tempore motæ litis. Cetera videas in Summario.

558. Lunæ 2. Iunii 1614. Bononien. Laudi. Pirouano. Argumentum. Libri sociales, vt probant, quæ requirantur. Breuis, sed magistralis est decisio.

559. Lunæ 9 Iunii 1614. Romana, seu Florentina Pecuniaria. Dunozetto. Argumentum. Cambia debentur ab eo, qui ordinem dedit si sint realia.

560. Veneris 13. Iunii 1614. Mutinen. Canonicatus. Vbaldo. Argumentum. De materia authoritate propria se intendentis in possessione secundi beneficii incompatibilis cum primo, iuxta tex. in cap. cum qui. de præben. in 6. & de virtute clausulæ, seu quouis alio modo vacet.

561. Veneris 13. Iunii 1614. Fauentina Beneficii. Buratto. Argumentum. Patronus an possit in erectione beneficii apponere conditionem, quod præsentetur certa persona.

562. Lunæ 16. Iunii 1614. Foroliuien. Fideicommissi. Buratto. Argumentum. Attentata an dicatur executio mandati expediti antequam iudex detulerit appellationi, licet post delationem fuerit facta executio, & an fideicommissario debeat concedi immissio pro indiuiso, vbi per hæredes sunt faciendæ detractiones certæ.

563. Lunæ 16. Iunii 1614. Romana Domus. Buratto. Argumentum. Hypothecæ ius quando possit tolli per debitorem, & quando creditor ex cuius pecuniis fuit facta emptio præferatur in reempta creditoribus anterioribus.

564. Lunæ 16. Iunii 1614. Illerden. Portionis. Manzanedo. Argumentum. Sententia lata perempta instantia est nulla, & appellatio dicitur deserta perempta instantia, & an defectus transportationis actorum excusetur propter irrelevantiam actorum.

565. Lunæ 16. Iunii 1614. Sabinen. Vnionis. Pirouano. Argumentum. Habes ex Summario.

566. Lunæ 16. Iunii 1614. Romana literarum Cambii. Vbaldo. Argumentum. Stylus mercatorū, & negotiantiū est, quod solutiones fiant eorū iuuenibus,

&

& quietantiæ ab eis factæ liberant debitores.

567. Veneris 20. Iunii 1614. Tirasonen. Pensionis. Coccino Decano. Argumentum. Arbitrium an intret ad retardandam solutionem pensionis reseruatæ super beneficio vnito, quando fuit lata sententia, & res iudicata super validitate vuionis contra beneficiatum.

568. Veneris 20. Iunii 1614. Firmana Altaris. Dunozetto. Argumentum. Patronus præsentans scienter indignum, an possit alium præsentare, & an si maior pars patronorum præsentat scienter indignum totum ius deuoluatur in præsentatum a minore parte.

569. Veneris 20. Iunii 1614. Baren. seu nullius Prioratus. Damasceno. Argumentum. Regula octaua reseruans Papæ menses ad conferendum beneficia, comprehendit etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ, & plura de vi, & natura confirmationis Papæ, de quibus in Summario.

570. Veneris 20. Iunii 1614. Asculana fideicommissi. Buratto. Argumentum. Fructus bonorum stabiliū, & dos quando debeant taxari.

571. Lunæ 23. Iunii 1614. Virdunen. Abbatiæ. Buratto. Argumentum. Remissoria an soleat concedi spoliatori, & ex quibus præsumatur calumniose petita.

572. Lunæ 23. Iunii 1614. Toletana, seu Almerien. Decimarum. Pirouano. Argumentum. Sententia nulla quando confirmanda, sit si non fuit oppositum de nullitate, & quid si opponatur de nullitate in genere non expressa nullitatis specie.

573. Lunæ 23. Iunii 1614. Mediolanen. Decimarum, & Primitiarum de Carlatio. Andrea. Argumentum. Quasi possessio exigendi decimas quomodo, & ex quibus probetur, & præsertim ex locationibus decimarum, & in præiudicium tertij.

574. Veneris 27. Iunii 1614. Maceraten. Dotis. Andrea. Argumentum. Dote non soluta, & viro sustinenti onera matrimonij, debetur interesse sex pro centenario.

575. Veneris 27. Iunii 1614. Bononien. de Poetis. Vbaldo. Argumentum. Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso particulari, præsertim vbi adest prohibitio alienandi extra familiam.

576. Veneris 27. Iunii 1614. Romana Domorum. Manzanedo. Argumentum. Remedium l. finalis. C. de edict. Diui Adrian. tollen. non datur ex scriptura rasa, cancellata, & cum additionibus in margine, nec etiam ex testamento ratione voluntatis imperfecto.

577. Veneris 27. Iunii 1614. Lauretana Bonorum. Manzanedo. Argumentum. Debitor promittens soluere in loco in quo creditor ordinabit, non dicitur in mora, nisi creditor doceat de ordine prædicto, & vbi non adest mora non intrat caducitas, quæ est materia odiosa, & ex leui causa a Rota excusatur.

578. Veneris 27. Iunii 1614. Terdonen. Archipresbyteratus. Buratto. Argumentum. Ad iustificandam prouisionem Apostolicam, maxime quando cessat calumnia, debet concedi literæ remissoriæ.

579. Lunæ 1. Iulii 1614. Vlixbonen. Concursus. Coccino Decano. Argumentum. Constitutio Pij Quinti super collatione Parochialium, & concursu, an habeat locum in Parochiali vnita, & quando in Vicarium Parochialis vnitæ dicatur translata totalis cura, vel exercitium curæ tantum.

580. Veneris 4. Iulii 1614. Bremen. Præposituræ. Coccino Decano. Argumentum. In hac decisione agitur de quadam Præpositura, an esset Sedi Apostolicæ reseruata, & inde sumpta occasione declaratur, an & quando verba enunciatiua, & narratiua Papæ, præsertim probent, vel non.

581. Veneris 4. Iulii 1614. Mediolanen. Decimarum. Andrea. Argumentum. De fide instrumentorum, & quando instrumenta dicantur in forma probanti.

582. Veneris 4. Iulii 1614. Senen. Bonorum. Buratto. Argumentum. Rescriptum subreptitium non est ipso iure nullum, nisi fuerit causæ auocatorium non facienti mentionem de pendentia litis.

583. Veneris 4. Iulii 1614. Romana Annui legati. Buratto. Argumentum. Annuum legatum restrictum ad certam quantitatem debetur si non sufficiunt fructus ex bonis testatoris relinquentis.

584. Veneris 4. Iulii 1614. Ferrarien. seu Rauennaten. Bonorum. Buratto. Argumentum. Sententia lata non vocatis interesse habentibus in libello nominatis redditur nulla, alias si in libello non sunt nominati non est necessaria citatio, sed sententia tantum reuocatur quo ad præiudicium citati.

585. Veneris 4. Iulii 1614. Romana Domus. Buratto. Argumentum. Arbitrator extraordinarie procedēs non debet arbitrari sine partis citatione, nisi vbi fuit præmissa matura discussio, quæ non potest fieri sine partis citatione, vel præsentia.

586. Veneris 4. Iulii 1614. Palentina Beneficii. Buratto. Argumentum. Attentata an reuocentur post rem iudicatam, & an attentatis renunciasse dicatur, qui patitur discuti de iustitia sententiæ, & coram quo iudice attentata debeant proponi, & an attentatorum reuocatio impediatur per exceptionem excommunicationis incursæ ob recursus ad iudices laicos.

587. Veneris 7. Nouembris 1614. Calaguritana Decimarum. Caualerio. Argumentum. Arbitrium quando intret pro sanatione examinis testium nulli ex defectu iuramenti ipsorum testium.

588. Veneris 7. Nouembris 1614. Firmana Laudi. Vbaldo. Argumentum. Laudum a partibus acceptatum transit in vim pacti, & quid si quis ex eo fuerit enormissime læsus.

589. Veneris septima Nouembris 1614. Ianuen. Domorum. Manzanedo. Argumentum. De concessione, seu de negatione remissoriæ, nonnulla notan-

notandâ, de quibus in Summario.
590. Veneris 7. Nouembris 1614. Calaguritana de Branteuilla. Pirouano. Argumentum. Gratia non dicitur iustificata non probato tempore vacationis,& valore beneficij in ea expressis, Prouilioque beneficij facta a Papa tanquam vacantis in mense reseruato si beneficium in dicto mense non vacato non præiudicat collarioni Ordinarij.
591. Veneris 14. Nouembris 1614. Cæsaraugustana Pensionis. Coccino Decano. Argumentum. Quasi possessio exigendi pensiones probatur per quietantias,& confessiones de recepto adminiculatas, & factas per manus Notarij, & quæ requirantur, vt declaratoria ob non paritionem exequutorialium eam petenti concedatur.
592. Veneris 14. Nouembris 1614. Palentina Cappellaniæ. Buratto. Argumentum. Attentatorum reuocatio coram quo iudice debet peti, & an executio facta pendente appellatione reuocetur, tanquam attentata appellatione deserta,& quid de exequutione facta ante obtentam restitutionem in integrum.
593. Lunæ 10. Nouembris 1614. Romana de Arronijs. Vbaldo. Argumentum. Prohibitus alienare bona hæreditaria sub pœna priuationis, non incurrit pœnam si prohibitionis scientiam non habet certam, & specificam. Item si alienata redimit, & in parte alienans, non cadit a toto.
594. Veneris 14. Nouembris 1614. Salernitana Contributionis. Dunozetto. Argumentum. Appellatio debet interponi coram iudice de stylo Rotæ, nisi iudex sit absens,& vbi Notarius recusat accedere, potest adhiberi alius Notarius ad referendum.
595. Lunæ 17. Nouembris 1614. Florentina, seu Parisien. Pecuniaria. Coccino Decano. Argumentum. Bonorum appellatione quando veniat nomen debitoris, quando creditor possit illud exigere, & quanto tempore hypotheca nominis debitoris præscribatur.
596. Lunæ 24. Nouembris 1614. Romana donationis. Verospio. Argumentum. Donatio facta a filiosamilias sine consensu patris de bonis in quibus pater habet vsumfructum, nulla & inualida est etiam iuramento vallata, & quando pater vsufructui prædicto renunciasse censeatur.
597. Lunæ 24. Nouembris 1614. Romana de Rusconibus. Damasceno. Argumentum. Petens immissionem non obtinet, quando in continenti docetur de emphyteosi.
598. Veneris 28. Nouembris 1614. Meliten. Conseruæ. Buratto. Argumentum. Societas an possit contrahi super iure nauigandi, & ex quibus censeatur contracta.
599. Veneris 28. Nouembris 1614. Visen. Pensionis. Andrea. Argumentum. Literæ reseruationis pensionis, quando habeãt exequutionem paratam, & an pensionarius possit constitui in quasi possessione exigendi ab eo, qui non habet titulum beneficii.
600. Veneris 28. Nouembris 1614. Placentina Archidiaconatus. Verospio. Argumentum. Alternatiua an habeat locum in beneficijs, quæ Episcopus debet conferre sub testimonio duorum, vel trium de Capitulo, & an habeat locum in beneficiis, quæ debent conferri præuio examine, & approbatione.
601. Veneris 28. Nouembris 1614. Foroliuien. Cappellæ. Buratto. Argumentum. Possessio ex quibus probetur ad effectum dignoscendi quis sit actor, & quis reus.
602. Lunæ 1. Decembris 1614. Reatina Pensionis. Vbaldo. Argumentum. Successor an possit pẽsionem reseruatam de consensu prædecessoris impugnare ex non iure eius, qui consensit quando in literis reseruationis adsunt clausulæ, quod de subreptionis defectu dari non possit, & quod pensio censeatur reseruata, perinde ac si omnes interesse habentes consensissent, ac adsunt aliæ clausulæ, de quibus in decisione.
603. Lunæ 1. Decembris 1614. Bononien. Fideicommissi de Cataneis. Pirouano. Argumentum. Instrumentum a Notario rogatum, & ex originali leuatum probat ex sola subscriptione ipsius etiam, quod non fuerit instrumenti tenor ab ipso scriptus & quando instrumenti authenticatio possit per Notarium alteri committi.
604. Lunæ 1. Decembris 1614. Conchen. Decimarum dell'Infantado. Andrea. Argumentum. De nullitate sententiæ ex defectu citationis. Item ex eo quod non sit conformis libello, & quod testes fuerint examinati parte non citata. Plura notanda de quibus in Summario.
605. Veneris 5. Decembris 1614. Cremonen. Pensionis. Andrea. Argumentum. Sententia lata non seruatis terminis substantialibus est nulla. De iustificatione gratiæ plura notanda, de quibus in Summario.
606. Veneris 5. Decembris 1614. Salamantina Præstimonii. Buratto. Argumentum. Inhibitio specialis, quando concedatur, & an concedatur ei qui non possidet, & qui nihil tenetur restituere.
607. Veneris 5. Decembris 1614. Tullen. Coadiutoriæ. Damasceno. Argumentum. Ratio in quo loco sit reddenda.
608. Veneris 5. Decembris 1614. Paduana Prioratus. Pirouano. Argumentum. Beneficij collatio vbi spectat ad Papam vigore alternatiuæ ab Episcopo acceptatæ, non censetur eadem alternatiua resoluta in præiudicium Papæ, siue per abusum, siue ratione absentiæ, & an ab eadem alternatiua recedi possit tacito Papæ consensu, ex quibus inducatur istæ tacitus consensus, & an etiam alternatiuæ acceptatio scripturam requirat.
609. Veneris 5. Decembris 1614. Romana legitimæ, seu melioramentorum. Vbaldo. Argumentum. Clausula sine præiudicio legitimæ executionis in rescripto apposita præseruat iurisdictionem iudicis a quo, & exequutio fieri potest etiam contra

tertium

tertium, qui acquisiuit lite pendente, maxime si alienario fuit facta in fraudem exequutionis inceptæ, vel paratæ.

610. Veneris 5. Decembris 1614. Theatina iurisdictionis de Attissa. Coccino Decano. Argumentum. De iurisdictione Episcopi in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium, infra limites suæ diœcesis, quando ille obstet immemorabilis quadragenaria, seu priuilegium.

611. Mercurij 9. Decembris 1614. Romana Officij Notariatus Rotæ. Coccino Decano. Argumentum. Si gillum & literæ non sunt de forma gratiæ, sed satis est, si probetur fictam fuisse.

612. Mercurij 10. Decembris 1614. Getunden. Prioratus de Rocca Rubea. Verospio. Argumentum. Erectio Cathedralis Ecclesiæ cum vnione beneficiorum, iustificatione non indiget, quando est facta in Consistorio, & ex causa a Papa narrata cũ clausula de plenitudine potestatis.

613. Mercurij 10. Decembris 1614. Mediolanen. Decimatum. Andrea. Argumentum. In antiquis Notarium quem esse eum, qui sede instrumento rogauit præsumitur accedente, præsertim legalitate Ordinarij.

614. Lunæ 15. Decembris 1614. Plocen. Canonicatus. Coccino Decano. Argumentum. Regula Cancellariæ reseruans beneficia vacantia post translationem Episcopi, vsque ad prouisionem successoris, & adeptam ab eodem pacificam possessionem, an reseruet beneficia prædicta, quando quis ab immemorabili est in quasi possessione illa conferendi, & an regula prædicta deroget immemorabili.

615. Veneris 12. Decembris 1614. Romana Vineæ. Pirouano. Argumentum. Dominium rei emptæ pro persona nominanda, nominatione facta transit in nominatum, & possessio nominati præsumitur procedere ex præcedenti nominatione, & plura alia de quibus in Summario.

616. Veneris 12. Decembris 1614. Oscen. Iurisdictionis. Vbaldo. Argumentum. Conseruatores an habeant iurisdictionem iudicialem, & ex quibus illis talis iurisdictio concessa censeatur, & an Concil. Tridenr. sess. 24. cap. 20. tollat conseruatorias Regularium.

617. Lunæ 15. Decembris 1614. Elboten. Iuris conferẽdi. Manzanedo. Argumentum. Sententia nulla defectu citationis valet de consuetudine in Regnis Castellæ, & Lusitaniæ, quando partibus præsentibus fuit conclusum in causa. Sententiaque nulla sustinetur si parte non opponente fuit a iudice confirmata, & sententia confirmatoria transitum fuerit in iudicatum.

618. Lunæ 15. Decembris 1614. Toletana, seu Almerien. Decimarum. Pirouano. Argumentum. Iudex in secunda instantia pronunciare potest non solum super articulo, super quo iudex primæ instantiæ pronunciauit, sed etiam super alio deducto in eadẽ prima instantia, præsertim cõnexo, & dependente.

619. Lunæ 15. Decembris 1614. Romana Saluiani interdicti. Pamphilio. Argumentum. Si constat de obligatione mulieris facta secundum statuti dispositionem non retardatur immissio ex vtili Saluiano interdicto, concurrentibus requisitis ipsius interdicti, non obstantibus exceptionibus ex aduerso oppositis, requirentibus tamen altiorem indaginem, & extrinsecis probationibus.

620. Lunæ 15. Decembris 1614. Romana Retractus. Vbaldo. Argumentum. Censuarius volens præferri in emptione rei censuaræ potest, dummodo hoc sit sine damno vendentis accipiendo rem cum iisdem pactis, & conditionibus, quibus alteri conceditur.

621. Veneris 19. Decembris 1614. Alerien. Beneficii. Buratto. Argumentum. Rescriptum super vna causa obtentum, non extenditur ad aliam. Rescriptique signatura, non extenditur ad non perita, & q͛d in rescriptis signatura commissum non fuit, habetur pro neglecto, & de excommunicato ob non paritionem literis Rotalibus ad cautelam non absoluitur sine speciali commissione, & non parito iudicato.

622. Veneris 9. Ianuarii 1615. Leodien. Pecuniaria. Caualerio. Argumentum. Remissoria non conceditur, quando petens vult probare ea, quæ probata non releuant.

623. Lunæ 12. Ianuarij 1615. Sancti Seuerini Cappellaniæ. Damasceno. Argumentum. Beneficium an sit de Iure patronatus, an vero eius collatio spectet ad Papam, vel ad Episcopum, attenditur vltimus status.

624. Lunæ 12. Ianuarii 1615. Amerina Bonorum. Buratto. Argumentum. Fideicommisso conditionali renunciatum non censetur per diuisionem. Hæc conclusio magistraliter ampliatur pluribus modis, de quibus in Summario.

625. Lunæ 12. Ianuarij 1615. Firmana Altatis. Dunozetto. Argumentum. Electus a minori parte patronorum, quando præferatur electo a maiori parte, & quid stante statuto, vel consuetudine, quod præsentatio non valeat, nisi fuerit facta a duabus ex tribus partibus.

626. Veneris 16. Ianuarii 1615. Romana legitimæ. Verospio. Argumentum. Legitima debetur legitimato, & nepoti ex ipso, vbi legitimatus sublatus est de medio. Item ex quibus dicatur Papam voluisse dispensare, non autem legitimare, & quãdo facultas succedendi in quibusdam bonis ab intestato concessa legitimato transmittatur ad eius filios.

627. Veneris 16. Ianuarij 1615. Bononien. de Capacellis. Pamphilio. Argumentum. Primogenitus quis dicatur, quando fuit vocatus primogenitus nascendus, ex pluribus, & de variis coniecturis prædilectionis, & quando debeat attendi proximitas grauantis, non autem grauati.

628. Veneris 16. Ianuarij 1615. Romana fideicommissi de Veccijs. Pirouano. Argumentum. Scriptura reperta

pertã inter ſcripturãs Notãrij defuncti,quãdo poſſit ex iudicis authoritate leuari in publicam formã.

629. Lunæ 19. Ianuarij 1615. Aſten. Fructuum. Manzanedo. Argumentum. Præſentia,& reſidentia Præpoſiti,probatur ex libro Capituli,& ex alijs,de quibus in deciſione.

630. Lunæ 19. Ianuarij 1615. Romana Palatij. Buratto. Argumentum. Mandatum relaxatum pro maiori ſumma eius, quod debetur, & ſic partim ex falſa cauſa debiti, & partim ex vera in totum eſt nulla, prout etiam nulla eſt ſubhaſtatio, & deliberatio inde ſubſequuta.

631. Lunæ 19. Ianuarii 1615. Ferrarien. Bonorum. Dunozetto. Argumentum. Eccleſiaſticorum bonorum alienatio non valet,etiam in vtilitatem Eccleſiæ ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, & quid ſi bona alienata ſint incognita, & incerta, vel difficilis recuperationis. Gratiaque ſi in euidentem,&c. nulliter exequuta, amplius exequutioni mandari non poteſt.

632. Veneris 23. Ianuarii 1615. Placentina Parochialis de Malpartida. Veroſpio. Argumẽtum. Epiſcopus an, & quando excuſetur a negligentia, & mora nõ conferendi beneficium,ex eo quod Capitulum Sede vacante alium nominauit cum præfixione termini ad impetrandum Apoſtolicam prouiſionem.

633. Veneris 23. Ian. 1615. Calaguritana Decimarũ. Caualerio. Argumentum. Omiſſio extenſionis iuramenti teſtium an poſſit ſanari per commiſſionem, cum clauſula arbitrie.

634. Veneris 23. Ianuarii 1615. Piſtorien. Beneficii. Caualerio. Argumentum. Lis non dicitur extincta per deſertionem cauſæ,niſi etiam ſubſequuta fuerit ſententia,& lite pendente inter duos præſentatos,non poteſt tertius præſentari.

635. Lunæ 26. Ianuarii 1615. Palentina Cappellaniæ. Buratto. Argumentum. De progenie non dicuntur deſcendentes ex feminis,ſed ſolum ex maſculis, vocatuſque ad Ius patronatus cum onere celebrandi Miſſas, non eſt neceſſe, quod ſit ſacerdos, ſed ſufficit,quod per alium celebrare faciat.

636. Lunæ 26. Ianuarij 1615. Farſen. Pecuniaria. Pamphilio. Argumentum. Furtum commiſſum ſine dolo,& culpa eius,qui pecunias exegit,cedit in damnum eius,cuius nomine pecuniæ fuerunt exactæ.

637. Lunæ 26. Ianuarii 1615. Peruſina Ciuilitatis. Mãzanedo. Argumẽtum. Iura ciuilitatis a ſtatuto certo modo conceſſa, non intelliguntur acquiſita, niſi ſtatuti diſpoſitio perfecte ſit adimpleta.

638. Lunæ 26. Ianuarij 1615. Romana hæreditatis de Gabriellis. Pamphilio. Argumentum. Aditio hæreditatis præſumitur, quando plures fratres iure dominij vltra eorum portiones rem poſſident, & qualiter quis dicatur hæreditatem adire.

639. Veneris 30. Ianuarii 1615. Veneta Donãtionis. Buratto. Argumentum. Ad hoc vt ſentẽtia lata in vno iudicio probet in alio, debet produci cum proceſſu,& actibus. Fallit in crimine hæreſis.

640. Mercurij 4. Februãrii 1615. Tiraſonen. Iuris Votãdi. Manzanedo. Argumentum. De probatione quaſi poſſeſſionis interueniendi cum Canonicis in alienationibus rerum Eccleſiæ,& aliis contractibus, plura notanda,de quibus in Summario.

641. Mercurii 4. Februarii 1615. Calagurirana Beneficii de Auſeio. Buratto. Argumentum. Inhibitio iuxta formam commiſſionis per Rotam an detur extra Curiam in præiudicium eorum,quæ fuerunt legitime per Rotam geſta.

642. Veneris 6. Februarii 1615. Romana Cenſus. Manzanedo. Argumentum. Cenſus extinctio cenſetur facta per illius retrouenditionem, illiuſque fructus exigi non poſſunt poſt relaxatum mandatum pro ſorte principali.

643. Lunæ 23. Februarii 1615. Neapolitanã iuris conferendi. Manzanedo. Argumenrum. Poſſeſſio probata poſt litem motam manutenibilis non eſt, probataque poſſeſſione de præterito,& de præſenti, præſumitur etiam poſſeſſio de medio tempore.

644. Lunæ 9. Februarii 1615. Rauennaten. Bonorum. Vbaldo. Argumentum. Statutum Rauennæ ſub rubric. 13. lib. 3. excludens fauore agnationis conſeruandæ feminas in gradu proximiores, propter maſculos remotiores,& eſt odioſum.

645. Veneris 13. Februarii 1615. Bononien. Cenſus. Buratto. Argumentum. Actio cedendatum non conceditur contra Clericum,qui vſus eſt beneficio.c. Odoardus de ſolutionib. Eique fuit aſſignata cõgrua portio,ne cogatur mẽdicare in vilipẽdiũ clericatus.

646. Veneris 13. Februarii 1615. Nepeſina Laudi. Caualerio. Argumentum. Non debet dici iudicem ſpoliaſſe,& tãquã priuatum egiſſe,niſi ſentẽtia ab eo lata ſit notorie iniuſta,quæ nullo modo velari poſsit.

647. Veneris 13. Februarii 1615. Amerina Domus. Pãphilio. Argumentum. Venditio facta a minore ſecũdum formã ſtatuti cũ iuramẽto,ac iudicis decreto, valida eſt, & non reſcinditur ex capite minoritatis, maxime quãdo eſt facta ad diſſoluẽdũ æs alienum.

648. Lunæ 16. Februarii 1615. Romana de Trinciis. Buratto. Argumentum. Si creditum nõ eſt liquidum, & perſonæ non ſunt legitimatæ,mãdatũ non debet relaxari etiam in vim obligationis Cameralis.

649. Lunę 16. Februãrii 1615. Portugallien. Fructuum. Veroſpio. Argumentum. Poſſeſsio an poſsit capi per Procuratorem habentem mandatum,cum clauſula generali ad capiendas poſſeſsiones. Item an pro capienda poſſeſsione bonorũ Eccleſiæ ſufficiat,quod acquiratur poſſeſsio Eccleſiæ, & ex quibus poſſeſſio bonorum Eccleſiæ acquiratur. Itẽ an poſſeſsio capta pro certa parte fructuum ante liquidationẽ dicatur incerta,& quando manutentio competat ei qui ſe habuerit pro ſpoliato.

650. Lunæ 16. Februarii 1615. Lucana Terrarum. Vbaldo. Argumentum. Immiſsio cõceditur cõtra bonæ fidei poſſeſſorẽ non obſtãtibus melioramẽtis, quando non ſunt liquida, præſtita tamẽ cautione de reficiendis melioramentis,quãdo erunt liquida.

Vene-

651. Veneris 20. Februarij 1615. Mediolanen. Pensionis. Vbaldo. Argumentum. Breuis est decisio, illius que argumentum in Summarijs habetur.

652. Veneris 20. Februarii 1615. Virdunen. Abbatiæ. Buratto. Argumentum. Clausula arbitrio Rotæ, non habet locum ad requirendum possessorium redintegrandæ, vt solum super petitorio coguoscatur. Cetera vide in Summario.

653. Veneris 20. Februarii 1615. Romana lucri dotis. Pirouano. Argumentum. Statutum Vrbis c. 131. lib. 1. disponens, quod merito superstite liberis extantibus, maritus totam dotem lucretur, quam tamen secundum iuris dispositionem liberis eiusdem matrimonii reseruare teneatur ad fauorem filiorũ nihil disponere dicitur, sed solum ad fauorem mariti quo ad determinationem lucri.

654. Die 3. Martii 1615. Ciuitatis Castelli, seu Romana sequestri. Buratto extra Rotã. Argumentum. Sequestrum non conceditur ante sententiam cõtra eum, qui non est suspensus, vel habet idoneũ fideiussorẽ.

655. Mercurii 11. Martii 1615. Terdonen. Bonorũ. Manzanedo. Argum. De nullitate examinis testium, ex duobus defectibus, de quibus in Summario.

656. Merc. 11. Martii 1615. Asten. Pensionis. Coccino Decano. Argum. De vi, & effectu gratiæ cõcesse cũ clausula Motu proprio, qñ sic cõcessa dicatur, & qñ ẽt possit de subreptione gratiæ opponi, & de probatione familiaritatis plura, de quibus in Summario.

657. Veneris 13. Martii 1615. Calaguritana beneficii de Branteuilla. Buratto. Argumẽtum. Beneficium an, & quando dicatur vacare per impetrationem alterius beneficii incompatibilis cum primo.

658. Lunæ 16. Martii 1615. Ciuitatis Castelli Vnionis. Manzanedo. Argumentum. Possessione Ecclesię acquisita, censetur acquisita possessio Ecclesiæ vnitæ, quæ cõsideratur vti prædiũ, seu Grancia nec vacat per mortem Rectoris. Item cura beneficii vniti potest exerceri per Vicarios.

659. Lunæ 16. Martii 1615. Burgen. Quindenniorum. Andrea. Argumentum. De trãsactione facta super rebus Ecclesiæ, ac de exactione annatarum multa notanda, de quibus in Summario.

660. Lunæ 16. Martii 1615. Romana Consulatus. Dunozetto. Argumentum. Statutum Consulatus Florentinorum c. 3. & 15. non est Ordinatorium, seu Inuitatorium.

661. Ven. 20. Martii 1615. Leodien. Parochialis. Mãzanedo. Argumentum. Plures dantur casus, quibus remissoria est concedenda, & in specie an remissoria concedatur, vbi articuli continent obiectus.

662. Ven. 20. Martii 1615. Romana de Marescottis. Damascepo. Argumentum. Filius patris testamentum in quo ipse erat præteritus, vel exhæredatus, licet in eo materesset instituta, non intelligitur approbasse, nisi ipsius testamenti specificam, & indiuiduam cognitionem habuerit, quamuis matrem tanquam hæredem cognouerit, si tamen ipse non declarauit se non esse hæredem.

663. Ven. 20. Martii 1615. Bononien. de Monterentiis. Dunozetto. Argum. Institutus in vsufructu, quando alio instituto in proprietate solũ post mortẽ vsufructuarii efficiatur hæres in totum cum onere restituendi hæreditatem vsufructu finito hæredi scripto per fideicommissum, in hac decisione plures enumerantur coniecturæ.

664. Ven. 20. Martii 1615. Clusina Postæ. Pirouano. Argum. Magistralis est decisio, pluraque continet notanda, de quibus in Summario, & agitur præcipue de secunda inuestitura feudi Principe ignorante, q alius in eodem feudo ius habebat, an & qñ talis cõcessio dicatur subreptitia, ex eo, quod in illa nõ fuit derogatum Regulæ de iure quæsito non tollendo.

665. Ven. 20. Martii 1615. Elborẽ. Fructuũ. Andrea. Argum. Decretũ quod institutus in beneficiõ debeat petere cõfirmationẽ a Sede Apostolica infra sex mẽses, operatur, vt si nõ petat, beneficiũ vacet ipso iure & fructus post sex menses pceptos dẽat restituere.

666. Lunæ 23. Martii 1615. Cremonen. Pensionis. Andrea. Argumentum. Gratia reseruationis pensionis nulla est, quando in ea nõ exprimitur altera pensio, qua beneficium prius grauatum erat, quod quãdo verum sit bene in hac decisione declaratur.

667. Lunæ 23. Martii 1615. Ariminen. Fideicommissi. Dunozetto. Argumentum. Filiorum appellatione non veniunt nepotes, & quamplures examinantur coniecturæ pro exclusione, & inclusione nepotum, & quando testator dicatur considerasse rationem conseruandæ agnationis.

668. Lunæ 23. Martii 1615. Leodien. Domus Claustralis. Caualerio. Argumentum. Vocatio quãndo dicatur facta simul, & quando ordine successiuo eleganter explicatur.

669. Lunæ 23. Martii 1615. Romana Restitutionis Dotis. Verospio. Argumentum. Vtile Saluianum interdictum competit ei, qui habebat obligatũ auctorẽ aduersarij tempore quo possidebat rem, de qua agitur, q litis tẽpore ab eodem aduersario possidetur.

670. Veneris 27. Martii 1615. Anconitana Computorum. Andrea. Argumentum. Attentata dicuntur, quæ fiunt tam appellatione pendẽte, quam in spretum inhibitionis Rotalis.

671. Lunæ 30. Martii 1615. Bononien. de Scappis. Rẽboldo Argumentum. Cedens omnia iura, & actiones contra aliquem, debet dare cessionario omnia iura, & instrumenta, quibus contra illum agere possunt alias præstare interesse.

672. Lunæ 30. Martii 1615. Argentina Commendæ. Coccino Decano. Argumentum. Concessio quando dicatur commenda, & quando oppigneratio, & quando confirmatio importet nouam concessionẽ, & an vnio probetur per immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo.

673. Lunæ 30. Martii 1615. Mediolanen. Decimarũ de Varisio. Pirouano. Argumentum. Plura reperies notanda, de quibus in Summario.

674. Veneris 3. Aprilis 1615. Mediolanen. Iuris patronatus.

natus. Pirouano. Argumentum. Ponuntur plura ex quibus probatur Ius patronatus, & consensus ordinarij in illius constructione.

675. Veneris 3. Aprilis 1615. Romana Casalis. Dunozetto. Argumentum. Bona minoris an possint alienari, quando vsuræ superant fructus bonorum hæreditariorum, & quãdo maritus cui fuit ipsa minor nupta non vult recipere dotem in bonis stabilibus.

676. Veneris 3. Aprilis 1615. Signina Castrorum. Buratto. Argumentum. Vẽditio facta sub certa forma cõuenta inter cõtrahentes, reseruato beneplacito Sũmi Pontificis, si beneplacitũ det diuersum summũ ab illã prius cõuenta per hoc rescinditur contractus et si res esset tradita, reliqua sunt in Summariis.

577. Veneris 3. Aprilis 1615. Romana Officij Notariatus. Damasceno. Argumentum. Dominium rei emptæ spectat ad eum, cuius nomine fuit facta emptio & pecunias erogauit, neque ad effectũ impediendi remedium possessorium sufficiunt coniecturæ simulationis, quia hæ respiciunt petitorium.

678. Ven. 3. Aprilis 1615. Ferrarien. Bonorũ. Verospio. Argumentum. Iustificatur sẽntentia ex multis, quę latius in decisione continentur.

679. Veneris 3. Aprilis 1615. Tirasonen. Pensionis. Andrea. Argumentum. De extractione, & publicatione instrumentorum, qñ dicatur legitimatio facta.

680. Lunæ 6. Aprilis 1615. Toletana Decimarũ de Capilla. Andrea. Argum. Procuratores duo si fuerint in simul cõstituti, vel substituti, qñ vnus alium præoccupare dicatur per productionẽ mãdati, seu alios actus, & quando etiam nullitas defectu, præsertim mandati possit reijci a Rota habente arbitrium.

681. Lunæ 6. Aprilis 1615. Fauentina fideicommissi de Castellanis. Buratto. Argumentum. Proximitas qñ grauati, & quãdo grauantis censeatur considerata.

682. Lunæ 4. Maii 1615. Romana fideicommissi de 6. Petro. Coccino Decano. Argum. Fructus quando veniant in restitutione fideicõmissi, & an inuestimẽtũ ex ijs factũ de ordine testatoris censeat factũ gratia hæredis, vel potius fideicõmissarii, & qñ remediũ l. fi. C. de edict. Diu. Adr. toll. cõpetat pro fructibus, & inuestimento ex illis facto de ordine testatoris.

683. Lunæ 4. Maii 1615. Ferrarien. Dotis. Buratto. Argum. Confessio receptionis dotis, ex pluribus prçsumitur facta animo donandi, de quibus in Sũmario.

684. Lunæ 11. Maii 1615. Meleuitana Emphyteusis. Dunozetto. Argumentum. Alienatio rei Ecclesiæ, quæ fuit confirmata per sententiam iudicis vigore Breuis Apostolici, præsumitur valida, & vtilis, & plura deducuntur ad huiusmodi materiam.

685. Lunæ 11. Maii 1615. Veneta donationis. Buratto. Argumentum. Per solam accusationem sine citatione non inducitur litis pendentia in causa criminali ad effectum, vt supersedeatur in ciuili.

686. Lunæ 11. Maii 1615. Senogallien. Prędij. Andrea. Argumentum. Executio Cameralis obligationis non impeditur per exceptionem non implementi, aut aliam requirentem altiorem indaginem.

687. Lunæ 11. Maii 1615. Hispalen. Legitimitatis. Manzanedo. Argumẽtum. Peregrina est materia huius decisionis, sed mirabili ordine, & eruditione digesta, quando scilicet Papa matrimonium nulliter cõtractum inter consanguineos in radice dispensasse censeatur, etiam in tertij præiudicium.

688. Lunæ 11. Maii 1615. Romana Dotis. Andrea. Argumentum. De testibus plura notanda, de quibus in Summario.

689. Veneris 15. Maii 1615. Romana Domus. Pamphilio. Argum. Læsus vltra dimidiã, vel tertiam partẽ iusti pretij non dicitur, qui dominiũ vtile cessit pro prietario si excessus potest esse ex affectione conducentis, habita ratione ad tempora, quibus res nõ est fructifera, & ad alia, de quibus in decisione.

690. Veneris 15. Maii 1615. Anconitana Bonorũ. Remboldo. Argumentum. Iudex vt priuet aliquem sua possessione ciuili, & naturali, debet rite, & recte procedere alias spolium.

691. Lunæ 17. Maii 1615. Triuentina Monasterij. Manzanedo. Argumentum. Breue iustificatur ex sola verificatione clausulæ cõstito, & ex quibus dicta clausula dicatur verificata, & plura circa iustificationẽ narratorum in gratia deducuntur.

692. Lunæ 18. Maii 1615. Bononien. Parochialis. Pirouano. Argumentum. Mandatum generali ad lites, & causas, cum amplissimis clausulis extenditur ad lites, & causas futuras, & cõnexas, & de mãdato facto ab Vniuersitate, quod sustineatur, si precedente sono cãpanæ in Congregatione interuenerint duę, tertiæ partes Vniuersitatis, & qui interuenerint, statur assertioni Notarii, donec fuerit cõtrariũ probatũ.

693. Ven. 12. Iunii 1615. Bonon. Fideicõmissi de Cataneis. Pirouano. Argum. Proximiores qui dicantur, quomodo hoc probetur, & vocati in fideicõmisso, numquid intelligatur de proximioribus testatoris, vel ipsius grauati filiorum appellatione in fideicõmissis, quando veniant nepotes, testamentique antiqui recognitio quomodo fieri debeat.

694. Lunæ 18. Maii 1615. Auriacen. Iuris nominandi. Buratto. Argumẽtum. Ius patronatus in antiquis, ex quibus probetur, & ex quibus probetur effectuatio Iuris patronatus, & quod tempus dicatur antiquum ad effectum probationis, & quæ probatio requiratur in materia antiqua.

695. Lunæ 18. Maii 1615. Romana Pecuniaria. Pãphilio. Argum. Debitor ex pluribus causis, quarũ altera sit leuior, altera grauior, si soluat aliquã quãtitatẽ simpliciter intelligitur soluisse in grauiorẽ causã.

696. Veneris 22. Maii 1615. Bononien. Census de Pepulis. Vbaldo. Argumentum. Remissoria in prophanis debet concedi, quando articuli sunt releuãtes, & præcipue quando fuit concessa collitiganti.

697. Ven. 22. Maii 1615. Romana de Ruscõnibus. Damasceno. Argum. Exceptio, quæ per replicantem perfecte nondũ luitur, retinet suam vim, & efficaciã.

698. Lunæ 20. Maii 1615. Ciuitatis Castelli Vnionis. Manzanedo. Argumentum. Cumulatio petitorij

cum

cum possessorio nõ admittitur ex clausula arbitrio in iudicio manutentionis, vbi possessio est clara, nec aliqua haberet causa, item exceptio inualiditatis tituli exhibiti, nõ admittitũ in iudicio manutẽtionis, nisi qñ de defectu tituli ex ipsius lectura apparet.

699. Veneris 22. Maii 1615. Meliten. Prioratus. Manzanedo. Argumentum. Agitur de probatione narratorum in gratia si neutri.

700. Ven. 22. Maii 1615. Romana laudi, seu pten§æ participationis. Buratto. Argum. Mercator contrahens vti Romæ negotiãs, nũquid contraxisse dicatur nomine proprio, & ad suã propriã vtilitatẽ, an vero potius nomine rationis Banchariæ, & ẽt ad vtilitatẽ sociorum, & participãtium. Magistralis est decisio.

701. Veneris 22. Maij 1615. Brixien. Canonicatus. Verospio. Argumentum. Sequestrum debet apponi, vbi possessio est attentata respectu vnius partis, & respectu alterius est turbida.

702. Ven. 22. Maii 1615. Valẽtina subsidij. Pãphilio. Arg. Subsidiũ an debeat solui ex fructibus exẽptis, & q̃ dicãtur fructus primitiales, & q̃ onera primitialia.

703. Veneris 22. Maii 1615. Romana bonorum de Columna. Damasceno. Argumentum. Quæ requirantur, vt transumptatio dicatur valide facta, & de pluribus reddentibus instrumentum nullum.

704. Lunæ 25. Maii 1615. Iacen. Vicariæ. Buratto. Argumentum. Regula octaua Cancellariæ, an habeat locum in Vicariis, siue perpetuis, siue tẽporalibus.

705. Lunæ 25. Maii 1615. Toletana Professionis. Vbaldo. Argumentum. Metus illatus in emissione professionis quando censeatur purgatus per susceptionẽ ordinum, & alios actus, & an professio ab initio nulla ex causa metus censeatur per actus liberos ratificata quoties non cessauit causa metus.

706. Lunæ 1. Iunii 1615. Ferrarien. de Tassonis. Pamphilio. Argumentum. Identitas bonorum ex quibus probetur, & plures recensentur modi probandi identitatem.

707. Mercurii 17. Iunii 1615. Romana fideicommissi de Micinellis. Pamphilio. Argumentum. Testator vocando familiam an censeatur intellexisse de familia contentiue, vel potius effectiue.

708. Lunæ 1. Iunii 1615. Calciaten. Cõiudicũ. Andrea. Argum. Portionarij quãdo dicantur de Capitulo.

709. Lunæ 1. Iunii 1615. Tudertina, seu Romana nullitatis obligationum. Buratto. Argum. Enormissime læsus dr̃ secundũ Rotæ opinionẽ, qñ summa est magna, & sperari nõ potest releuatio, quo casu minor fideiubens non obstante iuramento restituitur.

710. Lunæ 1. Iunii 1615. Vlixbonen. Concursus. Remboldo. Argumentum. Constitutio Pij V. super concursu Parochialium, quando habeat locum in Parochialibus vnitis, quarum cura exercetur per Vicarios, & quando cura beneficii vniti dicatur residere totaliter penes Vicarium, & quando penes Rectorem beneficij cui fuit facta vnio.

711. Veneris 5. Iunij 1615. Auinionen. Archidiaconatus. Buratto. Argumentum. Agitur de probanda familiaritate ad effectum reseruationis, & ex quibus probetur, & quomodo deponere debeat testis pro probanda familiaritate.

712. Veneris 5. Iunij 1615. Bononien. Laudi. Pirouano. Argumentum. Libri sociales licet sint scripti, seu tẽti contra formam statuti, tamen nõ possunt ab vno socio impugnari contra tertium, quando fuerunt scripti dicto socio sciente, & patiente.

713. Ven. 5. Iunij 1615. Romana Census, siue executionis. Coccino Decano. Argum. Minore prohibito a statuto contrahere sine cõsensu proximiorum quis debeat probare ipsum minorem proximiores non habuisse, vel si habuit illum fuisse impeditum contractui interuenire, & de quo tempore, est decisio notabilis, & magistralis.

714. Mercurii 10. Iunii 1615. Viterbien. Bonorum. Rẽboldo. Argumentum. Renunciatio facta per volentem ingredi Religionem, quando ex verborum generalitate extendatur ad bona debita renuncianti, ex fideicommisso.

715. Merc. 10. Iunij 1615. Romana Domorũ. Vbaldo. Argum. Transactio vt rescindatur ptextu læsionis, debet probari læsio habito respectu ad dubium litis euentum omnium prætensionum, super quibus erat lis, vel futura timebatur, qui dubius litis euentus debet æstimari per peritos iuris, & plura considerantur ad excludendam læsionem.

716. Mercurij 10. Iunij 1615. Meliten. Conseruæ. Buratto. Argumentum. Citatio in scriptis an sit necessaria vbi fuit commissa causa more militari, & sine forma processus.

717. Mercurii 10. Iunij 1615. Imolen. Census. Buratto. Argumentum. Liber Mercatoris an probet pro tertio contra tertium, & ex quibus acquiratur quasi possessio exigendi.

718. Merc. 10. Iunij 1615. Romana Casalis Palazzetti. Manzanedo. Argum. Testatore vocante filios legitimos, & naturales in infinitum ad fideicommissum intelligitur etiam vocasse nepotes.

719. Mercurii 10 Iunij 1615. Lunen. Sarzanen. Damasceno. Argumentum. Ius patronatus, quod ad sui consecutionem requirit Sacerdotium potest exerceri, & habere per eum qui Missas curat dici per alium, dummodo institutus sit sacerdos, nisi in fundatione aliter sit cautum.

*Alternatiua remouet obstacula regi reseruatoria. decisione 600. numero 2.*

*Alternatiua habet locum etiam in beneficijs, quę Episcopus non potest cuilibet conferre. decis. 600. nu. 5.*

*Alternatiua non impeditur ex eo, quod collatio debeat fieri cum approbatione, & testimonio alicuius, quia nihilominus dicitur libera. decis. 600 nu. 10.*

*Alternatiua habet locum etiam in parochialibus, licet in ipsarum collatione requiratur examen, & examinatorum approbatio, cũ nihilominus solus Episcopus dicatur conferre. decis. 600. num. 10.*

*Alternatiua satis est, si adimpleatur pro vna parte. decis. 719. num. 2.*

*Alternatiua obligatio non vitiatur, vbi vna pars est impossibilis. decis. 130. nu. 6.*

*Alternatiua probatio non sufficit, vbi debet esse praecisa. decis. 703. num. 6.*

*Alternatiua non suffragatur Episcopo non residenti. decis. 81. num. 7.*

*Alternatiua concessa, & recognita in medio mensis Apostolici, ille mensis in reliquo ipsius desinit esse Apostolicus, & efficitur ordinarius. decis. 144. numero 10. Vbi id non firmatur, & nu. 11. & 12. affertur responsio.*

*Alternatiua remouet obstaculum inductum per reseruationem octo mensium. decis. 144. nu. 10.*

*Alternatiua non tollit reseruationes, & affectiones, quibus beneficia antea reseruata, vel affecta erant. decisione 144 numero 11.*

*Alternatiuae vsus incipit ab initio mensis habilis. decisione 144. num. 12.*

*Alternatiua, vt suffragetur Episcopo, debet probari residentia. decis. 64. nu. 2.*

*Alternatiua, vt suffragetur Episcopo, debet constare de illius residentia per mensem integrum, dummodo residentia sit mente, & corpore. decis. 64. num. 5.*

*Alueus dicitur venter fluminis secundum naturalem, & consuetum cursum. decis. 108. nu. 5.*

*Alueus fluminis non dicitur locus, in quo sunt supplantationes, quia in illo plantationes fieri non possunt. decis. 108. num. 5.*

*Amicus praesumitur informatus de gestis alterius amici. decis. 711. nu. 2.*

*Amissio actorum numquid censeatur probata ex attestatione Notarij. decis. 604. nu. 2.*

*Amoto &c. hac clausula facit exequutorem mixtum. decis. 159. num. 3. & decis. 52. nu. 2.*

*Amoto &c. hac clausula intelligitur iuris ordine seruato. decis. 147. nu. 4.*

*Amotis &c. clausula haec in literis Apostolicis apposita dicitur personalissima, & in ea non habetur ratio aliquorum detentorum, nisi ab eodem Pontifice prouisorum. decis. 484. num. 2.*

*Ancorche; haec dictio est implicatiua, aliquando tamen habet implicitam cõditionem, quando suspendit conditionem ad aliquod tempus futurum incertum, quia tũc videtur stare pro quando. decis. 424 nu. 3.*

*Animarum cura potest esse absque parochialitate. decisione 228. num. 6.*

*Animarum cura non censetur annexa beneficio, quod non requirit personalem residentiam. decis. 7. nu. 1.*

*Animarum cura est interdicta Monachis. decis. 204. nu. 8. Dic procedere in Monachis particularibus, & quando Monasterium non habet populum; Secus alias, quia de iure, aut saltem consuetudine a iure approbata, non est prohibitum. decis. 204. nu. 8.*

*Animus qualis fuerit ab initio colligitur ex actu immediate, & in continenti facto. decis. 700. nu. 13.*

*Ani-*

*Animus calumniandi in lite cognoscitur ex pluribus, de quibus. decis. 625. nu. 4.*

*Animus qualis fuerit in praecedenti, ex subsequenti actu declaratur. decis. 306. nu. 3.*

*Animus, licet sit imperscrutabilis ex praecedētibus, tamen ex subsequentibus dignoscitur. decis. 64. nu. 5.*

*Animus, qualis fuerit, ex euentu dignoscitur. decisio. 113. numero 2.*

*Animus talis praesumitur, qualis de iure esse debet. decisio. 113. num. 3.*

*Animus declaratur subsequentibus. decis. 118. numero 2. Vbi ad includendam, seu excludendam fraudem. numero 2.*

*Annata exactio non est compatibilis cum vnione, & suppressione beneficiorum, per qua tollitur eorum vacatio. decis. 659. nu. 11.*

*Annatam exigendi ius de beneficijs alicui Capitulo competens, cum sit incertum, & conditionale, in vnione illorum non est necessario exprimendum. decisione 659. numero 13.*

*Annatam suam habet priuilegiatus vnione facta alicuius Ecclesiae, & an hoc solum intelligatur de prima vacatione, an vero etiam de tempore futuro. decisione 659. numero 14.*

*Annata priuilegium non comprehendit casum, in quo beneficium amplius non vacat. decis. 659. nu. 15.*

*Annexae dicuntur partitę, quando vna tradit ad extinctionem, vel qualificationem, vel peremptionem alterius. decis. 388. nu. 2.*

*Antecedentia declarant sequentia. decis. 540. nu. 3.*

*Antecedens consensus necessarius si deficias, impedit effectum contractus, secus si deficeret causa finalis, facitq; cessare consensum contrahentium, decisione 676. numero 3.*

*Antidatę suspicio in prouisione Ordinarij nō causat in prouiso malam fidem. decis. 66. nu. 3.*

*Antiqua melius probantur per scripturas, quam per testes. decis. 45. num. 2.*

*Antiqua sententia probat etiam sine actis. decisione 673. numero 1.*

*Antiquitas, vt possit cōsiderari respectu testium, requiruntur sexaginta, aut septuaginta anni. decisione 234. numero 2.*

*Antiquitus beneficia simplicia concedebantur etiam minoribus septem annis. decis. 194. nu 2.*

*Antiquum tempus non probatur per testes deponentes per dictionem citra absque copula. decis. 170. nu. 5.*

*Antiqua sententia probat sine processu. decisione 235. numero 5.*

*Antiqua dicitur sententia quando excedit 40. annos. decis. 235. num. 5.*

*Apertio oris tollit solum effectum clausulę sublata, non autem substantiam gratiae. decis. 8. num. 1.*

*Apocham, seu instrumentum non subscribens nō potest conueniri. decis. 671. nu. 4.*

*Apostillae repertae in instrumento, scriptae tamen manu eiusdem Notarij, probant, etiam quod ab eodem Notario non sint subscriptę. decis. 276. numero 3. Vbi etiam quando dicatur constare apostillas esse scriptas manu eiusdem Notarij.*

*Apostolicae literae continentes gratiam pensionis reseruatae motu proprio sunt exequendę, licet impetrans non iustificauerit illam, neque sit in quasi possessione exigendi pensionem. decis. 656. nu. 1.*

*Apostolico Officiali graui, & magno, asserenti se habere facultatem aliquid faciendi credendum est. decisione 200. numero 5.*

*Apostolicis literis iustificatis danda est exequutio. decisio. 605. num. 2.*

*Apostolicae literae habent exequutionem paratam. decisione 755. nu. 1. & dec. 338. nu. 1. & decis. 599. nu. 1.*

*Apostolicum beneplacitum, si sit expresse reseruatum antequam obtineatur, est locus pœnitentię. decisione 755. numero 2.*

*Apostolicarum literarum forma seruanda est. decisio. 616. numero 2.*

*Apostolica prouisio praebet titulum coloratum ad obtinendam restitutionem in spolio. decis. 741. nu. 1.*

*Apostolica gratia praebet titulum coloratum. decisione 741. numero 6.*

*Apostolica litera censentur expedita statim, quod fuerunt plumbatae. decis. 270. num. 2.*

*Apostolicum beneplacitum tale, quale sufficit pro validitate actus praesumitur ex obseruantia triginta annorum. decis. 506. num. 2. & 4. Amplia etiamsi non sit reseruatum. nu. 3.*

*Apostolicarum literarum exequutio ob reuerentiam non solet retardari. decis. 57. nu. 2.*

*Apostolicae literę praesumuntur expedita de mādato illius, cuius interest. decis. 206. nu. 2.*

*Apostolicę literę non possunt dici attentata, quia Papa non attentat. decis. 29. nu. 1.*

*Apostolicae literae habent exequutionem paratam. decisione 197. num. 2.*

*Apostolicae literę non debēt exequi absque iustificatione narratorum. decis. 251. nu. 2.*

*Apostolicę litera non verificatis in ijs narratis sunt subreptitia. decis. 251. nu 2.*

*Apostolica prouisiones non mutant factum beneficij. decis. 235. num. 2.*

*Apostolicarum prouisionum tempora de medio deducuntur ad effectum probandi ius patronatus. decisione 235. numero 2.*

*Apostolicum beneplacitum in alienatione rei Ecclesiae non supplet defectum causae. decis. 96. nu. 3.*

*Apostolicus Nuncius non potest vni plura beneficia conferre. decis. 250. nu. 1.*

*Apostolicus Nuncius numquid possit dispensare, & quando super pluralitate beneficiorum incompatibilium. decis. 250. num. 2.*

*Apostolicarum literarum exequutio quando ingrediatur per alterius possessionem, & quando possessor dicatur legitimus contradictor. decis. 523. nu. 4.*

*Apostolorum petitio est de substantia appellationis. decisio. 396. num. 3.*

*Appellationes, & declarationes intelliguntur quatenus subsi-*

*subsistant. Interim autem non est admittenda citatio ad effectum praeiudicij. decis. 451. num. 5.*

*Appellatione progeniei veniunt descendentes ex masculis, non autem ex femina. decis. 635. num. 1.*

*Appellationis iudex potest cognoscere, nedum super articulo, super quo primus iudex pronunciauit, sed etiam super alio deducto in prima instantia. decis. 618. num. 1. & 2. Vbi praesertim, quando vnus articulus venit in necessariam cognitionem, dependentiam, & connexitatem alterius.*

*Appellationis causa admittit probationes nouiter repertas, quia in ea habet locum regula non deducta deducam, & non probata probabo. decis. 618. num. 8.*

*Appellatione filiorum iuxta sermonis proprietatem non veniunt nepotes. decis. 507. num. 2.*

*Appellatione filiorum de communi vsu loquendi non veniunt nepotes. decis. 507. num. 3.*

*Appellatione filiorum quandoque comprehenduntur nepotes per extensionem, & improprie. decis. 507. num. 3.*

*Appellatione filiorum in fideicommissis nepotes non veniũt etiam in vocatione actiua. decisio. 507. num. 4. & 5.*

*Appellatione filiorum an veniant nepotes potissimum attenduntur coniecturae. decis. 507. num. 6. & seqq. Vbi plures referuntur coniecturae, ex quibus colligitur testatorem filiorum appellatione noluisse vocare nepotes.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando testator discretiue loquutus fuit de filijs, & nepotibus. decis. 507 num. 7.*

*Appellatione filiorum veniunt nepotes in fideicommissis ascendentium. decis. 507. Declara, vt num. 12.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, etiam quod filij sint vocati in futurum euentum. decis. 507. num. 14.*

*Appellatione pertinentiarum veniunt etiam fructus. decis. 1. num. 12.*

*Appellatione emolumentorum veniunt etiam poenae, & multae. decis. 230. num. 4.*

*Appellatio ab excommunicatione non suspendit effectum excommunicationis, sed requiritur absolutio. decisione 3. num. 1.*

*Appellatio a sententia declaratoria incursus excommunicationis operatur effectum suspensiuum. decisione 3. numero 1.*

*Appellatio vbi est prohibita a prima sententia, censetur etiam prohibita a secunda sententia reuocatoria prima. decisio. 526. num. 1. 2. & 4.*

*Appellatio inspecto praesenti statu sententiam extinguit. decisione 526. num. 3.*

*Appellatione pendente attentata reuocanda sunt. decisione 582. num. 1.*

*Appellare vbi licuit, vel non licuit vni ex partibus, ita, & alteri parti licere, vel non licere debet. decisione 529. num. 3.*

*Appellatio a nouo grauamine non deducto in primis sententijs concedenda est. decis. 529. num. 4.*

*Appellationis causa deserta, non censetur deserta causa nullitatis, qua durat per annos triginta. decisione 512. num. 3.*

*Appellatione agnatorum in fideicommissis veniunt etiam filij. decisione 403. numero 2.*

*Appellatione haereditatis veniunt non solum bona stabilia, sed etiam mobilia. decis. 518. num. 2.*

*Appellatione descendentium in fideicommissis numquid veniant vltra primos adeuntes, alij subsequentes quando in fideicommisso non adsunt verba explicantia tempus futurum, vel non fuerit dictum semper, in infinitum, quandocumque, & similia. decis. 344. num. 4. & seq.*

*Appellatione descendentium in substitutione, quando veniant descendentes futuri. decis. 344. num. 11.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando agitur de extendendo fideicommisso inter transuersales. decisio. 693. num. 4.*

*Appellatione filiorum veniunt nepotes in fideicommisso, quando sic colligitur ex coniecturis fuisse mentem testatoris. decis. 693. num. 4. Vbi etiam ponitur vnica coniectura excludens hanc testatoris mentem.*

*Appellatione filiorum in fideicommisso numquid veniant nepotes, quando testator prohibita bonorum alienatione voluit bona sua perpetuo manere in familia. decis. 693. num. 5.*

*Appellatione fructuum veniunt distributiones quotidianae, quando praebendae sunt distinctae in Ecclesia, bona possidẽtur in communi, & postea singulariter certo anni tempore distribuuntur. decisio. 449. num. 1.*

*Appellari potest de iure Canonico a quocumque grauamine etiam in possessorio. decis. 391. num. 3.*

*Appellare licet in remedio exequutiuo, quod datur pro vltimis voluntatibus. decisione 391. num. 4.*

*Appellationis prohibitio vigore Aegidiana non habet locũ, quando agitur de rebus Ecclesiae. decisione 391. nume. 5. Vbi etiam quod sufficit Ecclesiam esse actricem, licet reus sit laicus.*

*Appellationi renunciare quis non potest in praeiudicium sui fideiussoris, seu defensoris. decis. 391. num. 10.*

*Appellatio admittitur a quocumque grauamine etiam extraiudicialiter illato. decis. 522. num. 4.*

*Appellatio de iure Canonico datur a quocumque grauamine. decis. 287. num. 7.*

*Appellatio nec etiam de iure Canonico admittitur in remedio Summarissimo retinendae. decis. 287. num. 7.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, aut pronepotes. decisione 667. num. 1.*

*Appellatione filiorum veniunt nepotes, vbi agitur de exclusione substitutorum in fauorem haeredis instituti. decis. 667. num. 2. Secus vbi agitur de fideicommisso inducendo. num. 2. & 3. Vbi declaratur l. Lucius. 85. ff. de haeredibus instituendis. num. 13.*

*Appellatione filiorum ex coniecturis veniunt nepotes, dummodo coniecturae sunt plures, & violentae. decisione 667. num. 4.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, vbi testator discretiue locutus fuit de filijs, & nepotibus. decisio. 667. num. 5.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, vbi testator vocauit filios cum dictione suos. decisione 667. num. 6.*

*Appellatione filiorum non veniunt nepotes, nec testator censetur illorum habuisse rationem, quando vsus fuit verbo*

bo singulari,& nepotes plures poterant nasci. decisione 667.num.7.

Appellatione filiorum nepotes ac pronepotes veniunt, vbi testator habuit rationem conseruandæ agnationis, etiam si sint solum in conditione positi. decis.667.num.9. Contrarium, nu.11.

Appellatio interposita post decem dies non dicitur legitima. decis.396.nu.1.

Appellatio debet fieri coram iudice. decis.396.nu.3.

Appellatio dicitur deserta si appellans non petijt Apostolos. decis.420.nu.2.

Appellationis renunciatio inducitur per reditum ad iudicem a quo. decis.420.nu.2.

Appellatio datur a sententia mixti exequutoris. decis.701. numero 2.

Appellatione cessante, cessant attentata. decisione 562. numero 1.

Appellationi iudex deferendo abdicat a se iurisdictionem, illam transferendo in iudicem ad quem. decisione 562. numero 1.

Appellationis delationi consentire, videtur pars appellata per impetrationem commissionis causæ appellationis. decis.562.nu.3.

Appellatio debet fieri coram indice. decis.594.nume.2. Vbi etiam de stylo Rotæ, & num.3. Vbi quid sit agendum vbi Notarius non vult adire iudicem. Fallit vbi iudicis præsentia haberi non possit, nu.3.

Appellatio quo ad effectum suspensiuum non datur a sententia priuationis ob non residentiam, nisi tamen iudex nulliter, & iniuste processerit. decis.742.nu.1.

Appellatione pendente exequutio facta non reuocatur tamquam attentata appellatione deserta, si exequutio fuit directa. decis.592.nu.3.

Appellatio nulla non causat attentata. decis.592.nu.5.

Appellatio ab excessiua taxatione conceditur a die habita notitia. decis.636.nu.1.

Appellatione vnius ex consortibus alteri prodest. decisione 191.num.1. Amplia etiam si appellationi postea renunciet, num.5.

Appellationi renunciasse censetur, qui post appellationem coram eodem indice comparuit. decis.22.nu.2.

Appellari potest a sententia mixti exequutoris. decisio.79. numero 1.

Appellatione remota, hæc clausula habuit locum vbi index procedit seruata forma commissionis, & partem non grauat. decis.79.nu.3.

Appellatio dicitur deserta ex illius nō prosequutione infra annum. decis.746.nu.2.

Appellatio a sententia lata in vim Saluiani interdicti non admittitur. decis.150.nu.2.

Appellatio de iure ciuili in mero possessorio non datur. decis.150.nu.2.

Appellationi vnius potest altera pars adhærere. decis.727. numero 4.

Appellatio dicitur deserta vbi instantia fuit perempta, & fatalia non fuerunt prorogata. decis.564.nu.1.

Appellatio non admittitur in iudicio Saluiani. decisione 376.num.4.

Appellationis prosequēda tempus non currit impedito. decisio.156.nu.2. Vbi quod non sufficit impedimentum in vna parte anni, quando in alia parte eiusdem anni non fuit facta diligentia.

Appellatio, vt non dicatur deserta ex non prosequutione causæ, sufficit quælibet diligentia. decisione 156.numero 3.

Appellatio admittitur a collatione ordinarij. decisio.156. numero 5.

Appellatio admittitur a denegata institutione. decis.156. numero 5.

Appellatione pendente nil nouandum. decisione 670. numero 1.

Appellatione filiorum non veniūt nepotes, quando testator reciproce substituit filia, nec ad vlteriorem substitutionis gradum procedit. decis.667.nu.7.

Appellatione descendentium veniunt tam masculi, quam fœmina. decis.318.nu.1.

Appellatio admittitur ab interloquutoria continente grauamen irreparabile. decis.214.nu.4.

Appellare non potest non habens mandatum. decisione 183. numero 2.

Appellatio non datur a sententia lata super mandato de manutenendo. decis.183.nu.3. Declara procedere quando proceditur in possessorio manutētionis per decretum; secus vero quando per viam sententiæ diffinitiua, nu.4. Vbi adducitur ratio.

Appellatio vbi est prohibita, attentata cessant. decis.183. numero 3.

Appellatio interposita ab vno ex collitigantibus prodest alijs. decis.183.nu.5.

Appellatione interposita per vnum ex pluribus condemnatis, & illa pendente non potest fieri exequutio contra alios, qui non appellarunt. decis.183.nu.5. Vbi quod talis exequutio etiam respectu consortium dicitur attentata, & venit reuocanda. Fallit primo quo ad eos consortes, qui sententiæ acquieuerunt. num.6. Fallit secundo, quando sunt diuersæ personæ litigantes diuersi iuris, nec est vna, ac eadem causa defensionis omnium, numero 6.

Appellatione pendente exequutio facta non ex clausula, arbitrio, sed alia via, est reuocanda. decisione 64. numero 1.

Appellatio a concursu, seu iudicio Episcopi in terminis Constitutionis Pij V. non conceditur simpliciter, sed tunc demum quando dolose, & irrationabiliter iudicat. decisione 36.nume.1. & 2. Vbi ex quibus dictis dolus excludatur.

Appellationis desertio dicitur renunciatio proprij iuris. decis.383.nu.3.

Appellabilis causa semel effecta, semper durat appellabilis. decis.28.nu.2.

Appellatio de iure ciuili non datur in Saluiano. decisione 324.num.1.

Appellationis causa commissa numquid possit dici de nullitate. decis.474.num.12.

Appellatione consanguineorum venit pater. decisione 385. numero 3.

# Index Summariorum.


*Appellatione linea veniũt omnes descendentes, tam masculi, quam feminæ, & etiam descendentes feminarum. decis.226.num.3.*

*Appellatione descendentium veniunt etiam nati ex feminis. decisio. 226.num.3. Vbi maxime in transitoriys ad hæredes extraneos.*

*Appellatione descendentium in substitutione, quando veniant descendentes futuri. decis.344.nu.11.*

*Appellatione prolis veniunt tam masculi, quam feminæ. decis.318.nu.1.*

*Appellandi tempus contra verum contumacem currit a die sententiæ, non autem a die scientiæ. decisione 396. numero 1.*

*Appellare vel minus legitime, vel nõ appellare sunt paria. decis.396.num.3.*

*Appositio manus Papæ facit beneficium affectum, seu reseruatum. decis.190.nu.6.*

*Appositio manus Papæ facta ad vnum finem non impedit collationem Ordinary, si dictus finis cessat. decis.190. numero 7.*

*Approbatio relatiua intelligenda est secundum relatum. decis.555.nu.5. Declara, vt nu.6.*

*Approbatio actus non datur sine scientia approbantis. decis.662.num.2.*

*Approbata vt intelligantur præiudicialia requirunt scientiam explicitam, & indiuiduam omnium qualitatum in approbante. decis.662.nu.3.*

*Approbatum a filio non censetur testamentum, in quo matre instituta, filius est præteritus, qui matri tanquam hæredi morem gerit, nisi præcise sciat se esse cohæredem. decis.662.nu.4.*

*Approbata dicitur illa partita, quę erat tempore solidationis computorum, & fuit visa, & non reprobata. decisio. 388.numero 3.*

*Approbatio litis debet fieri cum suis qualitatibus, videlicet, cum sententys. decis. 285.nu. 2.*

*Approbationis præsumptio non intrat sine scientia. decisio. 768.num.3.*

*Approbatio respectu vnius actus non extenditur ad alium separatum, sed restringitur ad id, quod ex eo necessario infertur. decis.768.nu. 3.*

*Approbare dicitur contractum, qui agit ad illius rescissionem ex capite inobseruantiæ. decis.615.nu.6.*

*Arbiter iuxta votum Consultoris, qualiter dicatur posse iudicare. decis.646.nu.2.*

*Arbitro electo non arbitrante de æquitate canonica nõ dissoluitur compromissum, sed recurritur ad arbitrium iudicis. decis.462.nu.2.*

*Arbitrio Rotæ, hæc clausula non habet locum ad reijciendum possessorium redintegrãda, vt solum super petitorio cognoscatur. decis.652.num.1.*

*Arbitrio Rotæ, clausula hęc non dat facultatem auferendi, vel lędendi ius partis. decis.652.nu.2.*

*Arbitrium regulatur a iure communi. decisione 434. numero 1.*

*Arbitrio Rotæ, hæc clausula non potest impedire rem iudicatam. decis.434.num.3.*

*Arbitrio alicuius, vbi quod est commissum, intelligitur de arbitrio regulato ratione, non autem de irrationabili, & dissoluto. decis.329.nu.4.*

*Arbitrium expirat morte illius, qui arbitriũ habebat. decis.651.nu.2.*

*Arbitrio, hac clausula iuncta clausulę, sine retardatione solutionis pensionis, operatur, vt videatur data facultas examinandi validitatem pensionis. decisione 567. numero 1.*

*Arbitrio &c. hæc clausula minuit iuris rigorem. decisione 440.num.8.*

*Arbitrium moderatur iuris rigorem. decisione 450. numero 1.*

*Arbitrio, clausula hac regulatur a iure. decisio.587.nu.1. & decis.450.nu.1.*

*Arbitrio, hac clausula remittit aliquid de rigore iuris. decis.587.nu.1. Vbi de arbitrio ad effectum sanandi examen testium ex æquitate, & maxime quando directa est iudici alias iurisdictionem habenti.*

*Arbitrium non intrat pro sanatione nullitatum, vbi constat de iniustitia. decis.450.nu. 1.*

*Arbitrium regulatur a iure, licet relaxet iuris rigorem. decis.607.nu.2. & 3.*

*Arbitrium non intrat ad sanandam nullitatem examinis testium ex defectu iuramenti. decis.633.nu. 2. Vbi secus, quando agitur de remittenda tantummodo extensione iuramenti.*

*Arbitrium non intrat ad sanandam sententiam nullam ex defectu citationis ad sententiam, quia citatio videtur ex æquitate, non autem de rigore requisita. decisio.633. numero 2.*

*Arbitrium iudicis debet a iure regulari. decisione 669. numero 1.*

*Arbitrium concessum in vna instantia, durat etiam in alia decis.716.num.5.*

*Arbitrium regulatur a iure. decisio.698.num.1. & decisio. 326.numero 6.*

*Arbitrium operatur, vt relicto vtroque extremo rigoroso, seruetur æquitas. decis.506.nu.1.*

*Arbitrium remittit de rigore iuris. decis.284.nu. 5.*

*Arbitrium non intrat ad remittendam execuutionem iam factam. decis.64.num. 1.*

*Arbitrio, hęc clausula est satis ampla, vbi concurrit æquitas. decis.363.num.1.*

*Arbitrio, hęc clausula, vbi rescribitur iudici alias iurisdictionem habenti, est satis ampla, ne alias si reducatur ad meros terminos iuris communis, reddatur inanis. decis.363.nu.1.*

*Arbitrio &c. clausula remittit solum aliquid de iuris rigore, non autem tollit ipsum, nus natura. decisione 474. numero 1.*

*Arbitrium non intrat ad effectum sanandi nullitatem ex defectu citationis. decis.510. Declara, vt nu.4.*

*Arbitrium, licet remittat de iuris rigore, est tamen intelligendum prout de iure. decis.510.nu.4. in fi.*

*Arbores vetustas, & corruptas incidere licet. decisio.553. numero 2.*

*Arbores in Ecclesia beneficiata in magna quantitate, & cũ notabili deterioratione clericus si incidit, beneficio priuandus*

nanduseſt, ſecus ſi deterioratio non erat notabilis. deciſ.553.num.1.
Arbores in fundo emphyteutico emphyteuta incidendo, non priuatur iure ſuo, quando ex hac arborum inciſione fundus factus fuit fructuoſior.deciſ.553.nu.3.
Archidiaconus vbi non adeſt, in illius locum ſuccedit Decanus.deciſ.533.nu.5.
Archidiaconi iure Decanus ſuccedens in illius locum vti poteſt.deciſ.533.nu.6.
Archiepiſcopi conſtitutio non ligat ſucceſſores conſtituentis, imo nec ipſum conſtituentem, quia poſſit aliter conſtituere, quam ab initio fecerat.deciſ.240.nu.1.
Archipresbyter eſt maior, & dignior Cautore.deciſio.315. numero 2.
Archipresbyter Decanus presbyterorum appellatur. deciſ. 533.numero 5.
Archipresbyter vbi non adeſt, in ipſius locum ſuccedit Decanus.deciſ.533.nu.5.
Archipresbyteri iure Decanus, in illius locum ſuccedens, vti poteſt.deciſ.533.nu.6.
Archiuiſta vti ſucceſſor in officio poteſt extrahere ſcripturas Notariorum abſque ſolennitate, deciſione 145. numero 2.
Archiuiſta, ſeu Notarius, quis probatur ex illius aſſertione.deciſ.145.nu.3.
Archiuiſta poteſt exemplare ſcripturas exiſtentes in archiuo abſque aliqua ſolennitate.deciſ.27.num.1.
Archiuiſtæ aſſertioni, vel ſucceſſoris in officio creditur ad probandum quem eſſe archiuiſtam, ſeu ſucceſſorem. deciſ.27.num.1.
Archiuum non dat robur ſcripturæ informi.deciſione 382. numero 2.
Argumentum ab oppoſitis valet.deciſ.522.num.2.
Argumentum a conſuetis valet.deciſ.334.nu.2.
Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis valet. deciſione 709.num.4.
Argumentum a contrario ſenſu ſtricte accipitur reſpectu eius, quod dicitur in ſenſu directo. deciſione 709. numero 6.
Argumentum a matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale validiſſimum eſt in iure.deciſ.115.nu.2.
Argumentum a communiter accidentibus validum eſt pro coniecturanda voluntate diſponentis. deciſione 75. numero 2.
Argumentum a communiter accidentibus valet plurimum in materia probationum.deciſ.341.nu.3.
Argumētum de dote ad legitimam valet, cū par ſit vtriuſque fauor.deciſ.419.nu.4.
Arma, & inſignia familię reperta in aliqua Cappella inducunt preſumptionem iuris patronatus, & bonę fidei in antiquis.deciſ.548.num.7.
Articuli vbi non ſunt releuantes, Remiſſoria non conceditur.deciſ.589.num.1.
Articuli non dicuntur releuantes quando id, quod articulatur, ſi probatum fuit, articulantem non releuat.deciſ.589.num.2.
Articuli, quando dubium eſt, an releuent, ſolent per Rotam admitti.deciſ.503.nu.2.
Articuli criminoſi non ſunt admittendi.deciſione 661. numero 2.
Articuli, licet concernant obiectus, tamen vbi ſunt de iure dantis, ſunt admittendi.deciſ.661.num.2.
Articulus, ſeu poſitio non dicitur confiſcata, quando reſpondens refert ſe ad inſtrumentum, & in inſtrumento non reperitur.deciſ.158.num.4.
Articuli nihil certi continere dicuntur, quando habent clauſulam, non ſe aſtringens.deciſ.774.nu.8.
Articuli formati a procuratore non informato poſſunt per principalem etiam non docto de errore reuocari. deciſio. 774.numero 9.
Aſſecurare Verbum, idem eſt, quod promittere, & ſe obligare.deciſ.688.nu.4.
Aſſecurationis Nauis contractus non eſt validus, quando altera pars ſciebat de tēpore conuentionis nauē iam periiſſe.deciſ.88.num.1. Vbi quod incertitudo facit hic eſſe hors contractus, & quod ſufficit ſcientia præſumptiua.
Aſſecurare iudiciū non tenetur reus de conſuetudine quicquid ſit de rigore.deciſ.326.nu.4.
Aſſecurare iudicium, non tenetur reus, qui habet ſententiam pro ſe.deciſ.326.nu.5.
Aſſecurare iudicium actor non tenetur. deciſione 326.numero 5.
Aſſecurationi iudicij non eſt locus, vbi pars poſt contractum non fuit effecta deterioris conditionis. deciſ.326. numero 6.
Aſſertioni alicuius in his, quæ ab animo dependent, ſtandum eſt.deciſ.632.nu.3.ac deciſ.188.nu.2.
Aſſertioni iudicis regulariter non ſtatur pro iuſtificatione actus, per ipſum geſti.deciſ.451.nu.12.
Aſſertione Epiſcopi probatur ius patronatus. deciſio.380. numero 12.
Aſſertioni Cardinalis confirmans ſtatutum de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ creditur.deciſ.339.nu.1.
Aſſertio Ordinarij multum probat in materia præminentiarum.deciſ.648.nu.6.
Aſſertio Epiſcopi nō præiudicat Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus. deciſ.421.nu.3.
Aſſertioni Notarij ſtandum eſt, niſi contrarium probetur. deciſ.463.nu.2.
Aſſertio facta a minore contrahente cum iuramento, & iudicis decreto, præſumitur vera.deciſ.647.nu.2.
Aſſertioni Ordinarij in probatione iuris patronatus multum deferri ſolet propter ſui præiudicium. deciſione 694.num.4.
Aſſertioni Notarij extra ea, de quibus fuit rogatus, non eſt ſtandum.deciſ.22.nu.3.
Aſſertioni procuratoris circa ſuam conſtitutionem creditur concurrentibus adminiculis. deciſione 169. numero 2.
Aſſertioni partium non eſt ſtandum, ne aperiatur via fraudibus.deciſ.559.nu.2.
Aſſertioni aſſerentis ſtandum eſt circa id, quod in eius animo conſiſtit.deciſ.113.nu.2.& 5.
Aſſertio minoris, quod proximiores non habeat, qui poſſint contractui interuenire, non probat hanc negatiuam.deciſ.713.num.5.

Aſſer-

*Assertio viri legalis, & fide digni probat iustam causam credendi, ac bonam fidem. decis. 320. num. 5. Vbi etiam ad effectum praescribendi.*

*Asserenti incumbit onus probandi. decisione 769. numero 2.*

*Attentata appellatione pendente reuocanda sunt. decisione 582. num. 1.*

*Attentata lite pendente, & post factam inhibitionem reuocanda sunt. decis. 751. num. 1.*

*Attentata non sunt reuocanda sine transportatione actorū. decis. 751. num. 2.*

*Attentata non reijciuntur ex clausula, arbitrio, vbi sunt clara. decis. 735. num. 1.*

*Attentata dicuntur, quae fuerunt facta post interpositam appellationem, & subsequutā inhibitionem. decis. 735. num 3.*

*Attentata non causantur ex possessione instrumentali, quae non habuit effectum. decis. 445. num. 4.*

*Attentata non causantur per appellationem ab interloquutoria, nisi subsequuta inhibitione iudicis ad quem. decis. 420. num. 1.*

*Attentata non dicitur sententia lata post appellationem ab interloquutoria, si iudex ad quem non inhibuit. decis. 420. num. 1.*

*Attentata non causantur ex appellatione nulla. decis. 420. num. 3.*

*Attentata dicitur possessio capta intra decem dies datos ad appellandum. decis. 701. num. 1.*

*Attentata vt purgentur propter bonum ius attentantis, bonum ius debet esse clarum per rem iudicatam, vel partis confessionem. decis. 701. num. 4.*

*Attentata cessant cessante appellatione. decis. 562. num. 1.*

*Attentata non possunt considerari respectu iudicis, qui post delationem appellationis nihil innouauit. decis. 562. numero 1.*

*Attentata non possunt considerari respectu partis, quae ignorauit, quod iudex detulerit appellationi. decis. 562. n. 7.*

*Attentata non possunt causari a procuratore absque speciali mandato. decis. 562. num. 3.*

*Attentata in terminis Aegidianae non causantur ex iniustitia, nisi sit notoria. decis. 562. num. 5.*

*Attentata reuocantur per viam nullitatis, etiam post rem iudicatam. decis. 586. num. 3.*

*Attentatis renunciasse videtur, qui passus fuit pronunciari super iustitia sententiae. decis. 586. nu. 4. Dic procedere vbi quis prius opposuit de attentatis, & postea passus fuit cognosci de bono iure, num. 4.*

*Attentata proponuntur coram solo iudice appellationis, cuius est laesa Maiestas. decis. 586. num. 5. Vbi nisi sit commissa etiam causa attentatorum.*

*Attentatorum reuocatio non petita in prima instantia, potest peti in secunda. decis. 586. num. 5.*

*Attentatorum reuocatio non impeditur per exceptionem excommunicationis ob recursus ad iudices laicos incursae. decis. 586. num. 6.*

*Attentata dicitur possessio capta pendente termino ad appellandum, & priuilegio attentatorum est reuocanda. decis. 592. num. 1.*

*Attentatorum reuocatio debet peti coram iudice appellationis, cuius fuit laesa Maiestas, nec per alium fieri potest. decisione 592. num. 2. & 3. Amplia etiam stante commissione cum facultate reuocandi attentata, quia intelligitur, prout de iure, & sic non nisi per iudicem appellationis.*

*Attentatis renunciasse dicitur, qui passus est discuti de iustitia sententiae. decis. 592. num. 4.*

*Attentatum quando committatur per exequutionem mandati. decis. 690. num. 3.*

*Attentata resoluunt exequutionem cum omnibus inde sequutis. decis. 690. num. 3.*

*Attentata possessio debet sequestrari. decis. 79. num. 1.*

*Attentatorum priuilegio renunciatum censetur, quādo attestans fuit admissus ad probandum bonum ius, & illud probauit. decis. 79. num. 2. Declara primo procedere in eo, qui patitur sententiam transire in iudicatum. nu. 2. Declara secundo non procedere quādo ille, qui passus est attentata, causam super eis commisit. num. 2.*

*Attentata vbi non possunt reuocari ad instantiam partis, debent reuocari ex officio iudicis. decis. 79. nu. 2.*

*Attentata purgantur per renunciationem actuum iudicialium factorum ab aduersario, vel eius nomine. decisione 743. num. 2.*

*Attentata purgantur per simplicem renunciationem factā omnibus actibus possessorijs. decis. 743. num. 2.*

*Attentata possessio iuxta stylum Rotae debet sequestrari. decis. 159. num. 6.*

*Attentata non resultant ex facto procuratoris non habentis mandatum. decis. 201. num. 4.*

*Attentata, & vitiosa possessio sequestrari debet. decis. 185. num. 4.*

*Attentata dicuntur omnia actitata appellatione pendente. decis. 183. num. 1.*

*Attentata excusantur ex consensu partis, non solum expresso, sed etiam tacito. decis. 183. num. 1.*

*Attentata non committuntur absque dolo. decis. 183. numero 1.*

*Attentata cessant vbi est prohibita appellatio. decis. 183. num. 3.*

*Attentatum dicitur, quod fuit lite pendente factum. decis. 393. num. 1.*

*Attentata, vt reuocentur, sufficit quilibet status non considerato, an status sit bonus, vel malus. decis. 393. nu. 1.*

*Attentata, vt reuocentur, sufficit sola litis pendentia absque alia probatione. decis. 393. num. 1.*

*Attentata in rebus mobilibus commissa, vt reuocentur, sufficit sola detentatio. decis. 393. num. 2.*

*Attentata debent plene probari, cum attentare sit delictū. decis. 411. num. 1.*

*Attentatum non dicitur, quod fuit ante litem factum. decis. 411. num. 2.*

*Attentatum non dicitur, quod fuit factum lite pendēte auctoritate Apostolica. decis. 411. num. 2.*

*Attentare non dicitur, qui continuat. decis. 411. nu. 3.*

*Attentata dicitur possessio capta post intimationem exequutorialium, nō seruatis quatuor terminis seruari solitis. decis. 53. num. 5.*


Atte-

Atteſtatio Papæ de facto alieno probat, quando eſt in gratia motu proprio. deciſ.656.nu.3.

Atteſtatio Cardinalis ad fauorem ſui familiaris, quamuis non plene probet, facit tamen magnum adminiculum, deciſ.656.nu.9.

Atteſtatio extraiudicialis ſine partis citatione attendēda non eſt. deciſ.700.nu.27.

Atteſtationi Archiuiſtæ, vel ſucceſſoris in officio creditur ad probandum quem eſſe Archiuiſtam, ſeu ſucceſſorem. deciſ.27.nu.1.

Atteſtationi Ordinarij circa probationem iuris patronatus multum defertur. deciſ.674.num.4.

Auctoritate propria poſſeſſionem beneficij occupans, dicitur intruſus, & ipſo iure beneficio priuatur. deciſione 560. numero 3.

Auctoritas Pontificis in quolibet iuramento exceptuata cenſetur. deciſ.375.nu.12.

Auctoritatis conceſſio denotat conceſſionem coercitionis, cum auctoritas abſque coercitione ſit nulla. deciſione 62. numero 5.

Auditor Cameræ non ſolet interloqui ſuper terminis ſuſceptis ad ſoluendum. deciſ.376.nu.5.

Auditor Cameræ habet facultatem procedendi ſummarie, & ſimpliciter ſola facti veritate inſpecta, & manu Regia, abſque alia terminorum obſeruatione. deciſio.446. numero 1.

Augumentum ſuperueniens in re, cuius dominium ſpectat ad Capitulum ex quauis induſtria diſtribui proportionabiliter debet inter omnes Canonicos. deciſione 45. numero 3.

Augumentum iiſdem regulis iudicatur, quibus principale, & idem ius ſtatuitur in augumento, quod in principali aucto. deciſ.682.nu.4. & 7.

Augumentum hæreditatis à teſtatore ordinatum, cenſetur ordinatum non ſolum in gratiam hæredis, ſed etiam in gratiam ſubſtituti, & fideicommiſſi, quando teſtator conſiderauit decus, & honorem familiæ. deciſ.682. numero 5.

Augumentum hæreditatis, quod debet fieri ex fructibus, debet cenſeri potius ordinatum gratia hæredis, quam fideicommiſſarij. deciſ.682.nu.6. Vbi declara.

Augumenti idem iuris eſt, ac rei auctæ. deciſione 94. numero 3.

Augumenti idem iuris eſt, ac rei auctæ, vbi non viget diuerſa ratio. deciſ.72.nu.4.

Authen. præterea. diſpoſitio ſuccedit loco alimentorum. deciſ.448.num.4.

Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. habet locum in muliere omnino indotata, ne in vilipendium mariti cogatur mendicare. deciſ.448.nu.4.

Auuiamentum fit per artifices bene tractando aduentores. deciſ.540.nu.7.

Auuiamentum æſtimari poteſt. deciſ.540.nu.7.

Auus maternus diues dotare tenetur in ſubſidium neptem ex filia. deciſ.233.nu.1.

Auus maternus, vt neptem pauperem dotare teneatur, quales in eo diuitiæ eſſe debeant. deciſione 233. numero 2.

B

BANNITVS plenarie reſtitutus, recuperat priſtina iura. deciſ.465.nu.1.

Bannitus poſt plenariam reſtitutionem reſtitutus, cenſetur reſtitutus ad omnia bona fiſco incorporata, etiam in præiudicium tertij, & bona redeunt ad ipſum tamquam ad priſtinum dominum. deciſ.465.nu.2.

Baptiſmi liber probat natiuitatem, & ætatem, cum à communiter accidentibus ſoleāt pueri baptizari poſt ſex, uel octo dies à tempore natiuitatis. deciſ.481.nu.4.

Baptiſmi liber probat ex quo loco aliquis ſit oriundus. deciſ.699.nu.1.

Baptiſmi liber probat ætatem. deciſ.647. nu.5.

Baptiſmi fides probat minorem ætatem baptizati. deciſione 709. numero 1.

Baptiſmi liber, & fides inde ſumpta probat deſcendentiam, ætatem, & ſimilia concurrentibus adminiculis. deciſ. 132.num.2.

Baſtardi, ſeu ſpurij non dicuntur agnati. deciſione 267. numero 6.

Beneficia quaſi poſſeſſio conferendi, & nominandi probatur ex prouiſionibus Apoſtolicis. deciſ.632.nu.2.

Beneficium irregularis impetrari non poteſt. deciſ.44. numero quinto. Vbi ampliatur, etiam quod in gratia adſit clauſula, & cum abſolutione ad effectum præſentium duntaxat.

Beneficiorum incompatibilium retentio illicita eſt. deciſio. 491. numero 4.

Beneficij concurſus vbi ſit, quomodo examinatores debeant idoneos ſolum referre, vel non idoneos reprobare, & quid ſi beneficium eſt cum cura, vel ſine cura. deciſione 505. numero 1. & ſeqq. Vbi generaliter de hac materia.

Beneficij concurſus quando ſit, quot examinatores interuenire debeant. deciſ.505.nu.3.

Beneficij concurſu facto, ſi ex pluribus examinatis vnus electus fuit pro magis idoneo, non poteſt inde ad aliquos annos à non approbatis peti nouus concurſus. deciſione 505.num.4.

Beneficium conferendi, quaſi poſſeſſio acquiritur Epiſcopo per vnicam collationem. deciſ.623.nu.1.

Beneficium an ſit de iure patronatus? an vero eius collatio libera ſpectet ad Epiſcopum attenditur vltimus ſtatus. deciſ.623.nu.1. & 2. Vbi ſiue collatio vltima ſit facta ab Epiſcopo, ſiue à Papa.

Beneficium poſſidere non dicitur quis ex eo, quod acceperit poſſeſſionem domus dicti beneficij, niſi etiam Eccleſiæ poſſeſſionem acceperit. deciſ.634. nu.3.

Beneficij vacatio non dicitur probata per ſolum aſſenſum, niſi etiam eiuſdem beneficij poſſeſſio adepta fuerit. deciſ. 657.num.1.

Beneficium primum non dicitur vacare per conſequutionem ſecundi beneficij, niſi dicti ſecundi beneficij poſſeſſio pacifice habita fuerit per duos menſes. deciſione 657. numero 2.

Beneficium impetrans cum clauſula generali quouis alio modo

modo vacet, venire potest ex quacumque vacatione, etiã quod ante dictam clausulam vnum vacationis modum specialiter expresserit. decis. 560. nu. 1.

Beneficij gratia conditionalis obtenta quatenus, videlicet, supplicans beneficium vacans ex causa delicti commissi per beneficiatum accusauerit, & accusationi se inscripserit quando locum habeat non verificatis conditionibus. decis. 560. num. 2.

Beneficij possessionem propria auctoritate occupans, dicitur intrusus, & ipso iure beneficio priuatur. decis. 560. n. 3.

Beneficium secundum incompatibile cum primo assequutus ipso iure amittit primum beneficium. decisione 560. numero 5.

Beneficij secundi incompatibilis cum primo possessionem assequutus, & primo beneficio priuatus censeatur, necesse est probare, non solum possessionem secundi beneficij, sed etiam maioris partis fructuum dicti beneficij. decisione 560. Declara, vt nu 7.

Beneficium Ecclesiasticum perpetuum præsumitur si ex antiqua consuetudine ab immemorabili tempore vacare solet, & conferri. decis. 25. nu. 4. Declara, vt nu. 5.

Beneficium Ecclesiasticum perpetuum non dicitur, nisi constet, quod in perpetuum conferri soleat. decis. 25. nu. 6.

Beneficij collatio non tollit eiusdem beneficij statum, & censetur semper facta sine praiudicio alterius. decisio. 43. numero 2.

Beneficium impetrans ex gratiosa subrogatione immittendus est in possessionem ipsius beneficij probata lite, clericatu, & obitu beneficiati. decis. 261. nu. 1.

Beneficium impetrans ex gratiosa subrogatione, quando immittendus sit in possessionem lite existente, nulliter prosequuta ex defectu citationis, & aliorum, de quibus. decis. 261. nu. 2. & 3.

Beneficij subrogatio non datur impetranti per priuationẽ. decis. 261. Declara, vt nu. 6.

Beneficia Ecclesiastica data in titulum quantumcumque simplicia de iure communi requirunt personalem residentiam. decis. 375. nu. 1.

Beneficia simplicia ex generali consuetudine non requirunt residentiam, nisi adsit contraria consuetudo, vel statutum. decis. 375. nu. 2. & seq.

Beneficij valor censetur probatus per duos testes deponentes de publica voce, & fama. decis. 351. num. 2.

Beneficij valor probandus est plene, & concludenter, nec sufficit probatus per publicam vocem, & famam, quando agitur de perpetuo prҽiudicio. decisione 351. numero 7.

Beneficij valor exprimi non debet in vnione. decisione 351. numero 7.

Beneficia simplicia de generali consuetudine præsumuntur libera a residentia. decis. 489. nu. 1.

Beneficia simplicia etiam requirunt residentiam sic existente aliquo statuto, aut consuetudine. decis. 489. num. 2. Declara, vt nu. 3.

Beneficia conferendi ius competens alicui Capitulo, quia est certum, & radicatur, si non exprimatur in eorum vnione, vnio est subreptitia. decisione 659. numero 12.

Beneficiorum possessio non potest capi ante expeditionem literarum. decis. 056. nu. 5.

Beneficij vacationis narratiua expresse in gratia, etiamsi expressa non fuisset subintelligitur tanquam de natura substantiali ipsius gratiҽ. decis. 738. nu. 1.

Beneficij titulus non pendet a potestate consitentis, sed a potestate Papæ. decis. 738. Declara, vt num. 3.

Beneficiorum collationes factæ ab Episcopo, in quibus Abbas ius aliquod habere non prҽtendit, ipsi Abbati nõ præiudicant. decis. 643. nu. 2.

Beneficij collatio vbi spectat ad Papam vigore alternatiuæ ab Episcopo acceptatæ, non censetur eadem alternatiua resoluta in præiudicium Papæ, siue per abusum, siue ratione absentiæ ipsius Episcopi. decis. 608. num. 1. Declara, vt num. 2.

Beneficium iuris patronatus non acquirit libertatem per solum non vsum, vel negligentiam patronorum, nisi etiam concurrat voluntas, & potestas conferentis. decis. 337. num. 2.

Beneficij statum non mutant prouisiones Apostolicæ. decisio. 337. num. 2.

Beneficii præcedentem statum non mutat collatio Papæ. decis. 482. num. 1.

Beneficia conferendi quasi possessio probatur ex pluribus collationibus continuantis, & effectuatis. decis. 482. n. 2.

Beneficii collatio facta tanquã de reseruato corruit cessante reseruatione. decis. 482. num. 3.

Beneficij resignatio non suffragatur Resignatario, nisi etiã probet publicationem necessariã ad illius validitatem. decis. 361. num. 2.

Beneficiorum diuisio regulariter prohibetur. decisione 288. numero 3.

Beneficium satis dicitur litigiosum ex commissione causæ appellationis, ex citatione cum inhibitione, & illius exequutione. decis. 455. num. 1.

Beneficij valor per non excessum probatur per testes de publica voce, & fama. decis. 455. nu. 8.

Beneficia Papa conferre potest in omnibus mensibus concurrendo cum aliis Collatoribus, eiusq; prouisio in dubio semper præferenda est, vbi non constat de anteriori prouisione. decis. 372. nu. 2.

Beneficium conferendi, quasi possessio per vnicam collationem effectuatam acquiritur. decis. 423. nu. 1.

Beneficia conferendi, quasi possessio acquiritur per vnicam collationem effectuatam, etiam quod dicta collatio fuerit facta in vim resignationis. decis. 423. nu. 2.

Beneficii collatio facta sine scientia, & patientia illius, ad quem beneficium spectat, quando valida sit. decisio. 423. numero 6.

Beneficii valor debet concludenter probari, quando fuit expressus affirmatiue in gratia reseruationis pensionis. decis. 444. num. 1.

Beneficij valor expressus in gratia, quando dicatur fundamentum ipsius gratiæ, & causa concessionis gratiæ. decis. 444. num. 3.

Beneficij valor debet probari de illo tempore, quo fuit gratia concessa. decis. 444. nu. 4.

Beneficii valor nõ censetur probatus per testes, nisi etiã de-

ponaut de dicto valore deductis oneribus.decis.444. nu. 4.in fine. Declara,vt num.5.

Beneficij valor censetur talis, qualis fuit expressus in alijs antecedentibus gratijs.decis.444.num.6.

Beneficio priuandus est clericus, qui in Ecclesia beneficiata arbores in magna quantitate,& cum notabili deteriora tione incidit,secus si deterioratio non erat notabilis.decis.553.num.1.

Beneficij vacatio per obitum iustificatur ex instrumento capta possessionis ipsius beneficij.decis.605.num 6.

Beneficium collatum a Papa sub verbis quomodocumque cõprehendit omnem vacationis modum,qui excogitari potest.decisione 605.num.8.

Beneficij collatio vniti nulla est.decis.567.num 1.

Beneficiorum omnium inferiorum collatio spectat de iure cõmuni ad Episcopum.decis.756.num.4.

Beneficiorum sæcularizatio regularium ordinis Sancti Augustini facta per Clementem VIII.non extinxit potestatem conferendi, & iurisdictionem competere Abbatibus dicti Ordinis.decis.323.num.7.

Beneficium ex gratia præueniua super certo corpore beneficij remanet affectum ad fauorem eius, cui fuit concessa gratia.decis.401.num.1.& 2.

Beneficij valor non probatur per testes, qui nesciunt onera. decisione 736.num.3.

Beneficium non dicitur, nisi adsit confirmatio Episcopi. decisione 561.num.3.

Beneficij apprehensa possessione,censetur apprehensa possessio omnium bonorum ipsius beneficij.decis.601. nume.3. Vbi quod non est idem è conuerso.

Beneficij possessio vacans sequestrari debet. decis.586. numero 2.

Beneficium de iure præsumitur simplex,& ideo talis narratiua non requirit iustificationem.decis.699 nu.3.

Beneficij vltimus status attenditur in beneficialibus. decisione 737.num.3. Declara,quod aut agitur de pertinentia collationis, & tunc collatio spectat ad eum, qui est in quasi possessione conferendi bona fide, & attenditur vltimus status,num.5. Aut vero agitur de qualitate beneficij, & tunc, vel ad effectum iustificationis,gratia, & tunc sufficit probare vltimum statum,num.5. Vel agitur in præiudicium tertij impetrantis,qui probauit anteriorem statum,& sequens non est legitime præscriptus, & isto casu si propter anteriorem statum collatio vigore vltimi status est nulla ipso iure non attenditur vltimus status.num.6.

Beneficij vltimus status attenditur in dubio,secus vbi constat de veritate.decis.737.num.6.

Beneficij vniti cura remanet habitu penes Rectorem beneficij, cui fuit facta vnio, licet exerceatur actu per Vicarium.decis.710.num.2.

Beneficij vniti cura dicitur esse habitu penes Rectorem beneficij,cui fuit facta vnio,quando Vicario perpetuo, qui illam exercet, non fuit assignata certa portio fructuum. decis.710 num.3.

Beneficij vniti cura totalis, tunc dicitur esse penes Vicarium, quando ipse percipit omnes fructus beneficij certa portione Rectori Ecclesiæ, cui fuit facta vnio assignata. decis.710 num.3.Vbi tamen,quod id repugnat vnioni.

Beneficij status non potest probari ex collatione nulla, & erronea.decis.710 num.6.

Beneficia vacantia in Curia sunt reseruata.decis.740.numero 1.

Beneficia non solent duplici onere grauari. decisione 739. num.1.

Beneficia non solent grauari vltra dimidiam,& ideo in reseruationibus pensionum solet opponi clausula, dummodo pensiones medietatem fructuum non excedant.decis. 739.num.2.

Beneficium commendatum cessante commenda vacat, vti vacabat prius,quam commendaretur.decisione 741.numero 2.

Beneficium admittit multiplicationem titulorum.decisione 742.num.3.

Beneficium commendatum,seu commenda potest interpretari.decis.672.num.4.

Beneficij vniti cura dicitur translata in Vicarium, quando in vnione illi fuit reseruata congrua. decis. 579. numero 2.

Beneficij vniti cura dicitur translata in Vicarium, quando in Ecclesia sæculari Vicarius deputatur perpetuus.decis.579.num.2.

Beneficij vniti cura an sit translata in Vicarium,vel exercitium curæ, etiam quod Vicarius sit perpetuus? debet attẽdi quis percipiat fructus,quia si percipit Vicarius, & soluit aliquid illi,cui fuit facta vnio,est translata cura,alias exercitium tantummodo. decis.579. num.3. & ibi declara duobus modis.

Beneficium affectum propter appositionem manus Papæ, non potest alius,præter Papam conferre. decis.187. numero 3.

Beneficium non dicitur reseruatum,seu affectum ex qualibet appositione manuum Papæ, sed ita demum nisi Papa moneatur ex falsa causa tangente pertinentiam collationis.decis.187.num.4.& 5. Vbi contrarium tenentes declarantur. Secus vero quando est error circa qualitatem prouisi,num.5.

Beneficij collatio erecti ex dismembratione bonorum alterius beneficij spectat ad eum,ad quem spectat collatio beneficij,ex cuius bonis fuit facta dismembratio. decisione 600.num.3.

Beneficij collatio erecti ex fructibus alterius beneficij spectat ad eum, ad quem spectabat collatio beneficij. decis. 600.num.4.

Beneficium de iure communi sibi ipsi nemo conferre potest. decis.103.num.4.

Beneficium vt dicatur vacare per resignationem, requiritur consensus, & admissio Superioris. decis 611.numero 1.

Beneficium,seu Cappella,si possideat bona sibi relicta in testamento, præsumitur illa possidere in exequutionem dicti testamenti.decis.694.num.1.

Beneficium inuentarij competens hæredi cedenti, competit etiam cessionario.decis.747.num.2.

Beneficiorum vnio arguitur ex eo, quod vnus plura retinebat.decis.724.num.1.

Benefi-

Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium, sed prędium beneficij, cui vnitum fuit. decis. 222. nu. 2.

Beneficium liberum, beneficio iuris patronatus Episcopus vnire potest. decis. 222. nu. 3.

Beneficia tria in eadem Ecclesia nemo obtinere potest. decis. 222. nu. 5. Et ibi declara.

Beneficij status principalis attenditur ad iudicandam qualitatem beneficij, praesertim ad effectum iustificationis gratię. decis. 315. nu. 5.

Beneficij vltimus status non probatur ex prouisione, quae non habuit effectum. decis. 315. nu. 6.

Beneficia duo curata, & duo Curati in eadem Ecclesia esse non possunt. decis. 228. num. 2.

Beneficium de iure non praesumitur curatum. decisio. 228. numero 3.

Beneficium quodlibet praesumitur liberum, nec alteri vnitum. decis. 58. num. 2.

Beneficia simplicia antiquitus concedebantur etiam minoribus septem annis. decis. 194. nu. 2.

Beneficia simplicia de iure non requirunt Sacerdotium, etiamsi habeant annexã celebrationem Missarum, quia potest suppleri per alium, nisi aliter fuerit cautum in fundatione. decis. 719. nu. 1.

Beneficium abstinendi facit, vt non valeat consequentia, est filius, ergo hęres. decis. 148. nu. 3.

Beneficia incompatibilia dicuntur, quorum vtrumque requirit residentiam. decis. 179. nu. 1.

Beneficium non dicitur incompatibile, cui imminet cura habitu tantum, exercitium vero generaliter residet. decis. 179. num. 2.

Beneficij valor debet probari de eodem anno, & de tempore prouisionis. decis. 179. nu. 8.

Beneficij collatio facta a suspenso est ipso iure nulla. decisione 17. num. 4.

Beneficij collatio facta ab Episcopo suspenso non sustinetur ratione communis erroris, & ignorantię suspensionis stante concursu prouis. Apostolici. decis. 17. nu. 6.

Beneficium Principis patri concessum transit ad filium. decis. 626. num. 5.

Beneficia annexa dignitatibus Cathedralium dicuntur in Ecclesia Cathedrali consistere. decis. 199. nu. 3.

Beneficia, vt cognoscatur in qua Ecclesia consistant, debet attendi Ecclesia, vbi prębendatus inseruit, & in qua nomen recipit, & vbi habet habitationem. decisione 199. num. 3. & 4.

Beneficij consistentia non desumitur a dote, quę tanquam accessoria sequitur naturam, & consistentiam beneficij. decis. 199. nu. 4.

Beneficium vnitum conuertitur in naturam eius, cui fit vnio, & admittit nomẽ antiquum, & efficitur prędium illius, & de eius mensa. decis. 199. nu. 5.

Beneficium pręsumitur potius sęculare, quam regulare. decis. 691. nu. 3.

Beneficium vnitum, seu vnita Ecclesia dicitur possideri per Ecclesiam dominantem, vti prędium, & grancia. decis. 658. nu. 3.

Beneficium vnitum non vacat per mortem Rectoris. decis. 658. num. 2.

Beneficij vniti curae sufficit, quod exerceatur per Vicarios. decis. 658. nu. 4.

Beneficia ex eo, quod sunt patrimonialia, nõ infertur, quod curam habeant animarum decis. 7. num. 2.

Beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirunt. decis. 10. num. 2.

Beneficiorum suppressio tendit ad diminutionem cultus Diuini. decis. 316. nu. 1. Cultus Diuinus absque causa minui non potest, num. 1.

Beneficij suppressio potest licite fieri, vbi reditus diminuti fuerunt. decis. 316. numer. 2. Vbi quod diminutio debet plene probari, & quod debet considerari respectu quantitatis assignata in erectione beneficij, quae praesumitur fuisse congrua, & sufficiens, & nu. 3. Quod non sufficit diminutio temporalis, seu transitoria.

Beneficij resignatio est nulla, si in ea non narretur resignantem ad titulum dicti beneficij fuisse ordinatum. decisio. 269. num. 1, Amplia etiam in resignatione ex causa permutationis, num. 1. Fallit ampliatio, quando permutans assequutus fuit possessionem alterius beneficij ad congruam sustentationem sufficientis, nu. 2. & 3.

Beneficij iuris patronatus vacatio consumitur, ita vt non possit amplius per patronos fieri praesentatio per prouisionem Apostolicam cum expressione iuris patronatus, ac aliorum in decisione relatorum. decis. 216. nu. 6.

Beneficij vltimus status attenditur in beneficialibus. decis. 180. nu. 3.

Beneficium an sit regulare, vel saeculare probatur ex titulo ipsius beneficij. decis. 180. nu. 3.

Beneficium secundum Rota consuetudinem vacat, quando moritur ille, qui habet supplicationem signatam, etiamsi litera non sint expeditę. decis. 665. nu. 8.

Beneficij fructus, qui proprie sunt fructus, non accrescunt interessentibus, sed Ecclesię. decis. 665. nu. 10.

Beneficium resignans regressus ei competere non potest, cuius possessionem numquam habuit, nec super resignatione ad sui fauorem facta literas expedinit. decis. 206. nu. 1. vers. Et tanto magis.

Beneficium vigore regressus, seu accessus alicui debitum debetur, siue beneficium vacauerit in mense Apostolico, siue Ordinarij. decis. 206. nu. 7.

Beneficium, quod non est collatiuum, non dicitur proprie beneficium, sed administratio, quę longe distat a beneficio. decis. 254. nu. 3.

Beneficij collatio debet esse pura, & libera, & absque recognitione. decis. 254. num. 4. Et ibi limita, & declara limitationem.

Beneficij status non mutatur absque voluntate Superioris. decis. 254. nu. 5.

Beneficij collatio in titulum, quibus verbis facta censeatur. decis. 254. nu. 6.

Beneficia, quę habent Rectorem, vel Vicarium perpetuum alium, quam illum, de cuius mensa praetenduntur, non dicuntur de mensa, nec manualia. decisione 101. numero 1.

Beneficia, quę habent specialem administratorem, non dicuntur de mensa. decis. 101. nu. 1.

Beneficia, quorum fructus non cõuertuntur in vtilitatem men-

mensa, non dicuntur de mensa, etiamsi reseruetur aliquod Monasterio. decis. 101. nu. 2.

Beneficia, quæ sunt de mensa, non vacant per obitum ministrantium in eis, cum nullum titulum in eis habeant, nec quo ad possessionem, nec quo ad proprietatem. decisio. 101. numero 2.

Beneficium manuale obtinens non potest dici Rector, sed minister. decis. 101. nu. 3.

Beneficij fructus sunt quid diuersum ab ipso beneficio. decis. 29. num. 5.

Beneficium, & Ecclesia statim ac sunt constructa, sunt in potestate Episcopi. decis. 30. nu. 6.

Beneficium præsumitur simplex, & sine cura. decisione 86. numero 2.

Beneficium non dicitur curatum ex eo, quod in Ecclesia administrentur Sacramenta, nisi probetur, quod illud obtinens ad ea administrāda adstringatur, & suscipientes illuc accedere cogantur. decis. 86. nu. 2.

Beneficij valor narratus debet verificari, cum sit pars gratię. decis. 160. nu. 3.

Beneficio dimidio renunciasse censetur quis per assecutionem integri. decisio. 160. numero 4. Amplia etiamsi dimidium esset in lite, quia facilius amittitur actio, quam res.

Beneficium non dicitur litigiosum, quando non petitur, vt suum, sed vt sibi conferendum. decis. 253. nu. 5.

Beneficij valor debet probari de tempore impetrationis. decis 37. num. 1.

Beneficiorum obtentorum valor leuem requirit probationem. decis. 37. num. 3. Vbi tamen quod debet esse in suo genere concludens, & perfecta.

Beneficij collationis deuolutio debet plene, & concludenter probari. decis. 186. n. 1. Vbi maxime contra possessorem.

Beneficij collationis deuolutio fit a Capitulo ad Ordinariū, ab Ordinario ad Metropolitanum, ab eo ad Nuncium, a Nuncio ad Papam, in quo terminatur. decisione 186. numero 1.

Beneficia reseruata carent deuolutione. decis. 186. num. 2.

Beneficia reseruata Ordinarius conferre non potest. decisio. 186. num. 2.

Beneficium vnitum non dicitur vacare. decisione 186. numero 2.

Beneficij valor non probatur per locationem. decisione 186. numero 4.

Beneficij affectio non resultat ex gratia, quæ ob non adimplementum conditionis non potuit sortiri effectum. decisio. 190. nu. 8.

Beneficia vacantia, & ea tantum, quæ conferri possunt, admittunt deuolutionem. decis. 186. nu. 2.

Beneficium vbi debet conferri Sacerdotibus, id debet intelligi de Sacerdote, qui tēpore prouisionis possit actu Missam celebrare. decis. 236. nu. 8.

Beneficio, quod requirit residentiam, non potest per Vicariū inseruiri. decis. 236. num. 8.

Beneficium assignare non potest, qui nihil iuris super eo habet. decis 190. num. 5.

Beneficium affectum, seu reseruatum facit appositio manus Papæ. decis. 190. nu. 6.

Beneficium de iure præsumitur simplex. decis. 368. num. 1. Dic id procedere in dubio, secus vbi concurrunt signa excludentia beneficij simplicitatem, & includentia Parochialitatem num. 1.

Beneficium in Ecclesia diuersum est ab ipsa Ecclesia. decisio. 368. num. 2.

Beneficij status, vt mutatus dicatur, debent plura concurrere, de quibus remissiue. decis. 368. nu. 4.

Beneficij status, vt mutatus dicatur, debet concurrere voluntas, & potestas Superioris. decis. 368. nu. 4.

Beneficium semel affectum semper remanet affectum. decis. 144. num. 6.

Beneficium vnitum non dicitur vacare. decis. 71. nu. 2.

Beneficium, quod solet conferri, non dicitur de mensa. decisione 71. num. 2.

Beneficium habens Rectorem perpetuum non potest dici de mensa. decis. 71. nu. 2.

Beneficia omnia, & præsertim curata præsumuntur collatiua, & perpetua. decis. 71. num. 3.

Beneficium non dicitur de mensa ex simplici subiectione. decis. 71. num. 4.

Beneficij donatio importat donationem iuris prouidendi de beneficio. decis. 71. nu. 4.

Beneficij vltimus status attendi debet ad effectum videndi, an beneficium cadat sub reseruatione. decisione 71. numero 5.

Beneficia omnia præsumuntur libera. decis. 435. nu. 1.

Beneficij prouisio facta vti de reseruato nulla est, si nulla adest reseruatio. decis. 777. nu. 3.

Beneficia, & pensiones Ecclesiastica non amittuntur ob sola sponsalitia de futuro. decis. 772. nu. 2.

Beneficium permutans amittit omne ius, quod habebat super beneficio permutato. decis. 383. nu. 2.

Beneficium primum non tenetur quis dimittere, donec habeat pacificam possessionem secundi incompatibilis. decis. 383. num. 4.

Beneficium de iure præsumitur perpetuum. decisione 416. numero 2.

Beneficij iuris patronatus resignatio absque consensu patroni nulla est, nec ius abdicatur a resignante. decis. 4. numero 2.

Beneficium litigiosum est reseruatum. decisione 312. numero 1.

Beneficij resignatio facta a procuratore excedēte fines mandati nulla, & inualida est. decis. 293. nu. 1.

Beneficij valor consistens in distributionibus, quomodo probetur. decis. 296. nu. 3.

Beneficia Ecclesiastica per ingressum Religionis vacāt post emissam professionem. decis. 543. nu. 4.

Beneficij sola collatione acquiritur ius in re, licet possessio non capiatur. decis. 498. nu. 1.

Beneficij vacatio dicitur consumpta, quando gratia in forma dignum exequutioni mandata est. decis. 498. nu. 2.

Beneficium dicitur reseruatum illud, quod vacat per obitum Protonotarij. decis. 523. nu. 1.

Beneficij vacatio dicitur consumpta per prouisionem Papę etiam ante captam possessionem. decis. 523. n. 2. Declara quando collatio est facta simpliciter, secus si in forma dignum,

gnum, vel si solum est concessum mandatum de prouidendo dicto. decis. 523. num. 2.

Beneficium resignari potest cum clausula, quod non alias, nec alio modo &c. intendit resignare. decisione 286. numero 2.

Beneficia Ordinis Sancti Spiritus, siue sint praeceptoriae, siue Prioratus, tanquam regularia sunt manualia. decis. 302. num. 1.

Beneficium regulare Religiosus obtinens, non potest excipere contra pensionem reseruatam super suo beneficio a Superiore. decis. 302. nu. 2.

Beneficij Regularis fructus possunt per Superiorem inter Religiosos diuidi non perpetuo, sed ad tempus, & eorum loco potest pensio reseruari. decis. 302. nu. 2.

Beneficium inuentarij fuit introductum, ve hares excusaretur ab obligationibus hereditarijs, & ne teneretur vltra vires hereditarias, & praseruarentur haredis bona, ne sequatur immixtio, & hares, prout quilibet creditor, potest petere creditum suum iure separationis. decis. 326. num. 1.

Beneficia debita certo generi personarum cadunt sub reseruatione cum sua causa, vt scilicet, conferãtur personis do illo genere. decis. 580. nu. 5.

Beneficium vbi est reseruatum Sedi Apostolicę, conferri nõ potest a Capitulo. decis. 580. nu. 2.

Beneficij Status non mutatur per prouisionem Apostolicam, vel Ordinarij. decis. 580. num. 7. Vbi declaratur quando hac conclusio procedat.

Beneficia plura incompatibilia, vt quis tenere possit Episcopi, dispensatio non suffragatur. decis. 310. num. 1.

Beneficia plura incompatibilia retinens ipso iure illis priuatus remanet, etiam quod non habeant curam, sed solum residentiã, & absq; alia munitione. decis. 310. n. 1.

Beneficium quando dicatur simplex, ex eo, quod Ecclesia sit fundata propter vtilitatem Parochianorũ longe distantium ab Ecclesia Matrice, & an inde oriatur incompatibilitas. decis. 310. nu. 2.

Beneficia incompatibilia an retinere dicatur ille, qui duas retinet Parochias tenues, vel etiam vbi in loco adest Sacerdotum penuria. decis. 310. nu. 4.

Beneficij collatio deuoluitur ad Superiorẽ inferiore existente negligente in conferendo. decis. 309. Declara, vt n. 3.

Beneficium semel reseruatum semper durat reseruatũ. decis. 309. nu. 3. in fine.

Beneficialis confidentia illicita, & simoniaca, licet sit simonia, non tamen omnis simonia est confidentia. dec. 6. n. 1.

Beneficialis confidentia simoniaca est prohibita per Constitutiones Pij IIII. & Pij V. decis. 6. nu. 2.

Beneficiati numquid iurare cogi possint in receptione beneficij de residendo personaliter sic statuto, aut consuetudine dictante. decis. 375. num. 9. & 10.

Beneficiatus spolio nomine Ecclesia agere potest, etiam quod facto proprio ceciderit a possessione. decis. 755. nu. 6.

Beneficiatus acceptando beneficium pensione grauatũ, censetur quasi contraxisse cum pensionario, & se obligasse ad pensionis solutionem. decis. 176. nu. 1.

Beneficiato, qui allegat fructus beneficij, non sufficere pro soluenda pensione, incũbit onus probãdi. decis. 176. n. 2.

Beneplaciti Apostolici reseruatio intelligenda est quatenus beneplacitum sit necessarium. decis. 404. nu. 6.

Beneplacitum Apostolicum si sit expresse reseruatum antequam obtineatur, est locus pœnitentia. decis. 755. nu. 2.

Beneplacitum Papa debet ad vnguem seruari, alias nihil operatur. decis. 676. nu. 5.

Beneplacitum Apostolicum tale, quale sufficit pro validitate actus, prasumitur ex obseruantia triginta annorum. decis. 506. num. 2. & 4. Amplia etiam si non sit reseruatum. num. 3.

Beneplacitum Apostolicum in alienatione rei Ecclesię non supplet defectum causæ. decis. 96. nu. 3.

Beneplacitum Apostolicum appositum in commissione super confirmatione alienationis rerum Ecclesię cum conditione si in euidentem &c. mortuo Pontifice, qui beneplacitũ dedit, expirat. decis. 473. nu. 3.

Beneplacitum Apostolicum supplet solẽnitatem in alienatione bonorum Ecclesia. decis. 473. nu. 3.

Bigamia non contrahitur ex solo matrimonio cum vidua, sed requiritur copula, & consummatio. decisione 519. numero 5.

Bigamiam, & irregularitatem non incurrit clericus nubens cum vidua. decis. 357. nu. 2.

Bigamia, licet tollat priuilegium clericale, non tamen tollit characterem, & bigamus vere remanet clericus. decis. 357. num. 4.

Bona deputata pro fabrica Ecclesię dicuntur Ecclesiastica. decis. 96. num. 1. Fallit quo ad dispositionem. §. vendita. Instit. de rerum diuis. numero 2. Vbi tamen id aperte non firmatur.

Bona stabilia latere non possunt, sed seipsa exhibent. decis. 118. num. 3.

Bona acquisita per Religiosum censentur acquisita ex bonis Ecclesiæ per ipsum administratis. decis. 76. nu. 4.

Bona fideicommisso subiecta non veniunt in generali institutione. decis. 84. nu. 5.

Bona paraphernalia sunt distincta a dote, nec gaudent priuilegijs dotis. decis. 72. num. 2. Vbi quod non possunt pro paripherno promisso mulieri in quantitate percipi aliqui fructus. & nu. 4.

Bonorum fructus paraphernalium non debentur marito in recompensationem onerum matrimonij, quando mulier fuit competenter dotata. decis. 72. nu. 3.

Bonorum paraphernaliũ fructus de sui natura fructiferi, non possunt per maritum in quoslibet vsus conuerti. decis. 72. num. 5.

Bona emphyteutica si ad Ecclesiam peruenerint, Ecclesia illa non amittit, sed cogitur vendere ad euitandum praeiudicium domini directi. decis. 543. nu 3.

Bonorum appellatione venit etiam nomen debitoris. decis. 595. num. 1.

Bona minorum alienari non possunt propter legis resistentiam. decis. 320. nu. 4.

Bonorum Ecclesia alienatio requirit solennitatem, & vtilitatem, seu beneplacitum Apostolicum supplet solennitatem. decis. 473. nu. 3.

Bonorum Ecclesiæ alienatio interdicta est, & in vtilitatem Ecclesia, sine spãli Sũmi Pontificis licẽtia. dec. 631. n. 1.

Bona Ecclesiæ, quæ sunt difficilis recuperationis possunt in consulto Summo Pontifice alienari, quod an verum sit, & quando. decis. 631. num. 3. & seqq.

Bonorum Ecclesiæ alienatio licite possunt ab Episcopo alienari inconsulto Summo Pontifice, quando sunt penitus incerta, & incognita, quod an verum sit, & quando, decis. 631. num. 3. & seqq. & num. 4. Vbi etiam, quando talia bona dicantur incerta, & incognita.

Bona emphyteutica transitoria ad extraneos hæredes cõprehenduntur in fideicommisso. decis. 152. num. 2.

Bona fideicommissaria alienari non possunt, & alienata vẽdicantur ab emptoribus. decis. 426. num. 1.

Bona hæredis sunt hypothecata pro solutione dotis filiarum testatoris. decis. 528. num. 3.

Bonorum adiudicatio in solutum sortitur naturam venditionis. decisione 528. num. 3.

Bonorum adiudicatio, quæ debet fieri pro iusto pretio, dicitur æstimatio certa, & a lege facta. decisione 528. numero 4.

Bona, & iura hæredis grauati non veniunt in restitutione fideicommissi. decis. 259. num. 2.

Bonorum possessio hæreditariorum præsumitur ex causa aditionis, nisi probetur contrarium. decis. 638. nu. 1.

Bona mariti sunt hypothecata tacite pro dotis restitutione. decis. 511. num. 3.

Bonæ famæ probatio in concursu præualet probationi malæ. decis. 277. num. 2. Vbi etiam si testes deponentes de bona fama sint pauciores.

Bonę fidei possessor facit fructus suos. decis. 622. nu 4.

Bona fides ad faciendos fructus suos semper præsumitur, etiam si quis possideat sine titulo. decisione 528. numero 7.

Bona fides in quęrendis non requiritur. decisione 181. numero 2.

Bona fides ex titulo probatur. decis. 181. num. 2.

Bona fides in dubio præsumitur. decis. 280. num. 2.

Bona fides præsumitur in matrimonio palam, & publice contracto. decis. 280. num. 2.

Bonæ fidei possessor debet melioramenta cum fructibus compensare. decis. 550. num. 6.

Bona fides potest causari ex iniustis, & temerarijs titulis. decisio. 320. num. 2.

Bona fides deducta ex errore iuris, licet non sufficiat ad præscriptionem dominij, tamen ad acquisitionem fructuum sufficit. decis. 320. num. 2. Distingue inter errorem iuris, cui ius non resistit, nec assistit, & errorem cui ius resistit, num. 4. Aduerte, quod quando ius non resistit simpliciter, sed datur certa forma, tunc non est prohibita acquisitio fructuum, num. 4. & num. 5.

Bona fides positiua est exclusiua omnis ignorantiæ facti, & iuris. decis. 320. num. 2.

Bona fide emisse dicitur, qui emit a falso curatore minoris, quem verum credebat. decis. 320. num. 3.

Breue de sui natura habet exequutionem paratam. decisio. 756. num. 4.

Breue Clementis Octaui inualidans donationes factas ab Episcopis in vita reseruato ipsis vsufructu inualidat eas, quæ viuentibus donatarijs non sunt effectum sortitæ, secus eas, quæ fuerunt effectum sortita in vita Episcopi. decis. 241. num. 12.

Breue vt iustificatum dicatur sufficit verificatio clausulæ constito. decis. 691. num. 1.

Breuis, seu literarum Apostolicarum exequutio non requirit aliam iustificationem, quam eorum, quæ continentur sub clausula constito, &c. decis. 580. num. 5.

Bulla corrigitur, quando discordat a supplicatione. decisio. 730. num. 1.

Bulla Pij Quinti de forma creandi census declarata. decis. 175. num. 2.

C

CADVCITAS ob non solutionem non incurritur sine mora. decisione 577. num. 1. in fine.

Caducitas est materia odiosa, & Rota solet illam excusare etiam ex leui causa. decis. 577. num. 4.

Caducitatis pœna ob contrauentionem voluntarij testatoris mutua contrauentione compensatur. decis. 389. n. 9.

Caducitatis pœna, vt incurratur ex sola hypotheca, requiritur, quod fuerit deuentum ad traditionem. decis. 232. num. 1.

Caducitas non incurritur ex hypotheca conditionali ante euentum conditionis. decisione 232. num. 2.

Caducitas vt excusetur qualibet etiam minus iusta causa credendi sufficit. decisione 232. num. 2.

Caducitatis pœna in locatione ad longum tempus, vel censu, nunquam habet locum, nisi id expresse sit actum. decisione 544. num. 3.

Calculi error, sine dolus, si doceatur, debẽt rationes iterum reddi. decis. 184. num. 3.

Calculi error non obijcitur, vbi adest transactio, vel res iudicata. decis. 184. num. 3.

Calumnia in lite non potest considerari, antequam sint factæ probationes. decis. 42. num. 3.

Calumniosus litigator quis dici non potest, quamdiu potest ius suum iustificare. decis. 42. num. 3.

Calumnia vt cesset in lite, sufficit causa litigandi colorata, & probabilis. decis. 42. num. 4.

Calumniosę remissoria petita deneganda est. decisione 491. num. 1.

Calumniosę dicitur remissoria petita, quãdo petitur ad partes, in quibus lis fuit diu agitata, in quibus probationes melius, & commodius fieri poterant. decis. 491. nu. 2.

Calumniandi animus in lite cognoscitur ex pluribus. decisione 625. num. 4.

Calumniosa a principio lis debet probari, vt subrogatio ex capite calumniæ possit denegari. decisione 568. numero 1.

Calumnia litis non dicitur apparere, quousque nõ sunt factæ probationes, cum non dicatur quis improbus litigator, quamdiu potest ius suum iustificare. decis. 92. nu. 1.

Cambium quod sit reale, ex quibus pactis cognoscatur. decis. 304. num. 3.

Cambium quando sit illicitum, ex eo quod capitale dantis pecuniam sit saluum. decis. 304. num. 3. vers. nec obstat. & num. 4.

Cam-

*Cambia non sunt uniformia, quia quandoque crescunt, & quandoque decrescunt. decis. 304. num. 5.*

*Cambij literarum debet attendi tenor. decis. 566 num. 4.*

*Cambia ubi debentur usque ad integralem satisfactionem, debentur etiam recambia. decis. 379. num. 1.*

*Cambia, quę non sunt realia, non approbantur. decis. 559. num. 2.*

*Cameralis obligatio dicitur vulnerata, quando prima sententia est contra eam, non autem quando eadem sententia fertur pro illius exequutione, tūc enim durat exequutio, donec sint tres conformes in contrarium. decisio. 526 num. 5.*

*Cameralis obligatio non impeditur per exceptionem, quod obligatio sit facta ex falsa causa, nisi illa euidenter probetur. decis. 245. num. 6.*

*Cameralis obligationis exequutio retardari non potest. decis. 686. num. 1.*

*Cameralis obligationis exequutio, ut impediatur ratione falsę causę, debet esse circa causam finalem obligationis. decis. 540. num. 9.*

*Cameralis obligatio habet exequutionem paratam. decisio. 695. num. 2.*

*Cameralis obligatio iuramento vallata non potest retardari sub praetextu usurę, nisi sit ita apparens, ut tergiuersari non possit. decis. 490. num. 1. & 2. Vbi etiam quod cap. debitores. de iureiuran. habet locum secundum aliquos, etiam quando usura esset clara.*

*Cameralis obligatio est concessa pro omnibus, quorum interest. decis. 766. num. 6.*

*Cameralis obligatio vulneratur per consensum in iurisdictionem alicuius iudicis. decis. 670. num. 3.*

*Cameralis obligatio non dicitur vulnerata sublata sententia, & eius fide. decis. 639. num. 4.*

*Cameralis obligationis vigor non potest exerceri, quando negotium est turbidum, & non ita clarum. decisione 648. num. 4.*

*Cameralis obligatio non dicitur vulnerata, ubi pro validitate contractus, cui adhaeret obligatio, plures sunt latę sententię, & tandem una lata fuit, qua omnes dictae sententię reuocantur, & contractus ipse nullus declaratur, sed solum ubi per primam contractus declaratur nullus. decis. 28. num. 2. Contrarium vero, num. 2. Vbi affertur ratio.*

*Camerale decretum de inquilinatu non suffragatur subinquilino in praeiudicium domini, secus ubi agitur de pręiudicio tātum habentis ius inquilinatus. decis. 90. n. 3.*

*Cancellaria cum sit organum Papa, potest declarare, ac exprimere in literis translatarij locum, ac terminos soluendę pensionis, qui in supplicationem prioris gratię virtualiter continebantur. decis. 656. num. 6.*

*Cancellationes repertę in instrumento in partibus non substantialibus instrumentum non vitiant. decis. 276. n. 4.*

*Canonicatus possessio non capta capitulariter non suffragatur. decisione 701. num. 5.*

*Canonicatus an sit sacerdotalis probatur ex statuto Ecclesię, & ex testibus decis. 366. num. 1.*

*Canonicatus non dicitur sacerdotalis, etiam quod habeat annexum onus Missarum. decis. 366. num. 2.*

*Canonicatus dicitur Sacerdotalis, quando statuto Ecclesiae cauetur, ut Canonicus infra tantum tempus promoueri debeat. decis. 366. num. 3.*

*Canonicatu sublato, censetur etiam sublata prabenda Canonicatui annexa. decis. 366. num. 4.*

*Canonicatus, & prabendę simul facta expressione an, & quando uno impetrato, censeatur etiam impetratus alius. decis. 366. num. 5.*

*Canonicatus possessio capitulariter capta dicitur bene capta. decis. 523. num. 1.*

*Canonicus non potest esse iudex in causa sui Episcopi. decis. 240. num. 2.*

*Canonicus electus an etiam possit habere prabendam. decis. 366. num. 4.*

*Capitale quando est saluum in datione pecuniarum mercatori ad eas trafficandum in cambijs, an reddat cambium illicitum. decis. 304. num. 3. & seqq.*

*Capitulum Sede vacante potest omnia facere, qua iurisdictionis sunt. decis. 632. num. 4.*

*Capitulum potest facere statutum, per quod redeatur ad ius commune, non obstante contraria consuetudine circa residentiam beneficiatorum. decis. 374. num. 4. & 5.*

*Capituli consensus in alienatione rei Ecclesiae non requiritur, quando administratio rei alienanda residet penes particulares personas. decis. 684. num. 3.*

*Cap. nuper. de decim. non solet per Papam derogari. decisione 212. num. 4.*

*Capitulum non potest statuere in respicientibus statum Ecclesię absque auctoritate Episcopi. decis. 21. num. 1.*

*Cap. nuper. de decim. in prima parte non habet locum quotiescunque emptio fit pro Monasterio aedificando, seu dotando. decis. 229. num. 3.*

*Capitulum in his, quae spectant ad regimen beneficiorum ad se spectantium, statuere potest. decis. 62. num. 4.*

*Capituli consensus, ubi requiritur, debet praestari collegialiter, & Capitulo ad id legitime congregato. decis. 382. num. 3.*

*Cappella, seu beneficium si possideat bona sibi relicta in testamento, pręsumitur illa possidere in exequutionem dicti testamenti. decis. 694. num. 1.*

*Cappella censetur beneficium Ecclesiasticum collatiuū, ubi concurrunt signa, de quibus remissiue. decis. 254. nu. 2.*

*Cardinalis assertioni confirmanti statutum de speciali mandato Sedis Apostolica, creditur. decis. 339. num. 1.*

*Cardinalis attestatio ad fauorem sui familiaris, quamuis non plene probet, facit tamen magnum adminiculum. decis. 656. num. 9.*

*Cardinalis Titularius habet de iure ius conferendi in sua Ecclesia. Hac tamen iuris assistentia non sufficit ad manutentionem, quando probatur alium esse in possessione. decis. 423. num. 3.*

*Carmelitarum ordo debet praecedere ordinem fratrum de mercede, cum fuerit prius institutus, ac prius approbatus. decis. 26. num. 1.*

*Carnalis copula, licet directe probari non possit, praesumitur tamen ex cohabitatione coniugum per duos menses, post consummatum matrimonium. decis. 519. Declara, ut num. 6.*

Carnalis copula non per præsumptiones, sed concludenter, & de necessitate probari debet, quando agitur ad effectum incapacitatis, & priuationis. decisione 519. numero 6.

Carnalis copula non præsumitur ex cohabitatione coniugum post consummatum matrimonium stante impedimento infirmitatis. decis. 519. nu. 7.

Carnalis copula excluditur ex impedimento infirmitatis respectu viri, non respectu mulieris. decis. 519. Decla ra, vt nu. 9. & 10.

Castro concesso cum omnimoda iurisdictione, censetur etiã concessum merum, & mixtum imperium. decis. 230. numero 3. ac etiam omnes reditus causarum ciuilium, & criminalium. nu. 3.

Castro concesso cum eius territorio in dotem marito ab vxore, censentur etiam concessi omnes reditus causarum ciuilium, & criminalium, ac etiam condemnationes, & pœnæ. decis. 230. nu. 4.

Castrorum, seu Oppidorum Territorium, quod sit, vel non sit, de aliqua diœcesi, probatur per instrumenta antiqua. decis. 266. num. 1.

Castra, vel oppida, quod sint, vel non sint in aliqua diœcesi, probatur per sententias antiquas. decisione 266. numero 2.

Castrum est quod diuersum a iurisdictione Castri. decisione 384. num. 1.

Castrorum & villarum donatio facta Monasterio cum omnibus suis Ecclesijs, decimis, primitijs, & oblationibus valet, confirmata a Pontifice. decis. 513. num. 1. & seqq. Vbi nume. 3. quod amplius talis donatio valet cum sola auctoritate ordinarij.

Casus in statuto omissus remanet sub dispositione iuris communis. decis. 461. nu. 3.

Casus mixtus comprehenditur in dispositione loquente de casu simplici, quando in eo militat ratio dispositionis. decis. 385. numero 4. Vbi quod procedit etiam in pœnalibus, & odiosis.

Casus mixtus in fauorabilibus continetur sub simplici. decis. 385. num. 4.

Casus, qui sequitur ex eo, quod fuit expresse dispositum, habetur pro expresso. decis. 744. nu. 2.

Casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis. decis. 703. nu. 2.

Casus fortuitus non excusat stante mora in restituendo. decis. 102. num. 6.

Casus fortuitus non excusat stante culpa. decisione 102. numero 6.

Catastri liber, siue estimi probat, tam contra eos, de quorũ voluntate partitæ ibi fuerunt descriptę, quam contra causam habentes ab eis. decis. 706. nu. 6.

Cathedralis Ecclesię erectio cum vnione beneficiorum facta a Pontifice in Consistorio præuia cognitione, non indiget iustificatione. decis. 612. nu. 1. & nu. 7. Vbi declaratur hęc conclusio, & numero 8. Vbi de eadem materia.

Cathedralis Ecclesia erectio fieri nequit sine dote, & sic sine beneficiorum vnione, quæ propterea dicitur accessoria ad erectionem, & ab ea est quid indiuiduum, nec separari potest. decisione 612. numero 6.

Cathedralis Ecclesia consuetudo in præiudicium Canonicorum non inducitur sine eorundem Canonicorum consensu. decis. 491. nu. 4.

Causa probabilis etiam ex dubio iuris errore causata excusat a mora. decis. 632. nu. 4.

Causa decimarum cognosci debet a iudice Ecclesiastico, etiam quod agatur inter laicos. decis. 486. nu. 4.

Causarum continentiam iudex diuidere non potest. decisio. 618. num. 4.

Causa appellationis admittit probationes nouiter repertas, quia in ea habet locum regula non deducam, & non probata probabo. decis. 618. nu. 8.

Causa commissio nullitatis sententię lata restricta ad restitutionem in integrum aduersus vnam sententiam nõ potest extendi ad restitutionem aduersus aliam sententiam. decis. 621. num. 1. & 2. Vbi quid si in commissione adest clausula, quam, & quas.

Causa possessorij redintegrandæ est multum fauorabilis pro spoliato, & celeritatem desideret. decis. 652. num. 1. in fine. Vbi etiam quod est magis priuilegiata, quam causa petitorij.

Causa principali finita, censetur etiam finita causa incidens ad eam, siue causa fuerit finita per sententiam, siue per transactionem. decis. 256. nu. 2.

Causa nullitatis non dicitur deserta, nisi per lapsum triginta annorum. decis. 617. nu. 3.

Causa appellationis deserta, nõ censetur deserta causa nullitatis, quæ durat per annos triginta. decisione 512. numero 3.

Causa alienandi cessante, cessare etiam debet ipsa alienatio. decis. 426. num. 2.

Causa nullitatis durat per triginta annos etiam deserta causa appellationis. decis. 591. nu. 8.

Causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorũ iudicio, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquuntur, nisi in contrarium adsit immemorabilis præscriptio, nec sufficit quadragenaria. decis. 610. nu. 1.

Causæ non coniunctim, sed diuisim expediendę sunt, quando vna non est alteri prędiudicialis. decisione 434. numero 1.

Causa vna alteri præiudicialis non dicitur, quando sententia lata in vna non parit exequutionem rei iudicatę in altera. decis. 434. nu. 1.

Causæ non coniunctim, sed diuisim expediendæ sunt, quando non sunt ita connexa, vt vna sine altera esse non possit. decis. 434. num. 1. in fine.

Causa qualibet leuis excusat a dolo, & a caducitate hæreditatis propter contrauentionem voluntatis testatoris. decis. 389. nu. 8.

Causa dicitur summaria, quando agitur inter personas Ecclesiasticas de iure percipiendi decimas. decisio. 604. numero 3.

Causa non potest per partes de ordinaria effici summaria. decis. 522. nu. 4.

Causa actus magis attenditur, quam exercitium. decisione 501. numero 2.

*Causa, quę sufficit, quod certo tempore adsit, licet postea cesset, non ideo cessat illius effectus. decis. 733. num. 8.*

*Causa vna ex pluribus cessanti, non cessat effectus. decis. 733. num. 8.*

*Causę falsitas non potest impedire exequutionem laudi a partibus cum iuramento, & obligatione Camerali approbati, nisi falsitas sit vera, & clara. decisione 540. numero 8.*

*Causa qualibet, etiam bestialis, & temeraria, excusat a fructuum restitutione. decis. 528. num. 7.*

*Causa non est necessaria ad amouendum aliquem a beneficio amouibili, cessante tamen odio, & malitia. decis. 325 num. 2.*

*Causa pia in primo testamento instituta non desinit esse heres, nisi in secundo testamento fiat mentio de pia causa. decis. 721. num. 4.*

*Causam piam liberis equiparari in iure non reperitur. decis. 721. num. 5.*

*Causa promissionis cessante, cessat ipsa promissio, etiam vbi agitur de obligatione Camerali. decisio. 255. nu. 1.*

*Causa non dicitur deserta, nec lis dicitur extincta per desertionem causę, nisi super desertione fuerit lata sententia, eaque exequutione demandata. decisione 746. numero 2.*

*Causa durior dicitur, quę potest celerius exequutioni demandari, & habet faciliorem exactionem. decis. 695. nu mero 1.*

*Causa durior dicitur illa, quę habet promptiorem, & magis rigidam exequutionem. decis. 695. num. 4.*

*Causa originalis attendi debet. decis. 70. num. 3.*

*Causa finalis emptionis est consequutio irreuocabilis rei emptę. decis. 676. num. 1.*

*Causa inter milites possunt sine scriptis cognosci. decisione 716. num. 2. Vbi de militibus Hierosolymitanis, & quod non est necessaria citatio in scriptis, sed sufficit certioratio. num. 2.*

*Causa finalis defectus vitiat actum. decis. 778. nu. 1.*

*Causa secundarię, & extrinsecę non habentur in considera tione. decis. 422. num. 3.*

*Causa possessionis potest cumulari per superuenientiam noui tituli absque aliqua declaratione. decisione 120. numero 2.*

*Causa licita, & honesta potius prçsumitur, quam illicita, & fraudulenta. decis. 306. num. 4.*

*Causę longa discussio facit praesumptionem boni iuris in actore. decis. 349. num. 3.*

*Causa restitutionis in integrum de stylo Rotę non requirit pronunciationem, sed vel proceditur in negotio principali, vbi restitutioni locus sit, vel moderatur inhibitio emanata vigore dicta restitutionis, vbi ei locus non sit. decis. 13. num. 1.*

*Causa vbi expressa est, non est alia causa quaerenda. decis. 166. num. 7.*

*Causa censetur commissa etiam super eo, sine quo ipsa causa principalis cognosci non potest. decis. 442. num. 1.*

*Causa pro sustinenda alienatione rei Ecclesię, est vel necessitas, vel euidens vtilitas. decis. 430. num. 4.*

*Causa effecta semel appellabilis, semper durat appellabilis. decisione 28. numero 2.*

*Causa intestati regulatur secundum causam rumpendi testamenti. decis. 98. num. 4.*

*Causa appellationis commissa numquid possit dici de nullitate. decis. 474. num 12.*

*Cautio Mutiana, quando debeat praestari. decis. 122. numero 3.*

*Cedendarum exceptio repellit creditorem agentem, quando iura cedere non potest, vel ex natura obligationis, vel quia debitor est tutus exceptione. decis. 645. nu. 1.*

*Cedendarum exceptio non repellit creditorem agentem contra fideiussorem, nisi quando illi culpa sua non potest cedere iura sua. decis. 645. num. 1.*

*Cedendarum exceptio, sicut aliae omnes exceptiones, non potest opponi, nisi quatenus iuserit. decis. 645. nu. 4.*

*Cedendarum exceptio impedit immissionem ex Saluiano. decis. 61. num. 3.*

*Cedens non est verisimile, quod cessisset, nisi illi constaret de identitate rei vnita, quam cedit. decisione 192. numero 4.*

*Cedens agere potest, vt soluatur cessionario. decis. 766. numero 6.*

*Cedentis confessio post cessionem nō prçiudicat cessionario. decis. 106. num. 2.*

*Cedens omnia iura sua, non videtur cedere nisi ea, quorum dies cessit, & venit, & propterea sub tali cessione non veniunt iura conditionalia, & in diem. decis. 760. nu. 5.*

*Cedentis possessio iuuat cessionarium in incorporalibus. decis. 392. num. 3.*

*Cedere nemo praesumitur ius, quod non habet. decis. 555. num. 6.*

*Cedere quis non potest ius, quod non habet. decis. 426. num. 4. & decis. 450. num. 3.*

*Cedere nemo censetur iura competentia contra se ipsum. decis. 450. num. 3.*

*Cedi potest extraneo pactum de retrouendendo. decis. 502. num 2.*

*Cedi omne id, quod est transmissibile, potest. decisione 502. num. 2.*

*Cedi potest pactum de retrouendendo. decis. 547. nu. 1.*

*Cedit, hoc verbum de sui natura denotat translationem dominy. decis. 131. num. 6.*

*Censuario prælatio conceditur in re vendenda cum ijsdem conditionibus, quibus alteri venditur. decisione 620. nu mero 1.*

*Censuario non datur prælatio sine resolutione census. decis. 620. num. 3.*

*Census impositio in dubio prçsumitur valida, quādiu illius non probatur aliquis defectus. decis. 219. num. 1.*

*Census impositus cum aliquo pacto contrario Bullæ Pÿ V. non reputatur inualidus in totum, quando adest expressum pactum, quod quæ contra dictam Bullam apposita fuerint in instrumento, habeantur pro non appositis. decis. 219. num. 4.*

*Census remanet extinctus per illius retrouenditionem. decis. 642. num. 2. ad fin.*

*Census emptor non potest ad sui libitum sortem principalem exigere. decis. 642. num. 3. in fine.*


Cen-

Census emptor exigens ultra fructus partem sortis principalis post relaxatum mandatum pro sorte principali, nō potest amplius dicti census fructus exigere, quia post mādati relaxationem, & exactionem prędictam census censetur extinctus. decisio. 642. num. 3.
Census impositio dicitur alienatio. decis. 456. num. 5.
Census nullitas, eo quia non interuenit actualis numeratio pecunia, potest in Signatura Sanctissimi sanari. decisione 675. num. 3.
Census pro sui validitate requirit, quod prędij redditus superent, aut aequent censum. decis. 232. nu. 3. Et in censu non emitur res, sed ius exigendi quantitatem fructuū ex illa. num. 3.
Census remanet firmus, si pars fundi, super quo fuit impositus, perierit, dummodo fructus illius partis, quae remansit, sufficiant pro solutione illius. decis. 232. num. 3.
Census impositus super re vendita, & alijs bonis non venditis per ipsum venditorem non resoluitur, cum possit sustineri in alijs bonis. decis. 620. num. 3.
Census est species seruitutis. decisio. 620. num. 3
Census non potest imponi super bonis subiectis fideicommisso. decis. 620. num. 4.
Census perit, si pereat fundus, in quo impositus est, etiam quo ad capitale. decis. 175. num. 1. & seqq.
Census impositio etiam post Bullam Pij V. potest probari sine scriptura. decisio. 539 num. 1.
Census, canon, & responsio, verba sunt synonyma, ita vt vnum pro alio sępe vsurpetur. decis. 170. num. 5.
Census potest repeti ab emptore ob non implementum nō vti pretium, sed vti interesse. decisione 77. num. 2.
Census absque vera totius pecunię numeratione nullus est. decisio. 106. num 1. & 2.
Census contractus est diuiduus, ita vt possit pluribus pro rata acquiri. decisio. 106. num. 5.
Cessante conditione, cessat dispositio conditionalis. decisione 505. num. 1.
Cessante praesupposito, cessat dispositio, in qua aliquid pręsupponitur. decis. 505. num. 1. in fine.
Cessante causa promissionis, cessat ipsa promissio, etiam vbi agitur de obligatione Camerali. decis. 255. num. 1.
Cessante supposito literarum, cessat etiam earundem dispositio. decis. 550. num. 3.
Cessio, seu renunciatio iurium intelligitur de iuribus de praesenti, non autem de futuro. decis. 624. num. 2.
Cessio ob pecuniam solutam facta dicitur emptio nominis, seu actionis. decis. 492. num. 3.
Cessio non transfert iura cedentis in cessionarium, qui ad soluendum debitum proprium erat obligatus. decis. 426. num. 3.
Cessio non dicitur lęsiua, ex eo, quod res lite pendente fuerit plurimi locata, cum hoc potuerit esse ex affectione conductoris. decis. 689. num. 2.
Cessio in incorporalibus habet vim traditionis. decis. 764. num. 2.
Cessio nulla interuenire potest, vbi debitum soluitur de pecunijs debitoris. decis. 63. num. 4.
Cessionarius agere potest ex iure cesso contra debitores cedentis. decis. 456. num. 2.
Cessionarius vtitur iure cedentis. decisione 502. num. 1.
Cessionarius vigore cessionis potest in incorporalibus experiri interdicto vti possidetis, probata possessione cedētis. decis. 764. num. 2.
Cessionario competunt iura cedentis. decis. 551. nu. 1.
Cessionarius vtitur iure cedentis, & illum repraesentat etiam in iure exequutiuo. decisio. 524. num. 1.
Cessionarius non prohibetur vti exceptionibus cedenti competentibus. decis. 28. num. 5.
Circa, parum, plus, vel minus, dictiones denotant incertitudinem. decisione 774. num. 6.
Circa, hęc dictio operatur, vt possit fieri diminutio sextae partis temporis expressi. decis. 774. num. 6.
Circa, haec dictio excludit certam, ac determinatam quantitatem. decis. 73. num. 3.
Circa, haec dictio capit defectum decimae, & aliquando quartae partis, & hoc totum positum est in arbitrio iudicis. decis. 73. num. 3.
Circuitus inanes lex abhorret. decis. 770. num. 1. Vbi maxime inter consanguineos.
Citatio dicitur exequuta, quando procurator post citationem comparuit, etiam quod procurator haberet generale mandatum decis. 736. num. 1.
Citatio personalis debet fieri in principio causae. decis. 637. num. 2.
Citatio est necessaria ad videndum iurare testes, alias examen est nullum. decis. 637. num. 2. & decisione 345. numero 1.
Citatio partis non est necessaria in subrogatione Auditoris. decis. 191. num. 7.
Citatio ad videndum iurare testes, vt facta dicatur, sufficit, quod fuerit citata pars in exequutione decreti, in quo iudex mandauit partes citari ad videndum iurare testes. decis. 345. num. 2.
Citari debet semper possessor. decis. 56. num. 3.
Citatio ad videndum iurare testes deseruit pro toto termino etiam prorogato, nisi prorogatio fuerit facta postquā terminus expirauit. decis. 239. num. 2.
Citari debet procurator constitutus in actis, & citatio facta tunc per contradictas non valet. decis. 486. num. 2. & 3. Vbi quid si procurator esset absens.
Citari non debet principalis, nec ad comparendum arctari, quando declarauit nolle comparere, nec litigare per se ipsum, sed per procuratorem constitutum in actis. decisio. 486. num. 3.
Citatio ad sententiam pro singulis diebus, & horis suffragatur, si sententia sequatur in die sequenti, vel intra breuem terminum. decis. 486. num. 7.
Citatio ad sententiam debet esse praecisa ad diffinitiuam audiendum, nec sufficit monitio, quod lapso quodam termino iudex pronunciabit. decis. 486. num. 7.
Citationis defectu sententia nulla, quando valida reputetur per conclusionem in causa. decisione 451. num. 9. & sequentib.
Citationis, seu monitorij forma praescripta quo ad exequutionem seruanda est, & non seruata exequutio dicitur nulla. decis. 685. num. 3.
Citatio, seu Monitorium personaliter praesentādum, si persona

*sonalis haberi potest, sin minus domi dimissa copia, dicitur exequutum, si Nuncius antequam domi illud præsentaret, non fecit diligentiam de personaliter reperiendo. decisione 685. num. 3.*

*Citationis exequutio probatur per attestationem solius Notarij, vbi sic adest stylus, quod a solo Notario fiat relatio, sicut soli Nuncio referenti etiam sine testibus creditur. decis. 261. num. 4.*

*Citatus tanquam procurator censetur approbatus a citante, etiam quod non sit procurator. decis. 680. nu. 8.*

*Citatio facienda est in loco, vbi quis tempore citationis moratur, non vbi alias morabatur. decisione 525. numero 5.*

*Citatio, seu intimatio est necessaria in exequutione mandati de immittendo. decis. 445. num. 2. Fallit si articulus exequutionis fuerit bene discussus, & relaxatum mandatum citata parte, num. 2.*

*Citatus in iudicio dicitur fuisse in causa. decisione 701. num. 3.*

*Citatio, vel præsentia partis requiritur in æstimatione periti. decis. 554. num. 1. & 2. Vbi etiam si peritus sit extraiudicialiter a partibus electus.*

*Citari non debet qui contradicere, & impedire non potest. decis. 733. num. 9.*

*Citatio præsumitur per comparitionem partis citatæ, non autem per comparitionem partis citantis. decisione 488. num. 4.*

*Citatus ad recipiendam rem cum protestatione, quod res stabit suo periculo, dicitur in se accepisse omne periculum. decisio. 70. num. 11.*

*Citatio alicuius vt procuratoris operatur, vt non possit amplius illius mandatum impugnari. decisione 169. numero 3.*

*Citatio est necessaria in examine testium. decisione 716. numero 1.*

*Citatio solemnis non est necessaria, vbi causa fuit commissa alla dritta more militari, & sine aliqua forma processus. decis. 716. num. 1.*

*Citatio non est de iure naturæ principaliter propter se, sed propter defensionem. decis. 716. num. 3. Vbi quod illius modus variari potest, dummodo non auferatur defensio.*

*Citatus præsumitur qui in iudicio reperitur. decis. 716. numero 4.*

*Citari non debet vti absens, qui habet domicilium. decisio. 466. num. 1.*

*Citatio vigore remissoriæ facienda ad valuas Ecclesiæ, non dicitur recte facta, si fuerit facta ad valuas Palatij. decis. 466. num. 1.*

*Citationis negatiua, vt dicatur probata ex inspectione processus, processus debet produci integre. decisione 684. num. 4.*

*Citatio alicuius, vbi est necessaria, debet præcise apparere, quod ille fuerit citatus, nec sufficit in genere, quod index dicat fuisse citatum, cum in hoc ipsi non credatur. decis. 703. num. 2.*

*Citatio ad videndum iurare testes durat pro toto termino in remissoria præfixo. decis. 284. num. 3.*

*Citationis exequutio de stylo Hispaniarum probatur per attestationem Notarij, qui fungitur vice Nuncij. decisione 275. numero 2.*

*Citatio ad videndum iurare testes intelligitur pro toto termino examini præfixo. decis. 275. num. 4.*

*Citatio requiritur in declaratione arbitratoris extraordinarie procedentis. decis. 585. num. 1. Fallit vbi plena negotij discussio præuia citatione, vel præsentia partis facta fuit. num. 2.*

*Citatio non requiritur in relatione facienda ab electo ad æstimandum valorem domus. decis. 585. num. 3. Declara, vt num. 4.*

*Citatio facta ad vnum actum non operatur quo ad actum diuersum. decis. 585. num. 5.*

*Citationis defectus inducit nullitatem sententiæ. decisione 584. num. 1.*

*Citatio eius, qui in libello non est nominatus, non est necessaria, nisi ratione sui præiudicij. decis. 584. num. 3.*

*Citatio ad dicendum contra commissionem debet habere insertum tenorem commissionis, vt citatus notam habeat iurisdictionem citantis. decis. 93. num. 1. Fallit vbi in citato adest verisimilitudo, & coniectura scientiæ commissionis, vel iurisdictionis, num. 2. Fallit secundo, quando citatus est præsens, vbi est iudex, vel in loco parum distanti, num. 4.*

*Citatio pro singulis diebus, & horis, vti nimis vaga non sustinetur. decis. 100. num. 1. Fallit post conclusum in causa, num. 1.*

*Citati comparitio supplet, & sanat omnem defectum citationis. decis. 42. num. 2.*

*Citationis scientia, per quam fuit introducta lis, deprehenditur ex constitutione procuratoris ad illam causam facta per citatum. decis. 42. num. 2.*

*Citatio ad dicendum contra commissionem non requirit insertionem commissionis, vbi fuit facta in loco parum distanti, & de facili potuit haberi notitia commissionis. decis. 99. numero 1. Vbi quod distantia 15. milliarium ad hunc effectum est modica, & quando hoc est positum in arbitrio iudicis.*

*Citationis scientia arguitur ex comparitione citati. decis. 99. num. 2.*

*Citationis exequutio iustificatur ex comparitione citati, & productione mandati. decis. 81. num. 4.*

*Citari debet possessor specialiter, nec sufficit generalis citatio contra interesse putantes, vel specialis facta ad maiorem cautelam. decis. 185. num. 2.*

*Citatio ad sententiam debet esse specialis. decis. 141. numero 3.*

*Citatio vt valeat, Nuncius, seu Notarius debet habere notam personam citati. decis. 209. num. 1.*

*Citationis exequutio, quod fuerit facta, probatur per comparitionem citati. decis. 95. num. 1.*

*Citatio generalis per proclama non sufficit, vbi adsunt contradictores certi. decis. 258. num. 2.*

*Citatio approbat personam citati, non autem causam. decis. 783. num. 12. Vbi maxime si citatio fuerit facta, quatenus sua putauerit interesse.*

*Citationis defectus tollit defensionem, quæ est de iure naturæ. decis. 474. num. 1.*

Cita-

*Citatus non debet amplius citari, quando expresse protestatus fuit, se nolle amplius comparere. decisione 345. numero 3.*

*Ciuilis possessio in concursu naturalis est manutenibilis. decis. 56. num. 2.*

*Clandestina matrimonia ante Concilium Tridentinum nō prohibebantur, & per ea filij nascebantur legitimi. decis. 748. num. 1.*

*Clandestina sponsalitia non sunt a Concilio Tridentino improbata. decis 772. num. 2.*

*Claris non est opus coniecturis. decis. 583. num. 4.*

*Claudicatio contractus, seu iudicij admittitur fauore Ecclesiæ, seu minoris. decis. 285. num. 3. Dic verum ad effectum, vt possint eligere, an velint stare contractui, vel iudicio. non autem vt possint actum diuidere pro parte, sed debent totum approbare, vel improbare. num. 3.*

*Clauium onus denotat custodiam. decisio. 102. nu. 3.*

*Clausula relatiua operatur, vt dispositio, in qua est apposita, sit limitanda, & restringenda, nec plus contineat, quam quod expressum est in relato. decisione 429. numero 2.*

*Clausula in omnibus, & per omnia, est relatiua, relationem que inducit absque aliqua differentia. decis. 429. num. 2. & 3. Vbi de materia eiusdem clausula.*

*Clausula cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali, adeo ampliat iurisdictionem iudicis, vt dubitandum non sit, quin totum negotium sit commissum. decis. 618. num. 6.*

*Clausula ad habendum, &c. & clausula quicquid placuerit, &c. equiparatur clausulę, & quibus dederit. decis. 152. num. 1.*

*Clausula ad habendum, &c. non importat licentiam alienandi. decis. 624. num. 4.*

*Clausula in fine instrumenti in exequutiuis appositę, non alterant naturam instrumenti. decis. 624 num. 8.*

*Clausulę apposita de stylo, & consuetudine Notariorum, alterare non possunt naturam contractus. decisione 624. num. 8.*

*Clausula dummodo non sit alteri ius quæsitum, intelligitur de iure valido, non autem de iure nullo, & inualido. decis. 504. num. 3. & decis. 634. num. 1.*

*Clausula arbitrio Rotę, non habet locum ad reijciendum possessorium redintegrandę, vt solum super petitorio cognoscatur. decis. 652. num. 1.*

*Clausula arbitrio Rotę, non dat facultatem auferendi, vel lędendi ius partis. decis. 652. num. 2.*

*Clausula quorum tenores, & alia similes tanquam accessoria non ampliant principalem dispositionem, sed tantum tollunt subreptionem. decis. 569. num. 8.*

*Clausula decreti irritantis, dicitur accessoria, nec ampliat principalem dispositionem, sed tantum tollit subreptionem. decis. 569. num. 8.*

*Clausula sublata, &c. non impedit quominus iudex possit videre an allegata priuilegia habeant locum, nec ne? decisione 569. num. 9.*

*Clausula saluo iure directi dominij, quid importet. decis. 12 num. 12.*

*Clausula saluo iure dominij directi, nihil tribuit, sed solū præseruat. decisione 25. num. 8.*

*Clausula, & non alias, &c. denotat conditionem, qua deficiente, nihil operatur. decis. 576. num. 4.*

*Clausula sicut accepimus, posita in gratia facta Motu proprio, non est iustificanda, secus in gratia ad supplicationem partis. decis. 656. num. 3.*

*Clausula quod Papa reseruat pensionem exigendam vigore literarum desuper expediendarum, in eiusdem pensionis reseruatione oppoui solet. decis. 656. num. 4.*

*Clausula vocatis vocandis, facit exequutorem mixtum, qui propterea tenetur partes iudicis assumere, & litigātes citare. decis. 386. num. 1.*

*Clausula codicillaris cū testamēto operatur, vt verba etiā ciuilia importent fideicommissum, & obliquentur, quando substitutio non potuit valere iure directę substitutionis. decis. 344. num. 7. & 8. Vbi referuntur contrarium tenentes, & num. 10. Vbi de eadem materia.*

*Clausula codicillaris trahit secum substitutionem fideicommissariam, quando de intentione testatoris apparet sic voluisse. decis. 344. num. 10.*

*Clausula quam, & quas apposita in commissione possessorij facit, vt etiam petitorium deduci possit. decisione 455. num. 2.*

*Clausula arbitrio Rotę, non potest impedire rem iudicatā. decis. 434. num. 3.*

*Clausula decreti irritantis, non operatur, quando non est apposita super certo corpore beneficij. decisione 423. numero 5.*

*Clausula sublata, non operatur suum effectum, nisi postquā fuit cognitum intrare dispositionem, in qua est apposita dicta clausula. decis. 423. num. 5.*

*Clausula parito literis, in forma Breuis, apposita in commissione operatur, vt iudici non censeatur data iurisdictio, nisi prius de dicta paritione constiterit. decis. 142. num. 1.*

*Clausula arbitrio, iuncta clausulę sine retardatione solutionis pensionis, operatur, vt videatur data facultas examinandi validitatem pensionis. decis. 567. num. 1.*

*Clausula constito, quod beneficium spectet ad collationem Episcopi, non est iustificanda, quia dicitur iustificata esse præsumptione iuris. decis. 756. num. 4.*

*Clausula contradictores quoscunque appellatione postposita compescendo, intelligitur de contradictoribus de facto. decis. 735. num. 1.*

*Clausula arbitrio, &c. minuit iuris rigorem. decisione 440. num. 8.*

*Clausula si quid exequendum, &c. operatur, vt sententia debeat ex eisdem iustificari. decis. 287. num. 6.*

*Clausula intimetis, &c. quæ solet apponi in mandatis de immittendo, non debet intelligi, vt intimatio præcedat exequutionem mandati de immittendo, sed quod sit facienda intimatio per exequutionem pro notitia eius, qui tenetur parere. decis. 445. num. 3.*

*Clausula, quod de subreptionis, vel obreptionis defectu dari non possit, apposita in reseruatione pensionis, operatur vt allegantti nullitatem pensionis incumbat onus probandi. decis. 602. num. 1.*

*Clau-*

*Clausula arbitrio, regulatur a iure. decisione 587. numero 1.*
*Clausula arbitrio, remittit aliquid de rigore iuris. decisio. 587 num. 1. Ubi de arbitrio ad effectum sanandi examẽ testium ex aquitate, & maxime quando directa est indici alias iurisdictionem habenti.*
*Clausula vocatis vocandis operatur, vt quis sua possessione priuari non debeat sine citatione. decisione 525. numero 4.*
*Clausulæ derogatoriæ apposita in concessione subsidij respiciunt tantum fauorem Regis, nec per eas censentur sublati contractus, ex quibus Regi nullum præiudicium infertur. decis. 702. num. 6.*
*Clausula cum libera, & similes, apposita in mandato procuræ, non ampliant mandatum ad alias causas, sed augent potestatem procuratoris super speciali causa in mandato expressa. decisio. 754. num. 2.*
*Clausula quam, & quas, operatur, quod sententia lata in gradu appellationis sustineatur tanquam in prima. decis. 731. num. 5.*
*Clausula saluo gradus prærogatiua, debet referri ad eos vocatos, quibus proxime reperitur apposita. decisione 627. num. 9.*
*Clausula quam, & quas operatur, vt iudex appellationis possit procedere, prout iudex prioris instantia. decisione 546. num. 1.*
*Clausula parito Breui, non continet expensas. decisio. 319. num. 2.*
*Clausula contradictores, &c. importat, vt censeatur concessa iurisdictio iudicialis. decis. 616. num. 4.*
*Clausula nunc, & pro tempore, futura comprehendit. decis. 733. num. 4.*
*Clausula omni meliori modo comprehendit etiam modos nõ expressos. decis. 733. num. 9.*
*Clausulæ exequutiuæ non tollunt defectum subreptionis, sed tollunt tantum ea, quæ possunt obstare expressis. decis. 739. num. 5.*
*Clausulæ exequutiuæ non ampliant gratiam, sed præsupponunt illam iam factam. decis. 739. num. 5.*
*Clausula, præterquam per obitum solet apponi in odium impetrantium. decis. 742. num. 2.*
*Clausula quorum tenores, in prouisione facta Cardinali intelligitur ad effectum validitatis collationis. decisione 103. num. 5.*
*Clausula beneficij facta sine scientia, & patientia illius, ad quem beneficium spectat, quando valida sit. decisione 423. num. 6.*
*Clausula derogatoria non ampliant dispositionem, sed illam declarant. decis. 177. num. 1.*
*Clausula sublata impedit exceptionem regula de iure quæsito. decis. 177. num. 3.*
*Clausula iuramenti, &c. in mandato apposita restringitur ad iuramentum proprium ex formulario Bononiæ. decis. 696. num. 7.*
*Clausula pro omni eo, &c. restringitur ad ea, de quibus agitur. decis. 534. num. 4.*
*Clausula quatenus villis, bonis, &c. in literis Apostolicis, quomodo sit intelligenda. decis. 678. num. 2.*
*Clausula non alias, aliter, nec alio modo, quid operetur. decis. 747. num. 1.*
*Clausula parito indicato, dat iurisdictionem conditionalẽ. decis. 636. num. 1.*
*Clausula parito indicato, præsupponit rem indicatam. decis. 636. num. 1.*
*Clausula derogatoria specialis mentio primi testamenti quando facta intelligatur. decis. 721. num. 2.*
*Clausula sine præiudicio præseruat ius alteri competens. decis. 226. num. 1.*
*Clausula sine præiudicio alicuius subintelligitur in gratia Papæ. decis. 226. num. 1.*
*Clausula constito, facit exequutorem mixtum. decis. 79. num. 1.*
*Clausula appellatione remota, habet locum vbi iudex procedit seruata forma commissionis, & partem non grauat. decis. 79. num. 3.*
*Clausula sine retardatione exequutionis literarum Apostolicarum, operatur, vt iudex ad quem, non det impedimẽtum indicia quo, sed non efficit, quod non possit dari de attentatis. decisione 79. num. 3.*
*Clausula constito, requirit veras, & concludentes probationes, nec admittit præsumptiuas. decis. 532. nu. 1.*
*Clausula parito indicato, in amotis terminis reponendis verificatur ex instrumento publico repositionis, & fide expensarum factarum in ipsis reponendis. decis. 550. numero 1.*
*Clausula formam inducens operatur, vt forma non seruata, reuocatur contractus. decis. 462. num. 4.*
*Clausula non alias, in contractu quomodo intelligatur. decis. 462. num. 5.*
*Clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis præseruat iurisdictionem iudicis a quo. decis. 609. num. 1.*
*Clausula si in euidentem in alienatione rei Ecclesiæ solet apponi de stylo. decis. 730. num. 3.*
*Clausula amoto, &c. facit exequutorem mixtum. decisione 159. num 3. & decis. 52. num 2.*
*Clausula alla dritta, more militari, & sine forma processus, tollunt formam processus. decis. 716. nu. 1. Vbi quod nec minima forma debet tunc obseruari.*
*Clausula non tamen a nobis prouisis præseruat prouisos a Papa. decis. 728. num. 1. Vbi sine fuerint bene, sine male prouisi.*
*Clausula amoto, &c. intelligitur iuris ordine seruato. decisione 147. num. 4.*
*Clausula sine retardatione solutionis suspendit iurisdictionem, donec fuerit facta solutio. decis. 773. num. 7.*
*Clausula constituti, operatur etiam in incorporalibus. decis. 764. num. 2.*
*Clausula constituti, in donatione apposita probat possessionẽ donatarij. decis. 520. num. 2.*
*Clausula actum, &c. importat actum perfectum consummatum, & publicatum. decis. 628. num. 3.*
*Clausula actum, &c. includit effectum subscriptionis signi, & rogitus. decis. 628. num. 3.*
*Clausula & cetera potest extendi per Notarium de instrumento rogatum. decis. 487. num. 4.*
*Clausula constito, iustificata dicitur eo ipso, quod aduersarius*

rius venit ex eadem vacatione. decisione 691.num.1.
Clausula vt asseritur, operatur, vt narratiua non dicatur partis. decis. 691.num.6.
Clausulę derogatorię contentę in regula octaua Cancellaria, referuntur ad omnes alias regulas pręcedentes. decis. 767.num.3. Contrarium, num. 4. 5. & 6. Vbi declarantur auctoritates contraria.
Clausula in medio posita non referuntur ad pręcedentia. decis. 767.num.4.
Clausula in fine posita non refertur ad pręcedentia, vbi militat diuersa ratio. decis. 767.num.5.
Clausula derogatoria generales non derogant reseruationibus in corpore iuris clausis, vt sunt reseruationes ex Extrauag. ad regimen, & extrauag. ad Roman. decis. 767. num.8. & 9. Vbi id non firmatur.
Clausula ad habendum, & quicquid placuerit faciendum, aequipollet clausulę, & quibus dederit. decisione 294. num.3.
Clausula ad habendum, & quicquid placuerit faciendum, facit emphyteusim ad haeredes extraneos transitoriam. decis. 294.num.3.
Clausula ad habendum, non operatur, quando est posita in clausulis exequutiuis. decis. 294.num.7.
Clausula ad habendum, tunc dicitur posita in clausulis exequutiuis, quando est posita in clausulis loquentibus de inuestitura, & de traditione possessionis. decis. 294. numero 7. Declara id procedere, quando clausula adijcitur ex interuallo post perfectam dispositiuam, secus si immediate post. num.7.
Clausula ad habendum, &c. non iuuat inuestitos, vbi est personalis, & restricta ad primum acquirentem. decis. 294.num.8.
Clausula omnia, & singula, habet vim indiuiduę expressionis. decis. 130.num.3.
Clausula dummodo non sit alteri ius acquisitum, praeseruat etiam ius quęsitum ex praesentatione. decis. 52.nu.3.
Clausula sublata, &c. claudit os parti, & tollit iudici facultatem aliter iudicandi. decis. 180.num. 1.
Clausula, ex certa scientia, operatur pręsumptionem informationis in Principe. decis. 180.num.2.
Clausula ad habendum, quid importet. decisione 537. numero 1.
Clausula constituti operatur, vt possessio tam ciuilis, quam naturalis censeatur translata in Constitutarium. decis. 551.num.4.
Clausula alioquin, &c. est comminatoria, & inducit nullitatem ipso iure. decis. 665.num.2.
Clausula vel alio quouis modo intrat data vacatione de facto. decis. 49.num.5.
Clausula cuius statum inducit mentionem litis. decis. 29. num.2.
Clausulę derogatoriae regulantur ab ipsa dispositione principali, & non egrediuntur limites illius. decisio. 111. numero 4.
Clausula omnesque alios, operatur, vt possit citari etiam cō prehensus in commissione. decis. 81.num.2.
Clausula salutaris, quod clausulae infectiua habeantur pro expressis sanat vitium subreptionis orientis ex taciturnitate defectuum nullitatis. decisione 86. numero 4.
Clausula non tamen a nobismetipsis prouisis excludit prouisiones Pontificum antecessorum. decis. 201.nu.6. & 7. Vbi quod secus, vbi adsunt solum verba non tamen a nobis prouisis.
Clausula dummodo non sit ius quaesitum, praeseruat non solum ius in re, sed etiam ius ad rem validam, & considerabilem decis. 253.num.1. & 2. Vbi maxime si tale ius fuerit deductum in iudicium ante gratiam per alium obtentam.
Clausula non ampliant dispositionem principalem. decis. 16. num.3.
Clausulę omnes appositę in priuilegio cēsentur habere clausulam quatenus pars vti velit. decis. 229.num.12.
Clausula nihil tamen noui compilantes apposita in proœmio statuti intelligitur de alijs praeterquam in statuto expresse dispositis, & additis. decis. 167.num.13.
Clausula constito de assertis, facit iurisdictionem conditionalem, ita vt iudex nil possit agere, nisi iustificatis narratis. decis. 725.num.10.
Clausula dummodo remaneant, &c. apposita in gratia reseruationis pensionis debet iustificari per pensionarium, etiamsi agatur contra eum, qui consensit pensioni, cum per eam gratia fiat conditionalis. decis. 417.num.1. Fallit quando dicta clausula non est apposita reseruationi pensionis, sed consequutiue ad modificandum, & limitandum clausulam antecedentem, etiam si alia pensionis annuę vltra praefatas alijs personis assignata existant. numero 1. Vbi maxime si non omnes dictę clausula ab vno verbo regantur.
Clausula consequutiua non referuntur ad omnia praecedentia. decis. 417.num.2.
Clausula, dummodo illius dispositio ad nos hac vice pertineat totam gratiam, & omnia in eo contenta, qualificat, & restringit. decis. 777.num.6.
Clausula arbitrio est satis ampla vbi concurrit aequitas. decis. 363. num.1.
Clausula arbitrio, vbi rescribitur iudici alias iurisdictionem habenti, est satis ampla, ne alias, si reducatur ad meros terminos iuris communis, reddatur inanis. decis. 363.num.1.
Clausula restrictiua non refertur ad specialiter expressa. decis. 208.num. 3. Fallit vbi constat de contraria mente disponentis. num.3.
Clausula, quae solent apponi in clausula, & cum absolutione, vocantur a practicis dispositiua, per quas Papa declarat id, quod simpliciter per fiat, concessit. decis. 208. num.3.
Clausulae derogatorię amplissima, nihil operantur contra personas priuilegiatas, vbi in Papa non datur scientia praeiudicij. decis. 128.num.4.
Clausula quorum tenores, non operatur circa non expressa, & nec circa ea, de quibus Papa non habuit notitiam. decis. 128.num.5.
Clausula ex certa sciētia, nō operatur, nisi circa ea, q̄ Princeps praesumitur scire, prout ea, quae iuris sunt, secus circa ea, quae in facto consistunt. decis. 128.num.6.

Clau-

*Clausula quatenus de iure restringit pracedentia ad terminos iuris.decis.28.num.3.*

*Clausula iustitiam faciat, non refertur ad ea, quæ sunt expressa in gratia.decis.8.num.3.*

*Clausula derogatoriæ derogatoriarum tolluntur per clausulas etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, indiuidua, ac de verbo ad verbum, &c. decisione 87. numero 4.*

*Clausula derogatoria derogatoriarum tolluntur ex clausula pro expressis.decis.87.num.4.*

*Clausula iustificatiua si quis, quę solet apponi in præcepto iudicis, resoluitur in simplicem citationem.decisione 85. num.3. Vbi quod dicta clausula debet esse in forma alternatiua.*

*Clausula, sine praiudicio venientium ab intestato, si sit apposita in facultate legitimandi, censetur repetita etiam in legitimatione.decis.98.num.1.*

*Clausula, sine praiudicio venientium ab intestato operatur, vt legitimatio legitimato suffragetur solum quo ad ea, in quibus filijs legitimis præiudicium non fit. decis. 98.num.2.*

*Clausula, sine praiudicio venientium ab intestato, operatur non minus condito testamento, quam ab intestato. decis. 98.num.6. Intellige ad effectum, vt legitimatus non possit impugnare testamentum paternum, non autem, vt pater non possit illi in testamento relinquere.num.6.*

*Clausula constito, &c. apposita in literis, vbi fuit iustificata, literę etiam exequendę sunt.decisio.484.num.1.*

*Clausula amotis, &c. in literis Apostolicis apposita, dicitur personalissima, & in ea non habetur ratio aliquorum detentorum, nisi ab eodem Pontifice prouisorum. decisione 484.num.2.*

*Clausula manu Regia operatur, vt iudex possit procedere de facto, & sine vllo iuris ordine.decis.446.nu.1.*

*Clausula sine strepitu, & figura iudicij operatur, quod iudex nulla data sententia potest iubere rem capi, & distrahi.decis.446.num.1.in fine.*

*Clausula non alias, aliter, nec alio modo, importat conditionem suspensiuam, ac formam, ita vt non adimpleta forma; cesset consensus agentis.decisione 286.num.2.*

*Clausula & cetera, & facultas extendendi ad consilium sapientis, non comprehendit ea, quæ sunt de substantia, & forma.decisione 723.num.4.*

*Clausula & cetera, licet possit extendi, tamen antequam extensio fiat auctoritate iudicis non debet haberi pro extensa.decisione 723.num.5.*

*Clausula & cetera, debet extendi solum per Notarium, qui de instrumento rogatus fuit.decis.723.num.6.*

*Clausula arbitrio, &c. remittit aliquid de iuris rigore, non autem tollit ipsum ius naturę.decis.474.nu.1.*

*Clausula, siue præmisso, siue alio quouis modo beneficium vacet, operatur, vt impetrans, beneficium possit capere quęcumque vacandi modum.decisio.309.num.2.Vbi hoc ampliatur habere locum etiam in prouisione ex resignatione. Declara, vt num.3.*

*Clausula posita in prima commissione, censetur etiam posita in secunda.decis.510.num.1.in fine.*

*Clausula decreti irritantis, tunc demum ligat ignorantes, quando dispositio, cui adijcitur, est certa, & determinata, secus si dubia.decisione 608.num.13.*

*Clement.vt calumnijs.de re iudic.non habet locum, quando nullitas patet ex eisdem actis, vel de illa datur contra vltimam sententiam.decis.346.num.4.*

*Clericatus quomodo probetur per testes. decisione 509. numero 2.*

*Clericatus, & presbyteratus ex literis Ordinarij probatur. decis.455.num.7.*

*Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij. decis. 605.num.2.decis.401.num.4.decis.699. num.1.decis. 17.num.1.decis.312.num.1.ac decis.523.nu.1.*

*Clericatus, & qualitates impetrantis probantur per testes de communi reputatione.decis.736.num.4.& decis.99. num.4.*

*Clericatus probatur per testes de publica voce, & fama. decis.116.num.3.*

*Clericatus probatur per testes deponentes vidisse celebrare. decis.252.num.6.*

*Clericus militans in bello iusto, siue iniusto incurrit irregularitatem, quando in bello aliqui sunt interfecti, aliter secus.decis.3.num.5.*

*Clericus militando in bello iusto, & hortando alios ad victoriam generaliter, & percutiendo, non efficitur irregularis, nisi occidat, vel deformet.decis.3.num.5.*

*Clericus irregularitatem incurrit vulnerans illum, qui ex alio illato vulnere moriturus erat.decis.44.nume.2. Vbi hoc ampliatur, etiam quod homicidium fuerit iustum, & meritorium contra publicos latrones.*

*Clericus vulnerans illum, qui postea mortuus est pluribus in rixa interuenientibus, & vulnerantibus irregularitatem incurrit, etiam quod non appareat ex quo vulnere occisus obierit.decis.44.num.3.Vbi propterea, quod omnes sunt irregulares.*

*Clericus astans armatus in homicidio irregularitatem incurrit, etiam quod non vulnerauerit. decisione 44. numero 3.*

*Clericus illegitimus non est capax pensionis, nisi ad pensionem fuerit dispensatus.decis.549.numero 2. Contra, numero 3.Vbi quod sufficit illum esse dispensatum ad Clericatum, etiam quod non sit dispensatus super illegitimitate.*

*Clericorum filij pensiones habere non possunt super fructibus beneficiorum, qua parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt.decis.549.num.4.*

*Clericus ordinatus ad titulum beneficij, illi renunciare non potest.decis.560.Declara, vt num.6.*

*Clerico non residenti distributiones non debentur, nisi in casu infirmitatis, seu absentiæ iustæ necessitatis, aut accidentis vtilitatis Ecclesia.decis.107.num.1.*

*Clerici absentis, & non residentis distributiones accrescũt alijs de Capitulo interessentibus, & Beneficiatis. decis. 107.num.1.*

*Clericus non residens, & absens, an, & quando habeatur pro pręsente.decis.107.num.2.*

*Clericos forenses statutum prohibens admitti ad Capitulũ, non valet.decis.290.num.2.*

*Clericus beneficio priuandus est, qui in Ecclesia beneficiata arbo-*

arbores in magna quantitate, & cum notabili deteriora tione succidit, secus si deterioratio non erat notabilis. decisione 553. num. 1.

Clericus nubens cum vidua incurrit bigamiam, & irregularitatem. decisio. 357. num. 2.

Clericus admissus ad susceptionem c. Odoardus. de solutionib. cum retentione congruę portionis, liberatur ab exequutionibus personalibus. decis. 645. num. 2.

Clericus non potest renunciare concernentibus priuilegiũ ordinis clericalis. decisio. 269. num. 5.

Codicillaris clausula cum testamento operatur verba etiam ciuilia important fideicommissum, & obliquantur, quando substitutio non potuit valere iure directę substitutionis. decisione 344. numero 7. & 8. Vbi referuntur contrarium tenentes, & numero 10. Vbi de eadem materia.

Codicillaris clausula trahit secum substitutionem fideicommissariam, quando de intentione testatoris apparet sic voluisse. decisio. 344. num. 10.

Cognitio possessorij debet praecedere cognitionem petitorij. decisione 698. num. 1.

Cohęredem non fuisse datum ab initio, & datum non posse succedere, aequiparantur. decis. 122. num. 3.

Collatio beneficij non tollit eiusdem beneficij statum, & censetur semper facta sine praeiudicio alterius. decisione 43. num. 2.

Collationes factę ab Episcopo beneficiorum, in quibus Abbas ius aliquod habere non praetendit ipsi Abbati non praeiudicant. decis. 643. num. 2.

Collatio beneficij vbi spectat ad Papam vigore alternatiuae ab Episcopo acceptatae, non censetur eadem alternatiua resoluta in praeiudicium Papę, siue per abusum, siue ratione absentię ipsius Episcopi. decis. 608. num. 1. Declara, vt num. 2.

Collatio Papę non mutat beneficij praecedentem statum. decis. 482. num. 1.

Collatio beneficij facta tanquam de reseruato corruit cessãte reseruatione. decis. 482. num. 3.

Collatio beneficij facta sine scientia, & patientia illius, ad quem beneficium spectat, quando valida sit. decis. 423. num. 6.

Collatio beneficij vniti nulla est. decis. 567. num. 1.

Collatio omnium beneficiorum inferiorum spectat de iure communi ad Episcopum. decis. 756. num. 4.

Collatio beneficij potest fieri etiam si alius sit in possessione illius, licet non possit possessor remoueri absque citatione. decisione 323. num. 5.

Collatio non effectuata non releuat. decis. 415. nu. 2.

Collatio dicitur fructus quasi possessionis conferendi. decis. 46. num. 2.

Collatio, seu institutio facta pendente termino ad appellandum est attentata. decis. 586. num. 1.

Collatio beneficij erecti ex dismembratione bonorum alterius beneficij spectat ad eum, ad quem spectat collatio beneficij, ex cuius bonis fuit facta dismembratio. decisione 600. num. 3.

Collatio beneficij erecti ex fructibus alterius beneficij spectat ad eum, ad quem spectabat collatio beneficij. decis. 600. num. 4.

Collationis libertas ad effectum alternatiuae non excluditur ex eo, quod Episcopus teneatur conferre certo generi personarum. decis. 600. num. 5.

Collatio facienda per Episcopum sub testimonio duorũ, vel trium de Capitulo, dicitur nihilominus libere spectare ad Episcopum, quando dictum testimonium non requiritur pro consilio, vel assensu, sed solum vt fama, & honori ipsius Episcopi consulatur. decis. 600. num. 6.

Collatio facienda per Episcopum de consilio alicuius, dicitur libera ipsius Episcopi, quando vlterius non adest decretum annullatiuum, quod collatio aliter facta non valeat. decis. 600. num. 8.

Collationis particeps non dicuntur, qui collationi adhibentur tanquam testes. decis. 600. num. 9.

Collatio beneficij facta a suspenso, est ipso iure nulla. decis. 17. num. 4.

Collatio beneficij facta ab Episcopo suspenso non sustinetur ratione communis erroris, & ignorantia suspensionis stãte concursu prouisi Apostolici. decis. 17. num. 6.

Collatio beneficij debet esse pura, & libera, & absque vlla recognitione. decis. 254. num. 4. & ibi limita, & declara limitata.

Collatio beneficij in titulum, quibus verbis facta cẽseatur. decis. 254. num. 6.

Collatio vbi est facienda certo generi personarum succedente vacatione, censetur dictis personis quęsitum ius adeo considerabile, vt a denegatione prouisionis possit appellari. decis. 253. num. 1. Amplia etiam si beneficium sit affectum, quia affectio intrat cum sua causa, scilicet, quatenus collatio fiat personis de dicto genere. num. 5.

Collationis literę Ordinarij probãt absque aliqua iustificatione. decis. 190. num. 1.

Collatio, seu electio nihil operantur, nisi probentur effectuatę. decis. 415. num. 4.

Collatione sola beneficii acquiritur ius in re, licet possessio non capiatur. decis. 498. num. 1.

Collatio beneficii deuoluitur ad Superiorem inferiore existente negligente in conferendo. decisione 309. Declara, vt num. 3.

Collegiata an sit Ecclesia, ex quibus deprehendatur. decis. 482. num. 4.

Collegiata Ecclesia ea dicitur, cuius Presbyteri capitulariter congregantur, & quę habet arcam, & sigillum commune. decis. 315. num. 3.

Collegiata Ecclesia ea dicitur, quae communiter reputatur pro tali. decis. 315. num. 4.

Collegium, seu Monasterium Regularium olim non poterat erigi sine licentia Sedis Apostolicę. decisione 745. numero 1.

Collegium, seu Monasterium Regularium, vt erigatur de licentia Ordinarii, quae debeant seruari. decis. 745. numero 1.

Commenda, & vnio temporalis fraternizant inter se. decis. 672. num. 2.

Commenda aequiparatur deposito, non tamen in omnibus, quia depositarius non facit fructus suos, sed Commendatarius potest sumere alimenta, & expensas ex fructibus beneficii. decis. 672. num. 3.

Com-

*Commēda in dubio potius præsumitur, quam pignus. decis. 672.num.4.*

*Commenda, seu beneficium commendatum potest impetrari.decis.672.num.4.*

*Commendæ, seu præceptoria Militum Hierosolymitanorum non sunt beneficia perpetua, sed manualia, & ab ijs possunt milites ad nutum Magni Magistri amoueri. decis. 87.num.2.*

*Commissio causæ nullitatis sententiæ latę restricta ad restitutionem in integrum aduersus vnam sententiam non potest extendi ad restitutionem aduersus aliam sententiam.decis.621.num.1.& 2. Vbi quid si in commissione adest clausula quam, & quas.*

*Commissionis, & rescripti signatura non extenditur ad non petita, & quod commissum non fuit, dicitur neglectum. decisione 621.num.2.*

*Commissionis verba sunt attendenda. decisione 747.numero 5.*

*Commissio vnica sufficit in Rota in qualibet instantia, & illius vigore potest Auditor ad exequutionem sententię inclusiue procedere.decis.641.num.5.*

*Commissio nullitatis non impedit, quin sententia transeat in iudicatum, nec impedit, quo minus appellatio per lapsum fatalium deseratur, quando reuera non adest nullitas.decis.156.num.8.*

*Commissio suffragatur etiam tertio venienti ad causam in statu, & terminis.decis.81.num.3.*

*Commodum qui non sentit, grauari non potest. decis.336. La seconda.num.4.*

*Commodum non habens, neque debet habere incommodum. decis.333.num.1.*

*Commodum qui sentit, debet sentire etiam incommodum. decisione 677.numero 5.ac etiam decis.175.numero 3.*

*Commodum eius est, cuius est & incommodum. decisio.149. num.7.*

*Commune, hoc verbum ratione adiuncti potest effici directū exemplum.decis.1.num.3.*

*Communis reputatio in casu vnionis probat titulum colora tum, cum nemo dicat, vel probet contrarium. decis.724. num.2.*

*Communis vsus loquendi in omni materia attendi debet. decis.293.num.1.in fine.*

*Communis error præstat causam validitati actus. decis. 608.num.12.& 13.Vbi an hæc conclusio procedat in regulis Cancellarię.*

*Communicationes priuilegiorum non extenduntur ad ea, quę non solent concedi, vel saltem cum magna difficultate, & in quibus agitur de præiudicio tertij. decisione 214.num.5.*

*Communitates locorum æquiparantur pupillis. decis.218. num.6.*

*Comparatiuum præsupponit positiuum. decisione 569.numero 4.*

*Comparatiuum præsupponit qualitatem positiui. decisione 783.num.11.*

*Comparatiuum nō verificatur, nisi relinquat etiam positiuum.decis.783.num.11.*

*Comparitio etiati supplet, & sanat omnem defectum citationis.decis.42.num.2.*

*Comparens ab initio vti talis, si postea simpliciter compareat, censeatur eodem nomine comparuisse. decisio. 459. num.2.*

*Compendiosa substitutio verbis communibus ad bona testatorit restricta, an, & quando post aditam hæreditatem sit omni tempore fideicommissaria. decisione 431.numero 5.& 6.*

*Compendiosa substitutio dicitur facta vbi mortis fit mētio. decis.332.num.10.etiam quod non fuerit adiecta dictio quandocunque.*

*Compendiosa substitutio, & concepta per verba communia de sui natura comprehendit vulgarem substitutionem. decis.94.num.1.*

*Compēdiosa substitutio censetur facta per appositionem verbi quandocunque.decis.373.num.5.*

*Compendiosa substitutio quando resoluatur in pupillarem. decis.373.num.11.*

*Compensationi locus non est, nisi parte opponente.decis.433. Declara, vt num.4.*

*Compensatio non admittitur de liquido ad liquidum.decisione 514.num.5.*

*Compensatio non inducitur de eo, quod requirit altiorem indaginem.decis.540.num.10.*

*Compensatio est loco solutionis.decis.511.num.6.*

*Complementarius, seu minister banchi, quicquid scripsit in libro principalis mercatoris, censetur de eius consensu scripsisse.decis.700.num.20.*

*Compositio cum Camera Apostolica solet fieri pro fructibus male perceptis.decis.665.num.10.*

*Comprobare videtur actum, qui illius occasione vti alterius procurator in iudicio comparet.decis.82.num.2.*

*Compromissi contractus dicitur resolutus, si vnus ex arbitris, in quem fuit relatum arbitrium, noluit acceptare. decis.462.num.2.*

*Compulsatio iurium, vt sit valida, requiritur citatio ad videndum auscultari, & collationari iura, quę compulsantur, dummodo in loco compulsationis adsit procurator.decis.22.num.1. Fallit vbi mandatum procuratoris est insufficiens, quia tunc sufficit citatio per contradictas.num.3.*

*Concessio, seu donatio facta a Rege Monasterio Castrorum, & Villarum, vna cum Ecclesijs in illis existentibus, cēsetur facta quo ad temporalia, & spiritualia, quando dictum Monasterium ab omni iurisdictione Ordinarij exēptum in iur, & proprietatem Sedis Apostolicæ positum fuit.decis.513.num.4.*

*Concesso mero, & mixto Imperio, censentur etiam concessæ pænę pecuniarię, & mulctę. decisione 230. numero 4. & 5. Vbi idem quando fuit concessa omnimoda iurisdictio.*

*Concessa res alicui debet esse penes eum, cui concessa est cum eodem iure, prout erat penes concedentem.decisione 495.num.4.*

*Concessio, & inuestitura feudi, quid comprehendat, attenditur valor feudi.decis.664. Declara, vt num.17.*

*Concessiones feudorum, pro quibus Camera nō recepit suffi-*

*cientem recompensam, innalidantur a Bulla Pij V. decis.564. Declara, vt num.20.*

*Concessio alternatiuę dicitur quasi contractus, & permutatio mensium. decis.608.num.2.in fine.*

*Concessio gratię refertur ad petita, & Principis responsio intelligitur secundum supplicata. decis.687.nu.6.*

*Concessio remissoria in ciuilibus plurimum pendet ab arbitrio iudicis. decis.134.num.2.*

*Concessio rei feudalis non pręsumitur emphyteutica, sed censualis. decis.170.num.8. Vbi declaratur.*

*Concessum ad tempus, post illud censetur denegatum. decis. 369.num.1.*

*Concesso castro cum omnimoda iurisdictione cēsetur etiam concessum merum, & mixtum imperium. decis.230.nu. 3. ac etiam omnes redditus causarum ciuilium, & criminalium. num.3.*

*Castro concesso cum eius territorio in dotem marito ab vxore censentur etiam concessi omnes redditus causarum ciuilium, & criminalium, ac etiam condemnationes, & pęnę. decis.230.num.4.*

*Concilio derogatum an censeatur propter clausulas derogatorias, non obstantibus derogatoriis, &c. appositas in gratia, & dispensatione Papę. decis.687.num.24.*

*Concilium Tridentinum de reformat. sess.7.cap.6. quomodo intelligatur. decis.724.num.5.*

*Concilium Tridentinum non requirit expressam derogationem, cum in eo fuerit excepta auctoritas Sedis Apostolicę. decis.179.num.6.*

*Conclusio in causa habet vim citationis ad sententiam. decis.484.num.5.& 6. Vbi tamen, quod conclusio in causa debet intimari parti, & non intimata non supplet defectum citationis.*

*Conclusio in causa cēsetur circumducta per nouam iurium productionem, & admissionem. decis.451.num.11.*

*Conclusio in causa quando censeatur circumducta per decretum iudicis de tradendo copiam scripturarum parti. decis.617.num.5.*

*Conclusio in causa habet vim citationis ad sententiam. decisione 129.num.1. Vbi de stylo Hispaniarum.*

*Conclusio in causa circumducitur, & reuocatur per productionem nouorum iurium. decis.100.num.3.*

*Concordatę inter Sedem Apostolicam, & Germanicam Nationem seruandę sunt, quia habent vim pacti, & contractus. decis.580.num.1.*

*Concordia inita sub beneplacito Sedis Apostolicę dicitur cōditionalis. decis.542.num.7.*

*Concordia super decimis licite fieri potest. decis.279.nu.3.*

*Concordiam fieri Papa mandans, ligat manus litigantium, & iudicis. decis.338.num.4.*

*Concursum faciendi ius iurisdictionis est. decis.632.nu.4.*

*Concursus beneficij vbi fit, quomodo examinatores debeant idoneos solum referre, vel nō idoneos reprobare, & quid si beneficium est cum cura, vel sine cura. decis.505.num. 1.& seqq. Vbi generaliter de hac materia.*

*Concursus beneficij quando fit, quot examinatores interuenire debeant. decis.505.num.3.*

*Concursu beneficij facto si ex pluribus examinatis vnus electus fuit pro magis idoneo, non potest inde ad aliquos an nos a non approbatis peti nouus concursus. decisio. 505. num.4.*

*Concursus non habet locum in Parochialibus de Iure patronatus laicorum. decisione 579.num.4. Fallit quando Ecclesia Iuris patronatus fuit vnita beneficio libero. eodem num.4.*

*Concursus non fit in Parochialibus de mensa Monasterij, sed Monasterium nominat, Episcopus vero sine concursu approbat. decis.153.num.1.*

*Concursus debet fieri in Vicarijs perpetuis. decisione 153. num.8. Declara, quod ad hunc effectum non inspicitur, an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis? sed attenditur, an Vicaria spectet ad Monasterium, & ei sit subiecta, vel annexa, ita vt cura penes ipsum resideat, quia tunc non est locus concursui, sed sufficit approbatio Ordinarij. num 8.*

*Condemnatus ad triremes potest contrahere, & contrahendo acquirere. decis.492.num.3.*

*Condemnatio ad fructus qui percipi potuerunt de stylo Rotę non admittitur, nisi contra violentos possessores. decis.161.num.6.*

*Condemnatus simpliciter ad restitutionem fructuum, censetur condemnatus ad fructus, ad quos condemnari debuit. decis 66.num.3.*

*Conditionalis quando dicatur gratia reseruationis pensionis. decis.519.num.4.*

*Conditionalis dicitur gratia, quando in ea adest dictio dummodo. decis.519.num.4.*

*Conditionalis numquid dicatur gratia per clausulam si ita est, vel si preces veritate nitantur. decis.519.num.4.*

*Conditionalis gratia beneficij obtenta quatenus, scilicet, supplicans beneficium vacans ex causa delicti commissi per Beneficiatum accusauerit, & accusationi se inscripserit, quando locum habeat non verificatis conditionibus. decisione 560.num.2.*

*Conditionale fideicommissum non transmittitur. decisione 380.num.1. Vbi neque etiam ad liberos. Fallit vbi appareret de voluntate testatoris, non solum expressa, sed etiam tacita ex coniecturis, num. 3.& num.7. Vbi sine difficultate si sunt plures simul iunctę. Coniectura est, quando testator vocauit heredes, seu filios substituti in vlteriori gradu, qui erat extraneus, casu quo ipse substitutus mortuus esset, quia tunc credendum est etiam voluisse transmitti ad filios pracedētis substituti, qui erat de descendentibus. nu.3. Coniectura transmissionis item est, quod filij fuerint positi in cōditione, nu.4.& 7. Vbi quod hęc coniectura cum alijs multum operatur.*

*Conditionalis fideicommissi, quod transmittatur, coniectura est, quod alias testator anteposuisset extraneum suis descendentibus. decisione 380.num.5. Item coniectura pro transmissione est, quod substitutio sit vnita cum iure accrescendi, quia sicut transmittitur ius accrescendi, ita etiam debet transmitti substitutio fideicommissaria, num.6. Vbi maxime si hęc coniectura cum alijs iungatur. Item pariter valida est coniectura, quod testator fecerit plures gradus substitutionum. num.7.*

*Conditionalis dispositio non purificata conditione nihil ponit in esse. decisione 16.num.1.*

*Conditionalis dispositio non potest adimplere per æquipollēs. decis.16.num.2.*

*Conditionale legatum non debetur, nisi purificata conditione.decis.428.num.2.*

*Conditionale legatum non potest in alium transferri.decis. 428.num.2.*

*Conditionalis legati dominium purificata conditione statim in legatarium transfertur.decisione 428. nume. 4. Fallit in legato dotis, quod purificata conditione nuptiarum, nisi conuertatur in causam dotis, in alium cedi non potest.eod.num.4.*

*Conditionale decretum non præstita conditione euanescit. decis.47.num.3.*

*Conditionalis donatio ex defectu conditionis vitiatur. decis.91.num.1.*

*Conditionale vbi est legatum, conditio non retrahitur in præiudicium illorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum.decis.766. Declara, vt num. 6.*

*Conditionalis numquid reddatur dispositio, ex eò, quod in ea expresse appositum fuerit verbum conditio. decisione 163.num.2.*

*Conditionaliter hæres institutus adueniente conditione vsque ab initio fingitur hæres.decis.75.num.9.*

*Conditionem importat dictio si, præsertim coniuncta cum aduersatiua vero.decis.505.num.1.*

*Conditione cessante, cessat dispositio conditionalis.decisione 505.num. 1.*

*Conditio donationis si non fuerit obseruata, an, & quomodo donationem resoluat.decis.1.num.2.*

*Conditione non adimpleta actus habetur pro non facto. decisio.1.num.9.in fine.*

*Conditio intelligenda, & adimplenda est, prout iacet, quia in conditionibus inspicitur merum, & nudum factum. decis.453.num.3.in fine.*

*Conditio vere, & non ficte in specifica forma adimpleri debet.decis.480.num.7.*

*Conditio repugnans Religioni, & retrahens ingredientem Monasterium, reijcienda est, allegata decis.480.numero 9.*

*Conditio importatur per ablatiuos absolutos.decis.151.numero 3.*

*Conditio iniuncta a lege, seu statuto si non impletur, ille, qui non implet, nec debet gaudere beneficio introducto ab eodem statuto.decis.103.num.1.*

*Conditio nihil ponit inesse.decis.122.num.3.*

*Conditio adscripta hæredi, vt assumat nomen, & agnomen familię testatoris, intelligitur adscripta fauore testatoris, & eius familia.decis.494.num.2.*

*Conditio adscripta hęredi, vt assumat nomen, & agnomen familia testatoris, non dicitur fauorabilis, neque hæredi, neque hæredis hęredis, qui non est de familia testatoris.decis.494.num.2.*

*Conditio, quam testator non apposuit substantię legati, non facit cessare legatum.decis.499.num.4.*

*Conditiones in secunda dispositione appositę, non censentur repetita in prima, quando vnaquæque dispositio habet orationem perfectam.decis.758.num.3.*

*Conditio si sine filijs verificatur etiam in fœminis ad excludendum substitutum. decis.217.num.1. Fallit quando testator habuit rationem conseruandæ agnationis. numero 1.*

*Conditio, per quam fit reditus ad ius commune, facilius debet adimpleri.decis.229.num.10.*

*Conditio significatur per ablatiuum absolutum. decis.668. num.7.*

*Conditione non purificata, conditionalis dispositio nō habet locum.decis.668.num.7.*

*Conditio de præsenti, seu de præterito admittitur in stipulationibus propter ignorantiam contrahentium.decis.88. num.2.*

*Conditiones, seu dilationes adiectę solutioni minuunt quātitatem.decis.121.num.1.*

*Conditio sufficit, quod momento temporis extiterit. decis. 31.num.3.*

*Conditio apposita donationi, quod donatarius nubat de consensu donantis, valida est.decis.91.num.1.*

*Conditio adiecta executioni non reddit dispositionem conditionalem, neque illam suspendit. decisione 91.numero 2.*

*Conditio adiecta solutioni pensionis non facit reseruationē pensionis conditionalem.decis.91.num.2.*

*Conditio sæpe vsurpatur pro pacto in contractu puro apposito.decis.91.num.3.*

*Conditio executioni adiecta, ipsam saltem conditionem suspendit, nec tenetur promittens ad executionem, nisi impleta conditione.decis.91.num.4.*

*Conditio, quæ tendit ad dirimēdum actum iam perfectum, non attenditur.decis.91.num.6.*

*Conductor, vbicunque dominus vult vendere rem conductam debet alijs præferri.decis.547.num.2.*

*Conductor, seu emphyteuta non præscribit. decisione 164. num.1.*

*Conductor non sibi, sed locatori possidet. decisione 208. numero 2.*

*Conductor non soluens pensionem in tempore conuento, cadit a commodo locationis.decis.63.num.1.*

*Conferendi beneficium quasi possessio acquiritur Episcopo per vnicam collationem.decis.623.num. 1.*

*Conferendi beneficium quasi possessio per vnicam collationē effectuatam acquiritur.decis.423.num. 1.*

*Conferendi beneficia quasi possessio acquiritur per vnicam collationem effectuatam, etiam quod dicta collatio fuerit facta in vim resignationis.decis.423.num.2.*

*Conferendi ius in sua Ecclesia habet de iure Cardinalis Titularius. Hęc tamen iuris assistentia non sufficit ad manutentionem, quando probatur alium esse in possessione.decis.423.num.3.*

*Conferendi quasi possessio acquiritur ex vnica collatione. decisione 435.num.1.*

*Conferendi quasi possessio attenditur ad effectum validitatis collationis.decis.435.num.1.*

*Conferendi quasi possessio non præiudicat in sequenti vacatione.decis.435.num.2.*

*Conferendi quasi possessio acquisita per Episcopum antecessorem suffragatur etiam successori.decis.435.nu.2. non autem suffragatur Capitulo.num.3.*

*Conferendi quasi possessio non attenditur, vbi constat de proprietate. decisione 435. num. 4. Fallit quando probatio proprietatis fuit facta per collationem. numero 4. Fallit secundo, vel potius declara, quod de proprietate ad hunc effectum debet constare per confessionem partis, vel rem iudicatam, vel per publicum instrumentum. nu. 4. Vbi quod non sufficit probatio Iuris patronatus resultans ex multiplicatis præsentationibus, ac alijs coniecturis.*

*Conferendi quasi possessio sufficit ad effectum validitatis collationis. decis. 515. nu. 1. Fallit vbi fuit cognitũ de proprietate quia proprietas absorbet possessionem. nu. 2.*

*Conferendi beneficia ius est de pertinentibus ad iurisdictionem. decis. 608. num. 12.*

*Confessio sicut præiudicat confitenti, ita etiam præiudicat habenti causam ab eo. decis. 575. num. 4.*

*Confessio procuratoris facta in iudicio contentioso, prçiudicat principali. decisio. 652. num. 5. Vbi præsertim, quando confessio est verisimilis.*

*Confitens aliquem esse intrusum in possessionem alicuius rei, dicitur eiusdem intrusi possessionem probare. deciso. 652. num. 6.*

*Confessio in precibus probat contra confitentem. decis. 652. num. 6. & 7 & decis. 180. num. 4.*

*Confessio extraiudicialis de ęquitate canonica probat contra confitentem. decisione 404. num. 2.*

*Confessione nulla maior probatio est, maxime quando confessio respicit exonerationem conscientiæ. decisione 518. num. 3.*

*Confessio qualificata non potest diuidi, sed debet cum sua qualitate acceptari. decis. 518. num. 4.*

*Confessio indistincte prçiudicat confitenti in beneficialibus. decis. 738. num. 2.*

*Confessio extraiudicialis probanda est per duos testes de loco, tempore, verbisque contestes. decis. 700. nume. 33. & decis. 406. num. 3. ac decis. 711. num. 3.*

*Confessio impetrantis facta in supplicatione probat contra impetrantem, & supplicantem. decis. 455. num. 4.*

*Confessio vnius alteri non praiudicat. decisione 666. nu. 2. decis. 349. num. 6. decis. 277. nu. 7. & decis. 176. nu. 2.*

*Confessio superat omnes alias probationes. decis. 573. nu. 2.*

*Confessiones Rectoris Ecclesiæ, & Parochianorum, quando prçiudicent Ecclesię. decis. 573. num. 6.*

*Confessio probat contra confitentem vbi agitur de probatione Iuris patronatus. decis. 548. num. 5.*

*Confessio vnius enunciata in literis alteri non nocet. decis. 605. num. 10.*

*Confessione aduersarij nulla maior probatio. decisione 401. num. 4.*

*Confessio superat omnes alias probationes. decisione 573. num. 2.*

*Confessio qualificata potest pro parte acceptari reiecta qualitate, quando qualitas habet præsumptionem contra se. decis. 525. num. 2.*

*Confessio debitoris non praiudicat creditori. decis. 460. numero 1.*

*Confessio venditoris non prçiudicat emptori. decis. 460. num. 1.*

*Confessio debitoris decocti præsumitur simulata, nisi aliunde constet de veritate. decis. 460. num. 2. Vbi quod idem est in confessione de proximo decocturi.*

*Confessio mariti, qui scit se non esse soluendo, non prçiudicat creditoribus. decis. 460. num. 2.*

*Confessio debet acceptari cum sua qualitate. decis. 799. numero 2.*

*Confessio facta a procuratore non habente speciale mandatum, non præiudicat. decis. 741. num. 5.*

*Confessio contrahentium post contractum facta non nocet. decis. 413. num. 3.*

*Confessus ante partis acceptationem potest suam confessionem declarare. decis. 158. num. 2.*

*Confessionis fundamento sublato tollitur, & confessio. decis. 158. num. 4.*

*Confessio facta cum aliqua qualitate est indiuidua, & non potest pro parte acceptari. decis. 158. num. 5.*

*Confessio facta in libello nocet confitenti. decisione 353. numero 2.*

*Confessio, quę fuit a parte impugnata, & super qua pars obtinuit, non probat contra confitentem. decis. 270. numero 1.*

*Confessio extraiudicialis inducit semiplenam probationem. decis. 148. num. 2. Fallit quando testes deponentes de tali confessione extraiudiciali sunt subditi illius, pro quo deponunt. num. 2.*

*Confessio extraiudicialis vnius non potest nocere alijs non habentibus causam ab eo. decis. 148. num. 3.*

*Confessio de re, qua non est in potestate confitentis, non prçiudicat. decis. 70. num. 6.*

*Confessio facta in precibus probat. decis. 726. num. 2.*

*Confessio erronea non nocet. decisione 179. num. 4. decisione 92. num. 3.*

*Confessio resignantis non nocet resignatario, vbi venit alio iure, quam resignantis. decis. 768. num. 4.*

*Confessio procuratoris facta non præcedente iussu iudicis, dicitur voluntaria. decis. 768. num. 5.*

*Confessio procuratoris voluntaria non nocet. decisio. 768. num. 5.*

*Confessio procuratoris voluntaria reuocatur etiam non docto de errore, etiamsi sit geminata. decis. 768. num. 5.*

*Confessio possessionis cum qualitate intrusionis potest acceptari quo ad possessionem reiecta qualitate intrusionis. decis. 768. num. 6.*

*Confessio facta in exceptionibus, seu protestationibus nõ nocet. decis. 768. num. 6.*

*Confessus vbi quis est, nullę sunt partes iudicis, nisi in exequendo. decis. 773. num. 2.*

*Confessio facta a viro constante matrimonio censetur facta animo donandi, decisione 683. num. 2. Vbi quod in dubio non censetur facta ad probationem veritatis, nec ex ea probatur numeratio. Amplia etiam in confessione facta erga socerum. num. 2. Vbi maxime si tempore confessionis erat absens.*

*Confessio receptionis dotis facta per virum, vbi est simulata, non praiudicat creditoribus mariti etiam futuris. decis. 683. num. 3.*

*Confessio receptionis dotis ex præsumptionibus, & cõiecturis*

ris colligitur, an emanauerit animo donandi, & in preiudicium creditorum futurorum decis. 683. num. 4.

Confessio receptionis dotis presumitur emanasse a viro animo preiudicandi creditoribus, quando vir de tempore confessionis erat magno are alieno grauatus. decis. 683. num. 5.

Confessio receptionis dotis presumitur facta animo donandi, quando solutio et, qui dotem soluere debebat, erat fere impossibilis. decisio. 683. num. 6.

Confessio receptionis dotis prasumitur facta animo donādi, quando si vera esset solutio dotis, esset facta ante tempus conuentum. decis. 683. num. 7.

Confessio receptionis dotis redditur suspecta, quando in ea maritus nullum prastitit iuramentum assertorium, seu promissorium. decisio. 683. num. 8.

Confessio receptionis dotis non dicitur facta sub spe future numerationis, quando est relatiua ad quietantias, & sic est de soluta, & non de soluenda. decisio. 683. nu. 9.

Confessio receptionis dotis prasumitur vera, vbi constat de solutione alicuius summe in confessione enunciata. decisione 683. num. 12. Vbi limita.

Confessio receptionis dotis presumitur vera, vbi maritus post confessionem vxori alimenta prebuit. decis. 683. nu. 13. Aduerte dictam coniecturam esse leuem, & per se solam non sufficere. nume. 13. Vbi quod tollitur per alias coniecturas, & nec habet locum vbi potest prasumi alimenta fuisse alia de causa prestita.

Confessio praiudicat confitenti, & habenti causam ab eo, etiamsi fuerit facta enunciatiue. decisione 349. nu. 2.

Confessio facta in iudicio criminali preiudicat etiam in ciuili. decis. 762. num. 1.

Confessio praualet alijs probationibus. decis. 762. nu. 1.

Confessio probat contra habentem causam a confitente. decisione 180. num. 4.

Confessio aduersarij probat possessionem ad effectum habendi mandatum de manutenendo. decis. 551. num. 1.

Confessio facta per assertum procuratorem ad lites etiā expressa in alio iudicio non praiudicat. decisio. 539. nu. 4.

Confessio vnius patroni in fauorem alterius confitenti nocet. decisione 174. num. 1.

Confessio authoris, ita demum nocet, si successor indigeat, vel uti velit iure ipsius. decis. 37. num. 2.

Confessio auctoris nocet illius haredibus. decisione 161. numero 2.

Confessio, qua non est clara, confitenti non nocet. decis. 170. num. 6.

Confessio procuratoris potest reuocari non docto de errore. decis. 170. num. 6.

Confessio debet, vel in totum reijci, vel in totum acceptari. decisio. 170. num. 6.

Confessio nocet impetranti etiam in his, qua a voluntate ipsius non dependent. decis. 236. num. 4.

Confessio resignātis ante resignationem nocet resignatario. decis. 190. num. 5.

Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares de loco, tempore, & verbis. decis. 711. num. 5.

Confessio probat contra confitentem, licet per illam non sit exclusum ius tertij. decis. 193. num. 5.

Confessio procuratoris illa duntaxat satisfacit, qua potest habere iuris effectum obligando dominum. decisione 779. num. 2.

Confessio procuratoris voluntaria dicitur, quando procurator nullo iure cogente dat in actis positiones. decis. 779. num. 2.

Confessio procuratori voluntaria non praeiudicat. decisione 779. num. 2.

Confessio non probatur per testes singulares. decis. 336. La prima. num. 2.

Confessio qualificata admittitur reiecta qualitate, quando prasumptio est contra qualitatem. decisio. 772. numero 12.

Confessio, quod quis promiserit celebrare matrimonium, non prasumitur facta simulate, & sine animo adimplendi. decis. 772. num. 12. Vbi maxime stante aqualitate inter virum, & mulierem.

Confessio vnius nocet quibuscunque successoribus. decis. 119. num. 1.

Confessio dotis reperte facta a marito constante matrimonio, vbi de possessione non apparet, presumitur facta in fraudem donationis. decis. 61. num. 1 & 2.

Confessio receptionis dotis facta a marito constante matrimonio potest impugnari etiam post lapsum bienny. decis. 61. num. 2.

Confessio receptionis dotis facta a marito constante matrimonio tertio non preiudicat, nisi pro confessione concurrant coniectura, & adminicula. decis. 124. num. 1.

Confessio inter personas prohibitas probat concurrentibus coniecturis. decis. 124. num. 1.

Confessio receptionis dotis facta a marito praiudicat tertio, si pracedat dotis promissio. decis. 124. num. 3.

Confessio receptionis dotis facta a marito prasumitur vera, & tertio praiudicat, vbi probatur solutio aliquarum partitarum in confessione enunciatarum. decisione 124. num. 4.

Confessio vnius tertio non nocet. decis. 85. numero 11. Vbi ampliatur etiam in tertio admisso ad causam in statu, & terminis.

Confessio dotis recepta facta a marito, vbi pracedit dotis promissio, praiudicat marito, heredibus, & creditoribus. decis. 324. num. 3.

Confessio cedentis post cessionem non praiudicat cessionario. decis. 106. num. 2.

Confessio venditoris post venditionem non nocet emptori. decis. 106. num. 2.

Confessio relatiua ad sententias non dicitur continere lasionem, nisi de iniustitia sententia constet. decis. 776. num. 4.

Confidentiarius, seu fiduciarius hares non dicitur verus heres, sed potius Custos, Minister, seu depositarius, & propterea tenetur restituere hareditatem cui de iure una cū fructibus non retēta pro se aliqua parte. decis. 771. n. 1.

Confidentiarius, seu fiduciarius heres censetur institutus per verbum confidentiam importans, vt puta, quando testator dixit mi confido, e sò, che lui esseguirà secondo, che lui sà la mente mia. decis. 771. num. 4.

Confidentiarum iudex, licet habeat facultatem cognoscēdi de

de confidentijs beneficialibus Simoniacis, non tamen potest cognoscere de Simonia.decis.6.num.1.

Confidentia beneficialis illicita, & simoniaca, licet sit simonia, non tamen omnis simonia est confidentia.decis.6.numero 1.

Confidentia beneficialis Simoniaca est prohibita per Constitutiones Pij IV. & Pij V. decis.6.num.2.

Confidentia est crimen Simoniæ conuentionalis, ideoque nō committitur absque pacto, & conditione.decis.166.n.2.

Confidentia non cōmittitur ex eo, quod quis sibi, vel fratri, vel suo consanguineo, digno tamen, confidit beneficium, seu pensionem.decisione 166.num.4. Vbi etiam stantibus Constitutionibus Pij IV. & Pij V.

Confidentia in institutione hæredit an sit probanda per septem testes sicut probatur testamentum, decisione 765. num.6. & 7.

Confidentia in institutione hæredis probatur per testes singulares.decis.765.num.8.

Confidentia probatur coniecturis. decis.765.n.11.& seqq. Vbi explicantur nonnullæ coniecturæ.

Confidentialis hæredis institutio an intelligatur de tota hæreditate? An vero ad sola legata, & alia in testamēto expressa? decisio.765.num.12.& 13.

Confinium in probatione, quæ est difficilis probationis, attēduntur adminicula.decis.334.num.1.

Confinium in materia multum defertur congruentiæ, & verisimilitudini.decis.334.num.3.

Confirmatio de sui natura non extendit, neque auget confirmatum vltra quod in eo continetur.decis.429.nu.1.

Confirmatio de sui natura non auget, nec extendit dispositionem substantiæ.decisione 555.num.2.

Confirmatio etiam cum clausula, & certa scientia, non trahitur ad ignorata.decisione 555.num.9.& seq.

Confirmatio Papæ in feudis quando habeat vim nouæ inuestituræ, ipsaque sola attendenda sit, & non prima. decis. 565.num.11.

Confirmatio Pontificis habet vim nouæ concessionis, quando confirmatur id, quod inualidum est. decisione 513. numero 6.

Confirmationis natura non est aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est roborare.decis.369.num.2.

Confirmari non potest id, quod non est. decisione 369. numero 3.

Confirmatio, & noua concessio differunt inter se. decisione 369.num.3.

Confirmatio restricta, seu limitata non extenditur vltra ea fus restrictos, & limitatos.decis.369.num.6.

Confirmatio statuti censetur emanata ex certa sciētia, quādo in ipsa confirmatione omnimoda eiusdem statuti substantia refertur.decis.339.num.2.

Confirmatio statuti numquid valeat, quando non apparet de existentia statuti aliter, quam per verba enunciatiua confirmationem petentis. decisione 339. numero 4.

Confirmatio statutorum cum clausula licita tamen, & honesta, ad quæ extendatur. decisione 339. numero 5.

Confirmatio facta sine contradictione, & causæ cognitione non habet vim diffinitiuæ, sed dicitur actus extraiudicialis.decisio.522.num.1.

Confirmans nihil de nouo facit.decis.405.num.1.

Confirmatio vnionis cum clausula vnimus, annectimus, &c. facit, quod confirmatio valeat in vim nouæ concessionis.decis.672.num.5.

Confirmatio valet in vim nouæ concessionis, quando confirmans intendit plus dare, quam in confirmato contineatur.decis.672.num.5.

Confirmatio a Superiore obtenta contra formam in instrumento conuentam est inutilis, & perinde, ac si non esset obtenta.decis.676.num.4.

Confirmatio non extendit confirmatum. decisione 111. numero 2.

Confirmatiō generalis statutorum non refertur ad statuta iniusta, & illicita. decis.21. numero 3. Vbi maxime si adsit clausula dummodo statuta sint licita, & honesta.

Confirmatio in forma communi nihil de nouo dat, & pariū, vel nihil operatur. decis.229.num.11.

Confirmatio alienationis rei Ecclesiæ relatiua ad instrumentum, quod præsupponitur celebratum nihil operatur, vbi instrumentum postea celebratum apparet. decisione 452.num.1.

Confirmatio non operatur circa non expressa, & circa ea, quæ sunt aliena a mente confirmantis. decis.114. numero 4.

Confirmatio de sui natura excludit præiudicium tertij.decis.114.num.5.

Confirmatio non trahitur ad id, de quo actus confirmandus non disponit.decis.580.num.3.in fine.

Confraternitas laicorum reputatur vti laica persona. decis.193.num.7.

Confraternitates habentes Ecclesiam dicuntur loca pia. decis.373.num.8. Vbi idem si exerceant opera pietatis.

Congrua a Canonicis debetur Archiepiscopo, quando penes ipsum residet cura animarum, fuitque receptus vt Curatus.decis.449.num.2.& 3.

Congrua debetur Rectori, & Curato.decis.449.num.3.

Congrua debetur a Parochianis, quibus Sacramenta ministrantur.decis.449. Declara, vt num.4.

Congrua assignata Rectori, ipse Rector contētus esse debet, nisi fuerit ita tenuis, vt cum ea non possit viuere, & sustinere onera Ecclesiæ, quia tunc restituitur in integrum. decis.449.num.5.

Congrua Rectori assignanda quanta esse debeat.decis.449. num.7.

Cōgrua debet in primis deduci ex redditibus Episcopatus, vbi est soluenda pensio.decis.352.num.4.

Congrua Episcoporum est Ducatorum mille monetæ illarū partium.decis.352.num.4.

Congrua debetur Vicario exercenti curam animarum, & administranti Sacramenta.decis.239.num.1.

Congrua quando fuit semel assignata, non debet amplius assignari, vel augeri. decis.239. numero 1. Amplia etiamsi non sufficiat pro sustentatione necessaria, quia sibi imputet, qui acceptauit beneficium nimis tenue. decis.239.num.1.

Con-

*Congrua onus pertinet ad omnes, qui decimas percipiunt. decis.239.num.3.*

*Congrua dos, licet dicatur illa, quæ non est minor legitime stante statuto exclusiuo feminarum propter masculos, hoc tamen est verum post obitum patris. decis.195. numero 3.*

*Congruitas, dotis fieri debet tempore dotationis. decisione 195.num.4.*

*Congrua paritio dicitur illa, quę clerico recipienti e. Odoardus. facit assignata de consensu maioris partis creditorum. decis.645.num.3.*

*Congrua Scutorum mille, quæ debetur Episcopo vigore Concilij Tridentini, debet in primis, & ante omnia alia onera Episcopatus Episcopo solui. decis.763.num.1. Vbi maxime si in impositione onerum fuit addita clausula demptis pro Episcopo Scutis mille.*

*Congrua debetur Rectoribus Parochialium, siue Vicarijs perpetuis, qui personaliter resident, & curam exercent animarum. decis.7.num.1. Secus alijs, num.2. Amplia etiamsi beneficia habeant tenues redditus, quia sibi imputent, qui illa acceptarunt, num.3.*

*Congrua assignata Vicario debet esse libera ab omni onere. decis.196.num.5.*

*Coniecturæ, & præsumptiones sufficiunt in materia difficilis probationis. decis.479.num.2.*

*Coniecturę ad inducendum grauamen debent esse necessaria, & concludentes, & ex verbis testamenti inductę. decis.538.num.2.*

*Coniecturæ, & præsumptiones cessant in claris. decis.754. numero 3. & decisione 583. numero 4. ad decisio.106. numero 4.*

*Coniectura alijs coniecturis contrarijs tolluntur. decisione 677.num.4.*

*Coniecturæ illa in dubio sunt præferendæ, quæ magis sunt conformes publicis scripturis. decis.677.num.4.*

*Coniecturarum numerus non est attendendus, sed ponderositas. decis.677.num.4.*

*Coniunctio probationum non habet locum, vbi de crimine agitur, etiam ciuiliter. decis.358.num.10.*

*Coniuncti re, & verbis in vna hæreditatis parte pręferuntur alijs substitutis disiunctis. decis.67.num.2.*

*Connexa inuicem inducuntur. decis.103.num.3.*

*Consanguineorum appellatione venit pater. decis.385. numero 3.*

*Consanguinitas probatur per testes de publica voce, & fama. decis.17.num.2.*

*Consanguineus non præsumitur ignorare defuncti valetudinem. decis.206.num.9.*

*Consanguineus pręsumitur scire vitam, & statum alterius consanguinei. decis.711.num.4.*

*Consanguineus, qui ex forma statuti debet interuenire in contractu mulieris, si sit præsens in Vrbe de tempore celebrati contractus, dicitur potuisse interuenire in contractu. decis.314.num.3.*

*Consensus tacitus ex necessitate, & natura actus elicitus æquipollet expresso. decis.608.num.5.*

*Consensus tacitus elicitur ex actibus positiuis. decis.608. num.7.*

*Consensus præstitus semper præsumitur secundum naturā actus, cui adhibetur. decis.389.num.4.*

*Consensus omnium de Collegio requiritur in negotio, quod non est necessarium, sed voluntarium. decisione 755. num.4.*

*Consensus, vt pręsumitur, requiritur saltem decennium. decis.355.num.5.*

*Consensus resignationi Iuris patronatus præstitus sufficit pro acquirenda quasi possessione pręsentandi. decis.260. nu.1. Fallit in pręiudicium alterius patroni data ignorantia ipsius. num.2.*

*Consensus alicuius vbi requiritur in actu, semper debet fieri ex certa scientia. decis.225.num.4.*

*Consensus non pręsumitur ad donandum, sed ad validandum contractum. decis.218.num.9.*

*Consensus præstitus sub cōditione si sequatur matrimoniū, nullam inducit promissionem. decis.471.num.4.*

*Consensus antecedens necessarius, si deficiat, impedit effectum contractus, secus si deficeret causa finali, facitque cessare consensum contrahentium. decis 676.nu.3.*

*Consensus Capituli in alienatione rei Ecclesiæ non requiritur, quando administratio rei alienandæ residet penes particulares personas. decis.684.num.3.*

*Consensus alicuius requisitus in alienatione rei Ecclesię probatur ex petitione confirmationis per ipsum facta. decis. 684.num.3.*

*Consensus reseruationi pensionis præstitus per resignantem suffragatur contra resignatarium. decis.57.nu.3.*

*Consensus etiam ex actu nullo elicitur. decisione 174. numero 5.*

*Consensus resignantis de stylo Cancellariæ solet adnotari a tergo literarum resignationis. decis.206.num.2.*

*Consensus requisitus in emptione, & venditione debet præstari per verba de præsenti, non autem per verba de futuro. decis.725.numero 3. Vbi quod non sufficit, si emptor dicat vellem vendere rem meam, & emptor respondeat velle emere.*

*Consensus probatur ex pręsentia. decisione 336. La prima. num.3.*

*Consensus mariti si a statuto sit requisitus in testamēto vxoris sufficit, quod de eo vndecumque constet etiam per particulare instrumentum, nec requiritur, quando in testamento enuncietur. decis.336. La prima. num.3.*

*Consensus mariti in testamento vxoris requisitus ex forma statuti pręsumitur ex lapsu 30. annorum, & ex eo, quod maritus aliquid ex bonis vxoris vigore dicti testamenti percepit, decis.336. La prima nu.5. Vbi, quod id habet locum etiam in præiudicium tertij.*

*Consensus probatio debet esse vera, non autem præsumptiua, vbi statutum desiderat consensum, & pręsentiam copulatiue. decis.336. La prima. num.6. Dic id procedere in statuto prospiciente integrationi personarum, secus in statuto, quod prospicit pręiudicio alicuius, & quod solennitatem requirit ad hoc, vt actus fiat, non autem ad hoc, vt sic fiat. num.6.*

*Consensus vbi requiritur propter præiudicium tertij debet esse expressus, nec sufficit præsumptus. decisione 336. La prima. numero 7. Dic verum in consensu, qui*

elicitur ex sola taciturnitate, secus in consensu præsum pto ex temporis diuturnitate, qui sufficit. numero 6. Vbi maximeque cum temporis diuturnitate plura concurrant. ibidem.

Consensus Capituli, vbi requiritur, debet præstari collegialiter, & Capitulo ad id legitime congregato. decis. 382. num. 3.

Consensus præstitus ex forma statuti non præiudicat. decis. 84. num. 5.

Consensus alicuius requisitus in actu debet haberi pro præstito, vbi non adest iusta causa denegandi. decisione 91. num. 5. Dic non procedere in tertio, de cuius consensu actus est expediendus. num. 5.

Consensus sub conditione præstitus conditione non impleta non potest dici consensus. decisione 91. num. 5.

Consensus patris requisitus ad hoc, vt filiusfamilias in iudicio stare possit, sufficit, quod interueniat ante iudicium. decis. 53. num. 2.

Consensus patris ad auctorizandam personam filij in iudicio habetur pro præstito, quando filius, qui sustinet partes rei, sæpius institit pro illo habendo. decis. 53. num. 3.

Consensus Episcopi est necessarius, quando agitur de disponendo super statu Ecclesiæ. decis. 366. num. 6.

Consensus Ordinarij in constructione Iuris patronatus præsumitur ex lapsu multi temporis, ac continuatis præsentationibus. decis. 674. num. 2.

Consentiens alium testari de re sua sibi præiudicat. decis. 463. num. 1. Vbi quod sequuta morte testatoris, non potest amplius consensum reuocare.

Consentire dicitur qui est præsens, & tacet. decisione 463. num. 2.

Consentire dicitur testamento alterius, qui si subscripsit, ac illud proprio sigillo signauit. decis. 463. num. 2.

Consentire non compellitur, qui habet iustam contradicendi causam, quicquid sit, vbi nulla subest causa dissensus. decis. 563. num. 1.

Consentire dicitur alienationi alicuius rei, qui de euictione fideiubet. decis. 225. num. 1.

Consentire censetur fideiubens contractui, vbi cõsensus simpliciter requiritur, secus quando requiritur consensus expressus, vel pro forma. decis. 225. num. 5.

Consentiens decreto reseruationis congrua ad fauorem Episcopi tenetur illud obseruare. decis. 763. num. 2.

Consentire plures inuicem videntur, qui faciunt actum simul. decis. 174. num. 1.

Consentiens alienationi rei sibi hypothecatę, sibi præiudicat quo ad talem hypothecam. decis. 61. num. 3.

Consentire plures inuicem videntur, quando faciunt eundem actum. decis. 336. La prima. num. 1.

Consequens qui vult, necessario etiam vult antecedens. decisio. 682 num. 5. & decis. 8. num. 3.

Consequutiua verba ad supra expressa restringuntur. decis. 267. num. 5.

Conseruandę agnationis rationem excludit vocatio feminarum in qualibet parte testamenti. decis. 538. num. 3.

Conseruandæ agnationis rationem excludit facultas alienandi concessa institutis, seu substitutis. decisione 538. num. 4.

Conseruandę agnationis ratio habita per testatorem debet intelligi in casu, quo fiet locus substitutioni. decis. 538. num. 4.

Conseruationem agnationis excludit feminarum vocatio. decis. 667. num. 10.

Conseruanda agnationis ratio non censetur considerata, quando testator illam non expressit. decis. 667. num. 10.

Conseruanda agnationis ratio intelligenda est iuxta terminos præcedentis substitutionis, ita vt non fiat extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, vel de gradu ad gradum. decisio. 667. num. 11.

Conseruatio agnationis non est sufficiens causa pro validitate renunciationis facta per mulierem. decisione 723. num. 9.

Conseruatores iurisdictionem non habent, nisi pro manifestis iniurijs, & molestijs illatis ijs, quibus dati sunt Conseruatores, nec possunt exercere iudicialem indaginem. decis. 616. num. 1. Fallit in ijs Conseruatoribus, in quibus recento eodem Conseruatorum nomine maior a Pontifice fuit potestas attributa, & quia iudices a Papa appellantur, vel habent facultatem in priuilegio expressã cognoscendi de iniurijs, & alijs causis, etiamsi requirant iudicialem indaginem nu. 2. & 3. Vbi quod de stylo Curiæ conseruatoriæ in hac forma conceduntur.

Conseruatoribus per quæ verba censeatur concessa iurisdictio iudicialis. decis. 616. num. 3.

Conseruatoriæ Regularium non sunt sublata per Concilium Tridentinum sess. 24. c. 20. decis. 616. num. 5.

Consilium patris pro filijs præsumitur bonum. decis. 480. num. 5.

Cons. Oldrad. 21. non procedit, vbi ex coniecturis apparet testatorem voluisse inducere fideicommissum simplex, & absolutum. decisio. 231. num. 4.

Consistentia beneficij non desumitur a dote, quæ tanquam accessoria sequitur naturam, & consistentiam beneficij. decis. 199. num. 4.

Constare de non iure non dicitur in spolio, nisi per confessionem, vel rem iudicatam. decis. 741. num. 5.

Constare non dicitur de non iure, quousque potest constare de iure. decis. 741. num. 4. Vbi etiam in spolio.

Constituto de bono iure, &c. hęc clausula solet apponi in cõmissionibus sanatorijs. decis. 450. num. 1.

Constito, &c. clausula facit exequutorem mixtum. decisio. 79 num. 1.

Constito, &c. clausula requirit veras, & concludentes probationes, nec admittit præsumptiuas decis. 532. nu. 1.

Constito, &c. hæc clausula iustificata dicitur eo ipso, quod aduersarius venit ex eadem vacatione. decisione 691. num. 1.

Constito de assertis, &c. clausula hæc facit iurisdictionem conditionalem, ita vt iudex nil possit agere, nisi iustificatis narratis. decis. 725. num. 10.

Constito, &c. clausula apposita in literis vbi fuit iustificata, literæ etiam exequendę sunt. decisione 484. numero 1.

Constitutio Archiepiscopi non ligat successores constituentis, imo nec ipsum constituentem, quin possit aliter constituere, quam ab initio fecerat. decis. 240. num. 1.

*Constitutio, quę transiit in contractum, non potest reuocari a successore. decis. 240. nu. 1.*

*Constitutio Episcopalis confirmata a Sede Apostolica dicitur constitutio Papę, & propterea ligat etiam successores Episcopi. decis. 240. nu. 2. Ubi presertim quando constitutio est conformis iuri communi.*

*Constitutiones Episcopus facere potest in sua diœcesi. decis. 757. numero 1. Ubi in his maxime, quę spectant ad cultum Diuinum.*

*Constitutio, quę per lōgum temporis spacium seruata fuit, seruanda est. decis. 757. nu. 1.*

*Constitutio Episcopi imponens pęnam excommunicationis, tanquam illaqueatorias animarum, non est seruanda, secus si importat pœnam pecuniariam. decisione 757. numero 2.*

*Constitutio Pij V. super collatione parochialium, & concursu non habet locum, quo ad parochiales Regulares. decis. 323. num. 6.*

*Constitutio Pij V. super collatione parochialium, & concursu non habet locum in parochialibus, quarum collatio spectat ad Papam. decis. 323. nu. 7.*

*Constitutio Pij V. super collatione parochialium, & concursu non habet locum in parochiali unita dignitati. decis. 323. num. 8.*

*Constitutio Gregorij XIII. super iure congrui loquitur de fundo, & solo, non autem de iuribus incorporalibus. decis. 502. nu. 4.*

*Constitutio Gregorij XIII. super iure congrui non habet locum ubi cessat ornatus Urbis, quę est causa finalis ipsius. decis. 502. nu. 4.*

*Constitutio Marchia habet locum in omnibus contractibus minorum. decis. 385. num. 6.*

*Constitutio Pij V. & Concilium Tridentin. sess. 24. cap. 14. super concursu parochialium habent locum etiam in cura, quę exercetur per Vicarium, quotiescumque in Vicarium transfertur totalis cura, quo ad exercitium, & habitum. decis. 710. numero 1. & 5. Quo nihil referat ad hunc effectum, an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis.*

*Constitutio Pij V. super collatione, & concursu parochialium habet locum etiam in parochialibus unitis, quotiescumque in Vicarium transfertur non solum exercitium, sed etiam cura. decis. 579. num. 1.*

*Constitutioni Aegidianę quando sit locus. decisione 353. numero 1.*

*Constitutio dat formam futuris, non autem prateritis negotijs. decis. 241. nu. 12.*

*Constitutio dotis sicut probatur coniecturis, sic etiam dotis quantitas. decis. 195. nu. 2.*

*Constitutio Pij V. super forma creandi censu, recipit interpretationem passiuam a iure communi. decisione 620. numero 1.*

*Constitutio Pij V. super forma creandi census, sumsit exorbitans, debet interpretari, ut pralatio fiat absque ullo pręiudicio, tam venditoris, quam emptoris. decis. 620. numero 2.*

*Constitutio Pij V. super confidentijs habet locum cōtra eos, qui negotium confidentia tractarunt, non autem contra tertium, qui illud crimen non commisit. decisione 166. numero 2.*

*Constitutio Pij V. super confidentijs non habet locum, ubi pensio fuit reseruata ex iusta causa, & pro certa persona. decis. 166. num. 6.*

*Constitutio Pij V. de Vicarijs comprehendit etiam Vicarias erectas ante Concilium Tridentinum. decisio. 777. numero 2.*

*Constitutioni, quę emanauit per viā legis, non censetur derogatum per generalem derogationem. decisione 777. numero 5.*

*Constitutio, ut liget, debet constare, quod sit publicata, & usu recepta. decis. 415. nu. 3.*

*Constitutionis una pars, aliam declarat. decisione 76. numero 3.*

*Constitutio Gregorij XIII. super iure cōgrui quatenus concedit retractum vicino pro re sponte vendita non exorbitat a iure communi, & ideo contrahendo casum simplicis vicinitatis absque requisitis in ipsa Cōstitutione. decisione 783. num. 1. Contra, num. 9.*

*Constitutio Leonis X. super retractu quatenus disponit de retractu in pradijs rusticis fuit in totum abrogata per Constitutionem Gregorij XIII. decis. 783. nu. 8.*

*Constitutio correctoria iuris communis prętextu publicę utilitatis non dicitur fauorabilis, sed odiosa. decis. 783. numero 9.*

*Constitutio declaratoria alterius Constitutionis trahitur solum ad futura, non autem ad pendentia, seu prateriта. decis. 608. nu. 15.*

*Constitutum non probat possessionem constituentis contra tertium. decis. 768. nu. 4.*

*Constituti, hęc clausula operatur etiam in incorporalibus. decis. 764. nu. 2.*

*Constituti clausula in donatione apposita probat possessionem donatarij. decis. 520. nu. 2.*

*Constituti clausula operatur, ut possessio tam ciuilis, quā naturalis censeatur translata in constitutarium. decis. 551. num. 4.*

*Constitutum probat possessionem constituentis cōtra habentes causam ab eo. decisio. 324. num. 5. Ubi maxime iunctis adminiculis.*

*Consuetudo Ecclesię Cathedralis in praiudicium Canonicorum non inducitur sine eorundem Canonicorum consensu. decis. 491. nu. 4.*

*Consuetudo, cui ius commune non resistit, spacio decem annorum inducitur. decis. 375. nu. 8.*

*Consuetudo pręterita, quando a viris doctis rationabilis non reputatur, non est seruanda. decis. 659. nu. 9.*

*Consuetudo prater ius, & ad fauorem pię causę inducitur spacio decem annorum. decis. 365. nu. 4.*

*Consuetudo est optima legum interpres, & ab ea in iudicando recedendum non est. decis. 480. nu. 6.*

*Consuetudo scribendi, & loquendi obseruanda est pro interpretatione verborum. decis. 708. nu. 2.*

*Consuetudo circa diminutionem quotę decimarum non inducitur per solutiones, quę non sunt uniformes, nec uniuersales, sed facta a singularibus personis vigore transactionum. decis. 441. nu. 2.*

*Consuetudo non probatur, nisi probetur, quod actus, qui pro consuetudine adducuntur, fuerint facti in vim ipsius consuetudinis. decis. 441. nu. 2.*

*Consuetudo circa quotam decimarum debet esse legitime praescripta. decis. 441. nu. 2.*

*Consuetudo, quod decima debeantur Ecclesiae Sacramentali, vel praediali, non dicitur contra ius, sed praeter ius. decis. 279. nu. 2.*

*Consuetudo, quod decimae spectent ad Ecclesiam Sacramentalem, vel praedialem, spacio decem annorum inducitur. decis. 289. nu. 2.*

*Consuetudo probanda est in specie, & in casu, de quo agitur. decis. 362. num. 4. Vbi de consuetudine feudali.*

*Consuetudo, vt inducta dicatur, debet constare de actuum frequentia, diuturnitate temporis, & vniformi consensu. decis. 497. nu. 2.*

*Consuetudo praeter ius spacio decem annorum inducitur. decis. 722. nu. 1.*

*Consuetudo particularis in materia decimarum praeualet generali. decis. 722. nu. 1.*

*Consuetudinis, & statuti loci scientia in ciue, & incola praesumitur. decis. 568. nu. 3.*

*Consuetudo contra ius non probatur, nisi testes deponant de clara, & euidenti consuetudine quadraginta annorum. decis. 611. nu. 3.*

*Consuetudo, vt adesse dicatur, quae probari debeant. decisio. 318. num. 5.*

*Consuetudo, seu lex, non porrigitur ad praeterita, sed respicit tantum futura. decis. 318. nu. 6.*

*Consuetudo onerosa Ecclesiae inualida est. decisione 11. Declara, vt num. 8.*

*Consuetudo est fortior, quam pactum, & valet in casu, in quo pactum valere non potest. decis. 11. num. 9.*

*Consuetudo attendi debet in materia praerogatiuarum, & praeminentiarum. decis. 238. num. 1.*

*Consuetudo debet probari per allegantem. decisione 112. numero 1.*

*Consuetudo quando versatur circa id, quod est de iure clarum, non dicitur interpretatiua, sed potius correctoria, & noui iuris inductiua. decis. 112. nu. 2.*

*Consuetudo interpretatiua debet probari in casu speciali, de quo quaeritur. decis. 112. nu. 2.*

*Consuetudinis ratio attendi debet. decis. 112. nu. 3.*

*Consuetudo est stricti iuris, & nihil in ea debet suppleri vltra solitam obseruantiam. decis. 112 nu. 4.*

*Consuetudo nō inducitur ex vsu difformi, & vnicus actus contrarius excludit consuetudinem. decis. 112. num. 5.*

*Consuetudo non inducitur ex actu, qui a mera facultate procedit. decis. 112. nu. 6.*

*Consuetudo non inducitur ex tolerantia. decisione 112. numero 6.*

*Consuetudo non inducitur ex actu vnius personae. decisio. 112. num. 6.*

*Consuetudo est difficilis probationis. decis. 112. num. 6.*

*Contemptus, & dolus cessat in eo, qui habuit iustam credendi causam. decis. 200. nu. 3.*

*Continentiam causarum iudex diuidere non potest. decisio. 618. num. 4.*

*Continuata praesumitur possessio vsque ad tempus motae litis. decis. 601. nu. 1.*

*Contractus alienationis plurium bonorum, & iurium dicitur indiuiduus, quando factus est sub vnico pretio, & sub vnica responsione inter easdem persona. decisio. 631. numero 7.*

*Cōtractus indiuiduus in parte nullus, in totum reputatur nullus. decis. 631. nu. 7.*

*Contractus locationis quid contineat, colligitur ex quantitate pensionis. decis. 223. nu. 16.*

*Contractus resolutio quando fit ipso iure res restitui debet vna cum fructibus perceptis. decis. 1. nu. 8. & 9.*

*Contractus interpretatur consuetudo, contrahentesq; eum consuetudine se conformare censentur, etiam quod consuetudo sit contra propriam verborum significationem contra ius commune, & naturam contractus. decis. 495. numero 2.*

*Contractus emptionis dicitur contractus de iure gentium. decis. 492. nu. 3.*

*Contractus non praesumitur celebratus ex falsa causa. decis. 245. nu. 5.*

*Contractus Societatis non est quando mercatori dantur pecuniae ad eas traficandas in cambijs. decisione 304. numero 10.*

*Contractus qualis sit, cognoscitur ex verbis, & pactis in eo contentis. decis. 304. nu. 10.*

*Contractus Societatis non dicitur vbi lucrum non communicatur. decis. 304. nu. 11.*

*Contractus Societatis quandoque accipitur largo modo. decis. 304. num. 12.*

*Contractus in dubio praesumitur qualis designatur ex verbis. decis. 456. nu. 4.*

*Contractus rescinditur tacito partium consensu. decisione 609. nu. 2. in fine.*

*Contractus an sit initus contemplatione personae dignitatis, vel officij attendi ex subiecta materia. decisio. 700. numero 11.*

*Contractus ex conuentione legem accipiunt. decis. 563. numero 1. & decis. 137. nu. 1.*

*Contractus talis iudicatur, qualis a partibus denominatur. decis. 672. nu. 2.*

*Contractum ante confectum instrumentum non attēditur, sed conclusum. decis. 413. nu. 4.*

*Contractus claudicatio, seu iudicij admittitur fauore Ecclesiae, seu minoris. decis. 285. nu. 3. Dic verum ad effectum, vt possit eligere, an velint stare contractui, vel iudicio, non autem, vt possint actum diuidere pro parte, sed debent totum approbare, vel improbare. nu. 3.*

*Contractus vbi facti fuerint inter duos priuilegiatos, potior causa est eius, qui laedetur, aut damnum sentit. decis. 218. num. 6.*

*Contractus nominatus non rescinditur propter non adimplementum, sed agitur ad implementum. decisione 552. numero 5.*

*Contractus, qui effectum habere non potest circa respicientia substantialia, & causam finalem, ex aequitate resoluitur. decis. 743. nu. 1.*

*Contractus etiam nominatus, si non potest sequi implementum*

tum causę finalis, rescinditur. decis.676.num.7.
Contractus in dubio iudicandum est fuisse correspectiuos. decis.727.num.1.
Contractus, quando materia propter defectum alicuius requisiti necessarij deuenit ad impossibile tempus essendi, in totum resoluitur. decis.676.num.7.
Contractus resolutio datur, quando non potest per venditorem agi ad interesse. decis.676.num.9.
Contractus innominatus regulatur iuxta naturam nominati, cui assimilatur. decis.598.num.3.
Contractus compromissi dicitur resolutus, si vnus ex arbitris, in quem fuit relatum arbitrium, noluit acceptare. decis.462.num.2.
Contractus secundus, qui se non compatitur cum primo, facit presumi nouationem. decis.462.num.7.
Contractum iuratum tenetur quis seruare etiam vsurarium, & Deo iuramentum reddere. decisione 490. numero 2.
Contractus dicitur pure initus, vbi non fuit apposita conditio suspensiua. decis.768.num.10.
Contractus simulatus non praeiudicat creditoribus etiã futuris. decis.683.num.3.
Contractus ante confectionem instrumenti non dicitur perfectus, vbi partes ad eius substantiam desiderauerunt instrumentum. decis.520.num.4. Vbi maxime quando aliquod implementum tempore scripturę conficiendę desideratur, quia tunc conijcitur partes noluisse, aliter cõtractum valere.
Contractus consistit in vltimo puncto, & instanti conclusionis, a quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata. decis.725 num 7.
Contractus secundus, vbi adsunt diuersa pacta, derogat primo, etiamsi in secundo non adsint verba cessantia, & irritantia primum. decis.69.num.1.
Contractus secundus, vt reuocet primum, requiritur, quod secundus sit validus. decis.69.num.2. Fallit quando secundus continet expressam derogationem primi, quia tunc voluntas recedendi a primo contractu colligitur etiam ex actu nullo, num.2.
Contractus dissoluitur ex voluntate vtriusque contrahentis. decis.69.num.2.
Contractus nominati non resoluuntur propter non implementum, nec est locus pœnitentię. decis.77.num.2. Vbi quod debet agi ad implementum, & in defectum implementi ad damna, & interesse.
Contractus census est diuiduus, ita vt possit pluribus pro rata acquiri. decis.106.num.5.
Contractus dicitur diuiduus respectu voluntatis contrahentium, quando tantam vtilitatem recipit ex parte respectu partis, quantam in toto respectu totius. decis.106. num.5.
Contractus mulierum absque solennitatibus Statuti Vrbis c.151.lib.1. sunt nulli. decis.314.num.1.
Contractum approbare dicitur, qui agit ad illius rescissionẽ ex capite inobseruantię. decis.615.num.6.
Contradictor de iure, non autem de facto dicitur, qui agi coram iudice. decis.735.num.4.
Contradictor legitimus est filius, quando possidet, ad impediendam immissionem fideicommissarij ratione legitimę sibi debitę, nisi tamen fideicommissarius velit concedere retentionem pro legitima. decis.562.num.4.
Contradictores, &c. clausula importat, vt censeatur concessa iurisdictio iudicialis. decis.616.num.4.
Contradictor legitimus dicitur ad retardandam Breuis executionem, qui habet parem gratiam Apostolicam. decis.728.num.3.
Contradictor legitimus quis dicitur, etiamsi gratia ipsius non sit iustificata, dummodo adsit summaria, & apparẽs probatio. decisione 728.num.7.
Contradictor legitimus ad impediendam immissionem vigore literarum Apostolicarum dicitur, qui fuit immissus in possessionem vigore aliarum literarum Apostolicarũ. decis.197.num.2.
Contrahentium verisimilis mens semper attendi debet. decis.1.num.12.& 13.
Contrahentium ęqualitas inter eos semper seruanda est. decis.1.num.14.
Contrahens censetur contraxisse, vt talis, qualem se nominat. decis.700.num.1.
Contrahentium mens pręcipue attenditur in contractibus, etiam quod verba repugnant. decis.700.num.7.
Contrahens cum mercatore in dubio contraxisse praesumitur cum eo, tam vt in repraesentante personam propriam, quam rationem banchariam. decis.700.num.9.
Contrahentium confessio post contractum facta non nocet. decis.413.num.3.
Contrahentes, quod non dixerunt, nec nos dicere debemus. decis.70.num.8.
Contrahentium ratificatio non prodest, quando non est seruata forma rescripti Papae facti in odium contrahẽtium in fauorem tamen creditorum. decis.676.num.10.
Contrahentes, qui se inuicem quietauerunt, nulla facta mẽtione fructuum, censentur etiam fructus remisisse. decis. 464.num.7.
Contrahentes praesumuntur velle se conformare cum vltimo statu. decis.305.num.5.in fine.
Contrahere sub nomine communi, quando quis voluit exprimere debet. Vbi non expressit, nomine proprio contraxisse videtur. decis.700. Declara, vt num.6.
Contrarietas in teste non potest considerari, vbi eius dictum potest stare. decis.334.num.6.
Contrarietas testis per distinctionem temporis reducitur ad concordiam. decisione 321.num.2.
Contrauentio nouae voluntati testatoris, & nouus contemptus inducitur ex pertinacia haeredis. decisione 342. numero 8.
Contumacia sine citatione non inducitur. decisione 685.numero 6.
Contumacia requisita ad effectum declaratoria resultat ex intimatione exequutorialium personaliter facta. decis. 478.num.2.
Contumax, qui produxit titulum post sententiam, non impedit immissionem. decisione 728. numero 4. Declara, quod contumax, qui est legitimus contradictor, impedit immissionem, quando comparet re integra, scilicet, ante immissionem, licet post iussam de immit-

immittendo, & ad purgandam contumaciam fuit admissus. num 4.

Contumax verus de stylo Rotæ admittitur etiam post decennium ad appellandum. decis. 728. nu. 5.

Copia instrumenti semiplene probat constito de tenore originali, & de illius amissione. decis. 418. nu. 1.

Copia instrumenti, licet sine originali non credatur, creditur tamen arbitrio iudicis concurrentibus adminiculis, & coniecturis. decis. 418. nu. 5.

Copula, &, est repetitiua in vtraque parte orationis earundem qualitatum. decis. 1. nu. 6.

Copula carnalis, licet directe probari non possit, præsumitur tamen ex cohabitatione coniugum per duos menses post consummatum matrimonium. decis. 519. Declara, vt num. 6.

Copula carnalis non per præsumptiones, sed concludenter, & de necessitate probari debet, quando agitur ad effectum incapacitatis, & priuationis. decisione 519. numero 6.

Copula carnalis non præsumitur ex cohabitatione coniugum post consummatum matrimonium stante impedimento infirmitatis. decis. 519. nu. 7.

Copula carnalis excluditur ex impedimento infirmitatis respectu viri, non respectu mulieris. decis. 519. Declara, vt nu. 9. & 10.

Copula, &, designat diuersitatem. decis. 266. num. 6.

Copulatiua dictio inter orationes perfectas non repetit qualitates præcedentes. decis. 453. nu. 7. in fi.

Copula admittit concursum vtriusque copulati continuatiue. decis. 668. nu 4.

Correspectiuitas, quandoque etiam datur in vltimis voluntatibus, & sic etiam exceptio non implementi procedit in vltimis voluntatibus. decisio. 389. Declara, vt numero 5. & 6.

Correspectiui dicuntur actus facti eadem die coram eodem Notario, & testibus. decis. 542. nu. 5.

Correspectiuis in causis agens ex vno capite, non potest obtinere, nisi probet adimplementum, etiam in alio. decis. 542 num. 5.

Correspectiui actus dicuntur, qui vno contextu, & eodem die, & loco, ac coram iisdem testibus fiunt. decisio. 527. numero 1.

Correspectiuos in dubio iudicandum est fuisse contractus. decis. 527. num. 1.

Credere non tenetur alteri, qui scribit eo dictante. decisio. 662. num. 2.

Creditor cum conditione potest etiam agere ante conditionis euentum ad effectum, vt declaretur creditor eueniente conditione. decis. 256. nu. 8.

Creditor ex hypotheca instrumentali, & Camerali obligatione præferri debet creditori chirographario. decisione 322. num. 2.

Creditor in tempore anterior præferendus est posteriori creditori. decis. 322. nu. 2. in fi.

Creditor iuri suo quod præiudicare voluerit, non est præsumendum. decis. 322. nu. 4. in fine.

Creditori nulliter in possessionem bonorum debitoris misso datur retentio, donec sibi creditum suum soluatur. decisione 433. num. 2. Vbi declaratur hoc procedere quando creditum est liquidum, aliter secus.

Creditor retinens bona debitoris tanquam in pignus, quæ vel de proximo ei sunt adiudicanda in solutum, vel quæ debitor non curat, facit fructus suos. decisione 528. numero 6.

Creditori, cui per stipulationem Notarij fuit acquisitum ius irreuocabile, intelligitur ad effectum, vt qui se obligat, non possit pœnitere, non autem ad effectum, vt tertius, si ratum nō habeat, efficiatur creditor. decis. 488. numero 6.

Creditoris vnius factum alijs non nocet, maxime stante protestatione. decis. 464. nu. 3.

Creditori recambia debentur, qui ea petit, non tanquam creditor, sed tanquam negotiorum gestor, siue mandatarius actione mandati, quando in mandato fuit data facultas recambiandi, toties quoties, donec esset satisfactus, integre. decis. 379. nu. 1.

Crediti liquidatio debet præcedere adiudicationem, seu dationem in solutum decis. 725. nu. 2.

Creditor, qui possidet, potest a creditore, qui petit immitti, obtinere cessionem. decis. 61. nu. 3.

Creditor immissus in possessionem vigore Saluiani tenetur stare locationi. decis. 63. nu. 5.

Creditor immissus vigore Saluiani non acquirit plenum ius in re, in quam immittitur. decis. 63. nu. 5.

Creditor exigens ab alio pecunias sui debitoris, si eas consumpsit, nō tenetur amplius eas restituere anteriori creditori dicti sui debitoris. decis. 595. num. 2. Declara duobus concurrentibus, scilicet, quod principalis debitor non sit soluendo, & pecunia sit penes creditorem ex causa lucratiua, nu 3.

Creditor potest agere vti personali actione contra heredes sui debitoris, qui exegerunt nomen debitoris ipsi creditori obligatum. decis. 760. num. 1.

Creditor, vt possit agere contra debitorem debitoris, tria requiruntur. Primo, quod talis debitor teneatur debitum. Secundo, quod principalis debitor fuerit condemnatus. Tertio, quod idem principalis debitor fuerit excussus, & non sit soluendo. decisione 760. Declara, vt numero 2.

Creditor habens obligatum nomen debitoris, potest in subsidium agere ad pecunias exactas. decis. 760. numero 3. Vbi tamen hæc conclusio declaratur duobus concurrentibus expresso, scilicet, principali debitore, & quod pecuniæ exacta retineantur non ex causa onerosa, sed ex causa lucratiua.

Criminalis causa, vt faciat supersedere in causa ciuili, numquid sufficiat sola curatio. decis. 685. num. 2. 5. & seqq. omnibus.

Criminalibus processus non dicitur initiatus per solam inquisitionem, nisi fuerit transmissa citatio. decisio. 685. numero 5.

Criminales, & matrimoniales causæ non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquuntur, nisi in contrarium adsit immemorabilis præscriptio, nec sufficit quadragenaria. decis. 610. nu. 1.

Crimi-

*Criminales, & matrimoniales causas cognoscendi priuilegium, & possessio quadragenaria, quādo praeiudicet Episcopo in sua iurisdictione sola assistentia iuris communis fundata. decis. 610. nu. 3.*

*Criminalium, & matrimonialium causarum in cognitione Episcopus infra limites suę Diœcesis, declines de immemorabili contraria dissentitur, manutenēdus est in sua possessione, & habet non solum de iure, sed etiam vigore Concilij Tridentini fundatam intentionem. decis. 610. numero 2.*

*Culpa in omittendo aliquid describere in inuentario non idem operatur, quod dolus. decis. 118. nu. 4.*

*Culpa potius, quam dolus praesumi debet. decisione 118. numero 4.*

*Culpa in custode praesumitur. decis. 102. nu. 6.*

*Culpa tenet solum auctores. decis. 712. nu. 3.*

*Cum libera, & similes clausulę apposita in mandato procura, non ampliant mandatum ad alias causas, sed augent potestatē procuratoris super speciali causa in mandato expressa. decis. 754. nu. 2.*

*Cumulatio petitorij non admittitur in remedio redintegrande, etiamsi petitorium per viam exceptionis deducatur. decis. 542. nu. 1.*

*Cumulatio petitorij solet per Rotam admitti stante turbiditate possessorij. decis. 542. nu. 2. Quod intellige procedere quando non est clara possessio actoris, vel Rota contra spolium inclinat. num. 2.*

*Cumulatio petitorij cum possessorio de iure non debet admitti. decis. 698. nu. 1.*

*Cumulatio petitorij cum possessorio in iudicio manutentionis non admittitur. decis. 698. nu. 2.*

*Cumulatio petitorij cum possessorio non admittitur, vbi possessio est clara, nec aliqua subest causa. decisio. 698. numero 2.*

*Cura beneficij vniti remanet habitu penes Rectorem beneficij, cui fuit facta vnio, licet exerceatur actu per Vicarium. decis. 710. nu. 2.*

*Cura beneficij vniti dicitur esse habitu penes Rectorem beneficij, cui fuit facta vnio, quando Vicario perpetuo, qui illam exercet, non fuit assignata certa portio fructuum. decis. 710. nu. 3.*

*Cura totalis beneficij vniti tunc dicitur esse penes Vicarium, quando ipse percipit omnes fructus beneficij certa portione Rectori Ecclesię, cui fuit facta vnio assignata. decis. 710. numero 3. Vbi tamen quod id, repugnat vnioni.*

*Cura beneficij vniti dicitur translata in Vicarium, quando in vnione illi fuit reseruata congrua. decisione 579. numero 2.*

*Cura beneficij vniti dicitur translata in Vicarium, quando in Ecclesia saeculari Vicarius deputatur perpetuus. decis. 579. nu. 2.*

*Cura beneficij vniti an sit translata in Vicarium, vel exercitium curę, etiam quod Vicarius sit perpetuus debet attendi quis percipiat fructus, quia si percipit Vicarius, & soluit aliquid illi, cui fuit facta vnio, est translata cura, alias exercitium tantummodo. decis. 579. numero 3. Et ibi declara duobus modis.*

*Cura animarum potest esse absque parochialitate. decisione 228 num. 6.*

*Cura beneficij vniti sufficit, quod exerceatur per Vicarios. decis. 658. nu. 4.*

*Cura animarum non censetur annexa beneficio, quod non requirit personalem residentiam. decis. 7. nu. 1.*

*Cura Ecclesiae parochialis, quę est de mensa Monasterij, residere dicitur penes Abbatem, qui Vicarios praesentat. decis. 204. nu. 1.*

*Cura animarum est interdicta Monachis. decis. 204. nu. 8. Dic procedere in Monachis particularibus, & quando Monasterium non habet populum; Secus alias, quia de iure, aut saltem consuetudine a iure approbata, non est prohibitum. dicto num. 8.*

*Cura Ecclesię parochialis iunctę Monasterio residet habitu penes Monasterium, exercitium vero curę penes Vicarium. decis. 153. nu. 2.*

*Cura Ecclesię parochialis vnita non residet penes Vicarium, quando ipse est ad nutum amouibilis. decis. 153. numero 4.*

*Cura Ecclesię parochialis solum exercitium residet penes Vicarium. decis. 153. nu. 4.*

*Cura Ecclesię parochialis quando spectat ad Capitulum, non dicitur spectare ad Canonicos, vti Canonicus, sed vti Collegium. decis. 341. nu. 1.*

*Curatores, & tutores recipientes residuum pretij rei subhastatae, & dantes cautionem de euictione ad fauorem emptoris inducūt ratificationem venditionis, quae alias forsan esset nulla, ob non seruatas solennitates statuti. decis. 545. num. 7.*

*Curator, vel tutor realiter tradentes ex causa rem pupilli, vel minoris saltem in ipsum accipientem transferunt possessionem. decis. 545. nu. 7.*

*Curatoris, vel tutoris ratificatio in alienatione rei minoris, seu pupilli, etiam sine solennitate statuti, sufficit, quando est ex causa necessaria. decis. 545. nu. 8.*

*Curator, & tutor possunt consentire subhastationi pignoris sine solennitate statuti, quando sunt capta iussu praetoris decis. 545. nu. 8.*

*Curatores, seu tutores censentur dati in solidum, vbi administrationes non fuerunt diuisę. decisione 211. numero 2.*

*Curatoris datio sustinetur etiam in habente patrem, vbi pater latitat, & agitur de recuperandis bonis a patre alienatis. decis. 211. nu. 2.*

*Curatum non dicitur beneficium, ex eo, quod in Ecclesia administrentur Sacramenta, nisi probetur, quod illud obtinens ad ea administranda adstringatur, & suscipientes illuc accedere cogantur. decisione 86. numero 2.*

*Custodes potius, seu administratores, quam Domini praesumuntur illi, qui ad tempus deputata sunt. decisio. 12. numero 5.*

*Custos, & tutor non tenetur ad restitutionem rei furto subtractę, dummodo absit culpa, vel dolus. decis. 762. numero 2.*

*Custos per traditionem clauium a custodia liberatur. decisio. 102. num. 6.*

Custos, qui male in custodia versatur, tenetur etiam de dãno ab alijs dato. decis. 102. num. 6.

Custodiam deposist suscepisse non videtur, qui illud sciens, & tacens in sua domo fieri passus est. decisione 102. numero 6.

D

DAMNA, & interesse debent dari creditori solito pecunias negotiari, si ei non sunt restitutę. decisione 622. numero 2.

Damnum, & lucrum proueniens ex societate debet esse commune. decis. 598. num. 4.

Damnatus ad triremes etiam perpetuos non amittit bona, nec libertatem, & propterea seruus pœna non efficitur. decis. 492. num. 1.

Damnatus ad triremes non amittit ea, quæ iuris gentium sunt, & propterea cedere, emere, & alios contractus, qui de iure gentium sunt, facere potest. decis. 492. nume. 2. & seq.

Damnatus ad triremes sine confiscatione bonorum hodie nõ æquiparatur mortuo. decis. 492. num. 4.

Data relaxationis literarum non probat datam plumbationis. decis. 270. num. 2.

Datio in solutum, & non pignus censetur, vbi datur res pro quantitate, & verba sunt apta denotare translationem dominij. decis. 131. num. 6.

Datio in solutum, & non pignus censetur, vbi fuit habita ratio melioramentorum. decis. 131. num. 6.

Datio curatoris sustinetur etiam in habente patrem, vbi pater latitat, & agitur de recuperandis bonis a patre alienatis. decis. 211. num. 2.

Datoris iure finito, finitur ius acceptoris. decisio. 467. numero 6.

De non iure non dicitur constare, nisi per confessionem partis, vel rem iudicatam. decis. 602. num. 2.

De non iure alicuius constare non dicitur, quamdiu potest constare de iure. decis. 602. num. 2. & decis. 741. num. 4. Vbi etiam in spolio.

De residuo, hęc dictio in testamento importat titulum vniuersalem. decisione 750. num. 2.

Debitor promittens soluere in loco iuxta ordinem creditoris non dicitur in mora constitutus, si creditor nõ doceat de ordine ad soluendum dato. decisione 577. numero 1. & seq.

Debitor alicuius, qui debitas pecunias soluere obligatus est creditoribus debitoris, nunquid soluendo posterioribus creditoribus possit amplius molestari ab anterioribus. decis. 48. num. 2. & per tot. decis.

Debitor, qui debitas pecunias soluere promisit quibusdam certis creditoribus in lista sibi assignatis, non prohibetur soluere alijs creditoribus anterioribus non designatis in lista. decis. 48. num. 3. & 4.

Debitor debitas pecunias nõ potest soluere posterioribus creditoribus sui creditoris, quando habet scientiam adesse alios anteriores. decis. 48. num. 7. & 8.

Debitori timenti, se indebite grauari posse implorato iudicis officio, conceditur inhibitio specialis, & supponit illũ petentem se debitorem, & allegare exceptionem, quam tutus reddatur. decis. 606. nu. 1.

Debitoris confessio non praiudicat creditori. decisio. 460. numero 1.

Debitoris confessio decocti presumitur simulata, nisi aliunde constet de veritate. decis. 460. nu. 2. Vbi quod idem est in confessione de proximo decocturi.

Debitoris transactio creditoribus non praiudicat. decisio. 460. num. 4.

Debitor non potest tollere creditoribus ius hypotheca. decis. 563. nu. 3.

Debitor potest in quarendis praiudicare creditoribus. decis. 563. num. 4.

Debitoris bona tanquam in pignus creditor retinens, quæ vel de proximo ei sunt adiudicanda in solutum, vel quæ debitor non curat, facit fructus suos. decisione 528. numero 6.

Debitoris intentio in materia extinctionis debitorum debet attendi. decis. 695. nu. 4.

Debitor potest declarare in quam causam velit pecunias exactas cedere, si simpliciter in libro creditoris sunt positæ ad debitoris creditum. decis. 695. numero 5. Fallit quando esset debitor ex pluribus causis, quarum vna sit grauior, altera leuior, quia tunc non possit declarare, sed intelligitur facta solutio ex causa grauiori, numero 5.

Debitor non contradicens creditori respondenti positionibus, et dicenti se in talem causam recepisse pecunias, intelligitur consensisse. decis. 695. nu. 6.

Debitor non dicitur administrator antequam rationẽ reddiderit, quia potest in redditione rationis creditor remanere. decis. 727. nu. 3.

Debitor suscipiendo terminum, videtur debitum agnouisse, & cuilibet exceptioni renunciasse. decis. 773. nu. 5. Vbi quod censetur renunciatum etiam exceptioni compensationis prius competenti.

Debitori debet de iure concedi modica dilatio ad soluendũ. decis. 376. num. 1. Vbi quod iudex denegando huiusmodi dilationem, dicitur grauare.

Debitor speciei, specie perempta, dicitur liberatus. decisione 102. num. 7.

Debitor in instrumento obligatus habetur pro condemnato. decis. 760. nu. 2.

Debitoris est periculum in mutuo, & tantundem in genere restituere tenetur. decis. 102. nu. 7.

Debitum potest esse liquidum respectu obligationis, & non liquidum respectu quantitatis. decis. 433. nu. 4.

Debito in genere probato, quantitas iuramento probatur. decis. 636. nu. 6.

Debita noua facta pro extinctione antiquorum subrogantur in locum antiquorum. decis. 552. nu. 2.

Debitum magis graue est illud, pro quo est relaxatum mandatum, quam pro quo est datus fideiussor. decisione 695. numero 2.

Decanatus dicitur dignitas in Ecclesia. decisione 533. numero 4.

Decanus, vbi non adest Archipresbyter, succedit in locum ipsius. decis. 533. nu. 5.

Deca-

*Decanus, vbi non adest Archidiaconus, succedit in locum ipsius.decis.533.num.5.*

*Decanus, quando succedit in locum Archipresbyteri, & Archidiaconi, illorum etiam iure vti potest. decisio.533.numero 6.*

*Decimę non temporales, sed perpetuo debitę Ecclesijs pręscribi non possunt.decis.618.num.5.*

*Decimas Episcopus siue Apostolica licentia nullo pacto in laicum transferre potest.decisione 631.num.6. Vbi etiã an, & quando laici sint capaces fructuum decimarum.*

*Decimarum causa cognoscendi debet a iudice Ecclesiastico, etiam quod agatur inter laicos. decisione 486. numero 4.*

*Decimarum iurisdictio, & cognitio non spectat ad iudicem laicum.decis.673. Declara, vt num. 2.*

*Decimandi ius alicui Ecclesię competens numquid probetur per antiquissimas descriptiones bonorum, & iurium illius Ecclesiæ.decis.673.num.7.*

*Decimandi ius non acquiritur sine vsu. decisione 673.numero 8.*

*Decimandi ius probatur per instrumenta locationum decimarum decis.673.num.9.*

*Decimas exigendi quasi possessioni non censetur praiudicatum per mutationem seminis, aut modi colendi agrum. decis.402.num.3.*

*Decimas exigendi quasi possessio releuat exigentem ab onere probandi ius exigendi eas. decis.402.num.2.*

*Decimas exigendi quasi possessio probatur per confessionem partis.decis.573.num.2.*

*Decimas exigendi possessio probatur ex locationibus factis de decimis, sed an istę locationes probant contra tertiũ, decisio.573.num.3.4.& 5.*

*Decimę prædiales integra debentur.decis.441.nu.1.*

*Decima debentur etiam ex locis, ex quibus soluuntur primitia, & ex dispositione loquente de primitijs non potest inferri ad decimas.decis.441.num.3.*

*Decimarum exemptionis priuilegium valet, etiam quod in eo non sit facta mentio, quod decimæ de iure communi, vel speciali ad alium pertineant.decis.614.num.3.*

*Decimæ an debeantur Ecclesiæ sacram e ntali, vel prędiali? debet attendi consuetudo loci dominantis. decisio.279. num.1. Vbi num.2. nisi adsit consuetudo loci particularis, quia ad consuetudinem loci dominantis recurritur tantum in subsidio.*

*Decimæ, consuetudo, quod debeantur Ecclesiæ Sacramentali, vel prędiali, non dicitur contra ius, sed præter ius. decis.279.num.2.*

*Decima an spectent ad Ecclesiam sacramentalem, vel prædialem, recurrendum est ad consuetudinem particularem, si adest, sin autem in subsidium, ad generalem loci. decis.289.num.1.*

*Decimæ, quod spectent ad Ecclesiam sacramẽtalem, vel prædialem consuetudo spacio decem annorum inducitur. decis.289.num.2.*

*Decimę, & primitiæ non veniunt in generali dismembratione vniuersitatis.decis.399.num.1.*

*Decimas exigendi quasi possessio vniuersalis suffragatur nõ docto de speciali.decisio.212.num.2.*

*Decimæ, vt dicantur spectare ad mensam Episcopalem, sufficit sola decimarum recognitio a mensa Episcopali. decisione 193.num.4.*

*Decimæ post Concilium Lateranense non possunt possideri a laicis, nisi habeant priuilegium validum, vel immemorabilem cum fama priuilegij.decisione 193.nu.6.& 7.*

*Decimarum translatio in laicos absque vlla spe deuolutionis ad Ecclesiam fieri non debet.decis.193.num.7.*

*Decimæ in laicum a solo Papa transferri possunt. decisione 193.num.8.*

*Decima laicis concesse in dubio censentur concessæ post Concilium Lateranense.decis.193.num.9.*

*Decimę semel ad Ecclesiam ob feudum finitum reuersę non possunt iterum in feudum concedi.decis.193.nu.9.*

*Decimarum translatio in laicos non sanatur ex lapsu temporis.decis.193.num.10.*

*Decimandi ius an prescribatur contra Episcopum absque immemorabili possessione, sed solum per annos quadraginta cum titulo.decis.262.num.2.& 4.*

*Decisiones speciales in iudicando magis attenduntur, quam generales.decis.721.num.5.*

*Decisio in causa Romana Argentorum quomodo sit intelligenda.decisione 619.num.6.*

*Declarationes, & appellationes intelligũtur quatenus substant, interim autem non est admittenda citatio ad effectum pręiudicij.decis.451.num.5.*

*Declaratio a contrahẽtibus facta post contractum retrotrahitur ad tempus contractus.decis.700.num.16.*

*Declarans nihil de nouo facit.decis.405.num.1.*

*Declaratione non facta ab eo, cui data erat facultas a testatore, eo casu debet fieri a iudice iuxta mentem testatoris. decis.744 num.2.*

*Declaratio requiritur, vt quid dicatur fieri ipso iure.decis. 520.num.8.*

*Declaratio non debet esse contraria dispositioni. decis.229. num.8.*

*Declaratio debet pręcedere, non sequi actum, qui solet importare aditionem.decis.32.num 5.*

*Declaratio, quod quis sit index competens, potest fieri tacite per processum ad vlteriora.decis.127.num.3.*

*Declaratoria ob non paritionem literarum exequutorialiũ danda est seruatis quatuor terminis de stylo Curię seruari solitis, ex quibus etiam probatur negatiua non paritionis, quæ nihil aliud est, quam voluntaria inobedietia. decis.591.num.5.*

*Declaratoria ob non paritionem exequutorialium dari solet contra contumaces, & inobedientes. decisione 439. num.1.*

*Declaratoria est danda postquam sunt seruati quatuor termini substantiales.decis.445.num.4.*

*Declaratoria, vt sit danda, quę requirantur. decisio.478. num.1.*

*Declaratoria, vbi concurrunt requisita seruatis quatuor terminis, est ferenda.decis.478.num.1.*

*Declaratoria potest dari absque alia citatione, vbi fuerunt lapsi termini ad parendum assignati.decis.478.nu.2.*

*Declaratoria, vt obtineatur, debent seruari termini substãtiales ad docendum de paritione.decis.641.nu.3.*

Decla-

*Declaratoria iudicis sententia non requiritur in notorio, quod committitur actu permanente, decisione 14. numero 2.*

*Declaratoria protestatio, ubi de praeiudicio tertij agitur, debet fieri, vel ante, vel post actum, ante tamen consummatum, & non ex interuallo. decisione. 32. numero 5. Vbi maxime quando praesumptio est contra declarātem.*

*Declaratoria constitutio alterius constitutionis trahitur solum ad futura, non autem ad pendentia, seu praeterita. decis. 608. num. 15.*

*Decoctus notorius, dicitur notorie non soluendo. decisione 14. numero 2.*

*Decreti irritātis, clausula dicitur accessoria, nec ampliat principalem dispositionem, sed tantum tollit subreptionem. decis. 569. nu. 8.*

*Decretum iudicis praesumitur interpositum diligenter seruata a iudice causa, cum causae cognitione. decisio. 245. numero 5.*

*Decreti irritantis, clausula non operatur, quando non est apposita super certo corpore beneficij. decisione 423. numero 5.*

*Decretum irritans in reseruationibus appositum inficit titulum, & possessionem. decis. 142. nu. 4.*

*Decretum manutentionis nunquam transit in iudicatum, quia si iudici constiterit de alterius possessione, poterit illud reuocare, & alteri manutentionem concedere. decis. 387. nu. 7.*

*Decretum iudicis validum praesumitur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi. decisione 675. numero 1.*

*Decretum irritans non inficit possessionem, quando non est super certo corpore beneficij. decis. 525. nu. 6.*

*Decretum Papae in literis appositum, quod quis non teneatur ad solutionem praedictorum, restringitur ad narrata in literis. decis. 103. nu. 6.*

*Decretum iudicis in contractu minorum facit, ut omnia praesumantur solenniter facta. decis. 647. num. 1.*

*Decretum irritans inducit formam. decisione 225. numero 5.*

*Decretum irritans inducitur ex dispositione testatoris, quod non possit aliquid fieri alio modo praterquam expresso. decis. 225. nu. 5.*

*Decretum, quod termini reponantur, verificatur in aliquibus repositis, si non continet certam quantitatem reponendorum. decis. 550. nu. 2.*

*Decreti verba indefinite prolata debent ad iuris intellectum referri decis. 550. nu 4.*

*Decretum iudicis impleri debet in forma specifica. decisio. 488. num. 4.*

*Decretum non dicitur alteratum, quando est secundum formam decreti iudicis a quo. decis. 70. nu. 4.*

*Decretum iudicis operatur, ut omnia praesumantur solenniter gesta. decis. 619. nu. 5.*

*Decretum iudicis operatur, ut iuramentum proximiorum in contractu mulieris ex forma statuti praestitum, praesumatur sufficienter praestitum. decis. 619. nu. 8.*

*Decretum iudicis excessiuum, partim ex vera, partim ex falsa causa, est in totum nullum. decis. 630. nu. 3.*

*Decretum iudicis habet praesumptionem pro se. decis. 457. numero 1.*

*Decretum irritans non tollit detentionem, & insistentiam facti, licet per illud inficiatur titulus, & possessio. decisio. 752. num. 6.*

*Decretum Camerale de inquilinatu non suffragatur sub inquilino in praeiudicium domini, secus ubi agitur de praeiudicio tantum habentis ius inquilinatus. decis. 90. numero 3.*

*Decretum conditionale non praestita conditione euanescit. decis. 47. nu. 3.*

*Decretum factum cum intimatione non sequuta non afficit. decis. 47. nu. 3.*

*Decretum iudicis in contractu mulieris ex forma statuti requisitum non suppletur per solam iudicis praesentiam, sed opus est loquela, & expressione verborum. decis. 723. numero 3.*

*Decretum iudicis requisitum, iuxta statutū Vrbis in contractibus mulierum, vel minorum succedit loco decreti requisiti in alienationibus stabilium minoris. decisione 723. numero 8.*

*Decretum iudicis requisitum in alienationibus stabilium minorum requirit scripturam. decis. 723. nu. 8.*

*Decretum iudicis non praesumitur, ubi non sunt lapsi triginta anni. decis. 723. nu. 8.*

*Decretum iudicis interpositum ex causa erronea nullum est. decis. 723. nu. 9.*

*Decretum iudicis interpositum in renunciatione mulieris, si non praecedit certioratio mulieris, de iure, cui renunciat, nullum est. decis. 723. nu. 11.*

*Defectu citationis sententia nulla, quando valida reputetur per conclusionem in causa. decis. 451. nu. 9. & seqq.*

*Defectus iurisdictionis sanari non potest ex tacito partis consensu, quia in potestate partis non est dare iurisdictionem non habenti. decis. 451. nu. 13.*

*Defectu citationis sententia nulla sustinetur, si parte non opponente fuit confirmata. decis. 617. num. 1. Declara, dummodo sententia confirmatoria transierit in rem iudicatam, alias secus, nu. 2.*

*Defectus unius testis suppletur integritate alterius. decis. 688. num. 2.*

*Defectu citationis, vel iurisdictionis, seu etiam mandati nullitas sanari non potest, quando causa est commissa arbitrio Rotae, quando nullitas non est totalis. decisione 680. num. 4.*

*Defectus iurisdictionis non potest opponi per eum, qui consensit iurisdictioni. decis. 440. nu. 3.*

*Defectus mandati non obstat, quando de eo non fuit oppositum, & de mandato quandocumque doceri potest. decisio. 646. num. 6.*

*Defectus aetatis nō potest opponi illi, qui praesentatur ad beneficium simplex iuris patronatus, quando fundator dixit etiam minores 14. annis posse admitti. dec. 194. n. 1.*

*Defectus recognitionis potest opponi in Curia, etiamsi in partibus non sit oppositus. decis. 143. nu. 3.*

*Defectus causae finalis vitiat actum. decis. 778. nu. 1.*

*Defectus nominis Pontificis vitiat instrumentum. decisio. 703. num. 7.*

Defe-

*Defectus citationis inducit nullitatem sententiæ. decisione 584. numero 1.*

*Defectus contra instrumentum census non attenduntur, quando census impositio aliunde probatur. decisio. 539. numero 1.*

*Defectus eius, quod non erat faciendum, attendi non debet. decis. 13. nu. 2.*

*Defectus intentionis non tollitur per clausulas, quantumcumque pregnantes. decis. 114. nu. 4.*

*Deficere non dicitur id, quod nunquam fuit. decisio. 453. nu. 6. Vbi declaratur hæc conclusio.*

*Deficere verbum non solum importat mortem, sed etiā non existentiam. decis. 453. nu. 6.*

*Defuncti mens declarari potest ab hærede. decisione 700. numero 31.*

*Defuncti possessio non continuatur in hærede vigore statuti Vrbis, quando fuit occupata a tertio ante aditam hæreditatem, & quid in suo hærede. decis. 263. num. 2.*

*Defuncti possessio continuata in hæredem vigore statuti Vrbis non habet locum in bonis emphyteuticis. decisione 263. nu. 2. 3 & 4.*

*Defuncti possessio non continuatur in hæredem vigore statuti Vrbis, quoad ius personale. decisione 263. numero 2.*

*Defuncti possessio cōtinuatur in hæredem vigore statuti Vrbis, & possessio ciuilis, non autem naturalis. decis. 263. numero 3.*

*Defuncti possessio de iure communi non continuatur in hæredem. decis. 392. nu. 2.*

*Delegati iudicis iurisdictio expirat per sententiam datam. decis. 631. nu. 8. & seq.*

*Delegati quando sunt duo iudices, vnus sine alio pronunciare non potest, & quid si vnus index est absens. decisio. 451. nu. 12.*

*Delegatus non potest cognoscere extra causam sibi commissam. decis. 546. num. 2.*

*Delegati sententia dicitur nulla ex defectu iurisdictionis, si de delegatione non constet. decis. 214. num. 1.*

*Delegatus debet esse certus de sua iurisdictione, alias nulliter aget. decis. 214. nu. 2.*

*Deliberatio, & subhastatio facta vigore exequutionis nullę tanquam prouenies a radice infecta, & illa nulla est. decis. 630. nu. 3.*

*Deliberatio pignorum in exequutione captorum solet fieri pro viliori pretio. decis. 447. nu. 3.*

*Dementia non est crimen, sed infortunium. decisione 661. numero 2.*

*Dementia, seu furiositas probatur ex deputatione curatoris semel, atque iterum facta. decis. 190. num. 4. Vbi maxime si fuit facta causæ cognitio.*

*Demonstratio falsa beneficij non vitiat reseruationem pensionis vbi constat de veritate, & corpore. decisione 23. numero 3.*

*Denominatio, quando quis deseruire tenetur in duobus locis, assumitur ab illo loco, in quo trahit moram, & in quo magis moratur. decis. 199. nu. 3.*

*Depositarius de iure canonico si vtatur pecunijs depositis, non tenetur ad aliquas vsuras. decis. 622. nu. 6.*

*Depositariorum montium libri probant, cum ij sint publici officiales. decis. 764. num. 3.*

*Depositarius dicitur qui rem custodiendam habet. decisio. 102. numero 3.*

*Depositum antecedens factum a non debitore, non expellit creditorem ad retrouendendum sibi censum. decis. 488. num. 2.*

*Depositum antecedens ad extinguendum censum, compellit creditorem ad extinguendum. decisione 488. numero 2.*

*Depositum factum ad effectum extinguendi censum, non prodest sine disdicta. decis. 488. num. 4.*

*Depositum factum ad extinguendum censum post duos menses a die disdictæ, censum non resoluit, secundum Bullā Pij V. decis. 488. num. 7.*

*Depositum factum ad effectum extinguendi censum cum conditionibus, ad quas creditores non tenentur, non innat. decis. 488. num 5.*

*Depositum, licet aliquando liberet, vel excuset a solutione facienda, nunquam tamen retractat iam factum, neque eius effectum tollit. decis. 350. num. 1.*

*Deponere non est accollare. decisione 350. num. 1. Vbi maxime si pars instetit pro accollatione.*

*Depositum vt releuet, debet esse integrum. decisione 350. num. 4.*

*Depositum factum non præcedente citatione nullum est. decis. 350. num. 4. Fallit si sit facta intimatio decreti de deponendo ante depositum. num. 5.*

*Depositum vt releuet, debet esse purum, & sine aliqua conditione, ac tale, quod ad sui libitum possit creditor exigere. decis. 350. num. 6.*

*Deponere non est soluere, maxime vbi creditor instat pro consequutione crediti. decis. 102. num. 1.*

*Depositum pecuniæ factum sacculo clauso absque illius numeratione nullum est. decis. 102. num. 2.*

*Depositum nullum est, vbi non adest certus depositarius. decis. 102. num. 3.*

*Depositum factum parte non citata non releuat. decis. 102. num. 4.*

*Depositum vt releuet, debet deponens consentire, quod pecuniæ creditori petenti soluantur, & depositarius debet se obligare ad depositum restituendum. decis. 102. nu. 5.*

*Depositum iudiciale non dicitur, quod non fuit factum parte citata, nec de mandato iudicis. decisione 102. numero 5.*

*Depositi custodiam suscepisse non videtur, qui illud sciens, & tacens in sua domo fieri passus est. decisione 102. numero 6.*

*Depositum pecuniæ numerata, nec clausæ, nec obsignatæ retinet naturam mutui. decis. 102. num. 7.*

*Deposito commenda aquiparatur, non tamen in omnibus, quia depositarius non facit fructus suos, sed Commendatarius potest sumere alimenta, & expensas ex fructibus beneficij. decis. 672. num. 3.*

*Deposito locus est, vbi creditor solutionem recipere recusat. decis. 137. num. 1.*

*Depositio testis si discordat a prima eiusdem testis depositione non attenditur, sed attenditur prima. decis. 413. n. 3.*

*Deputatio in subcollectorem probatur per literas deputationis etiam absque manu Notarij, & subscriptione testiū. decisio. 265. num. 1.*

*Derogare regula de iure quæsito non tollendo an sit necesse, quando vacatio contigit non viuo cōcedente, sed eo mortuo. decis. 664. nu. 12. & seqq.*

*Derogatio regulę de iure quęsito &c. non est necessaria, quando tractatur de gratia a Principe, quę de sui natura est pręiudicialis. decis. 177. nu. 3.*

*Derogatum dicitur regulis Cancellariæ per dispositionem habentis derogatoriam. decis. 767. nu. 1.*

*Derogatio post ius alteri quęsitum non attenditur. decisio. 767. num 2.*

*Derogatio non facta mentione iuris alteri quæsiti dicitur subreptitia. decis. 767. nu. 2.*

*Derogatio non requiritur, vbi Papa disponit ex certa scientia in præiudicium tertij. decis. 614. nu. 3.*

*Derogatio quantumuis generalis non ampliat dispositionem, sed intelligitur pro illius validitate, quo ad ea, quę impediunt illius effectum. decis. 103. nu. 5.*

*Derogatio c. nuper. de decim. raro conceditur. decisio. 214. numero 5.*

*Derogatio primę partis c. nuper. de decim. non censetur concessa, nisi in specie fuerit expressa, cum non soleat absque magna maturitate, & causę cognitione concedi. decis. 229. num. 2.*

*Derogatoria clausula amplissima, nihil operantur contra personas priuilegiatas, vbi in Papa non datur scientia pręiudicij. decis. 128. nu. 4.*

*Derogatoriæ derogatoriarum clausulę tolluntur per clausulas etiamsi de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, indiuidua, ac de verbo ad verbum &c. decis. 87. num. 4.*

*Derogatoriæ derogatoriarum clausulæ tolluntur ex clausula pro expressis. decis. 87. nu. 4.*

*Derogatoria clausulę contentæ in regula Octaua Cancellariæ referuntur ad omnes alias regulas pręcedentes. decis. 767. nu. 3. Contrarium, nu. 4. 5. & 6. Vbi declarantur auctoritates contraria.*

*Derogatoria clausulę appositæ in concessione subsidij respiciunt tantum fauorem Regis, nec per eas censentur sublati contractus, ex quibus Regi nullum præiudicium infertur. decis. 702. num. 6.*

*Derogatorię clausulæ non ampliant dispositionem, sed illam declarant. decis. 177. nu. 1.*

*Derogatoria generales clausulę non derogant reseruationibus in corpore iuris clausis, vt sunt reseruatio ex extrauag. ad regimen. & extrauag. ad Romani. decis. 767. num. 8. & 9. Vbi id non firmatur.*

*Derogatorię clausulæ regulantur ab ipsa dispositione principali, & non egrediuntur limites illius. decisione 111. numero 4*

*Descendentes ex filijs, ipsiq. filij a testatore ad eius hęreditatem vocati, non copulatiue, sed ordine successiuo vocati censentur. decis. 344. nu. 2.*

*Descendentium verbum collectiuum est plurium personarum, & graduum, & ideo quando descendentes sunt vocati a testatore, censentur vocati tam per vulgarē, quam per fideicommissariam substitutionem. decis 344. nu. 3.*

*Descendentium appellatione in fideicommissis numquid veniant vltra primos adeuntes, alij subsequentes, quando in fideicommisso non adsunt verba explicantia tēpus futurum, vel non fuerit dictum semper, in infinitum, quandocumque, & similia. decis. 344. num. 4. & seqq.*

*Descendentium appellatione in substitutione, quando veniant descendentes futuri decis. 344. nu. 11.*

*Descendentibus testatoris extraneum præferri absurdum videtur, nec præsumendum est. decis. 432. Declara, vt numero 7.*

*Descendentes tam masculi, quam femina, ac etiam descendentes feminarum veniunt appellatione linea. decisione 226. nu. 3. & decis. 424. nu. 1.*

*Descendentium appellatione veniunt etiam nati ex feminis. decis. 226. nu. 3. Vbi maxime in transitorijs ad hæredes extraneos, & decis. 318. nu. 1.*

*Descendens a pœnitentiato, qui humiliter pœnitentiā egit, non repellitur a dignitate Ecclesiastica. decis. 21. nu. 2. Vbi maxime si sit descendens per lineam maternam vltra primum gradum.*

*Descendentia in iure patronatus sufficit, quod probetur ab illis, qui alias præsentarunt. decis. 274. num. 8.*

*Descriptio certorum bonorū inter bona Monasterij arguit Monasterij dominium. decis. 254. num. 4. Maxime stante eius antiquitate.*

*Deserta dicitur appellatio, si appellans non petijt Apostolos. decis. 420. nu. 2.*

*Deserta dicitur appellatio ex illius non prosequutione infra annum. decis. 746. nu. 2.*

*Deserta non dicitur causa, nec lis dicitur extincta per desertionem causa, nisi super desertione fuerit lata sententia, eaq. exequutioni demandata. decisione 746. numero 2.*

*Deserta dicitur appellatio, vbi instantia fuit perempta, & fatalia non fuerunt prorogata. decis. 564. nu. 1.*

*Deserta, vt non dicatur appellatio ex non prosequutione causę, sufficit quęlibet diligentia. decisione 156. numero 3.*

*Deserta dicitur lis per cessationem a lite per decennium, & minori temporis spacio, si adsint coniecturæ pro desertione. decis. 383. num. 2. & 3. Vbi quod quando non est lapsum decennium, requiruntur actus positiui, & numero 4. Vbi examinantur quædam coniectura. Dic procedere, si ex actis appareat de non iure deserentis litem, alias secus. num. 3.*

*Desertio appellationis dicitur renunciatio proprij iuris. decis. 383. nu. 3.*

*Detentatio sola sufficit ad manutentionem obtinendam in summarijssimo iuditio. decis. 762. nu. 6.*

*Detentatio sola sufficit ad effectum dignoscendi quis sit reus, & quis actor. decis. 601. nu. 1.*

*Detentio sola, seu status, in quo quis tempore attentationis reperiebatur, sufficit, vt competat restitutio. decis. 393. num. 1.*

*Determinatio plura respiciens ęqualiter omnia determinat. decis. 75. nu. 7.*

*Detractio Falcidiæ fit a lege contra testatoris voluntatem. decis. 438. nu. 4.*

*Deuo-*

Deuolutio collationis Iuris patronatus non habet locum stante lite inter patronos, & inter presentatos. decisione 81. num. 8.

Deuolutio feudi quando pertineat ad vsufructuarium, & non ad dominum directum. decis. 664. num. 16.

Deuolutio collationis beneficij debet plene, & concludenter probari. decis. 186. num. 1. Vbi maxime contra possessorem.

Deuolutio collationis beneficij fit a Capitulo ad Ordinariū ab Ordinario ad Metropolitanum, ab eo ad Nuncium, a Nuncio ad Papam, in quo terminatur. decisione 186. numero 1.

Deuolutio ad Papam, vt probetur, debet probari semestris negligentia. decisio. 186. num. 1.

Deuolutio, vt habeat locum, scientia debet esse certa, nec presumpta sufficit. decis. 186. num. 2.

Deuolutio cessat in beneficijs reseruatis. decis. 186. nu. 2.

Deuolutio habet locum in vacantibus, & ijs tantum, quae conferri possunt. decis. 186. num. 2.

Deuolutionis causa concludentes requirit probationes. decisione 170. num. 10.

Dicta testium interpretanda semper sunt, vt euitetur contrarietas. decis. 223. num. 12.

Dictum Rebuffi in reg. de infirm. resign. glos. 5. declaratur. decisione 611. num. 5.

Dicta testium, quando conquassantur alijs contrarijs, non probant concludenter primum extremum, ad effectum redintegrationis. decis. 729. num. 4.

Dictum testis dubium declaratur per dicta aliorum. decis. 334. num. 4.

Dictum testis recipit declarationem ab articulis. decisione 131. num. 2.

Dictum Doctoris intelligendum est secundum auctoritates, quas allegat. decis. 474. num. 9.

Dictio hactenus excludit tempus praeteritum vsque ad illā diem. decis. 223. num. 8.

Dictio sicut, & dictio respectiue, qualificat dispositionem, ut singula singulis referantur. decis. 555. num. 6.

Dictio ipse est personalissima, refertur que ad personam immediatam, non autem mediatam. decis. 507. nu. 9.

Dictio ex denotat causam immediatam. decisione 507. numero 10.

Dictio prout hactenus consuetum est, stat conditionaliter, scilicet, quatenus sit consuetum. decisione 243. num. 8.

Dictio prout conditionem importat. decisione 243. numero 8.

Dictio sic de sui natura est declaratiua praecedentium. decisio. 432. num. 6.

Dictio sic est repetitiua omnium qualitatum praecedentium. decis. 687. num. 9.

Dictio si condictionem importat, praesertim coniuncta cum aduersatiua vero. decis. 505. num. 1.

Dictio saltem quid importet. decis. 266. num. 6.

Dictio ipse denotat relationem praecedentium. decisio. 569. num. 5.

Dictio fere de sui natura importat diminutionem, & imperfectionem. decis. 290. num. 1.

Dictio solum excludit omnem aliam personam. decis. 426. num. 5.

Dictio successiue denotat ordinem, & continuationem ad praecedentia, praecedentiumque qualitatum repetitionem inducit. decis. 453. num. 1. in fine.

Dictio copulatiua inter orationes perfectas non repetit qualitates praecedentes. decis. 453. num. 7. in fine.

Dictio vt supra est repetitiua omnium qualitatum praecedētium. decis. 461. num. 9.

Dictio & ampliat dispositionem. decisione 680. numero 5.

Dictio quibuscunque includit etiam maiora expressis. decis. 680. num. 5.

Dictio exinde refertur ad factum proxime praecedens in oratione positum. decis. 687. num. 15.

Dictio nec non resoluitur in copulam. decisione 668. numero 1.

Dictio aliquis concepta in numero singulari est apta comprehendere plures, & aequipollet numero plurali. decisione 668. num. 5.

Dictio quomodolibet comprehendit omne ius. decis. 602. nu. 4. Vbi quod verificatur in quocunque iure directo, vel indirecto etiam improprie sumpto.

Dictio quomodolibet intelligitur non solum de iure communi, sed etiam de iure speciali, consuetudine, praescriptione, aut priuilegio Apostolico. decis. 614. num. 2.

Dictio postquam inducit conditionem. decisione 46. numero 2.

Dictio alijs licet sit nota similitudinis, tamen includit diuersa ab expressis. decis. 714. num. 5.

Dictio tantum est taxatiua, & vbi est apposita persona, excludit haeredes. decis. 740. num. 4.

Dictio tantum est taxatiua, & omnia includit. decis. 600. num. 7.

Dictio praedicta repetit omnia praecedentia. decis. 644. numero 1.

Dictio per significat perfectionem actus. decisione 637. num. 3.

Dictio quousque in statuto feminarum exclusiuo propter masculos, operatur earundem exclusionem ad tempus, id est, quamdiu masculi extabunt. decisione 475. num. 1.

Dictio incirca operatur in modico. decisione 354. numero 3.

Dictio repetitiua antecedens repetit, & refert omnes praetē siones praecedentes. decis. 447. num. 5.

Dictio etiam solet implicare casus maiores, & distinctos ab expressis. decisione 721. num. 6. & 7. & decis. 222. num. 3.

Dictio maxime exprimit casum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem. decisione 257. numero 4.

Dictio de residuo in testamento importat titulum vniuersalem. decis. 750. num. 2.

Dictio solum denotat singularitatem, & videtur excludere possessionem. decis. 729. num. 2.

Dictio alius est implicatiua similium. decisione 719. numero 4.

*Dictio, alius, non semper implicat omnimodam qualitatē. decis. 719. nu. 5.*

*Dictio, semper denotat perpetuitatem. decisione 231. numero 4.*

*Dictiones huiusmodi, & ea referuntur ad illa tantum, de quibus in dispositione fuit dictum. decisione 767. numero 5.*

*Dictiones ita tamen sunt aduersatiuę, & limitatiuę. decisio. 294. nu. 6.*

*Dictio, in circa, operatur, vt possit detrahi de maiori summa, & augeri in minori. decis. 335. nu. 5.*

*Dictio, ideoque est casualis. decis. 29 nu. 1.*

*Dictiones, donec, & quousque, operantur, vt dispositio vltra tempus expressum non extendatur. decisione 162. numero 3.*

*Dictio, nullus, prępositā verbo recipiatur, importat necessitatem, & aufert potestatem aliter recipiendi. decisione 167. numero 5.*

*Dictio post, importat ordinem per prius, & posterius. decis. 167. num. 6.*

*Dictio post, importat conditionem. decisione 167. numero 6.*

*Dictio nisi, iuncta actui in futurum perficiendo importat conditionem. decis. 167. num. 7.*

*Dictio, tunc, aliquando refertur ad casum. decis. 144. n. 9. Vbi maxime si addita est dictio, demum.*

*Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem. decisio. 144. numero 7. Aliquando tamen diuersimode in iure accipitur. numero 8.*

*Dictio, tantum, excludit diuersa, & separata, non autem connexa, & pertinentia ad dispositionem expressam. decis. 442. num. 3.*

*Dictio, ancorche, est implicatiua, aliquando tamen habet implicitam conditionem, quando suspendit conditionem ad aliquod tempus futurum incertum, quia tunc videtur stare pro quando. decis. 424. num. 3.*

*Dictiones circa, parum, plus, vel minus, denotant incertitudinem. decis. 774. nu. 6.*

*Dictio, circa, operatur, vt possit fieri diminutio sextę partis temporis expressi. decis. 774. nu. 6.*

*Dictio, modicum, aliquando verificatur in quarta parte. decis. 774. num. 6.*

*Dictio, iuxta, designat confine. decis. 108. nu. 1.*

*Dictio, tamen, est aduersatiua, & aduersatur in eodem genere retentis eisdem terminis. decis. 75. nu. 4.*

*Dictio in circa, excludit certam, ac determinatam quantitatem. decis. 73. nu. 3.*

*Dictio, in circa, capit defectum decimę, & aliquando quartę partis, & hoc totum positum est in arbitrio iudicis. decis. 73. nu. 3.*

*Dictio, huiusmodi, est repetitiua pr̄ecedentium. decisione 373. num. 6.*

*Dictio, vero, est aduersatiua, induit q. repetitionem omniū qualitatum expressarum in pr̄ecedenti dispositione. decis. 480. num. 2.*

*Dictio, etiam, stat augmentatiue. decis. 437. nu. 3.*

*Dicti verbum est repetitiuum supra vocatorum. decisione 667. num. 6.*

*Diffinitiuę sententiæ, & absolutoria vim habere dicitur decretum, in quo iudex pronunciat non esse probatum. decis. 731. nu. 3.*

*Diffinitiua dicitur sententia lata in possessorio. decisione 731. numero 3.*

*Diffinitiua sententia debet ferri in scriptis, vel per schedulam, vel recitari a iudice. decis. 731. num. 4. Declara, quia etiamsi supradicta omittantur, tamen sententia non ideo minus potest dici diffinitiua, vel saltē mixta, quę participet de diffinitiua. nu. 4.*

*Diffinitiuæ sententiæ vim habens interlocutoria, confirmari potest, vt diffinitiua. decis. 731. nu. 4.*

*Dignitas testium, ac magna subtilitas ad fidem assertioni faciendam, est consideranda. decis. 656. nu. 9.*

*Dignitas maior ea censetur, quam generaliter homines existimant esse maiorem. decis. 315. num. 2.*

*Dignitas maior in Ecclesia habet assistentiam iuris communis, quo ad præeminentiam. decis. 533. nu. 5.*

*Dilapidationis suspicio quibus modis probetur. decis. 727. nu. 2. Vbi remissiue.*

*Dilapidatio non probatur ex eo, quod ab aliquo non fuerit reddita ratio pecuniarum ad ipsum peruentarum. decisione 727. nu. 2.*

*Dilapidatio, vt probetur, probatio debet esse necessaria. decis. 727. nu. 2.*

*Dilapidatio probanda est per actus extrinsecos venditionum, & alienationum. decis. 727. nu. 2.*

*Dilatio ad capiendam primogenituram dicitur data fauore vocati, non autem hæredis, quando in ea hæres nihil habet agere. decis. 682. nu. 2.*

*Dilatio ad capiendam primogenituram dicitur data fauore vocati, quando testator voluit fructus inuestiri in augmentum sortis primogenituræ. decisione 682. numero 2.*

*Dilatio maior debet concedi etiam pro debito non habente obligationem Cameralem. decisione 376. numero 4.*

*Dilatio, cuius finis potius dispendium, quam commodum est allaturus, non debet dari. decisione 271. numero 2.*

*Dilationes, seu cōditiones adiectæ solutioni minuunt quantitatem. decis. 121. nu. 1.*

*Diligentiæ, quę fiunt in Curia, vt sint validę, deputantur duo Officiales, qui referunt medio iuramento, & pars debet citari ad videndum fieri diligentias, & relationem. decis. 323 nu. 4. Vbi quod idem est seruandum in diligentiis, quæ fiunt contra Curiam.*

*Diligentia promissa dicitur adhibita, quando quis non semel, sed bis insistando non obtinuit. decisione 676. numero 11.*

*Dimidię portiones in Ecclesia Salamantina assequuntur per ascensum, & nouum titulum. decisione 236. numero 7.*

*Directe quod non licet, quando per consequentiam liceat. decis. 687. nu. 17.*

*Discretiua dispositio testatoris operatur, vt sit facienda diuersa interpretatio a significatione verborum testamenti. decis. 627. nu. 8.*

*Dismembrationes Ecclesiarum, vt valeant, requiritur solennitas, & iusta causa, & quae dicantur iusta causa. decis. 288. nu. 1. & 2.*

*Dismembrandi Ecclesias iusta causa non est sola populi ancti numerositas, nisi etiam accedat distantia loci, & difficultas parochianorum. decis. 288. num. 2.*

*Dismembrationis Ecclesia iusta causa non est, quod illa non sit capax totius populi, & sit difformis. decisione 288. numero 3.*

*Dismembratio Ecclesiae requirit solennitatem, quae requiritur in alienatione rerum Ecclesiae. decisione 288. numero 4.*

*Dismembratio Ecclesiae requirit consensum Capituli, nec sufficit consensus Vicarij. decis. 288. nu. 4.*

*Dismembratio est alienatio, & in ea requiruntur solennitates requisitae in alienatione rei Ecclesiae. decisio. 348. numero 2.*

*Dispensatio praesumitur ex lapsu viginti annorum. decisio. 200. numero 5.*

*Dispensationis gratia iustificari debet in substantialibus, & in his, in quibus dispensatio fundata est. decis. 687. numero 3.*

*Dispensatio Papae cum decreto legitimationis prolis, tam suscepta, quam suscipiendae, dicitur dispensatio in radice matrimonij, & operatur perinde, ac si nunquam extitisset impedimentum, & coniuges semper fuissent in potentia libera contrahendi legitimum matrimonium. decis. 280. num. 4.*

*Dispensatio obtenta pro cautela conscientiae confitenti non nocet. decis. 92. nu. 3.*

*Dispensatio concessa videtur ex scientia Papae. decisio. 87. num. 3. Declara primo, vt regula procedat non in cognitione personae, sed in scientia in actu, qui geritur, quae sit expressa in literis, vel ex eis colligi possit. num. 3. Declara secundo, vt regula non procedat, quando agitur de praeiudicio tertij, nu. 3.*

*Dispensatio non comprehendit casum mixtum, & dupliciter prohibitum. decis. 76. nu. 2.*

*Dispensationis praesumptio numquid intret ex triennali pacifica possessione. decis. 310. nu. 3. in fi.*

*Dispositio non dicitur superflua, aut elusoria, quae potest in aliquo operari. decis. 555. nu. 8.*

*Dispositio dicitur odiosa, quae est contra dispositionem iuris communis. decis. 243. nu. 3.*

*Dispositio correctoria iuris communis sufficit, vt aliquid operetur, & vt minus corrigit ius commune, quamsit possibile. decis. 243. nu. 5.*

*Dispositio hominis primo actu consumpta dicitur, secus dispositio legis. decis. 386. nu. 2. in fine, & nu. 3. Vbi quid si primus actus sit nullus.*

*Dispositio omnis intelligitur rebus sic stantibus. decis. 782. numero 3.*

*Dispositio. l. cum auus. ff. de condi. & demonstr. habet locum in quolibet descendente. decis. 667. nu. 13.*

*Dispositio eadem non debet diverso iure censeri, nisi adsit diversa ratio. decis. 707. num. 5. Vbi quod ratio diversitatis debet esse clara.*

*Dispositio statuti non habet locum, vbi non conveniunt verba ipsius. decis. 502. numero 3.*

*Dispositio quando emanauit ad diversum effectum, non potest dici, quod emanauerit ad correctionem alterius. decisio. 385. nu 6.*

*Dispositio testatoris discretiua operatur, vt sit facienda diuersa interpretatio a significatione verborum testamenti. decis. 627. nu. 8.*

*Dispositio c. auaritiae. de elect. in 6. cessat in multis casibus, & specialiter, vbi adest priuilegium. decisione 741. numero 4.*

*Dispositio, quae non sunt in vno capite statuti, satis est, quod sint dispositae in alio. decis. 103. nu. 2.*

*Dispositio non alteratur ex nominis suppositione, si constat de corpore personae. decis. 566. nume. 3. Maxime quando persona est in praesentia, & potest demonstrari ad oculum, num. 3.*

*Dispositio non intelligitur de primo actu, quando non consummatur effectus in illo actu. decis. 379. nu. 1.*

*Dispositio, quae habet tractum successiuum, ad haeredes etiam refertur. decis. 626. nu. 5.*

*Dispositionis vna pars, aliam declarat. decis. 294. num. 6.*

*Dispositio conditionalis, non purificata conditione, nihil potest inesse. decis. 16. nu. 1.*

*Dispositio conditionalis non potest adimpleri per aequipollens. decis. 16. nu. 2.*

*Dispositio facta de vno toto integrali, intelligitur facta de toto, non autem de partibus illius. decis. 144. numero 3. Vbi etiam de possessione, nu 5.*

*Dispositio testatoris facta, & limitata ad certum tempus, vltra illud non debet extendi contra mentem testatoris praedicti. decis. 663. nu. 3.*

*Dispositio, quae fit a non domino, qui postea efficitur dominus, remanet valida. decis. 370. num. 4.*

*Dispositio, quae de sui natura conditionalis non est, non efficitur conditionalis per verba cum conditione, pacto &c. decis. 163. nu. 2.*

*Dispositio numquid reddatur conditionalis, ex eo, quod in ea expresse appositum fuerit verbum, conditio. decisione 163. num. 2.*

*Disputatio quaelibet semper fit praesuppositis terminis habilibus. decis. 128. num. 7.*

*Distributiones quotidianae veniunt appellatione fructuum, quando praebendae sunt distinctae in Ecclesia, bona possidentur in communi, & postea singulariter certo anni tempore distribuuntur. decis. 449. nu. 1.*

*Distributiones accrescunt interessentibus. decisione 665. numero 9.*

*Distributiones quotidianae non acquiruntur a titulari ante praestitum seruitium. decis. 133. nu. 2.*

*Distributiones, & fructus non debentur antequam habens curam animarum, vel etiam Canonicus professionem faciat iuxta formam decreti Concilij Tridentini, sess. 24. de reform. cap. 12. Rubric. Prouisi etiam. decis. 157. num. 1.*

*Distributiones clerici absentis, & non residentis accrescunt alijs de Capitulo interessentibus, & beneficiatis. decis. 107. numero 1.*

*Diuisio per errorem facta non nocet. decis. 624. nu. 10.*

*Diuisio beneficiorum regulariter prohibetur. decis. 288. numero 3.*

*Diuisio non præsumitur ex longi temporis possessione. decis. 384. num 6.*

*Diuisio non præsumitur, vbi subest inæqualitas. decisione 384. num. 6.*

*Diuisio inter emphyteutas, præsertim si fiat æqualiter, est permissa etiam Domino irrequisito. decisione 544. numero 2.*

*Diuisio dicitur alienatio necessaria. decisione 544. numero 3.*

*Diuisio rei emphyteuticæ non impeditur ex eo, quod alter sociorum possit facere conditionem alterius sua culpa deteriorem non soluendo Canonem. decisione 544. numero 3.*

*Diuisio fructuum pro rata temporis non fit in actu voluntario, sed in necessario. decis. 278. num. 6.*

*Diuitiæ quales debeant esse in auo materno ad hoc, vt neptem pauperem dotare teneatur. decisione 233. numero 1.*

*Diues auus maternus dotare tenetur in subsidium neptem ex filia. decis. 233. num. 1.*

*Diuortium præsupponit matrimonium præcedens. decisione 687. num. 5. Vbi etiam quod proprie dicitur diuortium, vbi adest matrimonium.*

*Doctor præsumitur in iure peritus, nec potest contrarium dicere, quia allegaret suam turpitudinem. decis. 485. numero 4.*

*Doctori danda non est restitutio in integrum. decis. 485. num. 4.*

*Doctorari nemo debet non seruatis statutis, & ordinationibus, etiamsi sit diligenter exercitatus, & de eius peritia, & diligentia constet. decis. 167. num. 11.*

*Doctoratus qualitas magna est. decis. 36. num. 2.*

*Doctor in beneficio præfertur non Doctori. decisio. 36. numero 2.*

*Doctoris dictum intelligendum est secundum auctoritates, quas allegat. decis. 474. num. 9.*

*Dolus non præsumitur, ideo ab allegante probandus est perspicuis indicijs. decis. 468. num. 2.*

*Dolus, & contemptus cessat in eo, qui habuit iustam credendi causam. decis. 200. num. 3.*

*Dolus nunquam inter socios videtur remissus. decis. 769. num. 1.*

*Dolo dicitur esse, qui petit, quod statim restituturus est. decisio. 770. num. 1.*

*Dolus præsumptus non sufficit ad infringendam rem iudicatam, sed requiritur. quod probetur interuenisse dolum verum claris, & perspicuis probationibus. decis. 184. numero 4.*

*Doli, & fraudis suspicio cessat in his, quæ palam, & publice fiunt. decis. 206. num. 10.*

*Dolus non committitur contra consentientem. decis. 183. num. 1.*

*Dolus non præsumitur, sed debet perspicuis coniecturis probari. decis. 118. num. 1.*

*Dolus non præsumitur in eo, qui omisit aliquid describere in inuentario, sed ignorantia. decisione 118. nu. 1. & 2. Vbi maxime stante clausula, & protestatione addendi, si quid apparebit omissum, & si ante appositionem defectu bonorum, bona omissa fuerint in inuentario descripta.*

*Dolus vbi interuenit ab vna parte, facit deficere cōsensum ex alia. decis. 88. num. 1.*

*Domicilium probatur ex animo habitandi, & permanendi. decis. 188. num. 1. Vbi num. 2. ex quibus colligatur rite animus.*

*Domicilium habitationis in duobus locis quis habere potest. decis. 188. num. 4.*

*Domicilium, & origo patris transit in filium. decis. 277. numero 7.*

*Domicilium contractum dicitur ex transportatione familiæ, ac supellectilium. decis. 113. num. 1.*

*Domicilium vbi quis contulit, ibi incola esse dicitur. decis. 188. num. 1.*

*Dominium vtile in concessione officij, quando censeatur cō cessum vltra fructuum perceptionem. decis. 495. num. 5. & seqq.*

*Dominium possessor probare non tenetur, sed illius probationem in aduersarium transfert. decisione 652. numero 1.*

*Dominium antiquissimum probatur indicijs, & coniecturis. decis. 12. num. 2.*

*Dominium probatur ex actu recognitionis in dominum inter recognoscentem, & recognitum. decisione 12. numero 3.*

*Dominium probatur ex eo, quod quis disponit de rebus, de quarum dominio agitur. decisione 12. numero 4. & 6.*

*Dominium censetur probatum ex concessione facta ab aliquo reo, de quo agitur. decis. 12. num. 6. & 7. Vbi declaratur hæc conclusio, & num. 8.*

*Dominium probatur coniecturis, & præsumptionibus, quādo non agitur ad rei vendicationem, sed ad alium effectum. decis. 12. num. 6.*

*Dominium non dicitur habere is, qui sine alterius consensu disponere non potest de re, de cuius dominio agitur. decis. 12. num. 8.*

*Dominium non probatur per instrumenta donationis. decis. 12. Declara, vt num. 10.*

*Dominium antiquum non tollitur ex collatione in titulum. decis. 25. num. 2.*

*Dominium ex contractu Principis transfertur etiam sine traditione. decis. 664. num. 18.*

*Dominium non probatur, nec per sententiam, nec per confessiones, non sequuta traditione. decis. 673. numero 4.*

*Dominiū Ecclesiæ acquiritur sine traditione. dec. 673. n 4.*

*Dominium non probatur ex sola inuestitura absque adminiculis. decis. 697. num. 3.*

*Dominium spectat ad eum, qui ex secundo decreto immissus est in possessionem a iudice. decisione 534. numero 2.*

*Dominium rerum Ecclesiæ de iure est penes ipsam Ecclesiā, administratio vero penes Prælatum, seu beneficiatum. decis. 694. num. 8.*

Domi-

*Dominium probatur ex eo, quod quis possidebat. decis. 718. numero 5.*

*Dominium rei emptæ spectat ad illum, qui emit, & pretium erogauit. decis. 677. nu. 1.*

*Dominij reseruatio probat dominium esse apud illum, cui fit reseruatio. decis. 677. nu. 1.*

*Dominium vbi incidenter in iudicio deducitur, probatur ex sola possessione. decis. 331. nu. 2.*

*Dominium transfertur absque traditione, vbi quis est iam in possessione. decis. 725. nu. 6.*

*Dominium probatur ex confessione, tam contra confitentem, quam contra singularem successorem. decisio. 193. numero 2.*

*Dominium probatur ex pacifica possessione iuncto instrumento acquisitionis. decis. 19. nu. 1.*

*Dominium, vbi de eo incidenter agitur, leuioribus probationibus probatur. decis. 19. nu. 1.*

*Dominium rei suę nemo sine facto amittere potest. decisio. 97. numero 2.*

*Dominus promittens mercedem factori suo, potest eam reuocare post annum, nisi certum tempus assignatum sit. decis. 34. nu. 7.*

*Dominus alicuius rei potest ad sui libitum de ipsa re disponere. decis. 43. nu. 1.*

*Domini, & possessores eiusdem rei duo in solidum esse non possunt. decis. 520. nu. 3.*

*Dominus debet præferri in vendstione fructuum facta per vasallum. decis. 550. nu. 2.*

*Dominus non potest emphyteusis dissolutę ob lineam finitam capere possessionem propria auctoritate, quicquid sit in dissolutione ob non solutum canonem. decisio. 85. numero 4. Vbi etiam stante pacto capiēdi possessionem propria auctoritate.*

*Dominus directus potest finita emphyteusi per viam manutentionis ratione ciuilis possessionis recuperare naturalem. decis. 85. nu. 6.*

*Dominus directus potest propria auctoritate expellere emphyteutam, quando negat directum dominium. decisio. 85. numero 6.*

*Domus verbum idem importat, quod verbum familia. decisio. 282. num. 1.*

*Domus verbum importat agnationem. decisione 282. numero 2.*

*Domus dicitur totum integrale constans ex fundamentis, parietibus, & tectis. decis. 144. nu. 3.*

*Donationis conditio si non fuerit obseruata, an, & quomodo donationem resoluat? decis. 1. num. 2.*

*Donatio villarum, & castrorum facta Monasterio cum omnibus suis Ecclesijs, decimis, primitijs, & oblationibus valet confirmata a Pontifice. decis. 512. num. 1. & seqq. Vbi num. 3. quod amplius talis donatio valet cum sola auctoritate ordinarij.*

*Donatio, seu concessio facta a Rege Monasterio castrorum, & villarum vna cum Ecclesijs in illis existentibus, censetur facta quo ad temporalia, & spiritualia, quando dictum Monasteriū ab omni iurisdictione Ordinarij exemptum in ius, et proprietate Sedis Apostolicæ positum fuit. decis. 512. nu. 4.*

*Donare Rex nō potest Ecclesias, in quibus nullum ius habebat. decis. 512. Declara, vt num. 5. & 6.*

*Donatio omnium bonorum valet, quia intelligitur tantum de præsentibus, & non de futuris. decisione 458. numero 2.*

*Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum ad fauorem Ecclesiæ facta valet. decis. 458. nu. 3.*

*Donationis insinuatio non requiritur, nisi illa excedat Sexta 700. nostri temporis. decis. 458. nu. 4.*

*Donationis insinuatio omissa non vitiat, nisi in excessu. decis. 458. nu. 4.*

*Donationis insinuatio non requiritur, quando est reciproca, & ob causam, vt puta cum onere alendi donatorem. decis. 458. nu. 5.*

*Donationis insinuatio non requiritur in donatione facta Ecclesię. decis. 458. nu. 6.*

*Donatio facta sub modo præstationis alimentorum, vel sub aliqua alia conditione, & modo alimentis non prę̄stitis, & modo non seruato reuocari potest. decisio. 458. Declara, vt nu. 7. & seq.*

*Donatio facta a minore sine solennitatibus statutarijs non valet. decis. 410. num. 2.*

*Donatio filij familias facta sine consensu patris de bonis, in quibus pater habet vsumfructum, inualida est. decisio. 596. nume. 1. & 2. Vbi amplius, quod non valet non solum quo ad vsumfructum, sed nec etiam quo ad proprietatem.*

*Donationis insinuatio tendit ad illius confirmationem, nō autem ad augumentum. decis. 596. num. 6.*

*Donatio filij familias facta de bonis, in quibus pater habet vsumfructum sine illius consensu, iuramento non validatur. decis. 596. nu. 7. & 8.*

*Donatio iuris patronatus non valet sine consensu Ordinarij. decis. 337. nu. 4. & 5. Vbi quod nec sufficit consensus Vicarij non habentis speciale mandatum, etiam absente Episcopo.*

*Donatio iuris patronatus sine cōsensu Ordinarij, licet nulla sit, valet tamen in præiudicium donantis, & eius hæredum. decis. 337. numero 7. Vbi declaratur hæc conclusio.*

*Donatio iuris patronatus facta sine consensu Episcopi post mortem donantis, quando possit ab Episcopo confirmari. decis. 337. nu. 7.*

*Donans rem alienam, dicitur esse in mala fide. decisio. 394. num. 2. in fine.*

*Donatarius consentiendo, quod donans per viam testamenti disponat de re donata, sibi præiudicat. decisione 463. numero 1.*

*Donatio, licet reuocetur quo ad primum donatarium, nō tamen censetur reuocata quo ad substitutos. decisio. 494. numero 1.*

*Donare potest Prælatus ex causa remunerationis. decisione 241. num. 2.*

*Donatio an dicatur immoderata, debent attēdi facultates donantis, & merita donatarij. decis. 241. nu. 11.*

*Donatio iuris patronatus, seu iuris præsentandi facta laico absque consensu Ordinarij nulla est. decisione 257. numero 1.*

*Donatio inter virum, & uxorem est prohibita. decisio.61. numero 2.*

*Donatio censetur facta sine praiudicio creditorum donantis. decis.552. num.1.*

*Donatarius qui non adimpleuit conditiones in donatione appositas donatione non iuuatur. decisione 552. numero 5.*

*Donatio est contractus nominatus. decis.552. nu.5.*

*Donationis factae usus impeditur donatarijs, quousque impleant conditiones in donatione appositas. decisio.552. numero 5.*

*Donatio non praesumitur, & de iure debet capi omnis interpretatio, per quam excludatur. decisione 552. numero 6.*

*Donanti sine causa restitutio in integrum conceditur. decisione 483. nu.1.*

*Donatio facta ob seruitia, si non apparet, quae seruitia, intelliguntur ex qualitate personae, & alijs adminiculis. decis.483. nu.6.*

*Donatarius non valens agere ad rem donatam euictam, quia donator noluit teneri de euictione, potest tamen agere ad pretij illius restitutionem. decisione 483. numero 7.*

Etiam dictio est implicatiua, & extinctiua. decisione 222. num. 3.

Euictione venditor non tenetur, nisi quatenus propter euictionem emptor careat re euicta. decis. 422. nu. 2.

Euictio sequuta dicitur per sententiam. decis. 40. nu. 1.

Euictio sequuta dicitur, si super re vēdita sit facta exequutio realis. decis. 40. num. 1.

Euictio dicitur satis sequuta, quando possessori res fuit ablata, tam in possessione, quam in proprietate. decis. 77. numero 4.

Ex dictio denotat causam immediatam. decisione 507. numero 10.

Ex certa scientia, hac clausula operatur praesumptionē informationis in Principe. decis. 180. num. 2.

Ex certa scientia hac clausula non operatur, nisi circa ea, qua Princeps praesumitur scire, prout ea, quę iuris sunt, secus circa ea, qua in facto consistunt. decis. 128. numero 6.

Exactio annatę non est compatibilis cum vnione, & suppressione beneficiorum, per qua tollitur eorum vacatio. decis. 659. num. 11.

Exigendi ius acquiritur ex continuata solutione 40. annorum. decis. 365. num. 3.

Exactio pecuniarum facta ab ijs, contra quos prius fuit relaxatum mandatum exequutiuum, debet censeri facta in causam necessariam praecedentem mandati relaxati, & exequutionis imminentis. decis. 695. num. 3.

Exigendi quasi possessio acquisita contra auctorem, suffragatur etiam contra successorem. decis. 291. nu. 1.

Exigendi decimas quasi possessio vniuersalis suffragatur non docto de speciali. decis. 212. num. 2.

Examen testium nullum sanatur per commissionem cū clausula arbitrio, quando testes fuerunt examinati cum interrogatorijs partis aduersę. decis. 587. num. 3.

Examini testium consensisse dicitur pars dando interrogatoria. decisio. 683. num. 3.

Examen testium nullum sanatur per commissionem cū clausula arbitrio, quando principale fundamentum partis non est in depositione testium, sed in scripturis. decisione 284. num. 2.

Exceptio melioramentorum operatur rei retentionem. decisione 151. num. 2. & 3. Vbi praesertim, quando sic cōuentum fuit.

Exceptio nullitatis non auditur a iudice, nisi sit talis, qua possit subsistere, & iuris effectum habere. decis. 572. numero 5.

Exceptio opposita ad vnum effectum non debet alium operari. decis. 256. num. 3.

Exceptio melioramentorum an retardet rei restitutionem, quando offertur cautio de soluendo illa. decis. 151. num. 4. & 5.

Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano interdicto. decis. 456. num. 6.

Exceptio non implementi non habet locum, nisi quando agitur vigore contractus vltro citroque obligatorij. decisio. 389. num. 2.

Exceptio non adimplementi non obstat, quando actor est obligatus erga conuentum ex alio contractu, siue ex diuerso iure. decisio. 390. num. 3.

Exceptio non adimplementi, quando requirit altiorem indaginem, non impedit exequutionem Cameralis obligationis. decis. 686. num. 2.

Exceptio, super qua lis pendet, dicitur requirere altiorē indaginem, & non impedit exequutionem obligationis Cameralis. decis. 686. num. 2.

Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio manutentionis. decis. 287. num. 8.

Exceptio non refertur ad ea, de quibus fuit facta specialis mentio. decis. 702. num. 3.

Exceptionem suam reus bene fundans, si actor illam non plene diluit, exceptio remanet efficax. decisione 697. numero 1.

Exceptio simulationis contractus non impedit manutentionem durante lite. decis. 140. num. 2.

Exceptio dubia vsurariæ prauitatis non impedit exequutionem instrumenti iurati. decis. 540. num. 10.

Exceptio vsurarum, quæ non est clara, non impedit exequutionem laudi obligatione Camerali vallati. decis. 540. num. 11.

Exceptio respiciens petitorium non admittitur in possessorio spolij. decis. 724. num. 5.

Exceptio non admittenda, si fuit admissa, nocet. decis. 191. num. 2.

Exceptiones contra testes non admittuntur in iudicio manutentionis. decisione 272. num. 4.

Exceptio firmat regulam in non exceptis. decisione 355. numero 3.

Exceptionis casum euenisse probari debet ab allegante. decisio. 355. num. 4.

Exceptio sua non interest, quemadmodum repellit ab agendo, ita ab excipiendo. decis. 237. num. 1.

Exceptio inimicitia causatur a iure naturali, & propterea per Principem non remittitur. decisio. 358. nu. 3.

Exceptio paupertatis a filio artificis non admittitur, cum ei non sit indecorum proprijs manibus laborare, vt possit se ipsum in totum alere. decis. 470 num. 5.

Exceptio cedendarum non repellit creditorem agentem contra fideiussorem, nisi quando illi culpa sua non potest cedere iura sua. decis. 645. num. 1.

Exceptio cedendarum repellit creditorem agentem, quando iura cedere non potest, vel ex natura obligationis, vel quia debitor est tutus exceptione. decis. 645. nu. 1.

Exceptio cedendarum, sicut aliæ omnes exceptiones, non potest opponi, nisi quatenus intersit. decisione 645. numero 4.

Exceptio simulationis respicit petitorium. decisione 677. num. 2.

Exceptio non adimplementi obstat agenti ad lucrum, etiamsi proueniat ex adimplendi necessitate. decis. 598. num. 1.

Exceptio vsurarum requirens altiorem indaginem, non admittitur ad effectum impediendi exequutionem laudi iuramento, & obligatione Camerali vallato. decis. 490. num. 5.

Exceptio implementi repellit agentem. decisione 464. numero 4.

Exceptio oriens ex ventre Breuis, nunquam censetur exclusa, sed admittitur, etiamsi requirat altiorem indaginē. decis. 728. num. 2.

Exceptio vsuræ non admittitur contra promissionem de soluendo iuratam. decis. 773. num. 6.

Exceptio non implementi repellit agentem ex contractu. decisione 520. num. 4.

Exceptio de iure tertij in iudicio non admittitur. decisione 520. num. 6 Fallit quando allegatio iuris tertij est exclusiua iuris agentis ipso iure, num. 7. Vbi refertur modus, quo ius tertij allegari possit.

Exceptio inualiditatis tituli, qui exhibetur, debet admitti in iudicio manutentionis. decis. 698. num. 3. Vbi si defectus tituli appareat ex lectura ipsius tituli.

Exceptio turbida non admittitur in iudicio manutētionis. decisio. 698. num. 3.

Exceptio declarat regulam. decisione 294. num. 5.

Exceptio, quæ in continenti docet de non iure agentis, admittitur in quolibet iudicio exequutiuo, & priuilegiato. decis. 700. num. 1.

Exceptiones contra personas testium censentur remissæ, quando pars illos examinauit absque alterius partis participatione. decis. 277. num. 3.

Exceptio simulationis non potest opponi aduersus instrumentum iuratum non habita absolutione a iuramento. decis. 5. num. 4.

Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in remedio l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollen. decisione 131. num. 9.

Exceptionem suam reus plene probare debet, quia quo ad eā est actor. decis. 229. num. 1.

Exceptio requirens altiorem indaginem, rejjcitur in possessorijs. decis. 229. num. 1.

Exceptio defectus proprietatis non admittitur in iudicio manutentionis. decis. 35. num. 5.

Exceptio cedendarum impedit immissionem ex Saluiano. decis. 61. num. 3.

Exceptio implementi opponi non potest per eum, qui contractui acquieuit. decisione 68. num. 2.

Exceptio nullitatis contractus non admittitur ad retardandam immissionem in iudicio Saluiani. decis. 324. num. 4.

Exceptio non ampliat, nec operatur, vt in dispositione censeatur comprehensa ea, quæ de sui natura non comprehēderentur. decis. 110. num. 3.

Exceptio debet esse de regula. decis. 580. num. 2.

Exceptio perpetua est. decis. 419. num. 4.

Exceptiua dictio Che, præcedente negatiua potentiæ, videtur affirmare solam potentiam, non autem actum. decis. 431. Declara, vt num. 2. Vbi quid si præcedat affirmatiua dispositio, & num. 3. Vbi de eadem materia.

Excessus in vna parte sententiæ influit in reliquas. decisio. 333. num. 3.

Excessus non consideratur, nisi quando decretum est, vel pro indebito, vel partim ex vera, partim ex falsa causa. decisione 545. num. 6.

Excipiens debet plene, & concludenter, non autem præsumptiue probare suam exceptionem. decisione 425. numero 6.

Excipere potest reus diuersa, & contraria, nisi tamen super exceptione obtinuerit. decis. 384. num. 5.

Excipiendi ius transit in singularem successorem. decisione 585. num. 7. Maxime concurrente detentione ex parte dicti singularis successoris, dicto num. 7.

Excommunicatio promulgata in exequutorialibus incursa, & purificata, censetur ex lapsu terminorum ad parēdum assignatorum. decis. 478. num. 2.

Excommunicatio testi non creditur, vbi etiam quod excommunicatio probatur per assertionem testis. decisione 3. num. 1.

Excommunicationis effectus non suspenditur per recusationem iudicis. decis. 3. num. 3.

Excom-

*Excommunicatus ob non paritionem mandato de manutenendo absolui non potest per Rotam ad cautelam sine speciali commissione.decis.621.num.3*

*Excommunicatus per censuras in Curia latas non absoluitur, nisi parito iudicato.decis.621.num.3.*

*Excommunicato non est danda manutentio.decis.514.numero 2.*

*Excommunicatus agendo non auditur. decisione 606.numero 3.*

*Exclusio filiarum testatoris non sufficit pro coniectura ad exclusionem neptis.decis.344.num.6.*

*Exclusus fideicommisso dicitur is, de quo fideicommissum non loquitur.decis.707.num.1.*

*Exclusione vnius vno casu arguitur ad exclusionem etiam in alio.decis.707.num.4.*

*Excusatio, & restitutio sunt Synonyma, & aquo iure procedunt.decis.364.num.1.*

*Excussio an quis habeat bona mobilia, in quibus primo loco debet fieri exequutio non debet fieri, quando quis non habitat in loco, vbi sit iudicium, & ibi habet alia bona immobilia.decis.552.num.4.*

*Excussio sufficienter facta dicitur, vbi Nuncius ad exequendum deputatus retulit se facta diligentia in bonis debitoris nihil inuenisse. decisione 14.num.2. Vbi quod ita seruatur de stylo coram Auditore Camera in censuris, qua dantur tantum in subsidium.*

*Excussio quando esset difficilis, vel frustratoria extra territorium, ius dicentis debet fieri in loco contractus tantum.decisione 14.num.3.*

*Excussio non est necessaria in bonis decocti.decis.595.nu.3. & decis.760.num.2.*

*Excussio non est necessaria, quando agitur vtili personali actione, vel vtili hypothecaria, vel etiam Saluiano. decis.760.num.2.*

*Exemplum exempli non probat.decis.297.num.1. Amplia, etiamsi scriptura, a qua exemplum extrahitur, sit formiter & legitime exemplata, n.2. Amplia secundo, etiamsi scriptura, de cuius fide agitur, fuisset solenniter, & legitime exemplata.num.2.*

*Exemplum scripturę factum absque auctoritate iudicis nō probat.decis.683.num.1.*

*Exemptiones concessę ab obitu Gregorij XII. vsque ad Martinum V. fuerunt generaliter reuocata per eundem Martinum.decis.355.num.1. Amplia etiam in exemptionibus concessis a veris Summis Pontificibus.*

*Exequutio mandati exequutiui relaxata pro maiori summa ea, que debetur, & sic partim ex vera, & partim ex falsa causa debiti, in totum est nulla. decis.630. num.3.*

*Exequutio fieri non potest super bonis stabilibus, non facta excussione super mobilibus. decisione 557. numero 4.*

*Exequutio citationis probatur per attestationem solius Notarij, vbi sic adest stylus, quod a solo Notario fiat relatio, sicut soli Nuncio referenti etiam sine testibus creditur. decis.261.num 4.*

*Exequutio danda est literis Apostolicis iustificatis. decisio. 605.num.2.*

*Exequutio Cameralis obligationis retardari non potest.decis.686.num.1.*

*Exequutio facta pendente termino ad appellandum reuocāda est.decis.391 num.1.*

*Exequutionis nullitas non sanatur per subsequentem actum.decis.391.num.10.*

*Exequutio facta pendente appellatione non reuocatur tanquam attentata appellatione deserta, si exequutio fuit directa.decisione 592.num.3.*

*Exequutio facta ante obtentam restitutionem in integrum non reuocatur, tanquam attentata.decis.592.nu.6.*

*Exequutio Cameralis obligationis, vt impediatur ratione falsę causa, debet esse circa causam finalem obligationis.decis.540.num.9.*

*Exequutio dicitur cœpta, quando fuerunt decretę litera exequutoriales.decis.138.num.2.*

*Exequutio iam cœpta non retardatur per restitutionem in integrum.decisione 138.num.2.*

*Exequutio sententia lata super incorporalibus fit per solam prestationem patientia.decis.138.num.3.*

*Exequutio facta pendente termino ad appellandum est attētata.decisio.79.num.9.*

*Exequutio debet iustificari ex deductis, non ex deducendis. decis.333.num.4.*

*Exequutio nulliter facta debet reuocari. decisione 333. num.4.*

*Exequutio antequam contra bona donata possit fieri, prius debet fieri excussio contra bona donatariorum ad formā. l. a Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicat. decisione 552.num.2.*

*Exequutio potest fieri contra tertium, qui acquisiuit lite pēdente.decis.609.num.1.*

*Exequutio, vt retardetur, & vt in ea supersedeatur, sufficit leuis fumus, vbi praiudicium non est considerabile. decis.728.num.6.*

*Exequutio non potest fieri super bonis debitoris ab alio possessis.decis.764.num.1.*

*Exequutio ex deductis, non autem ex deducendis iustificari, aut infirmari debet.decis.346.num.1.*

*Exequutio facta vigore sententia, quę transiuit in iudicatum ob non interpositam appellationem, dicitur nulla nō seruatis quatuor terminis, de quibus remissiue.decisione 506.num.1. Vbi quod dicti termini fuerunt inuenti ad effectum, vt pars deducat iura sua.*

*Exequutio contra intrusum lite pendente non citatum non potest fieri, nisi constet ex actis ipsum esse talem, & habere causam a litigante, & nullam ei prorsus defensionem competere.decis.211.num.1.*

*Exequutio facta contra non citatum nulla est, nec possessori praiudicium infert.decis.211.num.1.*

*Exequutio literarum Apostolicarum ob reuerentiam non solet retardari.decis 57.num.2.*

*Exequutio citationis de stylo Hispaniarum probatur per attestationem Notarij qui fungitur vice Nuncij. decisione 275.num.2.*

*Exequutio non debet fieri ante sententiam. decis.654.n.1.*

*Exequutio citationis iustificatur ex comparitione citati, & productione mandati.decis.81.num.4.*

*Exequutio suspenditur, non autem reuocatur ex clausula arbitrio.decis.201.num.1.*

*Exequutio facta appellatione pendente non ex clausula arbitrio, sed alia via est reuocanda. decisione 64. numero 1.*

*Exequutio citationis, quod fuerit facta, probatur per comparitionem citati.decisio 95.num 1.*

*Exequutione non est incipiendum, etiam vbi quis potest propria auctoritate capere possessionem, & adit iudicem.decis.85.num.3.*

*Exequutio dicitur cœpta per carcerationem debitoris.decisio.77.num.1.*

*Exequutio Breuis, seu literarum Apostolicarum non requirit aliam iustificationem, quam eorum, quæ continentur sub clausula constito, &c. decis.580.num.5.*

*Exequutiua via non impeditur per titulum nullum. decis. 755.num.5. Vbi de transactione nulla, & maxime quando nullitas est ex defectu consensus.*

*Exequutiuæ clausulæ non tollunt defectum subreptionis, sed tollunt tantum ea, quæ possunt obstare expressis. decis.739.num.5.*

*Exequutiuæ clausulę non ampliant gratiam, sed præsupponunt illam iam factam.decis.739.num.5.*

*Exequutiuè procedi non potest vigore obligationis Cameralis, vbi illa fuit vulnerata per sententiam. decisio.28. num.1.*

*Exequutoriales debent parti intimari.decis.445.nu.2.*

*Exequutoriales continent tantum monitorium. decisione 445.num.2.*

*Exequutoriales possunt valide relaxari absque eo, quod seruentur termini substantiales.decis.53.num 5.*

*Exequutorialium loco in prophanis relaxatur mandatum exequutiuum.decis.53.num.5.*

*Exequutoris relatio probat possessionem bonorum, in quibus facta est exequutio.decis.242.num.2.*

*Exequutor merus non requiritur, quod sit in dignitate constitutus.decis.445.num.5.*

*Exequutor datus in forma dignum dicitur mixtus. decis. 701.num.2.*

*Exequutor gratiæ certo modo impetratę dicitur mixtus. decis.701.num.2.*

*Exequutor merus efficitur mixtus, quando in exequutione sibi commissa adest clausula vocatis, &c. & amoto, &c. decis.528.num.7. Vbi amplius, quod ab eius sententia datur appellatio.*

*Exequutor lato vocabulo potest iudex appellari. decis.733. num.9.*

*Exequutor mixtus debet assumere partes iudicis alias nulliter procedit.decis.159.num.3.*

*Exequutor dicitur mixtus, vbi gratia fuit expedita in forma dignum.decisione 159.num.3.*

*Exequutor, qui tenetur partes iudicis assumere, debet possessorem citare.decis.147.num.3.*

*Exequutor testamenti ad piam causam potest agere pro exequutione voluntatis testatoris.decis.773.num 1.& 2. Vbi maxime si verba dispositionis sint in ipsum exequutorem collata. Amplia, quod possit agere etiam contra hæredes.num.2.*

*Exequutoris sententia lata absque verificatione in gratia contentorum nulla est.decis.52.num.1. Vbi maxime parte opponente.*

*Exequutor procedens vigore gratiæ in forma dignum nō dicitur merus, sed mixtus.decis.52.num.2.*

*Exequutorem mixtum facit clausula amoto, &c. decisione 52.num.2.*

*Exequutor, cui est commissa causæ cognitio, dicitur mixtus. decis.52.num.2.*

*Exequutor mixtus debet assumere partes iudicis. decis.52. num.2.*

*Exequutor ante expletum sibi munus iniunctum non potest dici functus officio suo. decis.201.num.3.*

*Exequutor datus ad nominandam personam ad commēdam non censetur datus ad erectionem commenda.decisio.94. num.2. Fallit primo, si sit exequutor testamenti simpliciter deputatus.num.2. Fallit secundo, quando ex verbis testamenti apparet testatorem aliter sensisse.nu.3. Vbi, quando dicatur testatorem aliud sensisse.*

*Exequutor, qui assumpsit partes iudicis in admittendo exceptionem, debet etiam illas assumere in cognoscẽdo, an exceptio concludat.decis 64.num.2.*

*Exinde dictio refertur ad factum proxime præcedens in oratione positum.decis.687.num.15.*

*Existens in possessione ędificij, videtur etiam esse in possessione vsus ipsius ædificij.decis.378.num.1.*

*Existens in possessione alicuius sepulturæ, censetur etiam habere possessionem vsus dictę sepulturæ. decisione 378. num.1.*

*Existentia rei penes aliquem de vno tempore, præsumitur etiam de alio.decis.762.num.1.*

*Expensas faciens in re, in qua quis non habet dominiū perpetuum, repetere potest.decis.45.num.3.*

*Expensæ debent refici quo ad sententiam tantum, quando illa est nulla, non autē quo ad processum, quando ille fuit valide fabricatus.decisio.400.num. 1.& 2. Vbi declarātur decisiones contrariæ.*

*Expensæ, & fructus in spolio facto auctoritate iudicis stante clausula arbitrio fuerunt altas reseruati in fine litis, vt in casu relato.decis.363.num.2.*

*Expensæ, quæ modicam continent summam probantur ex libro scribentis, cum in modicis non consueuerint fieri probationes, vel instrumenta, nec adhiberi testes. decisio. 303.num.1. Vbi quod sufficit etiam probatio per coniecturas, & iuramentum. Amplia etiam in expensis magnę summæ, vbi sunt verisimiles.num.2.*

*Expensæ, quando re ipsa probantur, illarum probatio fit per coniecturas, & leuiores probationes. decisione 303. num.2.*

*Expressi, & taciti par est virtus, quando vtrumque procedit ex potentia eiusdem causæ. decisione 608. numero 2.*

*Expressum sub generalitate verborum dicitur specificatū. decis.439.num.2.*

*Expressio eius, quod tacite inest nihil operatur.decisio.677. num.4.& decis.377.num.3.*

*Expressum dicitur, quod ab expresso resultat. decisione 62. num.4.*

*Exten-*

Extensio de persona ad personam in fideicommissis non passim admittitur, nec etiam ex identitate rationis, nec ex præsumpta mente testatoris. decis. 507. num. 3.

Extensio in materia exorbitanti a regulis iuris communis non fit de casu ad casum, neque etiam ex identitate rationis. decisione 502. num. 3.

Extensio non fit in fideicommissis de vno casu ad alium. decis. 217. num. 4. Vbi quod ex substitutione in casum alienationis non infertur ad vocationem in casum deficientis linea.

Extensio non fit in accessorijs. decis. 442. num. 2.

Extensio dici non potest, vbi adest maioritas rationis, sed potius comprehensio, sine tacita dispositio. decisione 783. num. 3.

Extenditur fideicommissum de persona ad personam. decis. 507. num. 3.

Extraiudicialis confessio de aquitate canonica probat contra confitentem. decisione 404. num. 2.

Extraiudicialis attestatio sine partis citatione attendenda non est. decisione 700. num. 27.

Extraiudicialis confessio probanda est per duos testes de loco, tempore, & verbis contestes. decis. 700. nu 33.

Extraiudicialis cõfessio inducit semiplenam probationem. decis. 148. num. 2. Fallit quando testes deponentes de ta li confessione extraiudiciali sunt subditi illius, pro quo deponunt. decisio. 148. num. 2.

Extraiudicialis confessio vnius non potest nocere alijs non habentibus causam ab eo. decis. 148. num. 3.

Extraiudicialis confessio probatur sufficienter per duos testes contestes de loco, & tempore. decisione 711. numero 3.

Extraiudicialis confessio non probatur per testes singulares de loco, tempore, & verbis. decisione 711. numero 5.

Extraneum præferri descendentibus testatoris absurdum videtur, nec præsumendum est. decis. 432. Declara, vt num. 7.

Extrauagans ad Roman. non inducit nouam reseruationẽ, sed inductam in reg. 3. qua alias morte Pontificis expirasset, perpetuat etiam post mortem Papæ, & ideo viuente Papa reseruatio ex ea inducta debet tribui reg. tertiæ, non autem extrauag. decis. 767. num. 9.

Extremitas temporis, vt cognoscatur an recurrendum sit ad præcedentia. decisione 144. num. 9.

Extremum primum in spolio non probatur per confessionem eius, qui spolio agit. decisione 768. num. 2.

Extremum primum in spolio de stylo Rota requirit plenas, & exactissimas probationes. decis. 768. num. 7.

Extremum secundum in Saluiano probatur ex sustentatione litis. decisione 775. num. 1.

Extremum primum in spolio probatur ex instrumentis locationum iunctis adminiculis. decis. 208. num. 1.

Extremum secundum in spolio probatur ex sustentatione litis saltem concurrentibus adminiculis. decisione 38. num. 1.

Extremum secundum in spolio leniores probationes admittit, & sufficit sustentatio litis cum adminiculis. decis. 85. num. 1.



F

FACIENS per alium, per seipsum facere intelligitur. decis. 662. num. 2.

Factum præsumitur tale, prout est solitum. decisione 710. num. 10.

Factum non videtur, quod factum non durat. decisio. 445. num. 4.

Facta ad maiorem cautelam nihil operantur ad validitatem, vel inualiditatem resignationis. decis. 611. nu. 6.

Factum generaliter esse dicitur, quod mora, & impedimento alterius fieri prohibetur. decisio. 528. num. 2.

Factum nudum non sufficit, vbi vltra factum requiritur etiam effectus. decis. 269. num. 4.

Factum iudicis rite procedentis, dicitur factum partis. decis. 589. num. 6. decis. 725. num. 5. decis. 461. num. 1. & decis. 102. num. 5.

Factum antecessoris præiudicat successori. decis. 452. nu. 3. Fallit in his, in quibus antecessor non habet liberam facultatem disponendi. num. 3.

Factum, & ea, quæ sunt facti non præsumuntur. decisione 398. num. 4.

Facultas testandi alicui concessa solum habilitat personam ad disponendum, quod suum, & proprium est, non autem ad acquirendum, quod alienum est. decisione 555. numero 3.

Facultas alienandi data alicui personæ alteri cedi non potest. decis. 426. num. 5.

Facultas reseruata addendi, & minuendi non habet locum in ijs, quę secundum ius commune disposita sunt. decisio. 240. num. 4.

Facultas addendi, & minuendi non extenditur ad totalem derogationem, & alterationem. decisione 240. numero 5. & 6.

Facultas disponendi concessa alicui consumitur in prima dispositione. decis. 405. num. 1. Fallit quando ab initio non fuit plene satisfactum menti disponentis. num. 1.

Facultas disponendi concessa alicui consumitur in prima dispositione. decis. 463. num. 5. Fallit in facultate disponendi collata ad tempus mortis, quia est reuocabilis iuxta naturam vltimæ voluntatis. num. 6. Fallit secundo in actu de sui natura reuocabili. num. 6.

Facultas transferendi pensiones est odiosa, & strictè intelligenda. decis. 733. num. 2.

Facultas transferendi pensiones nunc, & pro tempore reseruatas comprehendit omnes pensiones ante translationẽ, quamuis post facultatem reseruatas. decis. 733. nu. 4.

Facultas transferendi pensionem concessa Thesaurario restringitur ad pensiones reseruatas durante illius officio. decis. 733. nu. 5. Dic procedere, quando facultas fuit cõcessa, non solum intuitu personę, & officij contemplatione, sed loquitur de reseruatis, & reseruandis Thesaurario pro tempore existenti, quæ verba exponuntur pro tempore, & quatenus foret Thesaurarius. num. 6.

Facultas vniendi competens Ordinario refertur ad omnia beneficia exceptis Ecclesijs Cathedralibus, & diuersarũ Religionum. decis. 222. num. 3.

Facultas transferendi pensiones vti odiosa, est digna specia li nota. decis. 143. num. 1.

Facultas affrancandi spacio multi temporis praescribitur. decis. 684. num. 8.

Facultatem testandi Religiosi non habent. decisione 87. numero 1. Fallit in Religioso non claustrali, sed professo commenda, num. 2. Limita fallentiam in militibus Hierosolymitanis, num. 2.

Facultas capiendi possessionem propria auctoritate cessat per aditum ad iudicem, & debet tunc pars citari. decis. 85. num. 5.

Facultas testandi de bonis Ecclesiasticis concessa Conclauistis per Pium IV. fuit reuocata per Pium V. decisio. 76. num. 2.

Facultas alienandi operatur, vt possit fieri alienatio etiam in praeiudicium vocati. decis. 75. num. 10.

Falcidia, & Trebellianica prohibita non censetur, nisi expresse prohibita reperiatur, quod an verum sit. decisione 155. num 2.

Falcidia prohiberi potest, nedum expresse, sed etiam verbis generalibus, & aequipollentibus, quae aliud commode significare non possint. decis. 440. nu. 1. Fallit quando verba aequipollentia aliud importare possunt, nu. 3.

Falcidia debet detrahi ab haerede iure institutionis, vbi legatum fuit vltra dodrantem. decis. 440 num. 2.

Falcidia censetur prohibita, vbi fuit prohibita diminutio legatorum. decis. 440. num. 3.

Falcidiae detractio fit a lege contra testatoris voluntatem. decisio. 440. num. 4.

Falsa causa non potest dici ea, quae a principio est vera, licet postea deficiat. decis. 245. num. 7.

Falsitas causae non potest impedire exequutionem laudi a partibus cum iuramento, & obligatione Cameralis approbati, nisi falsitas sit vera, & clara. decis. 540. nu. 8.

Falsitatis suspicio tollitur per ostensionem protocolli. decisio. 721. num. 10.

Falsa beneficij demonstratio non vitiat reseruationem pensionis, vbi constat de veritate, & corpore. decis. 23. nu. 3.

Falsitas testis, quae non est circa substantialia, non infringit dictum ipsius. decisione 131. num. 4.

Falsa narratiua in gratiosis vitiat gratiam, vbi fuit facta dolose, & fraudulenter, & dicitur dolosa, & fraudulenta, quando est talis, quae verisimiliter induxit Papam ad facilius concedendum. decis. 452. nu. 4. Extende, etiam quod falsa expressio fit ex simplicitate, & ignorantia, quia nihilominus vitiat gratiam. num. 4.

Fama censetur probata per testes deponentes ita publice dici audiuisse. decisione 351. num. 1.

Fama non probat in non antiquis. decis. 228. num. 8.

Fama non probatur per vnicum testem, quinimo talis testis est suspectus de falso. decis. 358. num. 8.

Fama non probat simoniam. decisione 358. num. 8.

Fama, quae in ciuilibus facit semiplenam probationem, in criminalibus neque semiplene probat. decis. 358. nu. 8.

Famae probatio requirit saltem duos testes. decisione 358. numero 9.

Fama, vt probet, debet esse constans, inconcussa, & solida. decisione 277. num. 3.

Fama non probatur per testes deponentes per verba praesentis temporis. decis. 335. num. 5.

Fama debet esse solida, constans, & perpetua. decisione 335. num. 5.

Famae probatio, vt releuat, nihil debet habere in contrarium. decis. 335. num. 5.

Fama boni praeualet famae mali. decis. 335. num. 6.

Fama probatur per testem, qui deposuit, quod audiuit publice. decis. 235. num. 3.

Familiae verbum potest accipi contentiue, ita vt etiam comprehendantur transuersales. decis. 707. nu. 2. Fallit quando constat testatorem sensisse de familia effectiue, quia tunc veniunt soli ipsius descendentes. num. 2.

Familiae verbum intelligitur effectiue, vbi testator addidit pronomen ipsius, seu eiusdem decis 707. num. 3.

Familiae, verbum in dubio debet accipi contentiue. decisione 707. num. 6.

Familiae appellatione comprehenditur foemina. decis. 282. num. 1.

Familiae vt conseruentur, Reipublicae interest. decis. 60. numero 2.

Familiarum nobilitas, & honestas, diuitijs conseruantur, & ob inopiam pereunt. decis. 682. num. 5.

Familiaritas inseruientis Cardinali semel probata praesumitur durare, etiamsi illa alteri Principi ad tempus modicum inseruierit. decis. 656 num. 8.

Familiaritas probatur ex rotulo familiarum iunctis adminiculis. decis. 116. num. 1.

Familiaritas plene probatur per testes deponentes de scientia, & communi reputatione. decis. 116. num. 1.

Familiaritas probatur per testes de auditu ab ipsomet familiari defuncto. decis. 711. num. 4.

Familiaritas ad effectum reseruationis est plene probanda. decis. 711. num. 6.

Familiaritas, vt probetur, debet concurrere mens Domini, consensus familiaris, & praestatio expensarum. decis. 711. num. 7.

Familiaritas habet se ad instar societatis. decis. 711. numero 8.

Familiaritatis priuilegio non gaudent, qui habent literas familiaritatis Cardinalium, si non sunt vere familiares. decis. 265. num. 3.

Fatalia currunt etiam pendente iudicio attentatorũ, quando in illo appellans succubuit. decis. 156. nu. 4.

Fatalia appellationis, quando fuerunt lapsa, sententia trãsit in rem iudicatam. decis. 156. num. 4.

Fatuitas praesumitur potius, quam donatio. decisione 662. num. 8.

Fauore quod inductum est, non debet retorqueri in odium. decis. 545. num. 3.

Fere dictio de sui natura importat diminutionem, & imperfectionem. decis. 290. num. 1.

Ferias alleganti incumbit onus probandi, cum omnis dies sit iuridica, nisi appareat feriata. decis. 100. nu. 2.

Feriatus dies an sit, vel non sit, attenditur consuetudo. decis. 100. num. 2.

Feudum praesumitur potius ex pacto, & prouidentia, quam haereditarium. decis. 256. num. 7.


Fendi

*Feudi inuestitura finita generatione reuonari debet cum proximiore, si dominus feudum pro se retinere nolit. decisione 664. num. 7. Declara, vt num. 8. & seqq.*

*Feudum Princeps generaliter concedendo, quando etiã concessisse videatur accessiones, & incrementa ipsius feudi. decis. 664. num. 14. & 15.*

*Feudi deuolutio quando pertineat ad vsufructuarium, & non ad dominum directum. decis. 664. nu. 16.*

*Feudi concessio, & inuestitura, quid comprehendat, attenditur valor feudi. decis. 664. Declara, vt num. 17.*

*Feudorum concessiones, pro quibus Camera non recepit sufficientem recompensam, inualidantur a Bulla Pij V. decis. 664. Declara, vt num. 20.*

*Feudis non succedit mater, sed proximior defuncti descendens a primo inuestito. decis. 362. num. 1.*

*Feudo feminę succedunt acquisito ex pacto, & prouidentia, & vbi feudum esset femineum. decis. 362. nu. 2.*

*Feudis feminę succedunt, in quibus non requiritur seruitium personale. decis. 362. num. 3.*

*Feudum eo ipso, quod feminæ conceditur, censetur concessa facultas illi seruiendi per alium. decis. 362. nu. 3.*

*Feudalia non veniunt in generali dispositione. decisio. 362. num. 4.*

*Feudalis rei concessio non præsumitur emphyteutica, sed cẽsualis. decis. 170. num. 8.*

*Fideicommissaria bona alienari non possunt, & alienata vẽdicantur ab emptoribus. decis. 426. num. 1.*

*Fideicommissaria, & vulgaris substitutio, in qua vocantur descendentes, non terminatur in primis adeuntibus, sed ad omnes profertur descendentes de gradu in gradũ propter implicitum statum futuri temporis obliquando directam institutionem. decis. 343. num. 3.*

*Fideicommissaria substitutio inducitur per verba communia. decis. 343. num. 9.*

*Fideicommissarius, seu legatarius an, & quando dicatur legitimus contradictor in remed. l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen. decis. 431. num. 8.*

*Fideicommissarius non succedit, quamdiu viuit heres directus. decis. 496 num. 5.*

*Fideicommissario potest concedi immissio pro indiuiso, quãdo heres debet detrahere legitimam, & Trebellianicam. decisione 565. num. 5.*

*Fideicommittentis possessio probata per testes, & adminiculа ex dicto eiusdem fideicommittentis sufficit ad obtinendum in interdicto possessorio adipiscendi absque alia verificatione dominij. decis. 718. num. 6.*

*Fideicommissario vt fiat restituendi fructus per granatũ, requiritur interpellatio. decis. 520. num. 8.*

*Fideicommissarius purificata fideicommissi conditione immittendus est in possessionem bonorum fideicommissariorum. decis. 276. num. 2.*

*Fideicommissarius debet capere de manu heredis, quando bona fideicommisso subiecta stant penes heredem, aliter secus. decis. 276. num. 5.*

*Fideicommissum extenditur de persona, ad personam. decisione 507. num. 3.*

*Fideicommisso conditionali per diuisionem non censetur renunciatum. decis. 624. num. 1.*

*Fideicommisso renunciatum non censetur, quando illud est conditionale ex iurium cessione. decisione 624. numero 2.*

*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, etiam quod fuerit promissum illi non contrauenire. decis. 624. num. 3.*

*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, etiam quod in ea adsit clausula ad habendum. dec. 624. num. 4.*

*Fideicommisso per diuisionem cum clausula quod census, & loca Montium pleno iure dominij, vel quasi spectẽt ad videntes. decis. 624. num. 5.*

*Fideicommisso renunciatum non censetur ex promissione euictionis, & susceptionis litis. decis. 624. nu. 6.*

*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem etiam iuramento vallatam. decis. 624. num. 7.*

*Fideicommisso renunciatum an censeatur per diuisionem inæqualiter factam. decis. 624. num. 9.*

*Fideicommisso an sit renunciatum per diuisionem, nec ne? attenditur subsequuta diuidentium obseruantia. decis. 624. num. 11. & seq.*

*Fideicommisso vt renunciatum dicatur, non sufficit alienatio necessaria, sed requiritur voluntaria. decisione 624. num. 12.*

*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem factam, non solum de bonis fideicommissarijs, sed etiam proprijs. decis. 624. num. 13.*

*Fideicommisso renunciatum non censetur per diuisionem, etiam quod super ea fuerit sequutum laudum. decisione 624. num. 14.*

*Fideicommissum relictum post mortem alicuius non censetur purificatum per mortem ciuilem, & per damnationẽ ad triremes. decis. 492. num. 4.*

*Fideicommissum dicitur nominatim relictum, quando fideicommissarius fuit nomine proprio vocatus. decisione 403. num. 7. & seqq.*

*Fideicommissum relictum a secundo substituto, deficiente ipso secundo substituto, remanet penes primum cum onere restituendi tertio substituto. decisione 403. numero 13.*

*Fideicommisso facto ad fauorem aliquorum dummodo assumant arma, & insignia testatoris, factus locus non est, si sic eum conditione vocati, conditionem non implerent. decis. 453. num. 2.*

*Fideicommissum sub conditione relictum, conditione deficiente, locum non habet. decis. 453. num. 4.*

*Fideicommissum censetur inductum a testatore, quando ab eo descendentes fuerunt bis in conditione positi cum qualitate masculinitatis. decis. 344. num. 14.*

*Fideicommissum censetur inductum a testatore ex qualitate masculinitatis ex feminarum exclusione propter masculos ex vocatione feminarum in defectu masculorum, ex reciproca inter institutos, & ex vocatione extraneorum, ex compendiosa inter eosdem institutos. decis. 344. num. 16.*

*Fideicommissum censetur inductum a testatore ex digressu ad plures substitutionum gradus. decis. 344. nume. 16. 17. & 18.*

Fideicommissum censetur inductum a testatore, quando apparet eum habuisse rationem conservandi bona in agnatione. decisione 344. numero 16. 19. & seq. Vbi etiam ex quibus eliciatur testatorem voluisse bona in agnatione conservari.

Fideicommisso ut dicatur renunciatum transactione tria requiruntur, de quibus decis. 782. num. 6.

Fideicommissum, seu substitutio alicui facta, si sine filijs decesserit, non dicitur purificatum, donec, & quousque sit spes, quod ille, cui quis substitutus est, possit filios procreare. decis. 593. num. 1.

Fideicommissum absolutum inducitur ad favorem familię, & agnationis ex prohibitione alienationis pro conservatione bonorum in familia, & agnatione. decisio. 681. num. 1.

Fideicommissum perpetuum censetur inductum, quando testator processit ad plures gradus substitutionum. decis. 538. num. 5. Contrarium vero quod id non sit sufficiens ad inducendum fideicommissum. num. 5.

Fideicommissum tanquam onus non debet temere induci. decisione 667. num. 2.

Fideicommisso ordinato in casum mortis instituti, fit locus statim sequuta illius morte. decis. 182. num. 1.

Fideicommissum universale arguitur ex prohibitione detractionis Trebellianicę. decisione 182. num. 2.

Fideicommissum prǽsumitur universale, ubi testator voluit hęreditatem suam conservari in eius domo in ęternum. decis. 182. num. 4.

Fideicommissi scientia, ac prohibitionis alienationis, eiusque qualitatem probatur ex illius mentione una cũ commemoratione testamenti. decis. 342. num. 4.

Fideicommissi scientia arguitur ex promissione evictionis ratione fideicommissi in venditione rei fideicommisso subiecta. decisione 342. num. 4. Vbi maxime si promissio sit geminata.

Fideicommissum ad certos gradus restrictum, illis deficientibus, expirat, & possunt bona illius ab ultimo vocato alienari. decis. 203. num. 1.

Fideicommissum absolutum censetur inductum ad favorem agnationis, etiam in casum mortis ex prohibitione alienationis facta cum expressione causa finalis, quia vult bona conservari in agnatione. decis. 203. num. 3.

Fideicommissi renunciatio inducitur, ubicunque quis renũciavit cuicunque successori ex testamento provenienti. decis. 714. num. 1. Vbi maxime quando verba renunciationis habent contractum successivum, nec aliud adest testamentum, in quo verificari possint.

Fideicommissum, ut censeatur remissum, necesse est, quod sit reciprocum, & tempore remissionis purificatum. decisione 714. num 9. Fallit ubi agitur de renunciatione fideicommissi facta a volente ingredi Religionem. numero 9.

Fideicommissarius non implens pręceptum testatoris substitutos non excludit. decisione 494. num. 1.

Fideicommissi purificati tempus attendi debet. decisione 282. num. 2.

Fideicommissum non potest esse perpetuum, nisi ad ulteriores gradus successionis ordine extẽdatur. decis. 282. n. 8.

Fideicommissum conditionale non transmittitur. decisione 380. num. 1. Vbi neque etiam ad liberos. Fallit, ubi apparet de voluntate testatoris, non solum expressa, sed etiam tacita ex coniecturis, num. 3. & 7. Vbi sine difficultate si sunt plures simul iunctę. Coniectura est, quando testator vocavit haredes, seu filios substituti in ulteriori gradu, qui erat extraneus, casu quo ipse substitutus mortuus esset, quia tunc credendum est etiam voluisse transmitti ad filios pręcedentis substituti, qui erat de descendentibus. num. 3. Coniectura transmissionis item est, quod filij fuerint positi in conditione, num. 4. & 7. Vbi quod hęc coniectura cũm alijs multum operatur.

Fideicommissi conditionalis, quod transmittatur, coniectura est, quod alias testator anteposuisset extraneum suis descendentibus. decis. 380. num. 5. Item coniectura pro transmissione est, quod substitutio sit unita cum iure accrescendi, quia sicut transmittitur ius accrescendi, ita etiam debet transmitti substitutio fideicommissaria, numero 6. Vbi maxime si hac coniectura cum alijs iungatur. Item pariter valida est coniectura, quod testator fecerit plures gradus substitutionum. num 7.

Fideicommissum non consequitur is, qui non probat se in casu fideicommissi vocatum, & sufficit gravato dicere, substitutio hunc casum non comprehendit. decisione 267. numero 1.

Fideicommissum non inducitur per prohibitionem alienationis in casum mortis, quando in alia parte testamenti fuit facta substitutio in dictum casum. decisione 267. num. 4.

Fideicommissum particulare factum super aliqua re non facit, quod censeatur recessum a fideicommisso universali facto super omnibus bonis. decis. 267. num. 2.

Fideicommissum etiam super re hęredis fieri potest. decisio. 384. num. 2.

Fideicommissum impugnare non potest, qui obtinuit illud canonizari per sententiam. decis. 384. numero 2. & 3. Etiamsi sit canonizatum in alio iudicio adversus aliam personam.

Fideicommissi proprietas libera remanet apud gravatum, ubi fideicommissarius pradecedit. decis. 653. nu. 2. & 3. Vbi adducitur ratio.

Fideicommissum dicitur reale, ubi verba sunt directa in rẽ, non autem in personas. decisione 231. num. 1.

Fideicommissum reale operatur gravamen reale, & afficit omnes personas, & quoscunque possessores. decis. 231. num. 1.

Fideicommissum perpetuum adesse dicitur, ubi alias dispositio testatoris non posset servari. decisione 231. numero 2.

Fideicommissum dicitur reale, ubi fuit prohibita alienatio domus insignis, & ad quam testator habuit affectionem. decis. 231. num. 3.

Fideicommissum dicitur reale, ubi verba sunt directa in rẽ, non autem in personas. decisione 268. num. 1.

Fideicommissi ignorantia excusat a caducitate, seu contraventione. decis. 268. num. 2.

Fideicommisso alienatio rei subiectę tenet quo ad quartam Trebellianicam. decisione 215. num. 1.

Fidei-

*Fideicommisso alienatio rei subiecta per grauatum facta antequam aliquos fructus percipiat, est valida, & imputatur in quartam, ita vt emptor non possit inquietari. decis. 215. nu. 1. 4. & 9.*

*Fideicommissi fructus imputantur haeredi extraneo in Trebellianicam, secus autem in filijs primi gradus. decisio. 215. num. 1.*

*Fideicommisso alienatio rei subiecta pendente conditione valida est, licet adueniente conditione resoluitur. decis. 215. numero 2. Intellige quatenus alienatio fit vltra quartam, num. 2.*

*Fideicommissum potest alienari pro restitutione dotis. decis. 477. nu. 2.*

*Fideicommissum non remittitur ex diuisione. decisio. 67. numero 1. Vbi maxime non probata scientia testamenti, nec sufficiunt clausulae generales, sed debent esse praegnantes.*

*Fideicommissum est vniuersale, vbi substitutio fuit facta inter institutos vniuersaliter. decis. 41. nu. 1.*

*Fideicommissum non continens iura, & actiones, dicitur particulare. decis. 41. nu. 2.*

*Fideicommisso vniuersali non censetur recessum per fideicommissum particulare, cum non sit inconueniens, quod vna, & eadem res fideicommisso particulari, & vniuersali sit supposita. decis. 41. nu. 2.*

*Fideicommissum censetur vniuersale etiam ad fauorem positi in secunda substitutione, quando apparet, quod est vniuersale ad fauorem positi in tertia substitutione. decis. 41. nu. 3.*

*Fideicommissum conditionale non transmittitur, nec etiã ad liberos. decis. 59. nu. 1. Fallit stantibus indicijs, & coniecturis pro transmissione. nu. 1.*

*Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniectura aequalitatis inter vocatos. decis. 59. nu. 2.*

*Fideicommissum conditionale transmittitur, quando ita testator se cõformauit cum dispositione iuris communis. decis. 59. nu. 3.*

*Fideicommissum conditionale transmittitur, quando testator vocauit substitutos in stirpes, non autem in capita. decis. 59. nu. 4.*

*Fideicommissum conditionale non transmittitur, quando testator substitutum proprio nomine vocauit. decisio. 59. numero 5. Vbi declara. Fallit stante contraria voluntate testatoris nu. 5.*

*Fideicommissi transmissio in filium leuioribus coniecturis admittitur. decis. 59. nu. 6.*

*Fideicommissi ius, seu alterius successionis conditionalis, mortuo testatore, reputatur ius considerabile, & radicatum ad effectum, vt ei in dubio non censeatur derogatũ. decis. 128. nu. 2.*

*Fideicommisso bona subiecta non veniunt in generali institutione. decis. 84. nu. 5.*

*Fideicommissum an censeatur inductum per prohibitionẽ alienationis extra familiam. decis. 155. nu. 4.*

*Fideicommissi restitutio fideicommissario, quando facienda est in bonis Drogheriae, attendi debet tempus obitus grauantis, & non grauati. decis. 220. n. 1.*

*Fideicommissario Drogheriam restituere non tenetur haeres grauatus in gratiam fideicommissarij aliquid lucrari. decis. 220. nu. 2. & 3.*

*Fideicommissorum restitutio, vbi facienda est, veniunt ea, quae erant in haereditate tempore obitus grauantis. decis. 220. num. 3.*

*Fideicommisso vniuersali existente, quando vna res, vel quantitas succedat loco alterius. decisione 220. numero 4.*

*Fideicommisso relicto in mobilibus, & vtensilibus restitutio facienda est secundum tempus purificati fideicommissi, dummodo absit dolus, & fraus grauati. decisione 220. num. 5.*

*Fideiussio minoris adhibitis solennitatibus statutarijs Vrbis valida est. decis. 245. numero 1. & 2. Vbi amplius, quod minor sic fideiubens non restituitur in integrum.*

*Fideiussionis instrumentum ostendit obligationem fideiubentis. decis. 669. nu. 2.*

*Fideiussio accedens obligationi facit debitum grauius. decis. 695. nu. 2.*

*Fideiussio est medecina sequestri. decis. 654. nu. 5.*

*Fideiubens minor nõ obstante iuramento restituitur, quando adest enormissima laesio. decis. 709. nu. 2.*

*Fideiubens minor viginti quinque annis de iure communi restituitur in integrum. decis. 709. nu. 6.*

*Fideiussor, qui dinstetit in obligatione potest a principali debitore petere liberationem dictae obligationis. decisio. 456. num. 3.*

*Fideiussoris obligatio corruit corruente principali obligatione. decis. 255. nu. 2.*

*Fideiubens censetur consentire contractui, vbi consensus simpliciter requiritur, secus quando requiritur consensus expressus, vel pro forma. decis. 225. nu. 5.*

*Fideiubens sub conditione, ea purificata tenetur. decisione 70. numero 1.*

*Fideiubens non tenetur quoties mutatur iudex, res, vel actio. decis. 70. nu. 2.*

*Fideiubens pro decreto faciendo a primo iudice non tenetur pro decreto faciendo a iudice appellationis. decisione 70. numero 2.*

*Fideiussores non liberantur, quando res non mutatur. decis. 70. num. 7.*

*Fideiussor non tenetur, quando res est mutata, quia eius obligatio alteratur. decis. 70. nu. 7.*

*Fideiussor adhuc est obligatus, etiamsi soluatur species pro pecunia, & e conuerso, quando hoc fieri non est prohibitum. decis. 70. nu. 7.*

*Fideiussorem, quando quis promittit pro decreto faciendo a iudice primae instantia, non tenere pro decreto faciendo a iudice appellationis, procedit in fideiubente eorum certo iudice. decis. 70. nu. 9.*

*Fideiussor indicij fingitur condemnatus vna cum principali. decis. 70. nu. 10.*

*Fideiubere pro marito, vxor regulariter non potest. decisio. 619. numero 3. Fallit, quando fideiussor cum iuramento, num. 3.*

*Fideiussores de sui natura sunt lesinae. decisione 619. numero 5.*

*Fideiussor non tenetur, nisi prius sit facta debita diligentia contra*

contra principalem debitorem. decis. 14. num. 1. Fallit quando principalis debitor est absens a loco iudicij, & cõstat notorie eum non esse soluendo, num. 1. & 2. Ubi quod non requiritur sententia declaratoria, quod principalis debitor non sit soluendo, ubi id est notorium.

Fideiussor pro fideiussione aliquid moderatum recipere potest, dummodo non excedat summam, pro qua fideiubet. decisione 69. num. 3.

Fideiussoris obligatio est diuisibilis, & tenet semper in ea parte, in qua tenet obligatio principalis. decisione 106. num. 6.

Fideiussoris interest esse minus obligatum, quam fieri possit. decis. 106. num. 6.

Fideiussor censetur se obligasse ad ea omnia, quæ veniunt ex natura obligationis, & contractus, cui accessit. decis. 370. num. 2.

Fideiussor ad certam summam obligatus non liberatur per solutiones, quę in usuris computantur. decisione 370. num. 4.

Fideiussori competunt omnes exceptiones, quæ competunt principali. decis. 392. num. 4.

Fides Parochi numquid probet infirmitatem coniugum. decisione 519. num. 8.

Fides Medicorum, præsertim adminiculata, probat infirmitatem. decis. 519. num. 8.

Fides nõ facit aliquem gradũ probationis. decis. 692. nu. 7.

Fides extracta lite pendente non probat. decisione 323. numero 4.

Fides sufficit pro fumo, & pro remouenda calumnia in materia remissoria. decis. 503. num. 3.

Fides instrumenti non tollitur ex depositione testium instrumentariorum, & Notarij, quod non fuit factum tale instrumentum. decis. 661. num. 3.

Fides periti per ipsum subscripta, & postea per eum cum iuramento recognita, facit fidem. decisione 353. numero 2.

Fides simplex non probat, nec est attendenda. decisione 471. num. 5.

Fides agnatorum a lege magis comprobatur in administratione tutelæ, quam aliorum, quia ob spem successionis diligentius administrant. decis. 744. num. 2.

Fides Parochi ad probandam negatiuam sine iuramento, & citatione non sufficit. decis. 483. num. 2.

Fides iudicis attestantis de gestis coram se probat. decis. 483. num. 9.

Fides bona in quærendis non requiritur. decisio. 181. numero 2.

Fides bona ex titulo probatur. decis. 181. num. 2.

Fides Notarij non facit sufficientem probationem. decisione 466. num. 3.

Fides non facit fidem. decis. 318. num. 4. & 709. nu. 6.

Fides bona in dubio præsumitur. decis. 280. num. 2.

Fides bona præsumitur in matrimonio palam, & publice cõtracto. decis. 280. num. 2.

Fides baptismi probat minorem ętatem baptizati. decisione 709. num. 1.

Fides mala auctoris nocet heredibus. decisione 164. nu. 3.

Fides mala non præsumitur. decis. 369. num. 5.

Fides mala excluditur ex coniecturis. decisione 369. numero 5.

Fides non facit fidem etiamsi Notarius attestetur de instrumento a se rogato. decis. 467. numero 2. Declara, ut numero 3.

Fides bona potest causari ex iniustis, & temerarijs titulis. decis. 320. num. 2.

Fides bona deducta ex errore iuris, licet non sufficiat ad præscriptionem dominij, tamẽ ad acquisitionem fructuũ sufficit. decis. 320. num. 2. Distingue inter errorem iuris, cui ius non resistit, nec assistit, & errorem, cui ius resistit, num. 4. Aduerte, quod quando ius non resistit simpliciter, sed datur certa forma, tunc non est prohibita acquisitio fructuum. num. 4. & 5.

Fides bona positiua est exclusiua omnis ignorantię facti, & iuris. decis. 320. num. 2.

Fide bona emisse dicitur, qui emit a falso curatore minoris, quem verum credebat. decis. 320. num. 3.

Fides Parochi probat matrimonium alijs coniecturis adminiculata. decis. 341. num. 2.

Fiduciarius, seu confidentiarius heres, non dicitur verus heres, sed potius custos, minister, seu depositarius, & propterea tenetur restituere hereditatem cui de iure, una cum fructibus non retenta pro se aliqua parte. decisione 765. num. 1.

Fiduciarius heres, seu confidentialis censetur institutus per verbum confidentiam importans, utputa, quando testator dixit Mi confido, e sò, che lui esseguirà secondo che lui sà la mente mia. decis. 765. num. 4.

Filia assatnto exclusa, cui pater aliquid in testamento reliquit, potest petere supplementum legitimæ. decis. 98. nu. 9. Contrarium verius, num. 9.

Filia, ubi renunciat hereditati paternæ ad fauorem masculorum, non cogitur pater masculis relinquere, sed potest testando illis prçiudicare. decis. 75. nu. 5. Amplia, quod pater possit etiam filiæ præiudicare non obstante, quod in renunciatione illa sibi reseruauerit facultatem succedendi. num. 5.

Filiæ ęque dotantur, modo ęque bene in matrimonio collocentur, licet plus uni, quam alteri tradatur. decis. 60. num 4.

Filiusfamilias non potest stare in iudicio absque consensu patris. decis. 53. num. 2.

Filiorum appellatione iuxta sermonis proprietatem non veniunt nepotes. decis. 507. num. 1.

Filiorum appellatione de communi usu loquendi non veniunt nepotes. decis. 507. num. 3.

Filiorum appellatione quandoque comprehenduntur nepotes per extensionem, & impropriè. decis. 507. nu. 3.

Filiorum appellatione in fideicommissis nepotes non veniũt etiam in vocatione actiua. decis. 507. nu. 4. & 5.

Filiorum appellatione an veniant nepotes, potissimum attẽduntur coniecturæ. decis. 507. nu. 6. & seqq. Ubi plures referuntur coniecturę, ex quibus colligitur testatorem filiorum appellatione noluisse vocare nepotes.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando testator disertiue loquutus fuit de filijs, & nepotibus. decis. 507. num. 7.

Filiorum

# Index Summariorum.


Filiorum appellatione veniunt nepotes in fideicommissis ascendentium.decis.507. Declara,ut num.12.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, etiam quod filij sint vocati in futurum euentum. decisione 507. numero 14.

Filiusfamilias maior viginti quinque annorū fideiubere potest ad fauorem patris, non obstante pragmatica prohibente recipi obligationes filiorūfamilias absque expresso patris consensu.decis.485.nu.5.

Filij clericorum pensiones habere non possunt super fructibus beneficiorum,quę parentes eorum obtinent,vel obtinuerunt.decis.549.nu.4.

Filij positi in conditione censentur vocati vigore statuti Vrbis, quicquid secus sit de iure communi. decisione 332. num.1.& 2.

Filius dicitur patri agnatus.decis.332. nu.2. Vbi declaratur hęc conclusio,& nu 3.

Filij veniunt etiam appellatione agnatorum in fideicōmissis.decis.403.nu.2.

Filij possunt patri succedere ex triplici capite; nempe tanquam filij, tanquam agnati,& tanquam cognati. decis. 403.num.3.

Filijs ad agnoscendum successionem paternam datur annus,siue succedant ex capite liberorum, siue ex capite agnatorum,vel cognatorum.decis.403.nu.4.

Filij in conditione positi vigore statuti Vrbis numquid censeantur vocati per fideicommissariam substitutionem solum,an vero etiam per vulgarem.decisio.403.num.5.& seqq.& num.14.

Filij positi in conditione, quando dicantur expresse vocati. decis.403.nu.10.

Filię feminę non dicuntur de linea testātur,sed sunt principium linea.decis.453.nu.5.

Filijfamilias donatio facta sine consensu patris de bonis,in quibus pater habet vsumfructum inualida est. decisione 596.numero 1. & 2. Vbi amplius, quod non valet non solum quo ad vsumfructum, sed nec etiam quo ad proprietatem.

Filijfamilias donatio facta de bonis, in quibus pater habet vsumfructum sine illius consensu iuramento non validatur.decis.596.nu.7.& 8.

Filijfamilias iuramentum vigore statuti Vrbis in contractibus appositum prasumitur dolo extortum. decis.596. numero 8.

Filiorum legitimitas probatur leuioribus probationibus, quando non agitur principaliter de fœdere matrimonij, sed incidenter ad effectum succedendi. decisione 390. numero 1.

Filio imputari non potest,quod sibi non prouiderit de cōcludenti probatione matrimonij, cum adhuc natus nō erat. decis.390.num.2.

Filiorum legitimitatis sufficientem probationem faciunt cohabitatio maris, ac feminę publice reputatio eorum, vt coniugati; Nec non baptismus filiorum ortorum ex ijs tanquam coniugibus, ac eorundem in actibus iudicialibus nominatio, vt coniugum. decisione 390.numero 4.

Filij, & eorum descendentes a testatore ad eius hęreditatem vocati,non copulatiue, sed ordine successiuo vocati censentur.decis.344.nu.2.

Filij in conditione positi censentur vocati, quando sic constat per coniecturas de voluntate testatoris. decis.344. num.14.De quibus stat arbitrio iudicis, num.15.& 16.Vbi recensentur plures coniectura.

Filius non dicitur pręteritus in testamento patris,qui iure institutionis illi menstruatim reliquit Scuta quinque decis.367 nu.1.

Filius institutus a patre in minori summa eius, quod importat,legitima, potest petere supplementum legitimę. decis.367.nu.1.

Filius non dicitur pręteritus in testamento patris si iure institutionis aliquid etiam minimum ipsi relinquitur. decis.367.nu.2.

Filius,quando in testamento patris, in quo adest clausula codicillaris, pręteritus est instituto altero filio censetur rogatus dempta sua legitima. Residuum fratri restituere.decis.367.nu.5.

Filius pręteritus non potest dare de nullitate testamenti paterni ex statuto Bononia.decis.367.num.6.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando agitur de extendendo fideicommisso inter transuersales. decisio. 693.num.4.

Filiorum appellatione veniunt nepotes in fideicommisso, quando sic colligitur ex coniecturis fuisse mentem testatoris.decis.693.nu.4.Vbi etiam ponitur vnica coniectura excludens hanc testatoris mentem.

Filiorum appellatione in fideicommisso numquid veniant nepotes, quando testator prohibita bonorum alienatione voluit bona sua perpetuo manere in familia. decis.693. numero 5.

Filijs a iure prima succedendi causa tributa est.decis.693. numero 6.

Filios pater alere tenetur ětiam quomodolibet illegitimos, & descendentes ab eis.decis.224.nu.1.Vbi etiam quod istud onus transit ad hęredes.

Filius renunciando alimentis sibi a patre debitis dicitur enormissime lęsus, & propterea aduersus renunciationem debet in integrum restitui. decisione 224. numero 2.

Filius ali non debet a patre, quando aliunde habet vnde se alat, & quomodo hoc intelligatur. decisione 224.numero 5.& seq.

Filij tam masculi, quam feminę vtriusque matrimonij aqualiter ad hęreditatem matris admittuntur.decisione 461.numero 3.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, aut pronepotes.decis.667.num.1.

Filiorum appellatione veniunt nepotes, vbi agitur de exclusione substitutorum in fauorem hęredis instituti. decisione 667.numero 2. Secus vbi agitur de inducendo fideicommisso,nu.2.& 3.Vbi declaratur. l.Lucius.85. de hęredib.instit.& nu.13.

Filij positi in conditione non censentur vocati. decis.667. numero 3.

Filiorum appellatione ex coniecturis veniūt nepotes,dummodo coniecturę sint plures,& violenta.dec.667.nu.4.


Filiorum

# Index Summariorum.


*Filiorum appellatione non veniunt nepotes, vbi testator discretiue loquutus fuit de filijs, & nepotibus. decisio. 667. numero 5.*

*Filiorum appellatione non veniunt nepotes, vbi testator vocauit filios cum dictione, suos. decis. 667. num. 6.*

*Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando testator reciproce substituit filios, nec ad vlteriorem substitutionis gradum processit. decis. 667. nu. 7.*

*Filiorum appellatione non veniunt nepotes, nec testator censetur illorum habuisse rationem, quando vsus fuit verbo singulari, & nepotes plures poterant nasci. decis. 667. nume. 7.*

*Filij in conditione positi, vbi sunt vocati, censentur vocati ad portionem patris, non autem patrui. decisio. 667. numero 8.*

*Filiorum appellatione nepotes, ac pronepotes veniunt, vbi testator habuit rationem conseruandę agnationis, etiãsi sint solum in conditione positi. decisione 667. numero 9. Contrarium, num. 11.*

*Filiorum nepotum, & filiorum sororum vocatio non censetur facta sub nomine collectiuo, sed potius appellatiuo. decis. 668. nu. 3.*

*Filius, quando possidet, est legitimus contradictor ad impediendam immissionem fideicommissarij ratione legitimę sibi debita, nisi tamen fideicommissarius velit concedere retentionem pro legitima. decis. 562. num. 4.*

*Filius succedit in bonis liberis patri ab intestato defuncto. decis. 538. nu. 6.*

*Filij positi in conditione, vt ex coniecturis, censeantur vocati, coniecturę debent esse necessariæ, & vrgentes, presertim in extraneis, & non descendentibus a testatore. decis. 538. nu. 6.*

*Filij positi in conditione cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis censentur vocati. decisio. 538. numero 7. Fallit, quando dicta qualitas potest intelligi adiecta fauore substituti.*

*Filij positi in conditione non censentur vocati etiamsi testator processerit ad plures gradus substitutionum. decisio. 538. num. 7.*

*Filij positi in conditione, quando sunt actiue vocati, non censentur passiue grauati. decis. 538. nu. 8.*

*Filijs, & nepotibus est magis debita hęreditas patris, vel aui, quam hæreditas transuersalium. decisione 667. numero 10.*

*Filij in conditione positi ex sola ratione conseruandę agnationis non censentur vocati. decis. 667. nu. 12.*

*Filio obedienti, & non contradicenti matri ob reuerētiam non imputatur. decis. 662. num 2.*

*Filij institutio etiam in modico sustinet testamentum. decisio. 662. nu. 7.*

*Filius potius præsumitur nolle impugnare testamentum paternum, quia credidit sibi non licere, quam quod voluerit iactare opulentissimam hæreditatem testamento annullato sibi defendendum. decis. 662. nu. 8.*

*Filij positi in conditione ex statuto Vrbis censentur vocati. decis. 707. nu. 7.*

*Filiusfamilias minor non potest contrahere absque solennitatibus a iure requisitis. decis. 385. nu. 2.*

*Filij dicuntur legitimi etiãsi matrimonium subsequatur. decis. 748. num. 2.*

*Filia a statuto exclusa dicitur agnita, quando aliquid certum fuit ei relictum iure institutionis. decisione 408. num. 4. Contra vero quod non sufficiat institutio in re certa, nisi fiat mentio legitima, videlicet, de quota. numero 5.*

*Filiorum appellatione veniunt feminę, sicut masculi. decisione 354. nu. 1. Vbi maxime in vltima voluntate.*

*Filiorum appellatione veniunt feminæ, etiam quod in alia parte testamenti, quando testator vocauit filios illos, vocauerit cum expressione masculinitatis. decis. 354. numero 2. Vbi nisi adsint coniecturę in contrarium, & maxime, vbi agitur de diuersis personis in diuersis substitutionibus. Fallit, vbi agitur de conseruanda agnatione. num. 5.*

*Filiorum mentio non est restringenda ad masculos, ex eo, quod in alia parte testamenti expressa fuerit qualitas masculinitatis, quando probabilis ratio reddi potest, cur magis in vno casu, quam in alio expressa fuerit qualitas masculinitatis. decis. 354. nu. 3. & 5.*

*Filij sequuntur agnationem patris, non autem matris. decis. 354 nu. 4.*

*Filiarum testatoris exclusio non sufficit pro coniectura ad exclusionem neptis. decis. 354. nu. 6.*

*Filius grauatus vltra legitimam detrahit etiam Trebellianicam. decis. 259. nu. 4.*

*Filia dotatę de auctis facultatibus post dotationem, nihil debetur. decis. 195. nu. 4.*

*Filia legitimata patre petente, licet legitimam petere possit, quia per legitimationem est sublata omnis macula, tamen non est verum quando in legitimatione fuit dictum, quod pater ei potuit relinquere, quod sibi placet. decis. 195. nu. 6.*

*Filio artificis non admittitur exceptio paupertatis, cum ei non sit indecorum proprijs manibus laborare, vt possit se ipsum in totum alere. decis. 470. nu. 5.*

*Filijs in infinitum ad fideicommissum vocatis intelliguntur etiam vocati nepotes. decis. 718. nu 2.*

*Filiorum appellatione regulariter nō veniunt nepotes. decis. 718. nu. 2.*

*Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, quando disponens non restrinxit suam dispositionem ad certos, & determinatos filios, sed retulit in incertum futurum, & perpetuum euentum. decis. 718. nu. 2.*

*Filius mortuo patre subintrat in locum ipsius, & omnia in re proprio consequitur, quæ patri antea competebant. decis. 626. nu. 6.*

*Filij suscepti in incestu non legitimantur per subsequens matrimonium, etiam verum data scientia tempore, quo fuerunt suscepti. decis. 280. num. 4. Fallit stante dispensatione Papæ cum decreto legitimationis prolis tam susceptę, quam suscipiendæ. nu. 4.*

*Filij positi in conditione ex statuto Vrbis censentur vocati. decis. 407. nu. 1.*

*Filius, & pater sunt vna, & eadem persona. dec. 335. n. 3.*

*Filij persona non dicitur diuersa a persona patris. decisio. 335. num. 3.*


*Filij*

# Index Summariorum.


*Filij fratrum,& frater succedunt defuncto sine filijs in stirpes, non autem in capita. decis. 59. num. 3.*

*Filiæ præsumuntur magis dilectę, quam neptes. decis. 428. num. 5.*

*Filia legatum dotis integrum debetur, licet filia fuerit nupta a fratre cum minore dote. decis. 428. num. 6.*

*Filiæ spuriæ dos constituta, mortua filia sine filijs, reuertitur ad dotantem, vel eius hęredes, nisi fuerit per iudicē constituta secundum taxationem, & valorem alimentorum, quia tunc non transit ad hæredes patris, sed ad hæredes filię. decis. 395. num. 1. Declara, vt num. 4.*

*Filiarum appellatione masculi non continentur. decis. 307. num. 5.*

*Filius iudicium patris agnoscendo simpliciter non præiudicat sibi quo ad supplementum legitimæ, quia de eo specialis mentio fieri debet. decis. 419. num. 7. Vbi ampliatur etiamsi pater dixerit filium debere esse tacitum, ac contentum.*

*Filiatio probatur ex communi reputatione. decisione 766. num. 1.*

*Fines mandati non potest procurator excedere. decis. 469. num. 2.*

*Finita non dicitur lis non consummata exequutione iuxta formam sententiæ. decisio. 692. num. 3.*

*Flumen quando cursum naturalem mutat, dicitur inundatio decis. 180. num. 5.*

*Fluminis ripa debet mensurari in venditione prædij, quando flumen datur pro confine. decis. 108. num. 1.*

*Fluminis ripa, licet venditioni prædij accedat, non tamen est mensuranda. decis. 108. num. 2. Dic verum, vbi tacite venditioni accedit, secus quando apparet ripam in vēditione inclusam.*

*Fluminis ripa, quando est fructifera, & ampla, venit in venditione prædij, & debet mensurari. decisione 108. numero 3.*

*Fluminis ripa, quando est ampla, & fructifera, non dicitur ripa, sed potius ager ab ipsa ripa diuisus. decis. 108. numero 4.*

*Fluminis ripa dicuntur illi limites, quibus naturalis cursus fluminis continetur. decis. 108. num. 4.*

*Fluminis ripa non appellatur ille ager, quem flumen aliquādo inundat. decis. 108. num. 4.*

*Fluminis alueus non dicitur locus, in quo sunt plantationes, quia in illo plātationes fieri non possunt. decis. 108. numero 5.*

*Fluminis venter secundum naturalem, & consuetum cursum dicitur alueus. decis. 108. num. 5.*

*Fæminę filię non dicuntur de linea testatoris, sed sunt principium lineæ. decis. 453. num. 5.*

*Fæminæ in fideicommisso non censentur vocatæ, vbi de illis in testamento nulla est facta mentio. decisione 434. numero 1.*

*Fæminę in fideicommisso non expressæ, & non nominatæ, non censentur vocatæ, quando in alia testamenti parte fuerunt nominatæ, & expressę. decis. 434. num. 3.*

*Fæminæ non censentur vocatæ in fideicommisso, quando apparet testatorem voluisse bona perpetuo conseruari in familia. decis. 434. num. 4.*

*Fæminę, quod non censeantur vocatæ in fideicommisso, probatur ex pluribus coniecturis simul iunctis. decis. 434. numero 4.*

*Fæminæ an veniant sub nomine agnationis generis, aut lineæ masculinæ masculis deficientibus. decisione 434. num. 5. & 6.*

*Fæminę censentur a fideicommisso exclusę, quando testator discretiue inter filios, & filias disposuit filios vniuersaliter instituendo; fæminas vero in certa quantitate instituendo. decis. 203. num. 2.*

*Fæminę non censentur in fideicommissis vocatæ, quando testator voluit bona sua in agnatione conseruari. decis. 203. num. 4.*

*Fæminę non veniunt appellatione lineę masculinæ. decis. 203. num. 5.*

*Fæminę in fideicommisso facto fauore agnationis succedūt deficientibus masculis. decis. 203. nume. 7. Declara id procedere quoties masculi, & fæminæ discretiue non vocantur, aut quoties testator non mouetur ratione conseruandæ agnationis, & quod contrarium sit verum, & cōmuniter obseruari solitum, nu. 8.*

*Fæminæ etiamsi nupserint in aliena familia dicuntur de agnatione. decis. 203. nu. 7.*

*Fæminę stante fideicommisso causa conseruandi bona in agnatione dum viuunt, conseruant bona in agnatione, & post illarum vitam exclusis ipsarum filijs tanquam cognatis, admittuntur agnati proximiores si adsunt. decisione 203. nu. 7. Contrarium, nu. 8.*

*Fæminę succedunt in feudo acquisito ex pacto, & prouidentia, & vbi feudum esset fæminarum. decisione 362. numero 2.*

*Fæminę succedunt in feudis, in quibus nō requiritur seruitium personale. decis. 362. nu. 3.*

*Fæminas statutum excludens in gradu proximiores, propter masculos remotiores, est odiosum, odio irrationabili. decis. 644. nu. 2.*

*Fæminas statutum excludens propter masculos etiam remotiores, est fauorabile causa conseruandę agnationis. decis. 644. num. 2.*

*Fæmina, sicut masculus, venit appellatione proximiorum. decis. 282. num. 1.*

*Fæmina comprehenditur sub nomine familia. decisio. 282. numero 1.*

*Fæminæ de familia dicuntur agnatę, etiamsi sint nuptę extra familiam. decis. 282. num. 2. Vbi maxime si tempore purificati fideicommissi ad fauorem agnationis fæmina erat vidua, & nu. 4. Vbi nisi testator habuerit rationem conseruandæ agnationis.*

*Fæminę veniunt sicut masculi appellatione filiorum. decis. 355. nu. 1. Vbi maxime in vltima voluntate.*

*Fæminæ veniunt appellatione filiorum, etiam quod in alia parte testamenti, quando testator vocauit filios illos, vocauerit cum expressione masculinitatis. decis. 354. n. 2. Vbi nisi adsint coniecturæ in cōtrarium, & maxime vbi agitur de diuersis personis in diuersis substitutionibus. Fallit vbi agitur de conseruanda agnatione, nu. 5.*

*Fæminæ etiam censentur vocatæ, vbi prohibitio alienationis fuit directa, etiam in fæminas. decis. 318. nu. 2.*


Fæmi-

*Fœminę non comprehenduntur sub verbis aptis eas comprehendere stante statuto fœminarum exclusiuo, cum quo præsumitur testatorem se conformare voluisse. decisio. 318.num.3.*

*Fœminę exclusæ a statuto faciunt numerum ad augendam legitimam masculorum.decis.477.num.3.*

*Fœminę censentur exclusæ, vbi testator habuit rationem conseruandę agnationis, etiamsi alias ex proprietate uerborum venirent.decis.217.nu.1.*

*Fœmina non censentur comprehensę in substitutione, quando illa est restricta ad masculos, & testator discretiue loquutus fuit de fœminis.decis.217.nu.2.*

*Fœminę censentur uocatæ post masculos, quando testator vult bona in agnatione conseruari, & ad proximiorem de genere deuenire.decis.217.num.3. Declara, vt non habeat locum, quando ex sequentibus apparet dispositionem agnationis, & generis intelligi de linea masculina exclusis fœminis. Declara secundo procedere, quando fœminę ab initio fuerunt vocatæ, alias secus.nu.4.*

*Forenses gaudere non debent statuto respiciente decisoria iudicij.decisione 529.num.2.*

*Forenses ligantur statutis loci, in quo contrahunt in respicientibus formam, & solennitatem contractuum. decis. 218.num.5.*

*Forma citationis, seu monitorij præscripta quo ad exequutionem seruanda est, & non seruata exequutio dicitur nulla.decisione 685.num.3.*

*Forma substantialis alicuius actus, quomodo inducatur. decis.608.num.3.*

*Forma data actori omitti non debet.decis.678.nu.2.*

*Forma inducitur ex decreto irritanti. decisione 225. numero 5.*

*Forma rescripti si non seruetur, processus corruit. decisione 345.num.1.*

*Forma rescripti debet pracise, & punctualiter, non autem per ęquipollens adimpleri.decis.345.num.2.*

*Formę obseruatio non cessat cessante ratione, ob quam forma fuit inducta.decis.345.num.2.*

*Forma remissoria ad vnguem seruari debet.decisione 466. num.1.*

*Forma mutata non dicitur, vbi mutatio non est circa substantialia.decis.26.num.2.*

*Forma non seruata actus factus nullus est.decisione 15.numero 3.*

*Forma censetur inducta ex dictione prohibitiua, & negatiua.decis.167.num.5.*

*Forma censetur inducta ex conditione.decisio.167.num.6. Vbi de statuto conditionali.*

*Formam inducere dicuntur ea, quæ fuerunt posita per modum ordinis.decis.167.num.9.*

*Forma specifice debet adimpleri, nec sufficit per æquipollēs. decis.167.num.10.*

*Forma inducta ad aliquem effectum, sufficit, quod per ęquipollens adimpleatur. decisione 167.num.12.*

*Formæ implementum debet esse clarum, & certum, adeo vt non indigeat suppletione. decisione 723. numero 4. Vbi quod ea, quæ sunt de forma non veniunt in clausula & cetera.*

*Fortuitus casus non excusat stante mora in restituendo.decis.102.num.6.*

*Fortuitus casus non excusat stante culpa. decisione 102. num.6.*

*Frater vterinus vterinam sororem non excludit vigore statuti excludentis feminas propter masculos. decisio.461. num.6.& 7.*

*Frater fratri in egestate constituto debet alimenta pręstare.decis.454.num.3.*

*Frater, & filij fratrum succedunt defuncto sine filijs in stirpes, non autem in capita.decis.59.num.3.*

*Frater possidendo rem per prius communem cum alio fratre non dicitur hęreditatem fratris adire, nisi ea vtatur vti dominus totius.decis.32.num.3.*

*Fraudis suspicio tollitur ex realitate rei. decis.413.nu.2. Limita, quando sunt coniectura fraudem, & simulationem suadentes.num.2.*

*Fraudis suspicio cessat, quando probatur confidentia actoris in re maioris momenti.decis.388.num.3.*

*Fraudis, & doli suspicio cessat in his, quæ palam, & publice fiunt.decis.206.num.10.*

*Fraus non præsumitur in eo, cui nullum commodum ex actu resultat.decis.206.num.11.*

*Fraus consideratur ex absentia Episcopi a sua Diœcesi sine causa, secus si cum causa.decis.608.num.10.*

*Fraus regulariter, & maxime in matre tutrice non pręsumitur.decisione 675.num.4.*

*Fraus ex temporis breuitate colligitur. decisione 460. numero 2.*

*Fraus, & malitia non præsumitur.decis.215.nu.8.*

*Fraudulenter factum non dicitur, quod fuit factum lege permittente.decis.241.num.9.*

*Fructus veniunt etiam appellatione pertinentiarum.decis. 1.num.12.*

*Fructus vineæ non solum consistunt in his, quæ sunt destinata ad vsum, vel potum, sed etiam in alijs, quæ quodam modo conferunt ad vsum vitæ humanę, prout est oblectamentum dictæ vineę.decis.394.num.1. Declara, vt nu. 2.& seqq.& per totam decis.*

*Fructus duplex est species. Prima est eorum, quæ communiter apud homines sunt in pretio, & commercio, prout sūt vinum, oleum, frumentum, & similia. Altera est species fructuum, quę non est in pretio apud omnes, sed apud aliquos.decis.394.num.2.& 3.*

*Fructus percipiens ex fundo alieno tenetur restituere domino fundi, nisi percipiens illos consumpserit bona fide. decis.394.num.2.*

*Fructus, qui apud omnes non sunt in pretio, sed apud aliquos tantum, quando is, qui illos percepit restituere teneatur decis.394. num.3.& 4.*

*Fructuum appellatione veniunt distributiones quotidianę, quando prębendæ sunt distinctæ in Ecclesia, bona possidētur in communi, & postea singulariter certo anni tempore distribuuntur.decis.449.num.2.& 3.*

*Fructus incerti non computantur in congruam. decisione 449. numero 6. Vbi etiam an in assignatione congrua habeatur ratio obuentionum spiritualium.*

*Fructuum liquidatio probatur per id, quod possibile, &*

& consuetum est. decisione 479. numero 1. & 2.

Fructus prędij empti ex promissione emptoris debiti solui debent eo ipso, quod emptor est in possessione rei emptę, licet res non sit libera, vel non fuerit adimpletum. decis. 686. num. 3.

Fructus lite pendente perceptos mandatum de manutenendo etiam comprehendit. decis. 606. nu. 1.

Fructus regulariter non veniunt in restitutione fideicommissi, etiamsi testator vsus sit verbis generalibus, & amplis. decis. 682. num. 1. Fallit primo, quando tempus restitutionis est adiectum gratia substituti, nu. 3. Fallit secundo, vbi hęres est rogatus fructus restituere, nu. 3. Fallit tertio, quando coniecturis constare potest testatorem voluisse etiam fructus restitui, nu. 3.

Fructus spectant ad fideicommissarium, seu primogenitum, non autem ad hęredem, quando dilatio ad capiendum fideicommissum, seu primogenituram non fuit data fauore hęredis, sed fauore primogeniti, seu fideicommissarij. decis. 682. nu. 2.

Fructus percepti antequam Monasterium construatur, debentur Monasterio, vbi fuit legatum prędium pro Monasterio construendo. decis. 682. nu. 2.

Fructus, vbi ex mandato testatoris inuestiretur in augmentum hęreditatis, non dicuntur amplius fructus, sed portio hęreditaria. decis. 682. nu. 7.

Fructus pignoris non spectant ad creditorem, sed cum sorte principali computantur. decis. 672. nu 4.

Fructus male percepti per intrusum debent restitui. decis. 103. num. 6.

Fructus suos facit bona fidei possessor. decisione 622. numero 4.

Fructus, sicuti quando rei non fit traditio, debentur emptori, ita etiam ei, cui culpa debitoris non fuit facta adiudicatio bonorum in solutum. decis. 528. nu. 3.

Fructus percepti ante pretij declarationem sunt emptoris. decis. 528. nu. 3.

Fructus emptori ante rei traditionem debentur ex mera ęquitate, ne venditor eodem tempore gaudeat & rei pretio, & fructibus rei. decis. 528. nu. 3.

Fructus a die morę peti possunt. decis. 528. nu. 4.

Fructuum appellatione non venit iurisdictionis exercitiū. decis. 763. num. 3.

Fructus indebite percepti sunt restituendi. decis. 778. numero 1.

Fructus debentur domino, & possessori. decis. 520. numero 1.

Fructus, vbi est factus locus fideicommisso, sequuntur substitutum, non autem grauatum. decis. 520. num. 5.

Fructus vt sint restituendi fideicommissario per grauatū, requiritur interpellatio. decis. 520. num. 8.

Fructus fideicommissi imputantur hęredi extraneo in Trebellianicam, secus autem in filijs primi gradus. decis. 215. num. 1.

Fructum afferre fundus non dicitur, quando expensę superant fructus. decis. 175. num. 5.

Fructus prębendę vacantis de iure communi debentur interessentibus. decis. 665. nu. 3.

Fructus suos facit habens titulum sufficientem, & bonam fidem. decisione 665. numero 6.

Fructus suos, vt faciat quis, non requiritur titulus, sed sufficit qualis occasio possidendi. decis. 665. nu. 8.

Fructus beneficij, qui proprie sunt fructus, non accrescunt interessentibus, sed Ecclesię. decis. 665. nu. 10.

Fructus pignoris consignati secundo viro, ei acquiruntur, & in sortem non imputantur. decisione 168. numero 2.

Fructus beneficij sunt quid diuersum ab ipso beneficio. decisio. 29. num. 5.

Fructuum valor debet probari de tempore gratię. decisione 176. num. 2.

Fructus pignoris computantur in sortem. decisione 725. numero 10.

Fructus, quod stent perpetuo separati a proprietate repugnat lex. decis. 305. nu. 5.

Fructus, & expensę in spolio facto auctoritate iudicis stante clausula arbitrio fuerunt alias reseruati in fine litis, vt in casu relato. decis. 363. nu. 2.

Fructus dotis in terminis statuti Vrbis c. 137. lib. 1. debentur viduę ob moram non soluta dotis post iudicialem interpellationem. decis. 246. nu. 1.

Fructus, quando concurrunt requisita de iure, nedum debentur ex dote, sed etiam ex donatione propter nuptias. decis. 246. nu. 3.

Fructus dotis non debentur post dotem exactam tanquam accessorij ad dotem ipsam, & officio iudicis debiti. decisione 80. numero 2. Contrarium vero firmatur, numero secundo. Maxime in fructibus debitis conditione ex statuto.

Fructus vbi sunt iure actionis debiti, non praiudicat quo ad eos receptio sortis principalis. decisione 80. nu. 2.

Fructus possunt peti non obstante receptione sortis principalis, quando sors principalis fuit recepta cum protestatione. decis. 80. num. 3.

Fructus dotis per taciturnitatem longi temporis censentur remissi, quod longum tempus debet saltem esse decenniū a die morę. decis. 80. num. 4. Fallit in fructibus debitis conditione ex statuto, num. 4. Fallit secundo in eo, qui sępius fructus petijt, & protestatus fuit, nu. 4.

Fructus, vt non debeant restitui, sufficit, quod absit mala fides. decis. 66. nu. 1.

Fructus, vt non sint restituēdi, sufficit ab initio bona fides, & color detinendi. decis. 66. nu. 2.

Fructus dotis debentur propter onera matrimonij, & spectant ad maritum, qui illa supportat. decisione 72. numero 3.

Fructus bonorum paraphernalium non debentur marito in recompensationem onerum matrimonij, quando mulier fuit competenter dotata. decis. 72. nu. 3.

Fructus non debentur ex pecunia, quę inseruire debet pro parapherno, quando promissio paraphernis fuit facta ipsi mulieri. decis. 72. nu. 3.

Fructus bonorum paraphernalium de sui natura fructiferi non possunt per maritum in quoslibet vsus conuerti. decis. 72. num. 5.

Fructus indebite percepti sunt in sortem imputandi. decis. 72. numero 5.

Fructus verbum latum est, ut dicitur a fluendo, de commmuni tamen loquendi usu differt fructus a pecunia. decisio. 293. nu. 1. in fine.

Fructus naturales, & industriales debētur resignanti usque ad diem admissæ resignationis, etiamsi bona beneficij essent locata, & dies solutionis, nondum venisset, quia satis est, quod fructus de dicto tempore sint collecti. decisione 278. nu. 1. Fallit in fructibus naturalibus, & industrialibus pendentibus, nu. 2.

Fructus tunc colligi dicuntur, quando a solo separantur. decis. 278. num. 1. Vbi quod idem tempus inspicitur pro pensione, quę pro eis praestatur.

Fructus ciuiles dicuntur, qui proueniunt ex re non producente naturaliter fructum. decis. 278. nu. 2.

Fructus ciuiles, quorum dies solutionis tempore factæ resignationis nōdum venit, spectat ad resignatarium. decis. 278. nu. 2. Vbi ampliatur etiamsi omnes maturati essēt, & maior pars anni praecesserit.

Fructus ciuiles, etiam quod non aduenerit dies solutionis, diuiduntur ad ratam temporis inter hęredes, & successorem in beneficio. decis. 278. nu. 3.

Fructus naturales pendentes non diuiduntur pro rata temporis inter hęredes, & successorem in beneficio. decisione 278. num. 3.

Fructus ciuiles quotidie incipiunt deberi. decisione 278. numero 5.

Fructus naturales tunc acquiruntur, quando separantur; Ciuiles vero quando deberi incipiunt. decisio. 278. numero 5.

Fructuum diuisio pro rata temporis non fit in actu voluntario, sed necessario. decis. 278. nu. 6.

Fructus beneficij regularis possunt per superiorē inter Religiosos diuidi non perpetuo, sed ad tempus, & eorum loco potest pensio reseruari. decis. 302. nu. 2.

Fructus restituere non tenetur, qui non est malæ fidei possessor, siue possideat sine titulo, siue cū titulo inualido, dummodo absit mala fides, & sufficit, qualis qualis occasio possidendi. decis. 320. nu. 1.

Fructuum acquisitio non impeditur ex errore facti, etiam quod ius resistit. decis. 320. num. 6. Vbi etiam adducuntur exempla.

Fructuum liquidatio, vbi illi sunt restituendi, debet fieri iuxta minorem quantitatem. decis. 320. nu. 7.

Fructuum perceptio est signum verę possessionis. decis. 508. numero 1.

Fructus, & distributiones non debentur antequam habens curam animarum, vel etiam Canonicus professionem faciat, iuxta formam decreti Concilij Tridentini sess. 24. de reform. cap. 12. rubr. Prouisi etiam. decisione 157. numero 1.

Frumenti valor, & pretium probatur per aestimationes extraneas ex publicis libris Ciuitatis. decisione 479. numero 3.

Frumenti valor, quando diuersimode apparet per ęstimationes librorum publicorum, medius valor attendendus est. decis. 479. num. 4.

Frumentum, seu triticum post triennium durare non praesumitur, sed bene praesumitur cōsumptum. decis. 433. n. 5.

Frumenti valor non probatur per testes deponentes de tempore pecuniæ. decis. 196. num. 4.

Fumus sufficiens pro remissoria oritur ex testibus, licet nulliter examinatis. decisione 661. num. 1. & decisione 113. num. 1.

Fundamentum suæ intentionis vnusquisque probare debet. decis. 697. num. 1. ac decis. 747. num. 4.

Fundatoris beneficij voluntas seruanda est, dummodo non sit a iure improbata. decis. 254. num. 2.

Fundus dotalis datus aestimatus viro fit ipsius viri, quasi illum emerit. decis. 413. num. 6.

Fundi seruientis seruitus non extinguitur ex eo, quod domino fundi dominantis venditur pars fundi seruientis. decis. 620. num. 3.

Fundus dotalis, nec a viro cum cōsensu mulieris, nec a muliere alienari potest. decis. 619. num. 1.

Fundus non dicitur fructum afferre, quando expensæ superant fructus. decisio. 175. num. 5.

Fundus dotalis non dicitur res, quæ fuit data in solutum pro quantitate dotis promissæ. decisione 131. numero 8.

Fundi species non mutatur per inundationem. decis. 108. num. 5.

Funeris impensa debet detrahi ex fideicommisso ante restitutionem. decis. 259. num. 1.

Funeris impensa dicitur debitum defuncti, & hæreditatis, & est magis priuilegiatum, quam omne aliud debitum. decis. 259. num. 1.

Furiosus, seu mente captus est inhabilis ad obtinendum beneficium. decis. 190. num. 3. & 5. etiamsi habeat dilucida interualla.

Furiositas, seu demētia probatur ex deputatione curatoris semel, atque iterum facta. decis. 190. num. 4. Vbi maxime si fuit facta causa cognita.

Furtum commissum absque dolo, & culpa exactoris connumeratur inter casus fortuitos. decisione 636. numero 2.

Furtum cedit damno eius, cuius est dominium rei furtę. decis. 636. num. 2.

Furtum sine affectu furandi non committitur. decis. 636. num. 5.

Furtum reputatur inter casus fortuitos. decis. 762. numero 2.

Furtum tanquam difficilis probationis probatur ex coniecturis. decis. 762. num. 3.

Furtum in eo, qui ex officio tenetur ad custodiam, non probatur per eius querelam, ac acclamationem etiam iuratā. decis. 762. num. 4. Vbi maxime si agatur de furto notabili, quicquid secus in eo, qui non tenetur ad custodiam. Fallit concurrente bona fama furtum passi, nisi dicta fama elidatur ex contrarijs probationibus. nu. 5.

G

GABRIEL. cons. 20. lib. 2. reijcitur. decisione 511. numero 4.

Geminatio actus magis enixam, & pręcisam voluntatem ostendit. decis. 676. num. 2.

Gemi-

*Gemiuatio, seu repetitio denotat enixam voluntatem. decis. 626. num. 5.*

*Gemma, & alia donata per sponsum sponsę, si sponsalia dissoluantur, debent restitui, quia non dicuntur donatę, sed tantum concessę ad vsum, & ornatum. decis. 300. numero 1. Amplia primo, etiam in donatis vxori matrimonio dissoluto, nu. 1. Amplia secundo, quod tali casu competat conditio ob causam. nu. 1.*

*Generale legatum vsusfructus omnia capit. decisione 336. la seconda. Declara, vt nu. 7.*

*Generalis renunciatio omni legum, & iuris auxilio comprehendit priuilegium, ne quis conueniri possit, vltra quod facere potest. decis. 485. num. 1.*

*Generalia verba restringuntur secundum subiectam materiam, & a pręcedentibus, pręsertim vbi agitur de pręiudicio disponentis. decis. 569. nu. 6.*

*Generalia verba censentur restricta per subsequentia specialia. decis. 518. num. 2.*

*Generale mandatum ad pręsentandum non extenditur ad pręsentationem personę odiosę ipsi constituenti. decisione 692. num. 5.*

*Generalis renunciatio non trahitur ad ius de futuro. decis. 782. nu. 2. & seqq.*

*Generalia verba non debent referri ad ea, de quibus supra fuit facta specialis mentio. decis. 602. nu. 4.*

*Generalis renunciatio pręiudicat renuncianti, & porrigitur ad omnia iura renunciatis, etiamsi de ijs cogitatum non fuisset. decis. 714. nu. 3. & 7.*

*Generalia quantumuis verba restringuntur ad rem, vel causam expressam, nisi causa expressa sit generalis. decis. 714. num. 4.*

*Generalia verba post certam specificationem non possunt verificari, nisi in diuersis a contentis in specificatione. decis. 714. nu. 5.*

*Generalis renunciatio comprehendit vltra expressa, quando alias esset superflua. decis. 714. nu. 6.*

*Generalis quantumcumque renunciatio non comprehendit ea, quę ex testamento pendent, cum non pręsumatur de ijs cogitatum, nec potuisse cogitari. decis. 714. nume. 8. Fallit, vbi aliunde quam ex generalitate verborum constat de mente renunciantis. nu. 8.*

*Generalis quamuis transactio non comprehendit ius, quod per transactionem superuenit. decis. 362. num. 5.*

*Generalia verba censentur restricta per subsequentia specialia. decis. 518. nu. 2.*

*Generalis quantumuis derogatio non ampliat dispositionē, sed intelligitur pro illius validitate quo ad ea, quę impediunt illius effectum. decis. 103. nu. 5.*

*Generale quantumuis mandatum non intelligitur tribuere facultatem donandi, & remittendi. decis. 696. nu. 4.*

*Generalia verba in transactione apposita restringuntur ad ea, de quibus agebatur. decis. 534. nu. 4.*

*Generalitas renunciationis amplissima se refert ad omnia, quę possunt quoquo modo comprehendi. decis. 447. nu. 4.*

*Generalitas verborum non debet esse superflua. decis. 357. numero 3.*

*Generalia verba omnia comprehendunt, etiam quod maior ratio sit in vno casu, quam in alio. decis. 357. num. 5.*

*Generalis visitator visitare non potest, vbi datur specialis. decis. 30. num. 9. Contrarium, num. 10. vbi tamen quod prima opinio est vera. Dic, vt prima opinio procedat quādo Visitator datur ad petitionem visitandorum, secus quando motu proprio. num. 9.*

*Generalis confirmatio statutorum non refertur ad statuta iniusta, & illicita. decis. 21. num. 3. Vbi maxime si adsit clausula dummodo statuta sint licita, & honesta.*

*Generalia, ac vniuersalia verba, ita singula comprehenduntur, ac si essent specialiter omnia enumerata. decisio. 76. numero 3.*

*Generalis citatio per proclama non sufficit, vbi adsunt contradictores certi. decis. 258. nu. 2.*

*Generalia verba idem sunt, ac specialia, quando non possunt verificari in alio, quam in casu, de quo agitur. decis. 78. num. 1.*

*Generalis quantumcumque transactio restringitur ad causam in transactione expressam, & ad id illud, super quo erat lis. decis. 110. nu. 2.*

*Generalis procurator ad omnes causas constitutus, reuocatus quo ad vnam, non censetur reuocatus quo ad alias. decis. 198. Declara, vt nu. 4.*

*Gratia si in euidentem &c. nulliter exequuta, non potest amplius exequutioni mandari. decis. 631. nu. 8. & seqq. An vero sit necessaria noua gratia, & nouū rescriptum? num. 8. & seqq.*

*Gratia reseruationis pensionis non indiget iustificatione, quando adest consensus titularis, quando gratia non est conditionalis. decis. 519. nu. 2. 3. & seq. Vbi etiam quando gratia dicatur conditionalis.*

*Gratia reseruationis pensionis quando conditionalis, ita quod iustificari debeat. decisione 519. numero 3. & sequentib.*

*Gratia reseruationis pensionis, quando dicatur cōditionalis. decis. 519. nu. 4.*

*Gratia, quando in ea adest dictio dummodo, dicitur conditionalis. decis. 519. nu. 4.*

*Gratia numquid dicatur conditionalis per clausulam si ita est, vel si preces veritate nitantur. decisione 519. numero 4.*

*Gratia dicitur facta ex certa scientia, quando Papa asserit de ea fuisse mature discussum. decisione 612 numero 2. Vbi pręsertim stante clausula de plenitudine potestatis.*

*Gratia non indiget iustificatione, quando illius narratiua non est partis, sed Papę. decis. 612. nu. 2. & 3.*

*Gratia, quę iam per plures annos effectum habuit, iustificatione non indiget. decisione 612. numero 4. Vbi etiam quid si effectum habuit in parte tantum, & non in totum.*

*Gratia consistorialiter emanata concedi non solet, nisi cum clausula si preces veritate nitantur. decisione 612. numero 3.*

*Gratiose subrogato dari debet immissio iustificato clericatu, reseruatione, quę notoria sit, & possessione, ad quam fit subrogatio. decis. 509. nu. 1.*

*Gratia beneficij conditionalis obtenta, quatenus scilicet, supplicans beneficium vacans ex causa delicti commissi* per

*per beneficiatum accusauerit, & accusationi se inscripserit, quando locum habeat non verificatis conditionibus. decis. 560. num. 2.*

*Gratia in forma dignum concessa nullum tribuit ius in re, sed solum importat mandatum de prouidendo, quatenus idoneus fuerit repertus. decis. 560. nu. 3.*

*Gratiosa subrogatio non operatur, quando lis est calumniosa. decis. 261. Declara, vt nu. 5.*

*Gratia, seu inuestitura dicitur subreptitia defectu intentionis, quando Papa illam concessit ignorans alium in ea habere ius ex titulo oneroso, & ex benemeritis. decis. 664. numero 1.*

*Gratia, seu inuestitura subreptitia defectu intentionis remanet nulla, & non praeiudicat habentibus in ea ius. decis. 664. nu. 2.*

*Gratia euentualis praeiudicat etiam tertio habēti ius quaesitum, quando Papa praeuenit illum euentum, & impediunt contingat vacatio. decisione 664. numero 4. & sequen.*

*Gratia concessa motu proprio differt a gratia concessa sub clausula sicut accepimus. decis. 656. nu. 2.*

*Gratiae ex sola signatura factae validitati illud non obstat, quod per regulam Cancellariae non est iudicandum, iuxta formam supplicationis, sed literarum. decisio. 656. numero 5.*

*Gratia pensionis facta translatario cum denegatione loci, ac terminorum exprimendorum in literis exprimendis pro priore gratia, sustinetur, licet illa non fuerint expedita. decis. 656. nu. 5.*

*Gratia facta motu proprio potest notari de defectu intentionis. decis. 656. nu. 7.*

*Gratia non dicitur iustificata non probato valore expresso in ea. decis. 738. nu. 5.*

*Gratia non dicitur subreptitia nō iustificato valore expresso in ea. decis. 590 nu. 2.*

*Gratia expedita in forma dignum, nihil ponit in esse, quando non fuit executioni mandata. decis. 590. num. 3.*

*Gratiae iustificatio debet probari plene, & concludenter, quando agitur de immittendo prouisum ab Ordinario. decis. 482. nu. 5.*

*Gratia si neutri non suffragatur, nisi constito, quod beneficium sit litigiosum. decis. 455. nu. 1.*

*Gratia narratiua quando ex causa concessionis, vel cessionis debet plene, & concludenter probari, nec sufficit leuior probatio. decis 444. nu. 2.*

*Gratia dispensationis iustificari debet in substantialibus, & in his, in quibus dispensatio fundata est. decisione 687. numero 3.*

*Gratiae concessio refertur ad petita, & Principis respōsio intelligitur secundum supplicata. decis. 687. nu. 6.*

*Gratia nō est necesse, quod iustificetur in his, quae sunt narrata a Papa, & non a parte; Item nec in his, quae sunt superflua, & non necessaria. decis. 666. nu. 5.*

*Gratiose subrogatus debet immitti in possessionem, vbi constat de reseruatione beneficij, clericatu prouisi, & obitu praedecessoris in possessione. decis. 401. num. 1. vbi numero 2. Multo magis si reseruatio deducitur ex affectione super certo corpore beneficij ad fauorem certae personae. Amplia nihil referre an subrogatio sit expedita ad partes, vel vna cum gratia principali. num. 3.*

*Gratiae executor certo modo impetratae dicitur mixtus. decisio. 701. num. 2.*

*Gratia non potest dici sortita effectum, quando illius implementum fuit factum inhabili. decis. 46. num. 3.*

*Gratiosae subrogationis priuilegium cessat, quando prouisus fuit quis ab Ordinario habente facultatem conferendi beneficia etiam litigiosa. decis. 525. num. 8.*

*Gratiae iustificatio praesumitur ex quasi possessione. decisione 739. num. 4.*

*Gratia Apostolica praebet titulum coloratum. decisione 741. num. 6.*

*Gratiose subrogatus non debet immitti in possessionem, nisi probata reseruatione clara, & manifesta. decisione 187. num. 1.*

*Gratiosa subrogatio requirit, quod beneficium sit litigiosū, vel reseruatum, alias non est subrogatio, sed noua prouisio. decis. 187. num. 4.*

*Gratiose subrogatus vt immittatur, reseruatio debet esse clara, & notoria. decis. 600. num. 1.*

*Gratia sub modo facta statim sortitur effectum, licet gratiam obtinenti incumbat onus implendi modum. decisio. 465 num. 3. Vbi modo non dicitur contrauenire, qui potest compelli ad modum implendum. num. 3.*

*Gratiam Papae Officiales, & expeditores non possunt restringere. decis. 465. num. 4.*

*Gratia subscripta manu Papae, & visa per datarium, dicitur curiose considerata. decisione 465. num. 4.*

*Gratiae validitas non dependet a sigillo, vel literis, si probetur aliunde. decis. 611. num. 2.*

*Gratia Principis semper intelligitur sine alterius iniuria. decis. 226 num. 1.*

*Gratia cum quis semel est vsus, non potest amplius contra eam venire. decis. 70. num. 6.*

*Gratia si neutri, vt suffragetur, debet vltra litem verificari per impetrantem, & gratiam producentem, duplex cōditio, scilicet, quod beneficium vacet, & neutri ius competat. decis. 726. num. 1.*

*Gratia si neutri pendet a futuro litis euentu, & antequam operetur effectum suum, debet expectari dictus euentus. decis. 726. num. 3.*

*Gratiae narratiua, qua quis vsus fuit, contra ipsum probat. decisio. 227. num. 1.*

*Gratia concessa patri ad fauorem filij non personalis in filio, sed in patre realis intelligitur. decisione 626. numero 6.*

*Gratia si neutri, vbi est iustificata, habet locum eo ipso, quod non constat de iure colligantis. decis. 10. num. 5.*

*Gratia sufficit, quod de facto iustificetur. decis. 156. nu. 6. Dic verum ad effectum euitandi obreptionem, quae oritur ex narratis, secus quando subreptio consistit in eo, quod fuerat aliquod tacitum. num. 6.*

*Gratia in forma dignum, & commissaria ante executionē nihil operatur. decis. 665. num. 4.*

*Gratia in forma dignum, & commissaria ad effectū valide impetrandi post incursum in poenam, est nulla, si veritas in supplicatione fuit occultata. decis. 665. num. 5.*

*Gratia*

*Gratia non tenet non iustificatis omnibus, ex quibus Papa potuit facilius moueri ad illam concedendam. decisione 24.num.3.*
*Gratia dicitur subreptitia non facta mentione litis. decis. 29.num.2.*
*Gratiosa subrogatio dicitur iustificata ex probatione obitus prædecessoris in possessione, & clericatus subrogati. decis.116.nu.2.*
*Gratiasi neutri, vt sit valida, debet fieri mentio prouisionis aduersarij. decis.105.nu.1.*
*Gratia dicitur subreptitia, si fuit tacitum aduersarium esse annalem possessorem. decis.105.nu.1.*
*Gratię subreptitia vigore capta possessio est attentata. decisione 29.num.2.*
*Gratia si neutri præsupponit collitiganti nullum ius competere. decis.105.nu.3.*
*Gratia non dicitur subreptitia, continens clausulas, quarum vigore possunt omnia exprimi. decisione 105. numero 4.*
*Gratia si neutri debet intimari, quando agitur de priuatione. decis.99.nu.4.*
*Gratia si neutri, vt dicatur intimata, sufficit eum, contra quem agitur, fuisse citatum ad dicendum contra gratiam. decis.99.nu.4.*
*Gratia si neutri literę, sufficit, quod expediantur, quando petitur illius canonizatio. decis.81. nu.5.*
*Gratia habens clausulam, & committatur Ordinario in forma dignum, antequam exequutioni demandetur, nihil ponit in esse. decis.160.nu.1.*
*Gratia non expressis fructibus beneficij ante perceptis, subreptitia est. decis.160.nu.3.*
*Gratiose subrogatus, vt obtineat, satis est, quod probet clericatum, & obitum prædecessoris in possessione. decisione 252.num.6.*
*Gratia si neutri non habet locum, donec in ea narrata verificentur. decis.196.nu.1.*
*Gratia, vt non dicatur iustificata quo ad valorem excessus, debet esse in sexta parte. decis.443.nu.1.*
*Gratię iustificatio debet percutere tempus datę. decis.443. numero 2.*
*Gratia saluatur ab obreptione, etiamsi sit narratum in sexta parte. decis.774.nu.6.*
*Gratia substantia non potest alterari in illius expeditione. decis.128.nu.5.*
*Gratia narratiua debet ponderari integre, non autem minutatim. decis.115.nu.3.*
*Gratia Papę debet interpretari, vt non sit frustratoria. decis.115.num6.*
*Gratię Papę interpretari debet, vt minus noceat tertio, quamsit possibile. decis.115.num.6.*
*Gratiam publicandi onere, an grauetur quis, quando resignatio beneficij fuit facta libere in manibus Papę. decis. 296.nu.4.in fine.*
*Gratia in forma dignum ante illius exequutionem non causat ius in re, sed ad rem. decis.598. num.2.*
*Gratia in forma dignum, post purificationem, censetur facta a die eius data, ita vt excludat gratiam ab alterius postmodum impetratam. decis.523.nu.3.*
*Gratia Papa perficitur ex sola signatione supplicationis, maxime in cassatione pensionis. decis.327.num.1.*
*Gratia non vitiatur ex taciturnitate mensis, in quo beneficium, quod prętenditur reseruatum, vacauit, quando ex alio capite beneficium est reseruatum. decisione 309. numero 3.*
*Gratia in forma dignum dicitur conditionalis, nec causat ius in re de futuro ante illius executionem. decisio. 523. numero 2.*
*Grauamen legitimæ imponi non potest. decis.456.nu.5.*
*Grauati non censentur, qui non sunt vocati. decisio.538. numero 6.*
*Grauatus in restitutione fideicommissi potest deducere id, quod sibi a defuncto debetur, nec ad istũ effectum dicuntur confusę actiones. decis.259.nu.2.*
*Grauatus hæres restituere si post aditionem euadat hæreditatis creditor soluendo de suo debita hęreditaria tenetur hęreditatem restituere fideicommissario, solutis sibi pecunijs, in quibus est creditor. decisione 780. numero 3.& 5.*
*Grauatus hæres restituere hæreditatem fideicommissariam existens defuncti creditor adeundo hęreditatem confundit actionem, censetur q. sibi statim satisfecisse per fictam, & imaginariam solutionem. decis.780. num.2.*
*Grauatus hęres, qui confecit inuentarium, potest retinere bona hæreditaria, nec cogitur pecunias de suo solutas in hęreditatis vtilitatem recipere. decis.780. nu.4.*
*Grauatus hæres restituere Drogheriam fideicommissario nõ tenetur in gratiam fideicommissarij aliquid lucrari. decis.220.nu.2.& 3.*

H

*HABERE in potestatem. Verba non conueniunt pignori. decis.672.nu.4.*
*Habens ius in re simul cum alio, potest illam rem obligare, vsque ad concurrentem quantitatem. decisione 619. numero 2.*
*Habenti hypothecam anteriorem competit immissio ex vti. li Saluiano etiam contra tertium possessorem. decis.619. numero 3.*
*Habilitationes tot requiruntur, quot sunt obstacula. decis. 87.num.3.*
*Habilitatio in vno pręsupponit habilitatem in alijs. decisio. 76.num.2.*
*Habitationis domicilium in duobus locis quis habere potest. decis.188.nu.4.*
*Hactenus, dictio excludit tempus præsertim vsque ad illam diem. decis.223.nu.8.*
*Hæreditariorum bonorum possessio præsumitur ex causa aditionis, nisi probetur contrarium. decisione 638. numero 1.*
*Hæreditatis appellatione veniunt non solum bona stabilia, sed etiam mobilia. decis.518.nu.2.*
*Hæreditatis augmentum a testatore ordinatum, censetur ordinatum non solum in gratiam hęredis, sed etiã in gratiam substituti, & fideicommissi, quando testator considerauit decus, & honorem familiæ. decis.682.nu.5.*

# Index Summariorum.


*Hæreditatis creditoris aditio facta per debitorem, operatur extinctionem crediti pro rata, pro qua debitor est hæres. decisio.450.num.2.*

*Hæreditas, seu hęres verbum denotat successionem in vniuersum ius defuncti. decis.182.num.2.*

*Hæreditatis nomine vniuersum defuncti patrimonium continetur. decisione 182.num.3.*

*Hæreditas non agnita non transmittitur. decisione 259.numero 3.*

*Hæreditatis aditio probatur per retentionem debiti, quod alias esset soluendum. decis.259.num.3. Vbi maxime si retentio fuit per plures annos.*

*Hæreditas superueniens post professionem emissam in Religione, dicitur delata monasterio immediate, non Monacho. decis.333.num.2.*

*Hęreditatis aditio probatur ex aditione facta per procuratorem habentem speciale mandatum. decisione 766. num.3.*

*Hæreditatis repudiatio non inducitur ex eo, quod hæres dixerit se nolle pro nunc adire, quia id potius sonat in deliberationem. decis.766.num.4.*

*Hęreditas adiri potest intra spacium triginta annorum. decisione 766.num.4.*

*Hęreditatis aditio probatur ex locatione rerum hæreditariarum, & fructuum perceptione. decisione 638.numero 1.*

*Hæreditariorum bonorum possessio præsumitur ex causa aditionis, nisi probetur contrarium. decisione 638.numero 1.*

*Hęreditatis aditio pręsumitur, quando vltra legitimam aliquid retinetur. decis.638.num.3.*

*Hæreditatem adiens sub conditione, si aliquid in hæreditate est, non repudiat. decis.638.num.4.*

*Hæreditatem dicitur adire, qui soluit debita hæreditaria. decis.638.num 5.*

*Hęreditatis aditio cum beneficio legis, & inuentarij, quid operetur. decis.524.num.2.*

*Hæreditas est, quod superest de bonis defuncti deducto ęre alieno. decis.524. num.4.*

*Hęreditatis aditio inducitur ex contractu inito super re hæreditaria, quamuis in minimo. decis.82.num.1. Vbi ex locatione.*

*Hæreditatis aditio probatur per actus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non possunt. decis.82.num.2.*

*Hęreditatis aditio inducitur per solutionem debitorum defuncti. decis.82.num.2.*

*Hæreditatis aditio probatur ex pluribus. decisione 82.numero 4.*

*Hæreditas ad tempus dari non potest, imo sublato vitio temporis, manet institutio. decis.84.num.1.*

*Hæreditatis aditio probatur ex locatione in hæreditatibus. decis.32.numero 1. Fallit si potuit fieri alio titulo. numero 3. Vbi tamen quod de dicto titulo est docendum, & num.4.*

*Hæreditatis aditio inducitur ex possessione rei hęreditaria vltra portionem prius sibi competentem. decis.32.numero 3.*

*Hęreditatis aditio probatur ex actu concernente aliquam rem hęreditariam, qui cum tertio celebratur. decisione 32.num.4.*

*Hæreditatis aditio non infertur necessario ex actu possessionis, & sufficit possibilitas possidendi ex alio titulo. decis. 32.num.5. Vbi tamen declara.*

*Hæreditatis aditio probatur non solum ex actibus, qui eam necessario, sed qui verisimiliter, & præsumptiue inferũt. decis.32.num.5.*

*Hæreditatis ab intestato delatæ aditio facilius admittitur. decis.32.num.6.*

*Hæreditatis aditionis materia dicitur diuidua. decis.132. num.4.& 5. Declara, vt num.6.*

*Hęreditatis aditio in patre nomine filiæ pręsumitur ex possessione bonorum hæreditariorum. decis.723.num.14. Vbi maxime, si pater in dictis bonis non potest habere vsumfructum.*

*Hæres grauatus per fideicommissum potest detrahere debita testatoris, & legata ab eo relicta. decis.516.numero 1.*

*Hæres transigentis nullo iure venire potest contra transactionem factam a defuncto. decis.256.num.4.& 5.*

*Hæres cum beneficio inuentarij non potest contrauenire facto defuncti, in quantum est in hæreditate, sed vltra vires hæreditarias non tenetur. decis.256 num.5.*

*Hęredes sui quinam dicantur. decis.332.num.4.*

*Hęres alienans bona hęreditaria contra voluntatem testatoris non incurrit aliquam pœnam, nisi probetur, quod habuerit scientiam prohibitionis alienandi. decisio.593. num.4. Declara, vt num.5.*

*Hæres extraneus numquid præsumatur habere notitiã contentorum in testamento. decis.593.num.5.*

*Hęres petens se immitti contra fideicommissarium excluditur, quando quarta, quam vult detrahere, est certa, quia sufficit illam sibi a fideicommissario restitui. decis. 562.num.4.*

*Hęredum appellatione veniunt omnes directe, vel indirecte substituti, & omnis gradus successionis. decis.538. num.9.*

*Hęres grauatus ad fauorem filij, non dicitur grauatus ad fauorem nepotis. decis.667.num.1.*

*Hęres debet grauari minus, quam fieri potest. decisio.667. num.2.*

*Hæres, seu hęreditas, verbum hoc denotat successionem in vniuersum ius defuncti. decis.182.num.2.*

*Hæres factum sui auctoris non potest impugnare. decisione 697.num.2.*

*Hæredi conditio adscripta, vt assumat nomen, & cognomen familiæ testatoris, intelligitur adscripta fauore testatoris, & eius familię. decis.494.num.2.*

*Hæredi adscripta conditio, vt assumat nomen, & agnomen familia testatoris, non dicitur fauorabilis, neque hæredi, neque hæredi hæredis, qui non est de familia testatoris. decis.494.num.2.*

*Hæres cum inuentario pro suo credito potest implorare officium iudicis, & petere bonorum hæreditariorum separationem, & assignationem citatis creditoribus, & legatarijs, quia scilicet, non fuerunt confusæ actiones. decis. 528.num.1.*


*Hæres*

*Hæres pro parte bonorum sine inuentario, si sit etiam creditor hereditatis, pro illis partibus, in quibus non est hæres, non confundit actiones. decis. 528. num. 1.*

*Hæredis bona sunt hypothecata pro solutione dotis filiarum testatoris. decis. 528. num. 3.*

*Hæres adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias. decis. 747. nu. 2.*

*Hæredis primi mentio facta in secūdo testamento inducit vehementem præsumptionem mutationis voluntatis. decis. 721. nu. 10.*

*Hæredis grauati bona, & iura non veniunt in restitutione fideicommissi. decis. 259. nu. 2.*

*Heres heredis dicitur hæres authoris illius heredis. decis. 750. nu. 3.*

*Hæres succedit in iuribus, & actionibus defuncti. decisione 669. num. 3.*

*Heredem presumitur velle grauare testator in dubio minus, quam possit. decis. 744. nu. 4.*

*Hæredi, ne hereditas remaneat exhausta, competunt iuris remedia. decis. 499. nu. 6.*

*Heredem habere non dicitur, qui nihil post suam mortem relinquit. decis. 433. num. 1.*

*Hæres potest conuenire etiam pendente termino inuentarij pro his, quæ concernunt exonerationem conscientiæ testatoris. decis. 773. nu. 7.*

*Hæres non potest venire contra confessionem defuncti. decis. 520. num. 2.*

*Hæres debet immitti in possessionē bonorum defuncti, vbi testamentum non est abolitum, neque cancellatum. decisione 770. nu. 1. Fallit, vbi testamentum est nullum, numero 1. Limita falleutiam, Non procedere vbi vitium est inuisibile, nisi tamen in continenti probetur, & fiat visibile per euidentiam rei. nu. 3.*

*Hæres adeundo hæreditatem, videtur quasi contrahere cū creditoribus hæreditarijs. decis. 477. nu. 4.*

*Heredes eius, qui fructus beneficij suos non fecit, tenentur restituere. decis. 665. nu. 3.*

*Hæres grauatus restituere hæreditatem fideicommissariā existens defuncti creditor adeundo heredit atem confundit actionē, censetur q; sibi statim satisfacere per fictam, & imaginariam solutionem. decis. 780. nu. 1.*

*Hæres grauatus restituere, si post aditionem euadat hæreditatis creditor, soluendo de suo debita hereditaria, tenetur hereditatem restituere fideicommissario, solutis sibi pecunijs, in quibus est creditor. decisione 780. numero 3. & 5.*

*Heres grauatus, qui confecit inuentarium, potest retinere bona hæreditaria, nec cogitur pecunias de suo solutas in hæreditatis vtilitatem recipere. decisione 780. numero 4.*

*Hæres fiduciarius, seu confidentiarius non dicitur verus hæres, sed potius custos, minister, seu depositarius, & propterea tenetur restituere hæreditatem, cui de iure, vna cum fructibus non retenta pro se aliqua parte. decis. 765. nu. 1.*

*Hæres quando dicatur institutus sub confidentia, probatur ex verbis testamenti, & ex causa. decisio. 765. numero 3.*

*Hæres confidentialis, seu fiduciarius censetur institutus per verbum confidentiam importans, vtputa, quando testator dixit, Mi confido, e sò, che lui esseguirà secondo, che lui sà la mente mia. decis. 765. nu. 4.*

*Heres censetur institutus in confidentiam, quando testator habebat proximiorem bannitum, & condemnatum, cui verisimiliter volebat restitui hæreditatem ipso restituto, & aggratiato. decis. 765. nu. 5.*

*Heres, quod fuerit institutus in confidentiam a testatore probatur coniecturis, de quibus. decisione 765. num. 11. & seqq.*

*Heredis institutio confidentialis an intelligatur de tota hereditate? An vero ad sola legata, & alia in testamento expressa. decis. 765. num. 12.*

*Hæres, vt coheredem vniuersalem habere dicatur, sufficit habere spem, quod quis ex testamento hæreditatem vniuersam quandoque adire possit. decis. 663. nume. 7. vers. Huic enim obiectioni.*

*Heres creditor defuncti censetur de suo credito in bonis hæreditarijs satisfecisse. decis. 61. nu. 4.*

*Heres cum beneficio legit, & inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus reperitur in inuentario. decis. 61. nu. 4.*

*Hæres, qui semel fuit, non potest desinere esse hæres. decisio. 75. numero 7.*

*Hæredis institutio si sit delata in tempus, vel conditionalis pendente tempore, seu cōditione successio dicitur suspensa. decis. 75. nu. 9.*

*Hæres conditionaliter institutus adueniente cōditione vsque ab initio fingitur hæres. decis. 75. nu. 9.*

*Heres pro parte, si illi sit datus coheres sub conditione, pendente conditione dicitur hæres in totum, & adueniente conditione desinit esse in totum. decis. 75. num. 11.*

*Hæres desinere esse quis potest ex causa superueniente de præterito. decis. 75. nu. 11.*

*Hæres, cui datus est cohæres post mortem, licet in vita sit heres in totum, post mortem desinit esse heres in totum. decis. 75. nu. 11.*

*Heres institutus durante eius vita, vbi post mortem nō est datus hæres, censetur hæres perpetuo, maxime quando non est adiecta aliqua taxatiua. decis. 84. nu. 1. Fallit, vbi constat de contraria verisimili mēte testatoris, quia tunc debet restitus hereditas venienti ab intestato. numero 2. Et dicta mens colligitur si veniens ab intestato est filius testatoris, & ex alijs, de quibus nu. 3. Fallit secundo, stante clausula codicillari, nu. 3.*

*Hæres non desinit esse heres ex eo, quod post mortem teneatur restituere per fideicommissum hæreditatem. decisione 84. num. 4.*

*Hæredem se facere dicitur, qui se facit dominum rei hereditaria. decis. 32. nu. 1. & 2.*

*Hæres, qui accepit possessionem rerum hæreditariam alijs institutis heredibus præsumitur possessionem accepisse pro sua tantum portione. decisione 761. Declara, vt numero 3.*

*Hæres grauatus restituere Drogheriam fideicommissario nō tenetur in gratiam fideicommissarij aliquid lucrari. decis. 220. nu. 2. & 3.*

*Hæres exigens pecunias defuncto debitas, dicitur illas retinere ex causa lucratiua. decisione 760. numero 3. in fine.*

*Hæres cum beneficio legis, & inuentarij assecurare iudiciū non tenetur. decis. 326. nu. 1.*

*Hierosolymitani Equites veniunt appellatione Religiosorum. decis. 177. nu. 1.*

*Hierosolymitani Equites veri Religiosi dicuntur. decisione 177. numero 1.*

*Hierosolymitani Equites nō sibi, sed Religioni acquirunt, sicut alij Religiosi. decis. 333. nu. 2.*

*Hierosolymitani Equites sunt veri Religiosi, & faciunt vota substantialia. decis. 454. nu. 3.*

*Hierosolymitani milites sunt vere Religiosi. decisione 87. numero 1.*

*Hierosolymitanorum Militum Commendæ, seu Præpositure non sunt beneficia perpetua, sed manualia, & ab ijs possunt milites adnutum Magni Magistri amoueri. decis. 87. num. 2.*

*Hierosolymitani milites non possunt disponere, nedum de bonis, quę ad eos peruenerunt intuitu suæ Religionis, sed nec etiam de patrimonialibus, cum sint vere, & proprie Religiosi. decis. 76. nu. 1.*

*Hominis dispositio primo actu consumpta dicitur, secus dispositio legis. decis. 386. nu. 2. in fine, & nu. 3. Vbi quid si primus actus sit nullus.*

*Honestas, & nobilitas familiarum diuitijs conseruantur, & ob inopiam pereunt. decis. 682. nu. 5.*

*Honestas, morum compositio, & personarum grauitas instituentibus necessaria est. decisio. 167. numero 2. & 3. Vbi quod prius requiritur morum compositio, quam literatura.*

*Honestas, & personarum grauitas in Canonicis necessaria est. decisio. 167. nume. 2. Vbi prius, quam litteratura, & scientia.*

*Hospitalis visitatio, cuius cura alteri demandata fuit, spectat ad Episcopum. decisio. 30. num. 2. Dic procedere vbi est concessa protestatio, & defensio, quæ non eximit a iurisdictione, & per consequens nec a visitatione, quæ est iurisdictionis. num 2.*

*Hospitale in materia iurisdictionis pro persona habetur. decis. 30. nu. 4.*

*Hospitale erectum cum consensu, & auctoritate Episcopi, Ecclesiasticum dicitur. decis. 30. nu. 6.*

*Hospitale fundatum absque consensu, & auctoritate Episcopi non dicitur locus Religiosus. decis. 30. nu. 8.*

*Hospitale visitare Episcopus non potest, quod non est locus Religiosus facultate propria, sed vt Sedis Apostolicę delegatus in vim Concilij Tridentini, nisi aliter sit in fundatione cautum. decis. 30. nu. 8.*

*Huiusmodi, & ea, dictiones hę referuntur ad illa tantum, de quibus in dispositione fuit dictum. decisione 767. numero 5.*

*Huiusmodi dictio est repetitiua præcedentium. decisio. 373. numero 6.*

*Hypotheca non extinguitur per alienationem rei, sed rem ipsam sequitur. decis. 563. num. 2.*

*Hypoth. a specialis ex interuallo adiecta ad fauorem creditoris nihil operatur in preiudicium hypotheca anteriorum creditorum. decis. 563. nu. 3.*

*Hypothecam habens non debet preferri, nisi cum ijsdem conditionibus, quibus res alijs conceditur. decisio. 620. numero 2.*

*Hypothecam anteriorem habenti competit immissio ex vtili Saluiano, etiam contra tertium possessorem. decisione 619. num. 3.*

*Hypotheca in nominibus debitorum tantum durat, quantum ipsum nomē manet in posse debitoris obligati. decis. 595. Declara, vt nu. 4.*

*Hypothecaria actio non percutit dominium rei alienatę, sed possessionē duntaxat, & per eam datur creditori retentio rei auocatæ a tertio emptore ad tempus, donec sibi satisfiat de fructibus. decis. 759. nu. 3. & 4.*

*Hypothecaria actio præscribitur spacio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. decisione 595. num. 9. & 10.*

I

IACTARE *suum nemo præsumitur. decisione 134. numero 1.*

*Identitas rerum, quomodo probetur in antiquissimis. decisio. 12. nu. 11.*

*Identitas rei legatæ concludenter probanda est, antequam legatarius in illius possessionem immittatur. decis. 391. numero 8.*

*Identitas bonorum probatur ex instrumento diuisionis. decis. 706. num. 1.*

*Identitas probatur absque cōfinibus ex denominatione singulari. decis. 706. num. 1.*

*Identitas probatur ex probatione, quod possessores sunt successores eorum, qui alias dicta bona possidebant. decisio. 706. num. 2. Vbi maxime si vltra generalem demonstrationem loci concurrit aliqua particularis demonstratio. numero 2.*

*Identitas probatur ex descriptione facta in catastro. decisione 706. num. 2. & 3.*

*Identitas probatur ex verificatione duorum confinium. decis. 706. num. 4.*

*Identitas personæ probatur per indicia, & coniecturas. decis. 277. num. 5.*

*Identitas probatur ex concursu plurium demōstrationum, nisi illa met etiam alijs conueniunt. decis. 277. nu. 6.*

*Identitas rei probatur ex duabus demōstrationibus. decis. 180. nu. 2. & decis. 407. nu. 2. Vbi quod verificatio duorum confinium sufficit.*

*Identitas rei probatur ex identitate confinium. decis. 161. numero 3.*

*Identitas probatur ex verificatione duorum confinium. decisio. 119. nu. 2.*

*Identitas probatur ex aspectu, & rei euidentia, quę ceteris probationibus præfertur. decis. 407. num. 3.*

*Identitas probatur coniecturis. decis. 407. nu. 3.*

*Identitas probatur ex eo, quod hæredes testatoris in certo loco bona possident, quando constet testatorem etiam in dicto loco bona possedisse. decis. 407. num. 4.*


Iden-

Identitas probatur coniecturis, & lenioribus probationibus.decis.119.num.4.
Identitas nominis probat identitatem rei. decisione 371. num.1.
Identitas probatur per testes, qui concordant in duobus demonstrationibus, licet in alijs discordent. decisione 371.num.2. Vbi maxime concurrente nominis identitate.
Identitas probatur ex verificatione duorum confinium.decis.119.num.2.
Ignorantia iuris regulariter non excusat eum, presertim qui auctoritate propria se intrusit in aliquod beneficiũ. decis.560.num.8.
Ignorantia crassa, & supina suffragari non potest.decisione 481.num.6.
Ignorantia in facto proprio non præsumitur.decisione 481. num.6.in fine.
Ignorantia iuris regulariter non presumitur. decis.662. num.7.Fallit in iure valde dubio, num.7.
Ignorantia iuris dubij ad euitãdum damnum admittitur, sicut ignorantia facti.decis.662.num.7.
Ignorantia iuris vt suffragetur, necesse est, vt ignorans probet se fuisse motum ad faciendum propter ignorantiam. decis.662.num.8.
Ignorans, & impeditus equiparatur.decis.662.nu.9.
Ignorantia est iusta causa concedendi restitutionem in integrum.decis.342.num.1.
Ignorantia non presumitur, vbi est fundamentum intentionis agentis.decis.342.num.2.
Ignorantia ad effectum concedendi restitutionem in integrum debet esse versimilis, probabilis, & valde iusta, nec sufficit ignorantia crassa, & affectata.decis.342.nu.2. Vbi quod procedit etiam in pœnalibus, & odiosis.
Ignorantia crassa, & affectata habetur pro scientia. decis. 342.num.3.& decis.364.num.3.
Ignorantia non est probabilis, nec verisimilis, vbi adsunt coniecture scientie.decis.342.num.3.
Ignorantia non prodest ad obtinendam restitutionem in integrum, vbi adest præsumptio scientia. decis.342. num.3.
Ignorantia iusta non excusat, quo minus quis ipso iure incidat in commissum, licet de æquitate soleat prabere iustam causam restitutionis in integrum.decis. 364.num. 1.& 2.
Ignorantia crassa, & affectata non excusat, nec etiam in pœnalibus.decis.364.num.3.
Ignorantiam allegare non potest is, qui cum sciuit non desistit.decis.364.num.5.
Ignorans ab initio, si sciens non desistit, nõ excusatur a delicto, quia perseuerantia inducit iudicium precedentis animi.decis.364.num.5.
Ignorans si non desistit, cum sciuit, non excusatur. decisio. 281.num.3.
Ignorantia fideicommissi excusat a caducitate, seu contrauentione.decis.268.num.2.
Ignorantia iuris controuersi excusat, & aquiparatur ignorantia facti.decis.268.num.3.
Ignorare defuncti valetudinem consanguineus non presumitur. decisione 206. numero 9.
Ignorantia eorum, que sunt apud acta non præsumitur. decis.93.num.2.
Ignorantia vbi adest, datur restitutio in integrum. decis. 164.num.4.
Ignorantia facti æquiparatur dubietas.decis.363.nu.2.
Ignorantia quantitatis predij non concludit ignorantiam predij, & eius confinium.decis.371.num.3.
Ignorantia iuris præsumitur in muliere, & in minore. decis.723.num.10.
Illatio non fit ex diuersis.decis.90.num.2.
Illegitimus clericus non est capax pensionis, nisi ad pensionem fuerit dispensatus. decisione 349.num.2. Contra, numero 3. Vbi quod sufficit illum esse dispensatum ad clericatum, etiam quod non sit dispensatus super illegitimitate.
Illegitimus natus ex damnato coitu est insuccessibilis in Iure patronatus gentilitio, & familiari, cum non dicatur de familia, vel parentela.decis.251.num.6.
Illud relatiuum verbum est repetitiuum antecedentium in eadem oratione immediate.decis.687.num.10.
Immemorabilis præscriptio probatur per testes excedentes annos 54.decis.360.num.13.
Immemorabili præscriptione probatur Ius patronatus, & presumitur titulus fundationis.decis.360.nu.13.
Immemorabilis præscriptio excluditur per contraria instrumenta, & scripturas.decis.266.num.8.
Immemorabilis prescriptio, vt per testes probata cẽseatur, qua requirantur remissiue.decis.266.num.8.
Immemorabilis prescriptio, vt concludenter probata dicatur, debet habere requisita, de quibus per Glos.finalẽ in c. 1.de præscript.in 6.decis.248.num.2.
Immemorabilis possessio debet concludenter probari. decis. 330.num.2.
Immemorabilis habet vim priuilegij, & ex ea potest allegari melior titulus de mundo.decis.614.num.1.
Immemorabilis eget particulari derogatione. decisio. 614. num.1.
Immemorabilis quando Papa in regulis Cancellarię uoluit derogare, id expressit.decis.614.nu.1. Contrarium vero, num.4. Quod, scilicet, ex derogatione apposita in vna regula, non possit in ferri, quod in alia noluerit derogare.
Immemorabilis, & priuilegium Apostolicum pari passu ambulant.decis.614.num.2.
Immemorabilis vt probetur, testes debent deponere cum requisitis. Glos.in cap.1. de prescript.in 6. decisio.275. num.4.
Immemorabilis cessat dato certo initio.decis.285.nu.4.
Immemorabilis vt probetur per testes, testes debent deponere cum requisitis a glos.in cap.1.de præscript.in 6.decis.58.num.2.
Immemorabilis excluditur per actus contrarios.decis.58. num.2.& 3.
Immemorabilis non probatur per scripturas. decisione 58. num.3.
Immemorabilis præscriptio habet vim priuilegij, & per eã acquiruntur etiam, que Principi sunt reseruata.decisio. 11.num.2.

*Immemorabilis præscriptio sufficit, quod allegetur, & probetur, etiam quod non probetur titulus. decisione 11. numero 2.*

*Immemorabilis præscriptio habet vim priuilegij expressi, & concessi ex certa scientia, & proinde habetur, ac si ab eo, qui hanc habet auctoritatem fuisset concessum. decis. 11. num. 3.*

*Immemorabilem præscriptionē habens, potest allegare quēcumque titulum voluerit. decis. 11. nu. 4.*

*Immissio ex l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. non conceditur ex scriptura rasa, cancellata, & cum additionibus in margine. decis. 580. nu. 1.*

*Immissio in possessionem possidenti non datur. dec. 56. n. 2.*

*Immissio ex Saluiano vtili conceditur contra tertios possessores rei, quæ possidebatur ab obligato tempore obligationis. decis. 624. nu. 1.*

*Immissio ex vtili Saluiano non retardatur ob exceptionē, quæ requirit altiorem indaginem. decisione 624. numero 4.*

*Immissio ex Saluiano non retardatur propter exceptiones, quę requirunt extrinsecas probationes. decisione 624. numero 7.*

*Immissus in possessionem beneficij vigore tituli nulli, si fructus percipiat, incurrit in pœnas, cap. auaritię. de elect. in 6. decis. 181. nu. 4.*

*Immissio in Saluiano non datur contra possidentem stante confessione debiti, & termino suscepto per ipsum ad soluendum. decis. 377. nu. 1.*

*Immissio impeditur, si emphyteusis in continenti doceatur. decis. 597. nu. 1.*

*Immissio non impeditur sub prætextu melioramentorum, quando non scitur status rei, qualis fuerit, antequam detineretur ab aduersario. decis. 655. nu. 1.*

*Immissio ex gratiosa subrogatione, vt concedatur, quæ requirantur. decis. 523. nu 1.*

*Impedimenta, seu inhabilitates, vbi plures sunt, vna sublata, remanent aliæ. decis. 76. nu 2.*

*Impedimentum accidentale non diu durat, & ideo expectandum est, quod cesset. decis. 713. nu. 4.*

*Impedimentum allegans, debet probare se fuisse actum suturum, nisi fuisset impeditus. decis. 615. nu. 8.*

*Impediens quando teneatur probare adhibuisse diligētiam remouendi impedimentum, & illud remouere nō potuisse. decis. 632. nu. 3.*

*Impeditus, vt excusetur a non facto, necesse est probare se fuisse paratum facere, & impedimentum fuisse causam non faciendi. decis. 662. nu. 8.*

*Impeditus, & ignorans æquiparantur. decisione 662. numero 9.*

*Impedimentum, vt excuset, debet probari vltra impedimentum, diligentia illud remouendi. decisione 343. numero 1.*

*Impedimentum debet probari ab allegante. decisione 156. numero 2.*

*Impensa funeris debet detrahi ex fideicommisso ante restitutionem. decis. 259. nu. 1.*

*Impensa funeris dicitur debitum defuncti, & hęreditatis, & est magis priuilegiatum, quam omne aliud debitum. decisione 259. numero 1.*

*Impensa facit præsumere gratiam fuisse impetratam ad instantiam impedientis. decis. 70. nu. 6.*

*Impensum in fructus redigendos minuunt fructus. decis. 175. num. 5.*

*Imperio mero, & mixto concesso, censentur etiam concessę pœnæ pecuniarię, & mulctæ decis. 230. num. 4. & 5. Vbi idem quando fuit concessa omnimoda iurisdictio.*

*Impetrans beneficium cum clausula generali quouis alio modo vacet venire potest ex quacumque vacatione, etiā quod ante dictam clausulam vnum vacationis modum specialiter expresserit. decis. 560. nu. 1.*

*Impetrans beneficium ex gratiosa subrogatione immittendus est in possessionem ipsius beneficij probata lite, clericatu, & obitu beneficiati. decis. 261. nu. 1.*

*Impetrans beneficium ex gratiosa subrogatione, quando immittendus sit in possessionem lite existente nulliter prosequuta ex defectu citationis, & aliorum, de quibus. decis. 261. nu. 2. & 3.*

*Impetrantis possessio facta in supplicatione probat contra impetrantem, & supplicantem. decis. 455. num. 4.*

*Implementi exceptio repellit agentem. decis. 464 nu. 4.*

*Implementi exceptio opponi non potest per eum, qui contractui acquieuit. decis. 68. nu. 2.*

*Impositio census in dubio prę sumitur valida, quādiu illius non probatur aliquis defectus. decis. 219. num. 1.*

*Impositio census dicitur alienatio. decis. 456. nu. 5.*

*Impossibile nemo tenetur adimplere. decisione 130. numero 2.*

*Impugnare nemo potest a se alias approbatum. decisio. 456. numero 4.*

*Impugnans suam confessionem non auditur. decisio. 597. numero 2.*

*Impugnare ius alicuius non potest, & se in iure ipsius fundare. decis. 49. nu. 4. Fallit durante lite super impugnatione, dummodo non impugnet in vno, eodemq; negotio. numero 4.*

*Imputari ei non debet, qui adhibet omnem diligentiam, vt liberetur ab obligatione. decis. 636. nu. 4.*

*Incerta dicitur persona, quando plures eodem nomine vocantur. decis. 277. nu. 4.*

*In circa, hæc dictio operatur in modico. decis. 353. num. 3.*

*In circa, hęc dictio operatur, vt possit detrahi de maiori summa, & augeri in minori. decis. 334. num. 5.*

*Incola loci dicitur, qui ibi suum contulit domicilium. decis. 188. num. 1.*

*Incolatus simplex non facit quem gaudere beneficio statuti. decis. 188. nu. 2.*

*Incola dicitur, qui participat de honoribus, & oneribus loci. decis. 188. nu. 2.*

*Incola is solum dicitur, qui per decennium in loco permansit. decis. 188. num. 3. Vbi quod ex decennij habitatione inducitur animus permanendi, & ideo decennium non est necessarium, vbi aliunde constat de dicto animo.*

*Incolatus probatur ex descriptione facta in lista, in qua omnes incolę describuntur. decis. 188. nu. 5.*

*Incompatibilium beneficiorum retentio illicita est. decisio. 491. num. 4.*

# Index Summariorum.


Incompatibilia dicuntur beneficia, quorum vtrumque requirit residentiam. decisione 179. num. 1.

Incompatibile non dicitur beneficium, cui imminet cura habitu tantum, exercitium vero penes alium residet. decis. 179. num. 2.

Incompatibilitas non inducitur ex residentia, quę non est continua, sed temporalis, & certis diebus dumtaxat. decisione 179. num. 5.

Incompatibilitas, quæ non potest considerari inter tres indices, non poterit etiam considerari inter quatuor. decisio. 533. num. 2.

In continenti facta, dicuntur fieri absque causæ cognitione. decis. 522. num. 3.

Indefensus non dicitur, qui aliquando in iudicio cōparuit, licet de iuribus suis diffisus causam prosequutus nō fuerit. decisione 599. num. 4.

Indefinita oratio non æquipollet vniuersali in testibus, & probationibus. decis. 687. num. 20.

Indefinita æquipollet vniuersali. decis. 29. num. 4.

Indicia purgantur ex sustentatione tormentorum. decisione 762. num. 6.

Indicia conquassantur ex indicijs contrarijs, & inuerisimilitudine. decis. 762. num. 7.

Indiuiduitas non potest considerari, vbi iudicia, & personę sunt diuersæ. decis. 237. num. 3.

Indiuiduus contractus in parte nullus, in totum reputatur nullus. decis. 631. num. 7.

Indultum Leonis X. concedens Ecclesiæ Seguntinę dimidiā annatam fructuum Ciuitatis, & diœcesis Seguntinæ nō comprehendit beneficia annexa dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis. decis. 199. num. 1. & 7. Vbi secus in Cappellanijs existentibus intra Ecclesiam Cathedralem habentibus suam dotem peculiarem extra Ecclesiam.

Indultorum moderatio edita per Papam Paulum V. de mense Octobris 1609. non comprehendit beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, quorum collatio spectat ad inferiores collatores. decisione 767. nu. 7.

Industria personę vbi electa est, non potest recedi a persona nominata. decisione 462. num. 3.

Infantes sunt etiam capaces pensionis, & ideo in reseruatione est necessaria expressio infantilis ętatis. decisione 549. num. 6.

Infans est incapax beneficij. decis. 531. num. 4.

Infantes Hispanice dicuntur Ninni. decisione 194. numero 3.

Infans, & absens, vt legitimari possit, requiritur specialis mentio in facultate legitimandi. decis. 65. num. 1. Amplia, vt nec ratificatio legitimati hoc casu aliquid operetur, num. 1. Contra ampliationem late, num. 2. Vbi id firmatur, & num. 3.

Infans in materia legitimationis æquiparatur absenti. decis. 65. num. 1.

Infirmitas probatur ex Medicorum fide, pręsertim administeriata. decis. 519. num. 8.

Infirmitas non præsumitur, sed sanitas, & ideo qui infirmitatem allegat, probare debet. decis. 713. num. 2.

Inhabilis ille non est ad Ius patronatus, qui est clericus, incumbit studijs, & est adolescens optimæ spei. decisione 202. numero 2. & sequenti.

Inhabilitas ad obtinendum beneficium non inducitur ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium. decisio. 37. num. 3. Vbi, quod contrarium seruat Cancellaria.

Inhabilitates, seu impedimenta, vbi plures sunt, vna sublata, remanent aliæ. decis. 76. num. 2.

Inhibitio specialis conceditur debitori timenti se indebite grauari posse, implorando iudicis officio, & supponit illā petentem se debitorem, & allegare exceptionem, propter quam tutus reddatur. decis. 606. num. 1.

Inhibitio iuxta formam commissionis non arctat, nisi in causa, de qua commissio loquitur. decisione 546. numero 2.

Inhibitio per Rotam non datur extra Curiam, etiam iuxta formam commissionis, quando potest esse impedimento alias legitime gestis, & ordinatis a Rota. decis. 641. numero 1.

Inhibitio, quando alteri parti fuit datum mandatum de manutenendo, non datur, nisi cum clausula sine præiudicio possessionis, & mandati de manutenendo. decis. 641. num. 1.

Inhibitio iuxta formam commissionis non datur post rem iudicatam. decis. 641. num. 1.

Inhibitio semper debet intelligi sine prȩiudicio subdelegationis, ne alias iudex sibi ipsi inhibeat. decisione 641. numero 2.

Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta, est timenda. decis. 159. num. 4. & decis. 670 num. 1.

Inhibitio de soluendo habet vim sequestri, & est permissa, quando fit in exequutionem iudicati. decisione 727. numero 5.

Inhibitio, seu monitorium cum clausula si quis, &c. per comparitionem resoluitur in simplicem citationem. decisione 520. num. 10.

Inhibitio Rotalis, quamuis emanata vigore commissionis subreptitiæ, est timenda. decis. 459. num. 3.

Inhibitio emanata vigore commissionis conditionalis, non causat attentata. decis. 459. num. 3.

Inhibitionis moderatio in causa restitutionis in integrum habet vim diffinitiuæ, & in eius probatione censentur reuocatę omnes dilationes. decis. 13. num. 2.

Inhibitio emanata contra formam rescripti est reuocanda. decis. 393. num. 1.

Inimicitia exceptio causatur a iure naturali, & propterea per Principem non remittitur. decis. 358. num. 3.

Inimicitia præsumitur durare, nisi probetur reconciliatio. decis. 358. num. 4.

Iniustitia sententiæ est sufficiens causa restitutionis in integrum. decis. 534. num. 1.

Iniustitia patens in sententia, tunc dicitur esse, quando aliquo modo velari non potest. decisione 646. numero 2.

Iniustitia mandati facit, vt exequutio dicatur attentata, & ideo reuocanda. decis. 690. num. 4.

Iniustitia sententiæ est causa sufficiens restitutionis in integrum pro dotis restitutione. decis. 381. num. 1.

Iniustitia sententiæ, etiamsi non sit notoria, est sufficiens


causa

*causa restitutionis in integrum pro restitutione dotis. decis. 381. num. 1.*

*Inquilinatus, seu prælationis ius, quod quis non habet, neque potest conductori concedere. decis. 540. nu. 2.*

*Inquilinus proprie est, qui inhabitat conductas ædes prædij urbanis. decis. 540. num. 6.*

*Insertum probat concurrentibus adminiculis. decisio. 18. num. 1.*

*Insignia, & arma familiæ reperta in aliqua Cappella inducunt præsumptionem Iuris patronatus, & bonæfidei in antiquis. decis. 548. num. 7.*

*Insinuatio donationis non requiritur, nisi illa excedat Scuta 700. nostri temporis. decis. 458. num. 4.*

*Insinuatio donationis omissa non vitiat, nisi in excessu. decisione 458. num. 4.*

*Insinuatio donationis non requiritur, quando donatio est reciproca, & ob causam, ut puta, cum onere alendi donatorem. decisio. 458. num. 5.*

*Insinuatio donationis non requiritur in donatione facta Ecclesiæ. decis. 458. num. 6.*

*Insinuatio contractus requisita a statuto ultra solennitates, est necessaria, etiam quando filius familias minor contrahit cum patre, vel cum ipsius interuentu. decis. 385. num. 3.*

*Insinuatio non debet per necesse fieri in ipsa celebratione contractus, sed potest adhiberi post celebratum contractum ex interuallo, & manu alterius Notarij. decisione 385. num. 5.*

*Insinuationem statutum requirens in certis contractibus, si non loquitur taxatiue, non excludit illam in alijs contractibus, de quibus loquitur constitutio Marchiæ. decis. 385. num. 6.*

*Insinuatio non suppletur per iuramentum, quando statutũ utrunque requirit. decis. 385. num. 9.*

*Insinuatio donationis tendit ad illius confirmationem, non autem ad augumentum. decis. 596. num. 6.*

*Insinuatio requiritur in renunciatione, quæ sapit donationem. decis. 38. num. 3.*

*Insinuatio non requiritur in donatione propter nuptias. decis. 377. num. 5.*

*Instantia perempta iudex debet solum pronunciare super peremptione instantiæ, & desertione appellationis. decis. 564. num. 1.*

*Institui, ut quis debeat in Iure patronatus, quatuor requiruntur, vacatio scilicet beneficij, existentia Iuris patronatus, habilitas præsentati, & præsentatio facta in tempore. decis. 337. num. 1.*

*Institutio, quæ fit per Episcopum in Ecclesijs, quæ sunt de mensa monasterij, non est propria institutio, sed auctorizabilis institutio. decis. 204. num. 6.*

*Institutio hæredis confidentialis, an intelligatur de tota hæreditate, an vero ad sola legata, & alia in testamento expressa? decis. 765. num. 12. & 13.*

*Institutus in re certa, non dato cohærede, dicitur hæres uniuersalis. decis. 162. num. 5.*

*Institutus in re certa, ut dicatur habere cohæredem uniuersalem, sufficit adesse spem, quod quis ex testamento hæreditatem uniuersam quandoque adire poterit. decisione 162. numero 5.*

*Institutio non dicitur diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habens, nisi quando fuit facta vocatis vocandis, & cum causæ cognitione. decis. 522. num. 1. & 2. Vbi quod idem est de institutione denegata.*

*Institutio filij etiam in modico sustinet testamentum. decisione 662. num. 7.*

*Institutio, seu collatio facta pendente termino ad appellandum est attentata. decis. 586. num. 1.*

*Institutus solum in usufructu nullo dato cohærede, intelligitur institutus in totum. decis. 122. num. 1.*

*Institutus sub conditione erit hæres conditione purificata. decis. 122. num. 3.*

*Institutio non debet fieri sine causa cognitione, ac absque iuris ordine, quando adest lis inter duos præsentatos, quis sit instituendus. decisione 181. num. 4.*

*Institutio hæredis si sit delata in tempus, vel conditionalis pendente tempore, seu conditione, successio dicitur suspẽsa. decisione 75. num. 9.*

*Instrumentum subscriptum a Notario probat, etiam quod fuerit sumptum ex originali parte non citata. decisione 603 num. 2.*

*Instrumentum subscriptum a Notario probat absque eo, quod sit scriptum ipsius manu. decis. 603. num. 2.*

*Instrumentum publicari, & authenticari debet ab ipso Notario, qui se de eo rogauit, & non ab altero de eius commissione, nisi iudicis auctoritas interuenerit. decis. 603. Declara, ut num. 3.*

*Instrumentum indubitanter facit plenam probationem. decis. 266. num. 1. in fine.*

*Instrumentis, & scripturis magis creditur, quam testibus. decis. 266. num. 7.*

*Instrumenti recognitio, seu testamenti, cuius vigore agitur, & in actis producti omnino necessaria est, ut eadem scriptura probet, ubi tamen scriptura est antiqua sufficiunt adminicula ad illius recognitionem. decisio. 693. num. 7. & 8. Vbi ponuntur aliqua huius recognitionis adminicula.*

*Instrumenti copia semiplene probat constito de tenore origĩnalis, & de illius amissione. decis. 418. num. 1.*

*Instrumentarius testis deponens pro instrumento semiplene illud probat. decis. 418. num. 2.*

*Instrumentum præsumitur rogatum ab illo Notario, quando illud repertum fuit in sacculo rogituum dicti Notarij. decisione 418. num. 3.*

*Instrumentum etiam sine subscriptione, & signo Notarij probat, quando illud scriptum reperitur inter alios rogitus eiusdem Notarij. decisione 418. num. 4. Vbi præsertim, quando instrumentum habet annum, diem, & numerum testium.*

*Instrumentum præsumitur occultatum ad instantiã eius, de cuius interesse, & utilitate agitur, ut occultetur. decis. 418. num. 5.*

*Instrumenti copia, licet sine originali, non credatur, creditur tamen arbitrio iudicis, concurrẽtibus adminiculis, & coniecturis. decis. 418. num. 5.*

*Instrumenti verba sunt stricte interpretanda, & in arbitrio iudicis, vel partis esse non debet supplere non expres-*

*expressa in instrumento. decisione 656. numero 1.*

*Instrumentum publicum ab archiuista extractum plene probat. decisio. 666. num. 4.*

*Instrumentum dicitur in forma probanti, etiam quando nō constet, quod qui illum rogauit esset Notarius, ac etiam quod Notarij manus non recognoscatur; quando est antiquum ultra centum annos confectum. decisione 613. num. 3.*

*Instrumenta publicata a Notarijs rogatis habentur loco originalium, & probant absque alia solennitate. decisio. 581. num. 2.*

*Instrumenta leuata, & transsumpta ab habentibus facultatem illa extrahendi ab Ordinario probant. decis. 581. numero 3.*

*Instrumenta subscripta a Cancellario, & Archiuista successoribus in officio plene probant. decisio. 581. nu. 4.*

*Instrumenta possunt extrahi a successore in officio absque alia solennitate. decis. 679. num. 4. Vbi praesertim, quando fuerunt extracta vigore Compulsorialium, & illarum seruata forma.*

*Instrumenta, & alia scriptura dicuntur legitime extracta, & publicata, quando fuerunt extracta vigore compulsorialium. decis. 679. num. 5.*

*Instrumentum dicitur probatio probata. decisione 706. numero 1.*

*Instrumenti fides non tollitur ex depositione testium instrumentariorum, & Notarij, quod non fuit factum tale instrumentum. decis. 661. num. 3.*

*Instrumentum semper praesumitur verum. decisione 661. num. 3. & 4. Vbi quod admittit probationem in contrarium.*

*Instrumentum publicum dicitur probatio probata. decisio. 690. num 1. & decis. 462. num. 1.*

*Instrumentum publicum in actis productum parte citata facit plenam, & admodum sufficientem probationem. decis. 192. num. 1.*

*Instrumentum, cui a statuto fides denegatur, neque probat iuramentum in eo contractum decis. 218. num. 3.*

*Instrumentum, seu apocham non subscribens, non potest cōueniri. decis. 671. num. 4.*

*Instrumentum crediti dicitur probatio probata. decis. 669. num. 1.*

*Instrumentum fideiussionis ostendit obligationem fideiubētis decis. 669. num. 2.*

*Instrumentum faciens mentionem de alio non probat, nisi relato exhibito. decisione 139. num. 3.*

*Instrumentum, ex quo non reperitur, non sequitur, quod nō sit factum, cum potuerit amitti, vel non protocollari. decis. 483. num. 5.*

*Instrumenti non reperti negatiua non probatur ex diligentia ex aduerso facta. decis. 483. num 5.*

*Instrumenti proemium designat causam finalem, propter quam sit actus. decis. 676. num. 1.*

*Instrumentum facit probationem probatam. decis. 17. n. 2.*

*Instrumentum non recognitum est, sicut scriptura priuata. decisio. 143. num. 3.*

*Instrumentis narratiua non probat, nisi inter contrahentes. decis. 717. num. 2.*

*Instrumentalis possessio alio existente in possessione non est manutenibilis. decis. 147. num. 2.*

*Instrumentalis possessio alio existente in possessione non suffragatur. decisione 649. num. 9.*

*Instrumentarij testes vti melius informati, & deponentes de facto proprio alijs preferuntur. decis. 487. num. 5.*

*Instrumenta faciunt probationem probatam, & rem indicatam. decis. 771. num. 1.*

*Instrumentum vitiatur ex defectu nominis Pontificis. decis. 703. num. 7.*

*Instrumenta publica faciunt probationem probatam. decis. 597. num. 2.*

*Instrumenti productio non excludit alias species probationis. decis. 542. num 4.*

*Instrumentalis possessio alio existente in possessione non suffragatur. decis. 206. num. 8.*

*Instrumenti productio inducit tacitam confessionem contētorum in instrumento. decis. 193. num. 3.*

*Instrumentalis possessio alio non existente in possessione nihil operatur. decis. 35. num. 4.*

*Instrumenti transumptatio lite pendente non potest fieri absque decreto iudicis, coram quo causa pendet. decisione 258. num. 1.*

*Instrumentum, quod non dicit, nec nos dicere debemus. decis. 78. num. 2.*

*Instrumentum probat solum inter eos, qui instrumento interfuerunt. decisio. 106. num. 2.*

*Instrumentum facit rem claram, & manifestam. decisione 106. num. 4.*

*Instrumentum quando habet exequutionem paratam, debitor habetur pro condemnato. decisio 446. num. 2.*

*Instrumentalis possessio alio non existense in possessione valida est, & manutenibilis. decis. 761. num. 1.*

*Instrumentalis possessio cum animo retinetur, praesumitur continuata. decis. 761. num. 1. in fine.*

*Instrumentalis possessio sufficit pro manutentione. decis. 467. num. 1.*

*Intellectus ad text. in authent. si captiui. C. de Episcop. & cleric. decis. 218. num. 10.*

*Intellectus ad text. in l. bona fides. ff. de act. empt. decisione 676. num. 9.*

*Intellectus ad text. in cap. ad audientiam. il primo. de Eccles. edific. decis. 745. num. 2.*

*Intellectus ad l. debitorem C. de pact. decis. 524. nu. 3.*

*Intentio debitoris in materia extinctionis debitorum debet attendi. decis. 795. num. 4.*

*Intentio etiam ex actu nullo deprehenditur. decis. 306. numero 2.*

*Intentionis defectus non tollitur per clausulas quantumcumque pregnantes decis. 114. num. 4.*

*Intentionis fundamentum debet ab allegante probari. decis. 314. num. 2.*

*Interdictum Saluianum competit creditori cum hypotheca constito de credito, & de possessione rerum hypothecatarum tempore obligationis. decis. 456. num. 1.*

*Interdictum de aqua quotidiana, & aestina, vt detur, sufficit, quod eo anno quis aquam duxerit. decisio. 734. num. 1.*


Inter-

*Interdictum quorum bonorum, non impeditur per titulum inualidum, vel putatiuum, sed requiritur titulus validus. decis. 755. num. 5.*

*Interdictum Saluianum non excluditur per exceptionem præscriptionis allegatum ab eo, qui possidet titulo vniuersali. decisio. 750. num. 1.*

*Interdictum retinendæ est de directo contrarium interdicto redintegranda. decis. 129. num. 7.*

*Interdicto aquæ quotidianæ, & æstiuæ, agens vt obtineat, sufficit probatio, quod superior aquam duxerit, nec est necessaria scientia aduersarij. decisione 97. numero 1. & 2.*

*Interdictum adipiscendæ, quando hæredi concedatur. decis. 263. num. 6.*

*Interesse non debetur, nisi debitor sit constitutus in mora, vel per lapsum diei, vel per interpellationem. decisione 622. num. 5.*

*Interesse habentes in libello nominati debent citari, alias sententia redditur nulla. decis. 584. num. 2.*

*Interesse prouenient lite pendente non facit vt is, qui habet interesse citari debeat in sententia. decisione 244. num. 3.*

*Interesse debetur propter moram, tam in non faciendo, quã in contrafaciendo. decis. 157. num. 3.*

*Interloquutoria sententia exequutioni demandata, non potest per iudicem in præiudicium partis appellata reuocari. decis. 562. num. 2.*

*Interpretatio verborum facienda est secundum communem sensum, & significatum in illis partibus vbi prolata sunt. decis. 390. num. 7.*

*Interpretatio semper fieri debet, vt verborum superfluitas euitetur. decis. 680. num. 6.*

*Interpretatio accipi debet in dubio illa, quæ Religioni fauet. decisione 333. num. 2.*

*Interpretatio ea semper est admittenda, per quam fit reditus ad ius commune. decisione 199. num. 2.*

*Interpretatio, per quam receditur a iure communi, dicitur odiosa. decis. 199. num. 2.*

*Interpretatio omnis est facienda pro concordia testium. decisione 334. num. 5.*

*Interpretatio ea semper est amplectenda, quæ fauet cultui diuino. decis. 316. num. 4.*

*Interpretatio semper facienda est pro excludendo delicto. decis. 166. num. 8.*

*Interpretatio est semper facienda contra reum. decis. 170. num. 10.*

*Interpretatio est semper facienda pro eo, qui agit de damno vitando contra eum, qui agit de lucro captando. decisio. 436. num. 4.*

*Interpretatio, per quam destruitur, siue laceratur dictum testis, appellatur destructiua, siue laceratiua probationum. decisio. 774. num. 1.*

*Interpretationi non est locus in claris. decisione 246. numero 1.*

*Interpretatio omnis potius est sumenda, quam ea, per quam inducitur renunciatio. decis. 38. num. 3.*

*Interpretatio omnis est facienda pro euitanda contrarietate testium. decis. 371. num. 4.*

*Interpretatio est semper facienda, ne altera pars remaneat decepta. decis. 88. num. 3.*

*Interpretatio est facienda contra eum, qui se fundat in verbis instrumenti. decis. 73. num. 4.*

*Interpretatio ea est capienda, quæ tollit occasionem suscitãdi lites. decis. 60. num. 2.*

*Interrogatoriorum datio in examine testium induoit cõsensum. decisione 587. num. 3.*

*Interrupta censetur præscriptio per exequutionem monitorij. decis. 9. num. 3.*

*Intestati causa regulatur secundum causam rumpendi testamenti. decis. 98. num. 4.*

*Intimatio, seu citatio est necessaria in exequutione mandati de immittendo. decisione 445. num. 2. Fallit si articulus exequutionis fuerit bene discussus, & relaxatũ mandatum citata parte, num. 2.*

*Intimatio debet fieri, vbi iudex mandauit decretum intimari. decis. 725. num. 8.*

*Intimatio, vbi fit de mandato iudicis, debet ante exequutionem actus reproduci, vt iudex de illa certus sit. decisione 725. num. 8.*

*Intimatio decreti iudicis solet fieri ad effectum, vt pars deducat, si quid releuans habet, & tunc index, vel reponat, vel mandet supersederi. decis. 725. num. 9.*

*Intrusus in possessionem beneficij propter mortem collitigantis indignus est subrogatione, & quando quis dicatur intrusus. decis. 531. num. 2.*

*Intrusus dicitur prouisus de beneficio reseruato ab alio, quam a Papa. decis. 741. num. 2.*

*Intrusus debet restituere fructus male perceptos. decisione 103. num. 6.*

*Intrusus tenetur ad fructus perceptos ante litem motam. decis. 66. num. 2.*

*Inuentarium non opitulatur hæredi in rebus hæreditarijs. decis. 256. num. 5.*

*Inuentarium legitime probat. decis. 150. num. 4.*

*Inuentarium plene probat contra conficientem. decis. 762. num. 1.*

*Inuentarium probat bona in eo descripta fuisse in bonis testatoris. decisione 407. num. 2.*

*Inuentarium factum a tutore numquid prosit pupillo hæredi, ita quod ab ipso pupillo factum censeatur. decisione 780. num. 4.*

*Inuentarium non suffragatur hæredi, quatenus adsunt bona hæreditaria. decis. 61. num. 4.*

*Inuentarium, & alia solennia, etiam quod tutor omisit facere, nihilominus ille dicitur tutor, licet possit vt suspectus remoueri. decis. 47. nu. 2. Vbi maxime in eo, qui palam, & publice se pro tutore gerit, & in his, quæ concernunt commodum pupilli.*

*Inuentarij confectionis materia est indiuidua. decisio. 132. num. 6.*

*Inuentarij beneficium fuit introductum, vt hæres excusaretur ab obligationibus hæreditarijs, & ne teneretur vltra vires hæreditarias, & præseruantur hæredis bona, ne sequatur immixtio, & hæres, prout quilibet creditor, potest petere creditum suum iure separationis. decisione 326. num. 1.*

Inuen-

# Index Summariorum.


*Inuentarij beneficium competens hæredi cedenti, competit etiam cessionario. decisio. 747. num. 2.*

*Inuentarium quid debeat continere. decisione 747. numero 3.*

*Inuentarij sola omissio non nocet sine dolo. decisione 747. num. 4.*

*Inuestituræ, & concessiones subsequentes in dubio interpretandæ sunt, ne priores censeantur alteratę. decis. 555. numero 11.*

*Inuestitura, seu gratia dicitur subreptitia defectu intentionis, quando Papa illam concessit ignorans alium in ea habere ius ex titulo oneroso, & ex benemeritis. decis. 664. num. 1.*

*Inuestitura, seu gratia subreptitia defectu intentionis remanet nulla, & non prçiudicat habentibus in ea ius. decis 664. num. 2.*

*Inuestitura feudi finita generatione renouari debet cum proximiore, si dominus feudum pro se retinere nolit: decis. 664. num. 7. Declara, vt num. 8. & seqq.*

*Inuestitura, & concessio feudi quid comprehendat, attenditur valor feudi. decisione 664. Declara, vt numero 17.*

*Inuestitura sola absque adminiculis non probat dominiū. decis. 697. num. 3.*

*Inuestituræ verba semper debent attendi etiam circumscripta natura emphyteusis. decis. 294. num. 2.*

*Inuestituræ non probant dominium ad fauorem infeudātis. decis. 193. num. 1. Fallit concurrentibus adminiculis, maxime contra inuestitum, vel ab eo causam habentes, num. 1. & 2. Vbi plura enumerantur adminicula.*

*Inuestitura facta feudo nondum aperto valet postquam feudum est apertum. decisio. 193. num. 9. Fallit in feudo Ecclesiastico, quia incertum est, an ad Episcopum spectaturæ sit feudi concessio, & an sit cessura in euidentem Ecclesiæ vtilitatem? num. 9.*

*Inuestitura posterior non prçiudicat anteriori. decis. 85. numero 7.*

*Inundatio dicitur quando flumen cursum naturalem mutat. decis. 108. num 5.*

*Mero, & mixto imperio concesso, censentur etiam concessa poenae pecuniariae, & mulcta. decis. 230. num. 4. & 5. Ubi idem quando fuit concessa omnimoda iurisdictio.*

*Merum, & mixtum imperium censetur concessum, quando conceditur castrum cum omnimoda iurisdictione. decis. 230. nu. 3. Ac etiam omnes reditus causarum civilium, & criminalium, nu. 3.*

*Metus non praesumitur, sed debet probari per allegantem. decis. 463. nu. 3.*

*Metus reverentialis ut probatus dicatur, debet probari, quod pater minatus fuerit, & quod sit solitus exequi minas. decis. 463. num. 3.*

*Metus excluditur ex gestis postquam cessavit causa metus. decis. 463. nu. 3.*

*Metus illatus in emissione professionis non censetur purgatus per ordinum susceptionem, & alios actus, si durabat eadem causa metus. decis. 705. nu. 1.*

*Metus semel illatus semper durare praesumitur, nisi per actus contrarios sublatus censeatur. decis. 705. nume. 2. Ubi quod actus debent esse tales, ex quibus nulla alia capi possit interpretatio.*

*Metus illatus in emissione professionis non censetur purgatus per susceptionem ordinum, & alios actus, stantibus protestationibus. decis. 705. nu. 3. Ubi quod tales protestationes habeant vim sufficientis reclamationis.*

*Metus arbitrio illatus, insluit in omnes actus subsequentes, & removet consensum ab actu. decisione 705. numero 4.*

*Metus, & laesio excluditur per praesentiam iudicis. decisione 184. numero 2.*

*Milites Hierosolymitani sunt vere Religiosi. decisione 87. numero 1.*

*Milites Hierosolymitani non possunt disponere, nedum de bonis, quae ad eos pervenerunt intuitu suae Religionis, sed nec etiam de patrimonialibus, cum sint vere, & proprie Religiosi. decis. 76. nu. 1.*

*Minister, seu Complementarius Banchi quidquid scripsit in libro principalis mercatoris, censetur de eius consensu scripsisse. decis. 700. nu. 20.*

*Minor dicitur indefensus, si eius curator citatus nunquam comparuit. decis. 557. nu. 5.*

*Minoris obligatio facta sine curatore valet, si minor curatorem non habeat, praesertim iurata. decisione 500. numero 1.*

*Minor, vel mulier a statuto prohibitus contrahere sine certa solennitate, an, & quando extendat vires suas extra territorium. decis. 500. nu. 6. & 7.*

*Minoris fideiussio adhibitis solennitatibus statutarijs Urbis valida est. decis. 245. num. 1. & 2. Ubi amplius, quod minor sic fideiubens non restituitur in integrum.*

*Minoris iuramentum facit, ut is in integrum non restituatur. decis. 245. num. 2.*

*Minori non datur restitutio in integrum adversus contractum iuratum, praesertim lapso quadriennio, & ad impediendum exequutionem obligationis Cameralis. decisione 245. nu. 2. & 3.*

*Minor prohibitus a statuto contrahere sine certis solennitatibus, non per hoc potest amittere solennitates requisitas a iure communi, etiam quod solennitates statutariae adhibitae fuerint. decis. 245. nu. 3.*

*Minoris contractus celebratus cum praesentia propinquorum, praesumitur celebratus cum propinquioribus, nisi econtra probetur illum habuisse alios non adhibitos propinquiores. decis. 245. nu. 4.*

*Minor fideiubens, habens relevatorem, nō dicitur enormissime laesus, nisi probetur relevatorem nō esse idoneum ad ipsum relevandum. decis. 245. n. 8. & 9. Ubi etiam quid si aderant alij confideiussores?*

*Minoris bonorum alienatio valida est, quando foenus, & usura superant fructus bonorum haereditariorum. decisione 675. nu. 2.*

*Minoris bonorum alienatio pro paranda dote ipsi minori valida est, quando maritus non vult recipere bona stabilia in dotem. decis. 675. nu. 6.*

*Minor filiusfamilias non potest contrahere absque solennitatibus a iure requisitis. decis. 385. num. 2.*

*Minor de iure non potest pro dote se obligare, nec dotare sororem absque solennitatibus. decis. 385. nu. 7.*

*Minores viventes in communi cum patruis, praesumuntur habuisse pecunias patruorum in communi utilitate. decis. 647. num. 2.*

*Minori, vel Ecclesiae non datur restitutio pro qualibet modica laesione. decis. 338. un. 6.*

*Minor, quod possit contrahere sine solennitate statutaria, si contrahat cum patre, fundatur in eo, quod pater solet capere bonum consilium pro filio, ideo non habet locum, quando damnum filij est evidens. decisione 218. numero 8.*

*Minor se obligans ex causa necessaria, ut patre excarcerando, non restituitur. decis. 218. nu. 10.*

*Minorem se fuisse dicens tempore cōtractus debet hoc probare concludenter, quia contrarium praesumitur. decis. 483. num. 2.*

*Minor regulariter non recuperat bona nulliter alienata, nisi restituto pretio, & fructibus in eius utilitatem versis. decis. 545. nu. 8.*

*Minor viginti annis reputatur inhabilis ad intercedendū in contractibus mulierum, tanquam unus ex consanguineis ex forma statuti. decis. 619. un. 7.*

*Minor ubi non est impubes, & habet ingenium, & discretionem in iure dubium est, an possit contrahere in aliorum contractibus. decis. 619. nu. 7.*

*Minor dotem recipiens potest se ad restitutionem obligare, etiam sine iudicis decreto, & curatoris auctoritate. decis. 511. nu. 5.*

*Minor fideiubens nō obstante iuramento restituitur, quando adest enormissima laesio. decis. 709. nu. 2.*

*Minor vigintiquinque annis fideiubens de iure communi restituitur in integrum. decis. 709. nu. 6.*

*Minor non potest contrahere absque auctoritate curatoris. decis. 114. nu. 1.*

*Minor restituitur adversus haereditatem inconsulto aditam,*

tam, maxime vbi hęreditas est litibus implicita. decisio. 125. num. 1. Ampliae etiamsi hęreditas sit locuples, & confectum inuentarium, dummodo sit litibus implicita, quia timor vexationis est iusta causa restitutionis in integrum, num. 2.

Minor non restituitur, quando habet regressum contra curatorem. decis. 125. num. 3. Declara primo, id non procedere vbi agendo contra curatorem non esset illi succursum, num. 3. Declara secundo, vt sit in electione minoris, vel agere contra curatorem, vel restitui, numero 3.

Minor restituitur etiam aduersus alium minorem, vel Ecclesiam, vbi tractatur de damno vitando. decisio. 125. num. 4.

Minor non potest extra patriam ad iudicium trahi, valet tamen iudicium, si minor non allegauit declinationem, nec institit remitti causa? decisione 53. num. 2.

Minore prohibito contrahere sine consensu proximiorum, & proximiore non adhibito, qui dicit proximiorem adfuisse, & tempore contractus in loco contractus extitisse probare debet. decis. 713. num. 1. & 3. & seqq. Vbi etiam quis debeat probare dictum proximiorem in die contractus potuisse interuenire, & nullum habuisse impedimentum, & an sufficiat probare impedimenti cessationem in die contractus? An vero etiam requiratur probatio de hora contractus?

Minoris assertio, quod proximiores non habeat, qui possint contractu interuenire, non probat hanc negatiuam. decis. 713. num. 5.

Minoribus conceditur restitutio in integrum aduersus aditionem hęreditatis. decisione 132. numero 1. Vbi tamen declaratur hoc procedere probata minoritate, & lesione.

Minor ętas non censetur probata per dationem Curatoris in pręiudicium tertij. decis. 132. num. 2.

Minori restitutio in integrum concessa, an, & quando prosit maiori. decis. 132. num. 4.

Minor ętas de iure communi 25. annorum potest a statuto restringi. decis. 776. num. 1.

Minor potest se obligare etiam absque solennitatibus statutarijs, quando obligat se non ex proprio contractu, sed tanquam hęres patris. decis. 776. num. 3.

Minor restituitur aduersus emolumentum amissum. decis. 723. num. 14.

Minori ętate durante currit pręscriptio, sed datur restitutio in integrum. decis. 419. num. 4.

Minuendi, & addendi reseruata facultas nō habet locum in ijs, quę secundum ius commune disposita sunt. decis. 240. num. 4.

Minuendi, & addendi facultas non extenditur ad totalem derogationem, & alterationem. decisione 240. numero 5. & 6.

Mixtus casus comprehenditur in dispositione loquente de casu simplici, quando in eo militat ratio dispositionis. decis. 385. num. 4. Vbi quod procedit etiam in pœnalibus, & odiosis.

Mixtus casus in fauorabilibus continetur sub simplici. decis. 385. num. 4.

Moderatio indultorum edita per Papam Paulum Quintum de mense Octobris 1609. non comprehendit beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, quorum collatio spectat ad inferiores Collatores. decisione 767. numero 7.

Moderatio inhibitionis in causa restitutionis in integrū habet vim diffinitiuę, & in eius probatione censentur renouata omnes dilationes. decis. 13. num. 2.

Moderator, & arbiter rei suę quilibet est. decisione 547. num 3.

Modicum dictio aliquando verificatur in quarta parte. decis. 774. num. 6.

Molendina continuo egent expensis, & dicuntur in periculo. decis. 303. num. 2.

Molestię de facto illata non veniunt sub promissione liberationis a molestijs. decis. 615. num. 8.

Momentaneum non habetur in consideratione. decis. 445. num. 4.

Monachi Abbati bona transeunt in Ecclesiam absque alia donatione. decis. 458. num. 3. in fine.

Monachus pręsumitur vixisse de alimentis sibi prestitis a Monasterio. decis. 458. num. 7.

Monacho, & cuius Regulari Papa pensionem reseruare potest, & cum Equite Hierosolymitano expressa sibi eius cōditione, eo ipso, quod reseruat, dispensare censetur. decis. 656. num. 7.

Monachi professio non est legitima non lapso anno probationis. decis. 329. num. 2.

Monachi professio etiam ante annum recipi potest, quando per Summum Pontificem illius receptio est commissa alicui Exequutori vigore regulę Cancellarię 58. decisione 329. num. 2.

Monachi professio etiam ante annum recipi potest ab Exequutore, cui a Papa commissa est receptio, quando Papa mandat statim recipiendam, & amittendam professionem, secus si simpliciter mandet eam recipi. decisio. 329. Declara, vt num. 5.

Monachi professio facta ante annum de iure communi ante Concilium Tridentinum non erat nulla. decisio. 329. numero 6.

Monachi professio ante annum vigore regulę Cancellarię 58. numquid habeat locum in prouisis de Abbatijs Conuentualibus. decis. 329. nu. 6.

Monachus debet ali per Monasterium. decisione 542. numero 6.

Monachus non potest esse procurator extra res sui monasterij, nisi concurrat licentia sui superioris. decisio 445. numero 1.

Monachorum testimonium in causa professionis alterius Monachi propter interesse monasterij est suspectum. decisione 705. nu. 4.

Monachum Religio admittens, tenetur eidem prestare alimenta. decis. 454. num. 3.

Monachi de iure communi subiecti sunt Episcopo. decisione 204. num. 7.

Monachus tunc dicitur eiectus ad effectum, vt desinat acquirere monasterio, quando exutus habitu monachali a corpore ordinis admittitur. decis. 109. nu. 2.

Monachus, seu monialis non dicitur eiecta a monasterio, si fuerit traducta ad aliud monasterium cum habitu Religionis, eiq; a Priori monasterio præstita fuerint alimenta. decis. 109. nu. 2.

Monasterium non tenentur soluere debita illius, ex cuius bonis nihil ad Religionem pertinet. decisione 333. numero 1.

Monasterium, seu Collegium Regularium olim non poterat erigi sine licentia Sedis Apostolicæ. decisione 745. numero 1.

Monasterium Regularium hodie potest erigi de licentia Ordinarij. decis. 745. nu. 1.

Monasterium, seu Collegium Regularium, vt erigatur de licentia Ordinarij, quæ debeant seruari. decisione 745. numero 1.

Monasterio successio, quę acquiritur ex persona Monachi, acquiritur immediate, non autem mediate, nec requiritur aliquod factum Monachi. decisione 128. numero 3.

Monasterium post emissam Monachi professionem habet fundatam intentionem in omnibus, quæ ad monachum deferuntur. decis. 109. nu. 1.

Monetæ species in contractu contenta, siue promissa, non solum est in solutione, sed etiam in obligatione. decis. 149. numero 4.

Moneta qualitas promissa, si non reperitur, debet dari pecunia communis, habita tamen ratione ad cultum pecunię conuentæ. decis. 149. nu. 5.

Monetæ valor est qualitas extrinseca, in cuius variatione inquiritur tempus solutionis. decisione 149. numero 6.

Moneta grossa æstimatur per minutam. decisione 149. numero 8.

Moneta debet restitui per monetam, ita vt æquiualeat antiquæ. decis. 149. nu. 9.

Monetæ bonitas intrinseca, si est mutata tempore solutionis, debet considerari valor illius tempore contractus, si vero est mutata qualitas extrinseca, nempe valor, consideratur valor tempore solutionis. decisione 149. numero 11.

Moniales, quę perpetuam voueut paupertatem, non sibi, sed monasterio acquirunt. decis. 480. nu. 4.

Monialis nõ dicitur eiecta a monasterio, quãdo semper fuit alita per monasterium. decis. 115. nu. 1.

Monialis translatio ad aliud monasterium, duobus modis fit; Vel vt monialis, quę transfertur, liberetur a consortio, & filiatione primi, & efficiatur monialis secundi, & tunc acquisita per eam secundo monasterio debentur. Vel vt non liberetur a consortio, & potestate primi, sed transferatur aliqua de causa, & tũc acquisita per eam, acquiruntur primo monasterio, cuius monialis est. decisio. 115. nu. 3.

Monialis translata ad aliud monasterium, quod non desinat esse filia primi monasterij, ex pluribus probatur. decis. 115 nu. 4. 5. & 6.

Monialis vnius monasterij, vbi ad aliud transfertur, si nõ emittit professionem in secundo monasterio, non fit monialis illius. decis. 115. numero 7. Sufficit tamen professio emissa in primo monasterio, quando fit translatio de vno monasterio ad aliud eiusdẽ regulæ, vel vbi translatio fit auctoritate Papæ, nu. 8.

Monialis, seu monachus non dicitur eiectus a monasterio, si fuerit traductus ad aliud monasterium cum habitu Religionis, eiq; a priori monasterio pręstita fuerint alimenta. decis. 109. nu. 2.

Monialis translatio ad aliud monasterium, duobus modis fieri potest. Vel vt monialis, quę traducitur, fiat filia secundi monasterij, & liberetur a consortio, & filiatione primi. Vel vt remaneat monialis primi, in secundo tamen moritur causa pœnitentiæ, vel simili, & primo casu acquisita per eam post translationem secundo monasterio acquiruntur: Secundo autem casu acquiruntur primo. decisio. 109. nu. 3.

Monialis trãslata, vt dicatur effecta monialis secundi monasterij, requiritur, quod emiserit in eo professionem. decis. 109. nu. 4.

Monialis professa in vno monasterio, vt possit profiteri in alio monasterio, requiritur licentia superius primi monasterij. decis. 109. nu. 4

Monialis translata ad aliud monasterium pœnitentiæ causa, debet ali per monasterium, a quo transfertur. decisio. 109. num. 6.

Monialis stante statuto feminarum exclusiuo dotari debet, sed sufficit dos dari solita ingredientibus monasterium, nec attenditur nobilitas familiæ, nec quantitas patrimonij. decis. 60. nu. 3.

Moniales omnes sunt æquales, nec in eis cõsideratur distinctio nobilitatis. decis. 60. nu. 3.

Monitorij, seu citationis forma pręscripta quo ad executionem seruanda est, & non seruata, executio dicitur nulla. decis. 685. nu. 3.

Monitorium, seu citatio personaliter pręsentandum, si persona haberi potest, sin minus domi dimissa copia, dicitur nulliter executum, si nuncius, antequam domi illud præsentaret, non fecit diligentiam de personaliter reperiendo. decis. 685. nu. 3.

Monitorium, seu inhibitio cum clausula si quis &c. per cõparitionem resoluitur in simplicem citationem. decisione 520. num. 10.

Montium loca quando emuntur a mercatoribus in magna quantitate pro vtilitate banchi, illa emuntur, non vt retineantur ab eis, sed vt vendantur maiori pretio, videnturq; potius illi appaltatores, quam emptores, quia id faciunt, vt fructus percipiant, donec montes reuendant. decis. 700. nu. 3.

Mora in caducitate purgari potest ante declarationem creditoris. decis. 577. nu. 2.

Mora detegitur per iudicialem interpellationem. decisione 528. num. 4.

Mora non debet alicui commodum afferre. decisione 31. numero 2.

Mora cõtrahitur per interpellationem iudicialiter factam. decis. 31. num. 3.

Mora committitur non solum per omissionem, sed etiam per contrauentionem, & ea est odiosior. decisione 31. numero 3.

# Index Summariorum.


*Mora censetur remissa per receptionem fructuum. decisione 77. num. 3.*

*Morbus caducus comitialis a Iureconsultis appellatur. decis. 236. nu. 1. & num. 6. Vbi quare sic dictus.*

*Morbus caducus in ætate prouectis est insanabilis. decisio. 236. num. 1.*

*Morbo caduco laborans inhabilis est ad beneficia obtinenda, & collatio ipsi facta est ipso iure nulla. decisione 236. num. 2. & 5. Vbi quod sufficit, quod constet de existentia morbi de tempore gratię. Fallit in beneficio, in quo aliquis ordo non requiritur, nu. 3.*

*Morbo caduco laborans est irregularis, nec potest promoueri ad Sacros ordines. decis. 236. nu. 2.*

*Morbo caduco laborans est inhabilis ad beneficia. decis. 92. numero 4.*

*Mortis probatio debet esse concludens, quãdo agitur de graui prężiudicio, & de successione. decis. 496. nu. 1.*

*Mors dicitur concludenter probata per testes deponentes de voce, & fama iunctis adminiculis. decisione 496. numero 2.*

*Mors censetur probata per enunciatiua instrumenti, etiam in prężiudicium tertij, quando non incidenter, sed principaliter, & per modum causę probata fuerunt. decisione 496. num. 3.*

*Mors censetur probata per confessionem partis. decis. 496. numero 4.*

*Mors censetur etiam probata per successionem heredis. decis. 496. num. 4.*

*Mors probata leuioribus probationibus, quando non agitur de probatione mortis principaliter, sed de tempore mortis. decis. 496. nu. 6.*

*Mors probatur ex fide Parochi. decis. 605. num. 4.*

*Mors vbi duo precedunt causę, vel morbi adscribitur causę, & morbo potentiori, vel saltem confunditur, & obscuratur prima causa, de qua erat dubium, an posset inferre mortem, nec ne? decis. 436. nu. 1.*

*Mors debet attribui causa superuenienti, quando ea non permisit, quod dignosceretur, an causa pracedens esset lethalis. decis. 436. nu. 2.*

*Mors debet attribui causa prima, vel vltimę, non autem medię. decis. 436. nu. 3.*

*Mors scribentis auget fidem scriptura. decisione 292. numero 4.*

*Mors censetur probata per vnum testem, iuncta fama, & alijs coniecturis. decis. 312. nu. 1.*

*Mors, ubi est probanda ad effectum iustificationis gratię, & non ad effectum reseruationis, sufficiunt leuiores probationes. decis. 296. nu. 2. in fi.*

*Mors ciuilis naturali non æquiparatur, nisi in casibus a iure expressis. decis. 543. nu. 1.*

*Mortis appellatione in dispositione hominis non venit mors ciuilis, sed tantum naturalis. decis. 543. nu. 2.*

*Mors ciuilis non venit appellatione obitus. decisione 543. num. 2. in fi.*

*Mortui testes faciunt semiplenam probationem. decis. 266. numero 4.*

*Morum compositio acquiritur ex diuturna acquisitione scientia. decis. 167. nu. 4.*


*Index Partis II.*


*Motus proprius concessus ad instantiam partis idem operatur, quod concessus ex mera liberalitate Principis. decis. 656. nu. 1.*

*Motu proprio gratia concessa differt a gratia concessa sub clausula sicut accepimus. decis. 656. nu. 2.*

*Motus proprius non obstat, quo minus possit opponi de subreptione prouenientе ex re ipsa, & etiam de ea, qua prouenit ex parte impetrantis, quando ad suggestionem partis obtinetur. decis. 656. nu. 4.*

*Motu proprio gratia facta potest notari de defectu intentionis. decis. 656. nu. 7.*

*Mulierem, vel minorem statutum prohibens contrahere sine certa solennitate, an, & quando extendat vires suas extra territorium. decis. 500. nu. 6. & 7.*

*Mulier dicitur finis propria familia, & caput aliena. decisione 354. nu. 4.*

*Mulieris appellatione venit magis proprie mulier corrupta, quam virgo. decis. 357. nu. 1.*

*Mulier maritata de iure præsumitur dotata. decisio. 195. numero 2.*

*Mulier, quę habuit in dotem duo millia, non potest dici incongrue dotata. decis. 448. num. 4.*

*Mulier, quando vtilitas est euidens, potest contrahere etiam sine solennitatibus statutarijs. decisione 619. numero 5.*

*Mulier quicquid acquirit, pręsumitur acquirere ex bonis mariti. decis. 771. nu. 4.*

*Mulier consignans secundo viro res, quas habebat loco pignoris ab hæredibus primi mariti transfert ipso iure in eum actiones personales contra hæredes primi mariti. decis. 168. nu. 1.*

*Mulieris obligatio cum iuramento valida est. decisio. 775. num. 6. Vbi maxime stante decreto iudicis, & consensu propinquorum.*

*Mulieris obligatio valida est, vbi cum iuramento renunciauit Authen. si qua mulier. C. ad Velleian. decisione 775. numero 7.*

*Mulier contrahens, seu renuncians non seruata forma statuti de contractibus mulierum, nulliter contrahit. decisione 723. nu. 1. Vbi maxime si statutum præsumit iuramentum metu, & dolo extortum.*

*Mulieris renunciatio, vt sit valida, debet certiorari de iure sibi competenti, quod renunciat. decis. 723. num. 10. Vbi etiam in minore, & in iure, quod sibi competere dubitasset.*

*Mulierem, seu minorem statutum prohibens contrahere absque solennitatibus non habet locum, vbi mulier renunciat iuri de futuro, & quarendo. decisione 723. numero 12. Contrarium vero. Vbi statuti ratio est in statuto expressa, scilicet, imbecillitas sexus, seu ętas minoris, nu. 13.*

*Multa tractantur, quę postea non perficiuntur. decis. 413. numero 4.*

*Multiplicatio præsumptionum euitari debet. decisio. 425. num. 3. in fine.*

*Multiplicatio partitarum pręsumitur, quando concurrit identitas summę, & identitas causę. decisione 425. numero 5.*

*Mutatio prioris voluntatis ex quibus coniecturis inducatur. decis. 721. num. 8.*

*Mutata præsumitur voluntas, si noua causa superueniat. decisio. 721. num. 9.*

*Mutatio nominis facta in seijs creditoribus, illis non nocet. decis. 488. num. 3.*

*Mutata dicitur res, quando eius obligatio alteratur. decis. 70. num. 7.*

*Mutata dicitur res, quando de vna re actum, stipulatus est de alia. decisione 70. num. 7.*

*Mutatio non præsumitur. decis. 26. num. 2.*

*Mutatio voluntatis in continenti non præsumitur. decisio. 398. num. 4.*

*Mutiana cautio quando debeat præstari. decis. 122. nu. 3.*

*Mutui periculum est debitoris, & tantundem in genere restituere tenetur. decisione 102. num. 7.*

N

*NARRATA in conditione posita debent verificari etiam parte non opponente. decis. 251. num. 2.*

*Narratiua Papæ in antiquissimis probat etiam in facto alieno. decis. 223. num. 1.*

*Narratiua posita in supplicatione, & gratia probat contra supplicantem. decis. 223. num. 9.*

*Narratiua Papæ iustificatione non indiget. decisione 612. num. 3. in fine.*

*Narratiua vacationis beneficij expresse in gratia, etiamsi expressa non fuisset, subintelligitur tanquam de natura substantiali ipsius gratiæ. decis. 738. num. 1.*

*Narratiua Papæ de facto proprio plene probat. decisio. 361. num. 1. Vbi etiam quod narratiua dicitur de facto proprio Papa, etiam quod factum Papa sit mixtum cum facto alieno.*

*Narratiua gratiæ, quando ex causa concessionis, vel cessionis debet plene, & concludenter probari, nec sufficit leuior probatio. decis. 444. num. 2.*

*Narratiua Iuris patronatus non indiget iustificatione, quando est facta per clausulam vt asseritur. decis. 605. nu. 7.*

*Narratiua Papæ emanata ad supplicationem partis nō probat. decis. 421. num. 3.*

*Narratiua Papæ per verba vt accepimus, non probat, sed debet iustificari per partem. decis. 46. num. 2.*

*Narratiua non iuris collitigantis ex actorum reuolutione, dum affirmatiua iustificata non apparet, probatur. decisione 736. num. 5.*

*Narratiua nō iuris proprij ad effectum gratiæ si neutri probatur ex propria impetrantis confessione, & ex non iustificatione prioris gratiæ. decis. 736. num. 6.*

*Narratiua, quod neutri ius competat respectu impetrantis probatur ex confessione in impetratione gratiæ si neutri. decis. 699. num. 2.*

*Narratiua non iuris probatur, si ex reuolutione actorum appareat de titulo minus sufficienti. decis. 699. num. 2.*

*Narratiua vacationis ob priuationis sententiam, quæ transitum fecit in iudicatum ob non interpositam appellationem, seu illius n[illegible] prosequutionem debet iustificari per exhibitionem sentent[illegible] vna cum processu. decis. 742. n. 1.*

*Narratiua, quæ est fundamentum gratiæ, est plene probanda. decis. 228. num. 3.*

*Narratiua, quod beneficium vacet propter incompatibilitatem, est plene probanda. decisione 179. num. 3.*

*Narratiua, quæ absolute est causa concessionis, requirit plenam probationem. decis. 179. num. 3.*

*Narratiua debet probari per eum, cuius fundamentum in negatiua consistit. decis. 179. num. 7.*

*Narratiua gratia, qua quis vsus fuit, contra ipsum probat. decisione 227. num. 1.*

*Narratiua instrumenti non probat, nisi inter contrahētes. decisione 717. num. 2.*

*Narrata probantur per confessionem partis. decisione 10. num. 1.*

*Narratiua qualitatum impressarum in gratia probatur per testes de publica voce, & fama. decisione 10. numero 3.*

*Narratiua Papæ super facto alieno non probat. decis. 412. num. 3.*

*Narratiua litis non sufficit pro expressione rei iudicatæ. decis. 156. num. 6*

*Narrata sunt semper per impetrantem iustificanda. decis. 24. num. 1.*

*Narratiua, quæ non est de substantia gratiæ, sufficit, quod de facto iustificetur. decis. 99. num. 3.*

*Narrata debent verificari. decis. 160. num. 2.*

*Narratiua, quæ fit per non excessum, non iustificatur per probationem de ascensu. decisione 37. num. 2.*

*Narratiua, ex qua Papa fuit motus facilius ad concedēdū, debet iustificari. decis. 37. num. 4.*

*Narratiua non publicationis resignationis debet per impetrantem probari. decis. 37. num. 4.*

*Narratiua, quod quis retineat duo incompatibilia absque dispensatione, debet probari. decisione 37. num. 4. Contrarium vero, num. 5.*

*Narratiua non expeditionis gratiæ potest probari per diligentiam in registris. decis. 37. num. 4.*

*Narratiua vacationis in mense reseruato dispositiue facta operatur, vt gratia, & eius clausula restringantur ad reseruationem. decis. 777. num 4.*

*Narratiua falsa in gratiosis vitiat gratiam, vbi fuit facta dolose, & fraudulenter, & dicitur dolosa, & fraudulenta, quando est talis, qua verisimiliter induxit Papam ad facilius concedendum. decisione 452. numero 4. Extende, etiam quod falsa expressio sit ex simplicitate, & ignorantia, quia nihilominus vitiat gratiam, num. 4.*

*Narratiua gratia debet ponderari integre, non autem minutatim. decis. 115. num. 3.*

*Narratiua quando absolute est causa commissionis gratiæ plene, & concludenter probari debet, si vero est simplex narratiua, & non absoluta causa concessionis, sufficit eam semiplene probari. decis. 296. num. 1.*

*Narratiua Papæ etiam facta Motu proprio recipit probationem in contrarium. decis. 580. num. 6.*

*Natiuitatis probandæ modus primus est per testes, dicentes se fuisse præsentes dum nasceretur puer. decis. 483. num. 3.*

*Naturalis possessor, vt expellatur a possessione ciuili debet citari. decis. 85 nu. 6.*

*Nauis assecurationis contractus non est validus, quando altera pars sciebat de tempore conuentionis Nauem iam periisse. decis. 88. numero 1. Vbi quod incertitudo facit licitos hos contractus, & quod sufficit scientia praesumptiua.*

*Negatiuę duę, videlicet, non nisi habent implicitam affirmatiuam. decis. 495. nu. 3.*

*Negatiua ex reuolutione actorum probatur. decisione 455. numero 4.*

*Negatiua, in qua consistit fundamentum intentionis, est per allegantem probanda. decis. 323. num. 1. Vbi de negatiua non facti concursus.*

*Negatiua non probatur ex diligentijs, quando potuit res, de qua quaritur, alibi aduocari. decisione 323. numero 4.*

*Negatiua non factę substitutionis probatur ex verbis testamenti. decis. 267. num. 1.*

*Negatiua non expeditionis literarum non probatur ex attestatione non solutionis annatę. decisione 270. numero 3.*

*Negatiua instrumenti non reperti non probatur ex diligentia ex aduerso facta. decis. 483. nu. 5.*

*Negatiua actio competit non solum pro seruientibus, sed etiam pro omni iure incorporali. decisione 331. numero 1.*

*Negatiua citationis, vt dicatur probata ex inspectione processus debet produci integer. decis. 684. nu. 4.*

*Negatiua debet probari per eum, cuius fundamentum in negatiua consistit. decisione 422. numer. 2. & decis. 130. numero 5.*

*Negatiua non probatur per instrumentum, quod fidem non faciat. decis. 539. nu. 3.*

*Negatiua iuris, siue non ius alicuius, probatur ex inspectione actorum. decisio. 81. num. 6. Vbi etiamsi causa sit in prima instantia.*

*Negatiua residentia ad effectum excludendi alternatiuam Episcopi debet probari per allegantem. decisione 81. numero 7.*

*Negatiua debet probari per eum, cuius fundamētum in negatiua consistit, siue agendo, siue excipiendo, allegetur. decis. 19. nu. 2.*

*Negatiua probatur per testem reddentem rationem, quia alias non potuisset adesse ipso ignorante. decisione 92. numero 4.*

*Negatiua, quod in contractu mulieris nō interuenerit decretum iudicis, probatur ex inspectione instrumenti. decis. 723. nu. 3.*

*Negatiua probatur ex inspectione scripturę, vbi affirmatiua est coarctata ad scripturam. decis. 723. num. 9.*

*Negatiua dicitur perfecte probata per confessionem partis. decis. 738. nu. 3.*

*Negligens non dicitur, qui petere distulit multo tempore, quando non erat obligatus petere certo tempore. decisio. 352. num. 3.*

*Negligentia procuratoris in non appellando non facit, quo minus sententia transeat in iudicatum. decis. 138. n. 1. Vbi quod talis negligentia, nec etiam iustam causam restitutionis prabet.*

*Negotians in suo commodo, debet etiam subire periculum. decis. 220. nu. 2.*

*Negotiorum gestorum actio cessat cessante actione. decisione 732. num. 3.*

*Negotiorum gestorum actio compatitur secum actione mandati. decis. 732. nu. 2.*

*Nemo prasumitur in alium voluisse transferre plus iuris, quam ipse habebat. decis. 555. nu. 6.*

*Nemo prasumitur cedere ius, quod non habet. decisio. 555. numero 6.*

*Nemo cedere potest ius, quod non habet. decisione 450. numero 3.*

*Nemo censetur cedere iura competentia contra se ipsum. decisio. 450. nu. 3.*

*Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet. decis. 689. num. 1.*

*Nemo prasumitur iactare suum. decisione 134. numero 1.*

*Nemo potest vti iuribus a se alias impugnatis. decisione 539. num. 4.*

*Nepotes iuxta sermonis proprietatem non veniunt appellatione filiorum. decis. 507. nu. 2.*

*Nepotes de communi vsu loquendi non veniunt appellatione filiorum. decis. 507. nu. 3.*

*Nepotes quandoque comprehenduntur appellatione filiorum per extensionem, & improprie. decisione 507. numero 3.*

*Nepotes appellatione filiorum in fideicommissis non veniunt etiam in vocatione actiua. decisione 507. numero 4. & 5.*

*Nepotes an veniant appellatione filiorum? potissimum attenduntur coniecturę. decisione 507. numero 6. & sequentib. Vbi plures referuntur coniecturę, ex quibus colligitur testatorem filiorum appellatione noluisse vocare nepotes.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando testator discretiue loquutus fuit de filijs, & nepotibus. decisione 507. nu. 7.*

*Nepotes appellatione filiorum veniunt in fideicommissis ascendentium. decis. 507. Declara, vt nu. 12.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum, etiam quod filij sint vocati in futurum euentum. decisione 507. numero 14.*

*Nepotes ex filio numquid auo dicantur agnati, & quomodo. decis. 332. nu. 2. & seqq.*

*Nepotes ex filio numquid dicantur auo sui heredes. decisio. 332. num. 5.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando agitur de extendendo fideicommisso inter transuersales. decisio. 639. num. 4.*

*Nepotes veniunt appellatione filiorum in fideicōmisso, quando sic colligitur ex coniecturis fuisse mentem testatoris. decis. 693. num. 4. Vbi etiam ponitur vnica coniectura excludens hanc testatoris mentem.*

*Nepotes numquid veniant appellatione filiorum in fideicommisso, quando testator prohibita bonorum alienatione voluit*

*volnit bona sua perpetuo manere in familia . decis.693. numero 5.*

*Nepotum filiorum , & filiorum sororum vocatio non censetur facta sub nomine collectino , sed potius appellatino. decis.668.nu.3.*

*Nepotes, aut pronepotes non veniunt appellatione filiorum. decis.667.nu.1.*

*Nepotes veniunt appellatione filiorum, vbi agitur de exclusione substitutorum in fauorem hęredis instituti. decisione 667.num.2. Secus vbi agitur de inducendo fideicommisso, num.2.& 3. Vbi declaratur l. Lucius 85.de hered.instit.& nu.13.*

*Nepotes ex coniecturis veniunt appellatione filiorum, dummodo coniecturę sint plures, & violentę . decisione 667. numero 4.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum , vbi testator discretiue loquutus fuit de filijs, & nepotibus . decis.667. numero 5.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum, vbi testator vocauit filios cum dictione, suos.decis.667.nu.6.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando testator reciproce substituit filios, nec ad vlteriorem substitutionis gradum processit. decis.667.nu.7.*

*Nepotes non veniunt appellatione filiorum, nec testator censetur illorum habuisse rationem , quando vsus fuit verbo singulari, & nepotes plures poterant nasci . decisione 667.num.7.*

*Nepotes, ac pronepotes veniunt appellatione filiorum , vbi testator habuit rationem conseruandę agnationis, etiāsi sint solum in conditione positi . decis.667.num.9. Contrarium, num.11.*

*Nepotibus , & filijs est magis debita hareditas patris , vel aui, quam harditas transuersalium . decisione 667.numero 10.*

*Nepotes regulariter non veniunt appellatione filiorum. decisio.718.nu.2.*

*Nepotes veniunt appellatione filiorum , quando disponens non restrinxit suam dispositionem ad certos, & determinatos filios , sed retulit in incertum futurum, & perpetuum euentum.decis.718.nu.2.*

*Nepotes etiam vocati intelliguntur filijs in infinitum ad fideicommissum vocatis.decis. 718.nu.2.*

*Nisi , hac dictio iuncta actui in futurum perficiendo importat conditionem.decis. 167.nu.7.*

*Nobilitas a parentibus, & ascendentibus prouenit. decisio. 249.num.2.*

*Nobilitatis generica probatio regulariter sufficit. decisione 535.numer.1. Fallit, vbi requiritur specifica probatio nobilitatis, vt in stabilimentis Religionis Hierosolymitana, num.2. Fallit secundo, in probatione nobilitatis antiqua requisita a statuto, nu.2.*

*Nullitas probatur ex assequutione bonorum , & dignitatum, qua nisi nobilibus non conferuntur. decis.535.numero 3.*

*Nobilitas non probatur ex eo, quod quis sit de familia nobili, cum possit esse, quod ex eadem domo aliqui nobiles reputentur, alij non.decis.535.nu.5.*

*Nobilitas vnius fratris nō probatur ex nobilitate alterius, nisi probata nobilitate ascendentium.decis.535.nu.5.*

*Nobilitas tanquam priuilegium personale ad transuersalem non transfertur.decis. 535.nu.5.*

*Nobilitas, & honestas familiarum diuitijs conseruantur, & ob inopiam pereunt.decis.582.nu.5.*

*Nobilitatis propria, & peculiaris est magnificentia.decisio. 772.num.13.*

*Nobilitate non gaudent Iudai.decis.249.nu.2.*

*Nominatus a patrono antequam prasentatio fiat coram Ordinario non habet ius considerabile. decisione 253.numero 3.*

*Nominis mutatio facta in scijs creditoribus , illis nō nocet. decis.488.nu.3.*

*Nomen Altaristę potius sonat in presbyterum, quam in simplicem clericum. decis.216.nu.2.*

*Nomen presbyteri est ęquiuocum, & potest verificari etiam in simplici clerico, licet proprie , & in fortiori significatione ad Sacerdotes referatur, maxime si proferatur latino sermone.decis.216.nu.3.*

*Nomen non attenditur , vbi substantia rei est certa. decis. 254.num.5.*

*Nominis identitas probat identitatem rei . decisione 371. numero 1.*

*Nomen debitoris venit etiam appellatione bonorum . decis. 595.num 1.*

*Nomen debitoris venit sub generali bonorum obligatione. decis.760.nu.1.*

*Nomen debitoris an veniat in simplici obligatione bonorum, quando eadem obligatio non est pura , sed in diem. decis.760.num.4.*

*Non entis nullę sunt qualitates.decis.228.nu.1.*

*Non alias , clausula in contractu , quomodo intelligatur. decis.462.nu.5.*

*Non alias, aliter, nec alio modo, clausula importat conditionem suspensiuam, ac formam , ita vt non adimpleta forma cesset consensus agentis.decis.286.num.2.*

*Notariatus eius , qui de instrumento fuit rogatus , debet probari , vt instrumentum probet .decisione 703. numero 4.*

*Notariatus probatur ex legalitate Ordinarij . decisione 50. numero 5.*

*Notarius successor in officio potest absque alia solennitate sui pradecessoris scripturas publicare . decisione 581. numero 4.*

*Notarij acta vbi fuerunt amissa, si aliquid de actis defuit, prę sumitur amissum.decis.604.nu.2.*

*Notarius potest absque literis compulsorialibus, & alia solennitate extrahere , & publicare dicta testium ab ipso examinatorum. decis.679.nu.1.& 2.*

*Notarij assertioni standum est , nisi contrarium probetur. decis.463.nu.2.*

*Notarij stipulatio pro omnibus, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, comprehendit quemlibet habentem interesse.decis.602.nu.3.*

*Notario attestanti de actu pratorito , de quo non est rogatus, non creditur.decis.587.nu.2.*

*Notarij non solent esse faciles ad ostendenda testamenta, de quibus sunt rogati.decis.662.nu. 5.*

Nota.

Notarij assertioni extra ea, de quibus fuit rogatus non est standum. decis. 22. num. 3.

Notario scribenti, ut privata persona, non creditur. decis. 139. num. 5.

Notarij narrativa, seu verba proemialia, aut ennunciativa de praeterito non probant. decisione 545. numero 5.

Notario creditur tantum de his, de quibus tunc, quando fecit instrumentum, rogatus est de partibus. decis. 545. num. 5.

Notario non creditur, nisi de ijs, de quibus rogatus est a partibus. decis. 641. num. 4.

Notarij fides non facit sufficientem probationem. decisione 466. num. 3.

Notarij subscriptio, & illius signum est de necessarijs requisitis ad perfectionem imbreviaturae, seu matricis repertae inter notas ipsius Notarij authenticas, vel protocolla, vel filcias. decis. 628. num. 1. Fallit, quando in scriptura taliter reperta legitur clausula Actum, &c. de manu Notarij apposita, quia tunc etiamsi subscriptio, & signum deficiant, iudex debet mandare, quod scriptura in authenticam formam reducatur, num. 2.

Notarij rogitus, signum, ac subscriptio requiruntur ad auctorizandum fidem scripturae. decisione 628. numero 3.

Notarij scriptura absque eiusdem signo, & subscriptione reperta inter scripturas authenticas eiusdem met Notarij, praesumitur, quod ab ipso Notario fuerit rogata, & quod is illam pro publicata habuerit. decis. 628. num. 3.

Notarij error probatur ex omissione eius, quod apponi debuit. decis. 539. num. 5.

Notarius actuarius potest extrahere suum processum absque citatione, vel alia solennitate. decisio. 50. num. 2. & num. 4. Ubi de instrumentis ab ipso rogatis. Amplia primo etiam in iuribus coram ipso productis ab alio Notario rogatis, num. 2.

Notarij recognitio manus probatur per duos testes dicentes habere notam manum. decisione 50. num. 5.

Notario absque testibus non creditur de citationis executione. decis. 209. num. 1.

Notarij recognitio manus necessaria est pro fide scripturae. decisione 145. num. 1.

Notarij legalitas obtenta lite pendente, & parte non citata nulla est. decis. 145. num. 1.

Notarius, seu Archiuista quis probatur ex illius assertione. decis. 145. num. 3.

Notarij stipulatio pro omnibus, quorum interest, acquirit ius cuilibet habenti interesse absque aliqua acceptatione. decis. 229. num. 6. & 9.

Notarij demortui scriptura debent de iure remanere penes illius haeredes. decis. 437. num. 2.

Notarij stipulatio pro omnibus, quorum interest, ut acquirat ius, requiritur acceptatio. decis. 369. num. 3.

Notarij verba prolata in praesentia partium dicuntur verba partium. decis. 32. num. 2.

Notarij verba prolata in persona contrahentium censentur prolata ab ipsis contrahentibus. decisione 32. numero 2.

Notarius successor in officio potest extrahere, & publicare etiam lite pendente sui antecessoris instrumenta. decisio. 132. num. 3.

Notarius dicitur testis iuris. decis. 467. num. 3.

Notarij stylus particularis, qui de instrumento rogatus fuit, non autem generalis omnium Notariorum attendi debet. decis. 723. num. 6.

Notarij unius stylus particularis probatur ex pluribus instrumentis ab ipso rogatis. decis. 723. num. 7.

Notarius, quod sit actuarius probatur ex eius attestatione. decis. 301. num. 2.

Notarij signum non est de substantia scripturae, sed sufficit sola subscriptio. decis. 301. num. 3.

Notarij subscriptio operatur idem, ac si omnia fuissent ab ipso scripta. decis. 301. num. 4.

Notitia sententiae arguitur ex receptione alicuius rei vigore sententia. decis. 369. num. 2.

Notorius decoctus, dicitur notorie non soluendo. decisione 14 num. 2.

Notorie iniusta non dicitur sententia, qua aliquo colore velari potest. decis. 646. num. 5.

Nouatio non inducitur per consignationem partis quantitatis eius, pro quo est relatum mandatum. decisio. 545. num. 3.

Nouatio non inducitur, quando aliquid consignatur vigore mandati. decis. 545. num. 3.

Nouatio non potest fieri inuito creditore. decisione 106. numero 8.

Nouerca non praesumitur diligere filios mariti, & ideo de eius delinimentis lex suspicatur. decisione. 723. numero 17.

Nullitatis exceptio non auditur a iudice, nisi sit talis, quae possit subsistere, & iuris effectum habere. decis. 572. numero 5.

Nullitatis causae commissio sententiae latae restricta ad restitutionem in integrum aduersus unam sententiam nō potest extendi ad restitutionem aduersus aliam sententiam. decis. 621. num. 1. & 2. Ubi quid si in commissione adest clausula, quam, & quas.

Nullitatis causa non dicitur deserta, nisi per lapsum 30. annorum. decis. 617. num. 3.

Nullitas sententiae non potest allegari, quando parte non opponente de nullitate fuit confirmata. decis. 512. numero 1.

Nullitas sententiae non potest allegari, quando illa fuit confirmata parte non opponente. Intellige si sententia confirmatoria fuerit transitum in iudicatum, alias non. decis. 512. num. 2.

Nullitatis causa non censetur deserta, deserta causa appellationis, quia causa nullitatis durat per annos triginta. decisione 512. numero 3. & decisione 591. num. 4.

Nullitas executionis non sanatur per subsequentem actum. decis. 391. num. 10.

Nullitas defectu citationis, vel iurisdictionis, seu etiam mandati sanari potest, quando causa est commissa arbitrio Rotae, quando nullitas non est totalis. decisione 680. num. 4.

*Nullitas non obstat, vel saltem sanatur a Rota habente arbitrium, quando est turbida. decis. 680. nu. 9.*

*Nullitates quoties sint turbidæ sanantur per commissionẽ sanatoriam cum clausula arbitrio. decis. 440. nu. 1.*

*Nullitas census, eo quia non interuenit actualis numeratio pecuniæ potest in signatura Sanctissimi sanari. decisione 675. numero 3.*

*Nullitates prouenientes ex iniustitia Papa non solet sanare. decis. 450. nu 1.*

*Nullitatis causa, vbi est cõmissa, Auditor cognoscẽs de nullitatẽ potest cognoscere de negotio principali, & reuocare priorem sententiam iniustam. decisione 191. numero 3.*

*Nullitatis commissio non impedit, quin sententia transeat in iudicatum, nec impedit, quo minus appellatio per lapsum fatalium deseratur, quando reuera non adest nullitas. decis. 156. nu. 8.*

*Nullitatis actio durat vsque ad triginta annos. decis. 156. numero 8.*

*Nullitas nõ potest allegari ab eo, qui nullitati causam præbuit. decis. 100. nu. 4.*

*Nullitatis contractus exceptio non admittitur ad retardandam immissionem in iudicio Saluiani. decisio. 324. numero 4.*

*Nullitas sententiæ non potest opponi post illius cõfirmationem. decis. 123. nu. 4.*

*Nullitas sententiæ operatur, vt non sit opus restitutione in integrum. decis. 307. num. 1.*

*Nullitatis defectus ob non citatam partem nõ sanatur per arbitrium Rotæ datum. decis. 474. nu. 1.*

*Nullus actus, vt dicatur approbatus, oportet, vt approbans sciat nullitatem. decis. 662 nu. 6.*

*Nullum testamentum, vt dicatur approbatum, necesse est, vt approbans sciat instrumenti nullitatem. decisio. 662. numero 6.*

*Nullum quod est, nullum parit iuris effectum. decisio. 739. nu. 3.*

*Nullum quod est non debet parere aliquem effectum. decis. 770. num. 1.*

*Nullus, hæc dictio præposita verbo recipiatur, importat necessitatem, & aufert potestatem aliter recipiendi. decis. 167. num. 5.*

*Nullus actus ratificari potest, quando nullitas prouenit ex defectu consensus. decis. 65. nu. 3.*

*Numeratam fuisse pecuniam probatur per attestationẽ Notarij sic in sui præsentia fuisse numeratam, & traditam. decis. 219. nu. 2.*

*Numeratio pecuniæ probata censetur, quando Notarius asserit illam fuisse actualiter solutam, & exbursatam. decisione 404. nu. 1.*

*Numeratio pecuniæ probatur ex attestatione Notarij de numeratione facta coram ipso, & testibus. decisione 106. numero 2.*

*Numerus singularis non extenditur ad pluralem. decisione 667. num. 7.*

*Numerus singularis non potest in plurali verificari decisio. 267. num. 3.*

*Numerus supplet idoneitatem testium. decis. 598. nu. 6.*

*Numerus supplet defectum testium. decis. 335. numero 6. decis. 296. nu. 6.*

*Numerus singularis habetur pro genere, & continet pluralitatem, vbi non sumus in materia odiosa. decisione 29. numero 4.*

*Numerus singularis continet pluralitatem, quando est eadem ratio in pluribus, quæ est in vno. decis. 29. nu. 4.*

*Numerus supplet defectum testium. decis. 772. numero 4. Vbi etiam in causa matrimoniali.*

*Nunc, relationi standum est. decis. 211. nu. 2.*

*Nuncius Apostolicus non potest vni plura beneficia conferre. decis. 250. nu. 1.*

*Nuncius Apostolicus numquid possit dispensare, & quando super pluralitate beneficiorum incompatibilium. decisio. 250. num. 2.*

O

*OBIECTVS proponere non potest, qui non est possessor. decis. 506. nu. 3.*

*Obiectus excludentes partem non dicuntur obiectus, sed potius ius ipsius dantis. decis. 661. num. 2.*

*Obitus probatur ex libro Parochi, & ex confessione partis. decis. 401. nu. 4.*

*Obitus in possessione beneficij de certo tempore probatur per vnum testem de visu, & alios de publica voce, & fama. decis. 736. nu. 4.*

*Obitus de certo tempore probatur per testes, qui funeri interfuerunt. decis. 17. num. 1.*

*Obitus alicuius probatur per attestationem Parochi. decis. 767. num. 2.*

*Obitus in mense reseruato, vbi ex eo inducitur reseruatio, debet plene, & concludenter probari. decis. 49. nu. 1.*

*Obitus plene probatur per testem reddentem rationem, quia vicinus. decis. 49. nu. 2.*

*Obitus probatur per testem deponentem, quod vidit mortuum. decis. 49. nu. 2.*

*Obitus bene probatur per testem reddentem rationem, quia interfuit funeri. decis. 49. num. 2.*

*Obitus in possessione beneficij probatur per testes de publica voce, & fama. decis. 116. nu. 3.*

*Obitus in possessione beneficij probatur per testes de publica voce, & fama, vbicumque non exhibetur prouisio ordinarij. decis. 252. nu. 6.*

*Obitus in mense reseruato iustificatus censetur, quando vnum, & idem beneficium plures impetrarunt tanquam vacans in mense reseruato. decis. 309. nu. 1.*

*Oblationes, quæ fiunt in Ecclesia, spectant ad Rectorem. decis. 368. num. 2.*

*Oblator in subhastatione citandus est ad faciendum depositum de summa oblata. decis. 725. nu. 12.*

*Oblatio, quæ fit a secundo creditore, creditori existenti in possessione pignoris, debet fieri pro integro credito. decis. 442. num. 1.*

*Obligatio Cameralis dicitur vulnerata, quando prima sententia est contra eam, non autem quando eadem sentẽtia fertur pro illius executione, tunc enim durat executio, donec sint tres conformes in contrariũ. dec. 526. n. 5.*

Obli-

*Obligatio minoris facta sine Curatore valet, si minor Curatorem non habeat, praesertim iurata. decisione 500. num.1.*

*Obligatio Cameralis non impeditur per exceptionem, quod obligatio sit facta ex falsa causa, nisi illa euidenter probetur. decis.245. num.6.*

*Obligatio de restituendo capitale, quomodo intelligenda, & interpretanda sit? decis.556. num.5.*

*Obligatio, & praescriptio non inducitur in facultatiuis, praeterquam quando concurrit fauor Ecclesiae, & piae causae. decis.365. num.5.*

*Obligatio, & praescriptio etiam inducitur in facultatiuis, quando voluntaria praestatio fuit diuturna, & per 40. annos. decis.365. num.6.*

*Obligationis Cameralis exequutio retardari non potest. decis.686. num.1.*

*Obligatio omnis tollitur ex solutione eius, quod debetur. decis.566. num.1.*

*Obligationis Cameralis exequutio, vt impediatur ratione falsae causae, debet esse circa causam finalē obligationis. decisio.540. num.9.*

*Obligatio fideiussoris corruit, corruente principali obligatione. decisione 255. num.2.*

*Obligatio de soluendo pensionem regulatur a literis, & pensionis reseruatione. decisio.255. num.3.*

*Obligatus in cessione iurium contra aliquem, debet etiam apochas illi consignare. decis.671. num.1.*

*Obligatio Cameralis habet exequutionem paratam. decis. 695. num.2.*

*Obligatio ad faciendum aliquid intra tempus cum clausula annullatiua, si non impleatur in tempore praescripto, remanet extincta. decis.488. num.3.*

*Obligatio Cameralis iuramento vallata non potest retardari sub praetextu vsurae, nisi sit ita apparens, quod tergiuersari non possit. decis.490. nu.1. & 2. Vbi etiam quod cap. debitores. de iureiuran. habet locum secundum aliquos etiam quando vsura esset clara.*

*Obligatio ad restituendum in fine locationis bona mobilia aestimata non inducit vsuram. decis.490 num.5.*

*Obligatio Cameralis est concessa pro omnibus, quorum interest. decis.766. num.6.*

*Obligatio alternatiua non vitiatur, vbi vna pars est impossibiles. decis.130. num.6.*

*Obligatio Cameralis vulneratur per consensum in iurisdictionem alicuius iudicis. decis.670. num.3.*

*Obligatio Cameralis non dicitur vulnerata sublata sententia, & eius fide. decisione 639. num.4.*

*Regulę de iure quæsito non tollendo non est opus derogare, quando præiudicium venit secundario, & in consequentiam, non autem principaliter. decisione 372. num.3.*


*Regula*

*Regulę de iure quęsito non tollendo numquid sit necesse derogare, quando in gratia adeſt clausula releuans ab onere probationis. decis. 372. num. 4.*

*Regula reseruans beneficia vacantia post translationem Episcopi vsque ad prouisionem successoris, & adeptam ab eodem pacificam possessionem habet locum etiamsi ex immemorabili collatio talium beneficiorum ad aliquem spectaret. decis. 614. num. 2.*

*Regula octaua Cancellaria non comprehendit Vicarios temporales, quia loquitur de beneficijs. decisione 704. numero 1.*

*Regula octaua Cancellarię non comprehendit Vicarias perpetuas propter Constitutionem Pij Quinti, quę tribuit facultatem nominandi Rectoribus Ecclesiarum vnitarũ Vicarios perpetuos, etiamsi Vicarię vacent in mensibus reseruatis. decis. 704. num. 2.*

*Regula Cancellariæ de non iudicando iuxta formam supplicationis procedit vbi literę sunt expeditę, & non discordant a supplicatione. decisione 465. numero quinto.*

*Regulę, non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse, intellectus. decis. 611. num. 4.*

*Regulis Cancellarię deregatum dicitur per dispositionem habentis derogatoriam. decisione 767. numero primo.*

*Regula Tertia Cancellarię capit etiam beneficia quæsita ante familiaritatem. decis. 116. num. 2.*

*Regula de annali non nocet ei, qui impetrauit beneficium antequam ab aduersario caperetur possessio. decis. 105. num. 4.*

*Regula de annali mencio sufficiens facta dicitur per derogationem ipsius regulę. decis. 105. num. 4.*

*Regula Cancellarię trigesima prima de Commissionibus causarum literis non expeditis non habet locum, vbi fuerunt expeditę literæ gratiæ principalis. decisione 81. num. 5.*

*Regula de iure quęsito non tollendo requirit expressam derogatoriam. decis. 253. num. 6.*

*Regula reseruans beneficia subcollectorum habet locum, etiamsi subcollector non exercuerit, dummodo fuerit paratus ad exercendum eueniente occasione. decis. 252. numero 4.*

*Regula octaua reseruans octo menses dispositioni Apostolicę illo nomine proprio designat. decisione 144. numero 2.*

*Regula reseruans beneficia collectorum, & subcollectorum habet locum, etiam si collectores, & subcollectores actualiter non exercuerint, dummodo fuerint, & sint parati ad exercendum aduenıente occasione. decisione 265. numero 3. Vbi etiam non obstantibus verbis regulæ.*

*Regula vigesima octaua de subrogando non arctat ad petendam subrogationem intra mensem. decisione 92. numero 5.*

*Regula de iure quæsito non tollendo pręseruat, non solum ius quæsitum de iure communi, sed etiam de iure speciali, ex aliqua gratia, vel priuilegio. decisione 8. numero 2.*

*Regula Adriani reuocatoria Iuris patronatus comprehendit etiam Ius patronatus concessum ex augmẽto dotis. decis. 4. num. 3.*

*Regula de Triennali non habet locum in beneficijs vnitis, quia non sunt amplius beneficia. decisione 313. numero 1.*

*Regula vigesima sexta Cancellariæ de non iudicando iuxta formam supplicationis non procedit in possessorio retinendę. decisione 392. Declara, vt numero 2.*

*Regulare, vel sæculare an sit beneficium? probatur ex titulo ipsius beneficij. decis. 180. num. 3.*

*Regularium monasterium, seu collegium olim non poterat erigi sine licentia Sedis Apostolicę. decisione 745. numero 1.*

*Regularium monasterium hodie potest erigi de licentia Ordinarij. decis. 745. num. 1.*

*Regularium monasterium, seu collegium vt erigatur de licentia Ordinarij, quæ seruari debeant. decis. 745. numero 1.*

*Regulares Religiosi sunt incapaces beneficiorum sæcularium absque dispensatione. decisione 543. numero quarto.*

*Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter. decis. 547. numero 3.*

*Rei iudicatæ renunciatum non censetur, quando fuit actũ pro illius confirmatione. decisione 156. numero 7. maxime si illa fuit per eosdem, non autem per nouas probationes confirmata.*

*Rei iudicata renunciatum non censetur ex eo, quod quis dicit male appellatum. decisione 156. numero septimo.*

*Res melius est incumbere, quam actioni. decis. 430. numero 4.*

*Rei suæ dominium nemo sine facto amittere potest. decisione 97. num. 2.*

*Re vendita duobus, pręfertur secundus emptor, cui res tradita fuit. decisione 664. Declara, vt numero 18. & seqq.*

*Rem, & pretium emptor retinere non debet decis. 686. numero 4. in fine.*

*Rem, & pretium nemo debet habere. decisione 524. numero quarto.*

*Res vna, & eadem potest diuerso iure censeri. decisione 336. La seconda. num. 7.*

*Res vna, & eadem non potest diuerso iure censeri. decisione 769. num. 4.*

*Res alieni concessa debet esse penes eum, cui concessa est, cum eodem iure, prout erat penes concedentem. decis. 495. num. 4.*

*Res iudicata imponit finem litibus, ita vt probationes vlterius recipi non debent. decisione 126. numero 1.*

*Res iudicata, & sententia lata contra beneficiatum, licet non afficiat pensionarium non citatum, tamen operatur, vt intret arbitrium ad effectum supersedendi in solutione pensionis. decisione 567. numero secundo.*

*Res minus valere dicitur, quando super ea adest lis, & venditur absque cautione de euictione. decisione 675. num. 7.*

*Res emptæ a Prælato regulari dicuntur acquisita Ecclesię, etiam si pro se sit stipulatus. decisione 241. numero 6.*

*Res emptæ ex fructibus beneficij a Prælato regulari non dicitur acquisita Ecclesiæ, vbi Prælatus fuit stipulatus pro se vti persona priuata, & laica, & pro quibus dederit. decis. 241. num. 7.*

*Res propria nemini seruit. decis. 620. num. 3.*

*Res mutata dicitur, quando de vna re acturus, stipulatus est de alia. decis. 70. num. 7.*

*Res vendita, quando transit per plures manus, & fuit euicta vltimo emptori, ita demum secundus emptor poterit agere contra suum venditorem, si dictus emptor molestias patiatur ab eo, cui ipse rem vendidit. decisione 422. numero 1. Limita non procedere, quando emptor non subuendidit simpliciter, sed aliquod ius sibi reseruauit, in reuendita, tunc enim potest emptor sequuta euictione agere contra illum, qui sibi vendidit, etiam si non molestetur ab eo, cui postea vendidit, & a quo res fuit euicta, vt ibidem numero 1. Declara limitationē debere intelligi de euictione iusta, vt ibidem numero secundo. Limita secundo, non procedere vbi emptor stipulatus fuit, pro se, hæredibus, & successoribus, quia tunc potest agi de euictione, etiam si res non sit euicta primo emptori, vt ibidem num. 4. Vbi tamen declaratur.*

*Res iudicata exequutioni mandata, vt reuocetur, requiritur probatio notoria iniustitię, quæ nullo velamine offuscari possit. decis. 343. num. 3.*

*Res mea litigiosa ante finem litis non potest dici certum, quod sit m[illegible]a. decis. 118. num. 4.*

*Res, quæ fuerunt detenta per defunctum, dicuntur remanere, & reperiri in illius hęreditate. decis. 75. numero 10.*

*Redintegratio spolij non debet impediri ex eis, quæ non fuerunt probatæ, & quæ, quatenus essent probatę, contraria probatione elidi possent. decisione 229. numero quarto.*

*Reiteratio terminorum ad effectum sanandi defectus præcedens possunt fieri coram quocumque iudice ex facultatibus Pij Papæ Quarti. decisione 743. numero quarto.*

*Reiteratio, quæ fit in citatione ad sententiam, sanat terminos substantiales male seruatos. decisione 64. numero 6.*

*Relatio, quantumuis vniuersalis, intelligi debet referendo singula singulis. decis. 429. num. 3.*

*Relatio exequutoris probat possessionem bonorum, in quibus facta est exequutio. decis. 242. num. 2.*

*Relatio periti erronea debet retractari. decisione 554. numero 4.*

*Relatio, quę potest ad plura fieri, non enunciat præcisam approbationem vnius. decis. 662. num. 2.*

*Relatio operatur, vt in referente omnia dicantur expressa nominatim. decis. 561. num. 4.*

*Relatio debet fieri ad ea, quę magis conueniunt, & probabilius adaptantur. decis. 225. num. 1.*

*Relatio debet fieri ad omnia præcedentia, nisi subsit ratio, cur magis debeat referri ad vnum, quam ad aliud. decis. 225. num. 2.*

*Relatio debet fieri ad proxima, & immediata. decis. 267. numero 3. & decis. 277. num. 8.*

*Relatio, quando fit ad plura, fit enim qualitatibus omnium, & singula singulis, & retentis terminis omnium, ad quæ fit relatio. decisione 267. numero tertio.*

*Relatio debet fieri ad ea, quæ fieri potest, salua ratione recti sermonis. decis. 767. num. 5.*

*Relationi Nuncij standum est. decis. 211. num. 2.*

*Relatiua clausula operatur, vt dispositio, in qua est apposita, sit limitanda, & restringenda, ne plus contineat, quam quod expressum est in relato. decisione 429. numero 2.*

*Relatiua approbatio intelligenda est secundum relatum. decisione 555. num. 5. Declara, vt num. 6.*

*Relatiuum verbum illud, est repetitiuum antecedentium in eadem oratione immediate. decisione 687. numero 10.*

*Relatiua verba non extendunt dispositionem relatam. decis. 267. num. 4.*

*Relatiua verba non dicuntur stare de per se principaliter, sed consequutiue. decis. 267. num. 5.*

*Relatiua confessio ad sententias, non dicitur continere læsionem, nisi de iniustitia sententiæ constet. decis. 776. numero 4.*

*Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus. decis. 555. num. 7.*

*Relatum magis inspicitur, quam referens. decis. 158. numero 4.*

*Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. decis 447. num. 5. & decis. 373. num. 6.*

*Relatum ad id, quod non apparet, nullius est momenti. decis. 139. num. 3.*

*Relatum debet attendi, & non referens. decisione 550. numero 2.*

*Relatum est attendendum, & non referens, quia referens erraſſe censetur. decis. 580. num. 6.*

*Religio monachum admittens tenetur eidem præstare alimēta. decis. 454. num. 3.*

*Religionem ingressus non habetur pro vere mortuo. decis. 543. num. 1.*

*Religiosi possunt renunciare priuilegijs concernentibus solummodo ipsorum fauorem, non autem fauorem Papę. decis. 229. num. 12.*

*Religiosi non habent testandi facultatem. decisione 87. numero 1.*

*Religiosus non fit testabilis ex sola habitatione extra claustrum. decis. 87. num. 2.*

*Religiosus factus Episcopus testari non potest. decis. 87. numero 2.*

*Religiosi testari non possunt. decis. 76. num. 1.*

*Religiosus quicquid acquirit, monasterio acquirere dicitur. decis. 76. num. 4.*

*Religiosi regulares sunt incapaces beneficiorum sæcularium absque dispensatione. decis. 543. num. 4.*

*Religiosi, qui tria vota profitentur, nihil sibi appropriare possunt, sed omnia dispositioni superioris relinquere. decisione 302. numero 1. Vbi quod nec etiam superior aliquid in perpetuum concedere potest religiosis.*

*Religiosus obtinens beneficium regulare, non potest excipere contra pensionem reseruatam super suo beneficio superiore. decis. 302. num. 2.*

*Religiosus potest obtinere pensionem ad nutum superioris amouibilem, non obstante voto paupertatis. decis. 302. num. 2.*

*Relinquo, verbum quando non adijcitur vniuersitati bonorum, vel quotę, non importat institutionem, maxime quando res certa non relinquitur personæ necessario instituenda. decis. 162. num. 2.*

*Relinquit, verbum non adiectum vniuersitati bonorum non importat institutionem, maxime quando res certa non relinquitur personę necessario instituendę. decis. 663. num. 2.*

*Reluere, verbum naturę pignoris conuenit. decisione 131. num. 7.*

*Reluitio quandoque pro venditione vsurpatur. decis. 131. num. 7.*

*Remanere verbum significat continuationem actus præcedentis cum perseuerantia. decis. 687. num. 9.*

*Remedium l. final. C. de edict. Diui Adriani tollend. non competit, nisi pro rebus, quæ erant testatoris tempore mortis. decisione 682. numero primo. Fallit in investimento facto de ordine testatoris, de quo ad effectum, vt competat remedium l. final. proinde iudicetur, ac si fuisset in bonis testatoris, vt ibidem numero 8.*

*Remedium l. final. C. de edict. Diui Adriani tollend. non competit pro fructibus. decisione 682. numero primo. Declara procedere in fructibus maturatis post purificatum fideicommissum, secus in fructibus inuestitis ante purificatam conditionem de mandato testatoris in augmentum fideicommissi, vt ibidem numero octauo. Declara secundo procedere vbi agitur contra singularem successorem possidentem rem singularem, secus vero quando agitur aduersus possessorem pro hærede, vt ibidem num. 9.*

*Remedium l. secundę, de rescind. vendit. habet locum etiam in transactione læsiua. decisione 755. numero quarto.*

*Remedio extraordinario restitutionis in integrum locus non est, vbi potest agi remedio ordinario. decis. 731. numero 2.*

*Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. quem effectum operetur. decis. 697. num. 4.*

*Remedium retinendæ possessionis possidenti competit. decis. 690. num. 1.*

*Remedium possessorium non impeditur per exceptionem simulationis. decis. 677. num. 1.*

*Remedium l. 2. C. de rescindend. vendit. habet locum etiam in transactione, vbi læsio est enormissima, vel excessus magnus vltra dimidiam. decisione 715. numero 1.*

*Remedia non dantur post rem iudicatam. decis. 414. numero 2.*

*Remedium recuperandæ competit hæredi spoliato a possessione, quam defunctus habebat. decisione nona. numero 1.*

*Remedium l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollen. datur probata possessione defuncti de tempore obitus absque aliqua probatione dominij. decisione 131. numero primo.*

*Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. competit hæredi etiam pro re, quam testator retinebat iure pignoris. decis. 131. num. 5.*

*Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. competit etiam pro bonis detentis per defunctum. decis. 131. numero 5.*

*Remedium l. si quis conductionis. C. locati, vt habeat locum locatio debet plene, & concludenter probari. decis. 170. num. 10.*

*Remissio, seu renunciatio iuris sui, dicitur donatio. decis. 38. num. 2.*

*Remittere non potest procurator ius clarum sui principalis. decis. 696. num. 4.*

*Remissoria calumniose petita deneganda est. decis. 491. num. 1.*

*Remissoria dicitur calumniose petita, quando petitur ad partes, in quibus lis fuit diu agitata, in quibus probationes melius, & commodius fieri poterant. decisione 491. num. 2.*

*Remissoria non datur in beneficialibus, nisi dato sumo de bono iure illam petentis. decisione 491. numero tertio.*

*Remissoria, vt denegetur, sufficit summum contrarijs probationibus excludi. decis. 491. num. 5.*

*Remissoria non datur ad probandum illud, quod per scripturam probari potest. decis. 589. num. 2. & decis. 45. numero 2.*

*Remissoria non conceditur vbi per scripturas constat de contrario eius, quod articulatur. decisione 589. numero 2.*

*Remissoria non conceditur, quando articuli continent aliquid contra, quod adest res iudicata. decis. 126. numero 1.*

*Remissoria non conceditur ad probandum id, quod probatum non releuat. decisione 126. numero 2. & decisione 503. num. 2.*

*Remissoria denegatur propter irreleuantiam articulorum, & propter suspicionem calumniæ orientem ex eo, quod remissoria fuit petita in vltimis audientijs. decis. 45. num. 1.*

*Remissoria non conceditur, vbi articuli non sunt releuantes. decis. 589. num. 1 in fine.*

*Remissoria non conceditur, vbi agitur de probando id, quod per scripturas probari potest. decisione 589. numero 1. in fine.*

*Remissoria non datur, quando super ijsdem testes fuerũt alias examinati, qa credẽdũ est, partẽ tũc induxisse testes magis*

*magis idoneos, & fecisse meliorem, & pleniorem probationem.decis.406.num.2.*
*Remissoria non conceditur vbi alias fuit concessa.decisione 406.num.2.*
*Remissoria non datur ei, contra quem adest res indicata. decis.406.num.2.*
*Remissoria denegatur propter timorem subornationis.decisione 406 num.2.*
*Remissoria denegatur vbi articuli sunt irrelevantes.decis. 406.num.3.*
*Remissoria non datur spoliatori ad diutius se conferendum in spolio.decis.571.num.1. Fallit concurrenti fumo,& calumnia vt ibidem num.2.*
*Remissoria petita in vltimis audientijs ad impediendum causę expeditionem pręsumitur calumniose petita. decis.571.num.2.*
*Remissoria in tertia instantia non solet denegari, etiam quod causa sit beneficialis.decis.503.num.1.*
*Remissoria in beneficialibus non datur absque fumo. decis. 503.num.3.*
*Remissoria non denegatur cessante calumnia, quę calumnia in dubio non prasumitur.decis.503.num.3.*
*Remissoria non datur ad probandum delictum. decis. 503. num.4.*
*Remissoria est concedenda, vbi articuli sunt relevantes.decis.661.num.1.& decis.134.num.2.*
*Remissoria est danda, vbi pars obliget se de stando vnica sententię.decis.661.num.1.*
*Remissoria, vt concedatur, sufficit relevantia vnius articuli.decis.661.num 4.*
*Remissoria in prosanis non denegatur, maxime posita relevantia articulorum.decis.696.num.2.*
*Remissoria concessa reo, facit, vt non debeat denegari actori decis.696.num.2.*
*Remissoria conceditur in prima instantia facta obligatione de stando vnicę.decis.134.nu.1.*
*Remissoria datur cessante calumnia. decisione 134 numero 2.*
*Remissorię concessio in ciuilibus plurimum pendet ab arbitrio iudicis.decis.134.num.2.*
*Remissorię forma ad vnguem seruare debet. decis.466.numero 1.*
*Remissoria non datur, vbi articuli sunt irrelevantes.decis. 280.num.1.& decis.271. num.1.*
*Remissoria non solet concedi ad impediendam immissionem. decis.271.num.3.*
*Remissoria non datur ad probandum id, quod dicitur factū per scripturam decis.414.num.5.*
*Remissoria ad iustificandam prouisionem Apostolicam debet concedi, maxime quando cessat omnis calumnia suspicio. decis.578.num.1.*
*Remissoria ob pręsumptam calumniam a Rota de facili denegatur decis.578.num.2.*
*Remissoria debet de nouo concedi, vbi testes fuerunt nulliter examinati.decis.209.num.2.Fallit quando nullitas prouenit ex culpa partis.*
*Remissoria non debet concedi ad repetendos testes, quorum testimonium, etiam validum, non relevaret. decisione 720. numero tertio.*
*Renunciatio generalis omni legum,& iuris auxilio comprehendit priuilegium, ne quis conveniri possit, vltra quod facere potest.decis.485.num.1.*
*Renunciari potest priuilegio, Ne quis in plus, quam facere potest, teneatur.decis.485. numero 2. Presertim quando renunciatio est iurata, & etiam quando tale priuilegium secundario esset fauore publico inductum, dicto numero 2.*
*Renunciatio non trahitur ad ignorata, & propterea vt illa teneat, necesse est, vt renuncians a Notario certioretur. decis.485.Declara, vt num.3.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso conditionali per diuisionem.decis.624.num.1.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso, quando illud est conditionale ex iurium cessione. decisione 624. numero 2.*
*Renunciatio, seu cessio iurium intelligitur de iuribus de pręsenti, non autem de futuro.decis.624.num.2.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso per diuisionem, etiam quod fuerit promissum illi non contrauenire. decis.624.num.3.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso per diuisionem, etiam quod in ea adsit clausula ad habendum. decisione 624.num.4.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso ex promissione euictionis,& susceptionis litis. decis.624.num.6.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso per diuisionem etiam iuramento vallatam.decis.624.num.7.*
*Renunciatum an censeatur fideicommisso per diuisionē inaequaliter factam? decis.624.num.9.*
*Renunciatum an sit fideicommisso per diuisionem, nec ne? attenditur subsequuta diuidentium obseruantia. decis. 624.num.11.& seqq.*
*Renunciatum vt dicatur fideicommisso, non sufficit alienatio necessaria, sed requiritur voluntaria.decisione 624. num.12.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso per diuisionem factam, non solum de bonis fideicommissarijs, sed etiam pro prijs.decis.624.num.13.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso per diuisionem, etiam quod super ea fuerit sequutum laudum. decisione 624.num.14.*
*Renunciatio vsusfructus, quem pater habet in bonis filij, nihil valet, nisi fuerit expressa, prasertim patre existente paupere.decis.596.num.6.*
*Renunciatum non censetur fideicommisso per transactionē nisi expresse dicatur.decis.782.num.2.& seqq.*
*Renunciatio est stricti iuris,& ideo intelligi debet, vt dicatur renunciatum, quanto minus possibile. decis.782.numero 5.*
*Renunciatum vt dicatur fideicommisso, ex verbis generalibus, tria requiruntur, de quibus decisione 782. numero 6.*
*Renunciare appellationi quis non potest in pręiudiciū sui fideiussoris, seu defensoris.decis.391.num.10.*
*Renunciatum legitima non censetur, nisi expresse. decisione 463.num.4.*

*Renunciatio appellationis inducitur per reditum ad iudicem a quo.decis.402.nu.2.*

*Renunciatio concepta per verba generalissima comprehendit omnia bona.decis.714.num.1.*

*Renunciatio fideicommissi inducitur vbicunque quis renunciauit cuicunque successioni ex testamento prouenienti. decis.714.num.1. Vbi maxime quando verba renunciationis habent tractum successiuum, nec aliud adest testamentum, in quo verificari possiut.*

*Renunciatio comprehendit omnia bona, quando causa finalis fuit ingressus religionis, & contemptus omnium bonorum, praeter sibi reseruata.decis.714.nu.2.*

*Renunciatio generalis praeiudicat renuncianti, & porrigitur ad omnia iura renunciantis, etiamsi de ijs cogitatum non fuisset.decis.714.num.3.& nu.7.*

*Renunciatio, vbi est directa in haereditatem, comprehendit omnes modos, quibus haereditas posset acquiri. decisione 714.num.6.*

*Renunciatio generalis comprehendit vltra expressa, quando alias esset superflua.decis.714.nu.6.*

*Renunciatio quantumcumque generalis nō comprehendit ea, quę ex testamento pendent, cum non praesumatur de ijs cogitatum, nec potuisse cogitari. decis.714.nume.8. Fallit vbi aliunde, quam ex generalitate verborum constat de mente renunciantis, vt ibid.nu.8.*

*Renunciatio, quae fit a volente ingredi religionem, ex verisimili mente renunciantis lata interpretari debet. decisio.714.nu.9.*

*Renunciatio, quę fit a volente ingredi religionem, non consideratur habito respectu ad laesionem, etiam quod renuncians modico accepto multum relinquat. decisio.714. numero 9.*

*Renunciasse attentatis videtur, qui passus fuit pronunciari super iniustitia sententiae.decis.586.num.4. Dic procedere vbi quis prius opposuit de attentatis, & postea passus fuit cognosci de bono iure, vt ibidem. numero 4.*

*Renunciasse attentatis dicitur, qui passus est disceptari de iniustitia sententiae.decis.592.num.4.*

*Renunciationis generalitas amplissima se refert ad omnia, quae possunt quoquo modo comprehendi. decisione 447. numero 4.*

*Renunciasse censetur collitigans, liti super beneficio, qui assequutus fuit incompatibile.decis.191.num.4.*

*Renunciatio facta per filiam bonis paternis, non obstat quo minus filia possit capere relictum, seu institutionem a patre.decis.408 nu.3.*

*Renunciasse appellationi censetur, qui post appellationem coram eodem iudice comparuit.decis.22.num.2.*

*Renunciatio facta per vnum de vocatis infert praeiudicium alijs eius vita durante solum, non post eius mortem. decisio.744.nu.5.*

*Renunciare clericus non potest concernentibus priuilegiū ordinis clericalis.decis.269.nu.5.*

*Renunciatum non censetur rei iudicatae ex eo, quod quis dicit male appellatum.decis.156.nu.7.*

*Renunciatum non censetur rei iudicatę, quādo fuit actum pro illius confirmatione.decis.156.numero 7. Maxime si illa fuit per easdem, non autem per nouas probationes confirmata.*

*Renunciare possunt religiosi priuilegijs concernentibus solummodo ipsorum fauorem, non autem fauorem Papae. decis.229.nu.12.*

*Renuncians, seu contrahens mulier non seruata forma statuti de contractibus mulierum, nulliter cōtrahit. decis. 723.nu.1. Vbi maxime si statutum praesumit iuramentum metu, & dolo extortum.*

*Renunciare iuri suo nemo praesumitur, nisi expresse. decisione 775.num.8.*

*Renunciatio proprij iuris non praesumitur, nisi coniecturę sint vrgentes.decis.383.num.3.*

*Renunciatio requirit speciale mandatum cum expressione iuris, cui renunciatur.decis.28.num.6.*

*Renuncians testamento filij non censetur renunciare testamento patris.decis.38.num.2.*

*Renunciatio nunquam trahitur ad non expressa. decisione 38.num.2.*

*Renunciatio, seu remissio iuris sui, dicitur donatio. decis. 38.num.2.*

*Renunciatio, quae fit a filia ad fauorem patris, respicit vtilitatem patris, ita vt pater possit de bonis suis ad libitū disponere, nec filia possit suum iudicium impugnare.decisio.75.num.1. Vbi maxime si pater renunciationem sit stipulatus pro se, & haeredibus.*

*Renunciationes a filiabus per patres procurantur, vt ipsi possint libere disponere de bonis proprijs, tam in vltima voluntate, quam inter viuos.decis.75.num.2.*

*Renunciatio facta per filiam, eam tantum excludit a successione patris, ita vt ex testamento capere nō prohibeatur. decis.75.num.5.*

*Renunciatio facta per filiam ad fauorem patris debet interpretari, ne restringat, aut impediat liberam facultatem testandi.decis.75.num.6.*

*Renunciationis vna pars aliam declarat. decisione 75.numero 7.*

*Renunciatio mulieris, vt sit valida, debet certiorari de iure sibi competenti, quod renunciat.decisione 723. numero 10. Vbi etiam in minore, & in iure, quod sibi competere dubitasset.*

*Renunciatio iuris futuri potest esse laesiua. decis.723.numero 14.*

*Renunciationis vim, praescriptio habet. decisione 419.numero 5.*

*Repetitiua dictio antecedent repetit, & refert omnes praetensiones precedentes.decis.447.num.5.*

*Replicatio nisi probetur clare, & liquide, exceptio non desinit esse clara, & liquida.decis.597.num.3.*

*Repudiatio haereditatis non inducitur ex eo, quod haeres dixerit se nolle pro nunc adire, quia id potius sonat in deliberationem.decis.766.num.4.*

*Reputatio communis in casu vnionis probat titulum coloratum, cum nemo dicat, vel probet contrarium.decisione 724.num.2.*

*Rescripti, & commissionis signatura non extenditur ad non petita, & quod commissum non fuit, dicitur neglectum. decis.621.num.2.*

Rescri-

*Rescripti narrata, & petita restringuntur, & limitautur per concessionem, & signaturam. decisione 621. numero 2.*

*Rescriptum subreptitium non est ipso iure nullum. decis. 582. num. 2.*

*Rescriptum subreptitium auocatorium causæ non faciens mentionem de pendentia litis, est ipso iure nullum. decis. 582. num. 2.*

*Rescriptum Papæ semper intelligendum est cum iustitia, & saluo iure tertij. decis. 322. num. 4.*

*Rescripta sunt stricti iuris. decis. 546. num. 2.*

*Rescripti verba, & quod Orator exulet, donec pacem obtineat, non sunt conditionalia, sed modalia. decisione 465. num. 3.*

*Rescriptum confirmans concordiam cum expressione tenoris ipsius concordię, dicitur emanatum ex certa scientia. decis. 338. num. 2.*

*Rescripto Principis confirmanti aliquam concordiam, & facienti mentionem de concordia, quam confirmat, creditur, licet non producatur relata concordia. decis. 338. num. 3.*

*Rescripti forma, si non seruetur processus, corruit. decisione 345. num. 1.*

*Rescripti forma debet pracise, & punctualiter, non autem per aequipollens adimpleri. decis. 345. num. 2.*

*Rescriptum Papæ subreptitium nihil operatur. decis. 718. num. 6.*

*Rescripti, seu literarum præsentatio non probatur per assertionem exequutoris, seu iudicis, nisi actus præsentationis sit exteuse scriptus, & nisi rescriptum, seu litera sint originaliter in actis registrata. decis. 143 num. 2. Vbi quod non sufficit, quod Notarius attestetur facultatem transferendi pensionem sibi fuisse exhibitam, ac illam vidisse, & legisse, nisi per eum in instrumento translationis registratur.*

*Rescriptum acceptare dicitur, qui illo vtitur. decis. 716. numero 2.*

*Rescriptum vti stricti iuris non porrigitur ad personas in eo non expressas. decis. 214. num. 3.*

*Rescripta executoria gratiæ non pereunt morte mandantis; secus rescripta, quę causæ cognitionem committunt. decis. 473. num. 4.*

*Reseruatarius fructuum cum facultate illos propria auctoritate percipiendi, habetur ad instar vsufructuarij. decis. 508. num. 3.*

*Reseruatarius fructuum tenetur ad onera realia fructuũ. decis. 508. num. 3.*

*Reseruationis pensionis gratia non indiget iustificatione, quando adest consensus Titularis, quando gratia non est conditionalis. decis. 519. num. 2. & num. 3. & seqq. Vbi etiam quando gratia dicatur conditionalis.*

*Reseruationis pensionis gratia, quando dicatur conditionalis, ita quod iustificari debeat. decis. 519. numero 3. & sequentib.*

*Reseruatio ad hoc vt detur immissio gratiosę subrogato, quo modo probari debeat. decisione 509. num. 3.*

*Reseruatio an, & quando intret in beneficijs propter derogationem Papæ factam octauæ regulæ. decis. 657. nu. 2.*

*Reseruatio Apostolici beneplaciti intelligenda est, quatenus beneplacitum sit necessarium. decis. 404. nu. 6.*

*Reseruatio pensionis non valet, quando est facta super beneficio grauato de alia pensione, non facta mentione illius alterius pensionis, qua beneficium grauatum est. decis. 666. nu. 2. Declara, vt nu. 3.*

*Reseruatio maioris potentiæ est appositio manus Papę, quã reseruatio deducta ex reseruationibus generalibus. decisio. 401. nu. 2.*

*Reseruatum non dicitur beneficium, seu affectum ex qualibet appositione manuum Papę, sed ita demum, nisi Papa moueatur ex falsa causa tangente pertinentiam collationis. decis. 187. nu. 4. & num. 5. Vbi contrarium tenentes declarantur, secus vero quando est error circa qualitatem prouisi, vt ibidem num. 5.*

*Reseruatio pensionis, vbi est pura, si titularis, qui reseruationi consensit, det de nullitate illius, onus probandi nullitatem incumbit titulari, & non pensionario. decis. 23. numero 1.*

*Reseruatio iuris, quod non competit nihil operatur. decisio. 384. num. 4.*

*Reseruatio dominij probat dominium esse apud illum, cui fit reseruatio. decis. 677. nu. 1.*

*Reseruatio dispositionis in locis montium, seu officijs super vita alicuius emptis, denotat Dominium apud ipsum reseruantem. decis. 771. nu. 2.*

*Reseruatio iuris patronatus post quam fuerit factum augumentum redituum in tertia parte, vt habeat locum, requirit probationem valoris beneficij. decisione 412. numero 5.*

*Reseruatio ad excludendam ordinarij prouisionem debet plene, & concludenter probari. decis. 160. nu. 2.*

*Reseruatio ad effectum gratiosæ subrogationis debet esse notoria. decis. 197. nu. 5.*

*Reseruationes inductæ per Regulas Cancellariç cessant per mortem Pontificis, & collatio beneficiorum spectat ad ordinarium. decis. 144. nu. 10.*

*Reseruatio dominij in officijs operatur, vt quandocumque vendi possint. decis. 305. nu. 2.*

*Reseruatio, quando non est notoria, vel clausa in corpore iuris, non causat malam fidem in prouiso ab ordinario ante litem motam. decis. 66. nu. 1.*

*Reseruatio, & decretum in ea appositum, quando est super vacantibus, non autem super vacaturis, non inficit possessionem prouisi ab ordinario. decis. 66. num. 1.*

*Reseruatio nullum ius de nouo tribuit, sed quod prius competebat, reseruat. decis. 75. nu. 4.*

*Reseruatio intelligitur facta de eo, quod est renunciatum. decis. 75. nu. 5.*

*Reseruatio iuris succedendi apposita in renunciatione facta per filium, reseruat tantum ius succedendi competẽs abintestato, nec tribuit aliquod ius nouum, & remanet tantum obstaculum renunciationis conseruando, non tribuendo ius succedendi, perinde, ac si renunciatio non emanasset. decis. 75. nu. 6.*

*Reseruatio nihil operatur, vbi ius reseruanti non competit. decis. 75. nu. 8.*

*Reseruationis naturę ita conuenit, si ius reseruatum non subsi-*

*subsistit nihil operari, quemadmodum aliquid operari, vbi ius reseruatum subsistit. decis. 75. nu. 8.*

*Reseruationem de facto iustificare sufficit, ad effectum, vt Breue possit exequi. decis. 484. nu. 1. in fi. & nu. 2. An hoc habeat locum quando ius est penes alium.*

*Reseruatum dicitur beneficium illud, quod vacat per obitum Protonotarij. decis. 523. nu. 1.*

*Reseruatum Sedi Apostolica vbi est beneficium, conferri nō potest a Capitulo. decis. 480. nu. 2.*

*Residentiam etiam requirunt beneficia simplicia sic existente aliquo statuto, aut consuetudine. decis. 489. nume. 2. Declara, vt num. 3.*

*Residere de iure quis praesumitur. decis. 629. num. 1.*

*Residentia ex generali consuetudine non acquiritur in beneficio simplici. decis. 86. nu. 3.*

*Residentia necessaria non infertur ex onere celebrādi Missas, quia tale onus potest per alium sine continua residentia explicari. decis. 86. nu. 3.*

*Residere in duobus locis eodem tempore quis non potest. decis. 64. nu. 4.*

*Resignatio beneficij nō suffragatur Resignatario, nisi etiam probet publicationem necessariam ad illius validitatē. decisio. 371. nu. 2.*

*Resignatio non probat possessionem Resignantis. decis. 768. num. 3.*

*Resignatio beneficij est nulla, si in ea nō narretur resignantem ad titulum dicti beneficij fuisse ordinatum. decisio. 269. nu. 1. Amplia etiam in resignatione ex causa permutationis, vt ibidem. nu. 1. Fallit ampliatio, quando permutans assequutus fuit possessionem alterius beneficij ad congruam sustentationem sufficientis, vt ibidem, num. 2. & nu. 3.*

*Resignatio ad fauorem certa personę est conditionalis, etsi beneficium non acquiritur illi, in cuius fauorem fit resignatio, beneficium non vacat. decis. 111. nu. 3.*

*Resignare beneficium non potest, qui nihil iuris super eo habet. decis. 190. nu. 5.*

*Resignatio beneficij iuris patronatus absque consensu patroni nulla est, nec ius abdicatur a resignante. decisione 4. numero 2.*

*Resignatio beneficij facta a procuratore excedenti fines mandati nulla, & inualida est. decis. 293. nu. 1.*

*Resignatio abdicat ius a resignante tam ratione dominij, quam possessionis. decis. 278. nu. 4.*

*Resignari potest beneficium cum clausula, quod non alias, nec alio modo intendit resignare. decisione 286. numero secundo.*

*Resignabilia sunt officia Romanę Curię cum beneplacito Sanctissimi. decis. 495. nu. 2.*

*Resignatarius dicitur fateri titulum Resignantis. decisio. 542. num. 4.*

*Resignatario non licet, quod Resignanti non licet. decisione 57. numero 3.*

*Resignatarius tenetur iustificare titulū resignantis, quando resignans non fuit tricennalis pacificus possessor. decis. 309. nu. 1.*

*Resignatario non suffragatur Resignatio beneficij, nisi etiā probet publicationem necessariam ad illius validitatem. decisione 361. numero secundo.*

*Resignans sub conditione, non adimpleta conditione, potest agere spolio etiam contra ipsum resignatarium. decisione 542. nume. 5.*

*Resignantis confessio non nocet resignatario, vbi venit alio iure, quam resignantis. decis. 768. nu. 4.*

*Resignantis consensus de stylo Cancellaria solet adnotari a tergo literarum resignationis. decis. 206. nu. 2.*

*Resignantis confessio ante resignationem nocet resignatario. decis. 190. nu. 5.*

*Resignans post resignationem non percipit fructus beneficij, etsi eos percipit, restituere tenetur. decisione 278. numero 4.*

*Resignans, si in resignatione non reseruet fructus praeteritos, & quorum solutionis dies venit, censetur ius suum remisisse. decis. 278. nu. 6.*

*Resignanti reseruata pensio cum clausula non alias, aliter, nec alio modo non est reducibilis ad minorem quantitatem, quia deficit resignantis consensus, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum. decisione 286. numero 2.*

*Resignari potest beneficium cum clausula, quod non alias, nec alio modo intendit resignare. decisione 276. numero 2.*

*Resignans libere post resignationem non facit amplius fructus suos, quicquid sit in resignatione in fauorem certa personae. decis. 278. nu. 7.*

*Resolutio contractus datur, quando non potest per venditorem agi ad interesse. decis. 676. nu. 9.*

*Resolutiuum pactum in contractibus, an, & quando resoluat ipso iure. decis. 1. nu. 5.*

*Resolutio contractus, quando fit ipso iure, res restitui debet vna cum fructibus perceptis. decisione prima, numero 8. & numero 9.*

*Resolutiuum pactum vbi fit sub conditione, deficiente conditione, restituendi sunt fructus percepti. decisione 1. numero 9.*

*Resolutiuum pactum in euentum non ratificationis habet locum, quando ille in cuius fauorem factum est, non vult vti illo pacto. decis. 447. nu. 6.*

*Restitutio in integrum aduersus sententias datur ex capite iniustitię, etiam non notorię. decis. 635. nu. 4.*

*Restitutio in integrum non datur minori aduersus contractum iuratum, pręsertim lapso quadriennio, & ad impediendum exequutionem obligationis Cameralis. decisio. 245. nu. 2. & nu. 3.*

*Restitutio in integrum non datur aduersus sententiam, nisi constito de bono iure petentis eam. decisione 329. numero 1.*

*Restitui non debet, qui facto proprio a possessione cecidit. decis. 542. nu. 5.*

*Restitutio in spolio non impeditur per concordiam correspectiuam, quando non docetur de adimplemento in alio capite. decis. 542. nu. 5.*

*Restitutionis tempus censetur magis inductum gratia haeredis, quam fideicommissarij. decis. 682. nu. 6.*

*Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam nō datur, vbi constat de illius iustitia. decis. 731. nu. 1.*

Resti-

*Restitutio in integrum non competit absque læsione. decis.* 731.*num.*1.

*Restitutionis in integrum extraordinario remedio locus non est, vbi potest agi remedio ordinario. decisione* 731. *num.*2.

*Restitutionem in integrum ignorantia est iusta causa concedendi. decis.* 342.*num.*1.

*Restitutio in spolio non impeditur per exceptionem execrabilitatis probatam ex sola productione tituli, & possessionis duorum incompatibilium, quia actor potest replicare, cum ero restitutus, docebo de possessione. decis.*741.*numero* 6. *Vbi plura recensentur similia.*

*Restitutio in spolio, vt cõcedatur, sufficit titulus coloratus superueniens ante spoliationem absque noua apprehensione. decis.*741.*num.*8.

*Restitutio in integrum datur aduersus rem iudicatam, vbi constat de illius iniustitia. decis.*672.*num.* 1.

*Restitutio in integrum non datur aduersus rem iudicatam post lapsum quadriennii. decis.*592.*num.*6.

*Restitutio pluries concessa, & iterum petita, & denegata, ex noua causa debet concedi. decisione* 534.*num.*6.

*Restitutio an detur Ecclesiæ, vel minori pro qualibet modica læsione. decis.*338.*num.*6.

*Restitutio in integrum non retardat exequutionem iam cœptam. decis.*138.*num.*2.

*Restitutio non datur in beneficio amouibili, seu manuali. decis.*325.*num.*1.

*Restitutio etiam in manualibus competit, quando constat, quod quis non fuit amotus ab ijs, qui amotum præsentauerunt, vel a suis legitimis successoribus. decis.*325. *num.*3.

*Restitutio terminorum amotorum de iure non spectat ad partes, sed ad iudicẽ, qui emendat, quod male circa illos gestum est. decis.*550.*num.*4.

*Restitutio in integrum conceditur donanti sine causa. decisione* 483.*num.*1.

*Restitutio, & excusatio sunt Synonyma, & æquo iure procedunt. decis.*364.*num.*1.

*Restitutio in integrum est remedium subsidiarium, & extraordinarium, nec datur quando alia via succurri potest. decisione* 364.*num.*2.

*Restitutio in integrum aduersus alienationem rei prohibitæ alienari ignoranter factam non debet dari tertio, si alienans eam non petat. decis.*281.*num.*4.

*Restitutionis in integrum causa de stylo Rotæ non requirit pronunciationem, sed vel proceditur in negotio principali, vbi restitutioni locus sit, vel moderatur inhibitio emanata vigore dictæ restitutionis, vbi ei locus non sit. decisione* 13.*num.*1.

*Restitutio in integrum in beneficialibus semel denegata, amplius non conceditur. decis.*13.*num.*1.

*Restitutio in integrum debet terminari intra quadriennium. decis.*13.*num.*2.

*Restitutio in integrum datur, vbi adest ignorantia. decisione* 164.*num.*4.

*Restitutio in integrum minoribus conceditur aduersus aditionem hæreditatis. decis.*132.*num.*1. *Vbi tamen declaratur hoc procedere probata minoritate, & læsione.*

*Restitutio in integrum minori concessa, an, & quando prosit maiori? decis.*132.*num.*4.

*Restitutio in integrum non conceditur minori effecto maiori post quadriennium. decis.*132.*num.*7.

*Restitutio in integrum, vt concedatur iusta causa est iniustitia sententiæ. decisione* 307.*num.*1.

*Restituitur minor aduersus emolumentum amissum. decis.* 723.*num.*14.

*Restitutio fideicommissi fideicommissario, quando facienda est in bonis Drogheriæ attendi debet tempus obitus grauantis, & non grauati. decis.*220.*num.* 1.

*Restituere Drogheriam fideicommissario, hæres grauatus non tenetur in gratiam fideicommissarij aliquid lucrari. decisione* 220.*num.*2.*&* *num.*3.

*Restitutio fideicommissorum, vbi facienda est, veniunt ea, quæ erant in hæreditate tempore obitus grauantis. decisione* 220.*num.*3.

*Restrictio fieri non potest, vbi non patitur ratio recti sermonis. decis.*714.*num.*4.

*Restrictio debet intelligi, quatenus possit fieri salua ratione recti sermonis, & quatenus dispositio alias non sit superflua. decisione* 357.*num.*2.

*Retardatio solutionis pensionis fieri non debet, quando pensio fuit confirmata auctoritate Apostolica, nec isto casu est locus arbitrio. decis.* 387.*num.*1.

*Retentio datur granato pro melioramentis, nedum in fructibus perceptis, sed etiam in ipsa re. decisione* 520.*numero* 9.

*Retinendæ inter dictum est de directo contrarium interdicto redintegranda. decis.* 129.*num.*7.

*Retinenda possessionis remedium, competit possidenti. decis.* 690.*num.*1.

*Retractus competit vicino ex dispositione iuris communis propter constitutionem Federici de iure Protomiseos. decisione* 783.*num.*2. *Fallit in terris Ecclesiæ, vt ibidem numero* 7.

*Retractus in prædijs rusticis, non potest prætendi, nisi vigore Constitutionis Gregorianæ, §. in rusticis. quæ, licet loquatur in venditione coactiua, habet tamen locum etiã in venditione voluntaria, dummodo concurrant requisita dicti §. decis.*783.*num.*3.

*Retractus, vt habeat locũ in prædijs rusticis vigore Constitutionis Gregorianæ, inter cetera requiritur, quod prædium retrahentis sit maioris pretij, & mensura, ac ædificiorum structuris conspicuum, ita vt magna inter vtrũque adsit inæqualitas. decis.*783.*num.*4.

*Retractus non competit de iure diuino. decisione* 783. *numero* 6.

*Retrotractio non habet locum, vbi actus fuit ab initio nullus. decis.*275.*num.*1.

*Reualidatio reducit rem ad pristinum statum. decis.*4. *numero* 3.

*Reuerentialis metus, vt probatus dicatur, debet probari, quod pater minatus fuerit, & quod sit solitus exequi minas. decis.*463.*num.*3.

*Reuertatur, verbum est resolutiuum, nec requirit aliquod extrinsecum factum decis.*1.*num.*2.

*Reuertatur, verbum, est commune, obliquum, scilicet, & dire-*

*directum. decisione 1. numero 3. Declara, vt ibidem.*

*Reuertatur verbum, & verbum deuoluatur, sunt communia decis. 231. nu. 2.*

*Reuocatio mandati operatur perinde, ac si mandatum non fuisset datum. decis. 469. nu. 1.*

*Reuocatio mandati ad exigendum operatur reuocationem mandati ad emendum ex pecunijs exigẽdis, erat facienda emptio. decis. 469 nu. 2.*

*Reuocato mandato, actio mandati cessat. decisione 469. numero 1.*

*Reuocatio attentatorum non petita in prima instantia potest peti in secunda. decis. 586. nu. 5.*

*Reuocatio attentatorum nõ impeditur per exceptionem excommunicationis ob recursũ ad iudices laicos incursę. decis. 586. nu. 6.*

*Reuocatio attentatorum debet peti coram iudice appellationis, cuius fuit lęsa maiestas, nec per alium fieri potest. decis. 592. num. 2. & num. 3. Amplia etiam stante commissione cum facultate reuocandi attentata, quia intelligitur prout de iure, & sic non nisi per iudicium appellationis.*

*Reus excipiens, & exceptionem suam non probans, actore plene probante suam intentionem, condemnari debet. decis. 618. nu. 5.*

*Reus excipiens in sua exceptione est actor, exceptionemq́. probare debet. decis. 361. nu. 2.*

*Reus exceptionem suam bene fundans, si actor illam plene non diluit, exceptio remanet efficax. decisione 697. numero 1.*

*Reus quo ad probationes non est magis fauorabilis, quam actor. decis. 696. nu. 2.*

*Reus potest excipere diuersa, & contraria, nisi tamen super exceptione obtinuit. decis. 384. nu. 5.*

*Reus potest excludere actorem per non ius. decisione 520. numero 6.*

*Reus non tenetur docere de suo titulo quousque potest excludere actorem per non ius suum. decis. 24. nu. 4.*

*Reus debet bene probare suam exceptionem, quia quo ad eã est actor. decis. 229. nu. 1.*

*Reus assecurare iudiciũ non tenetur de consuetudine quicquid sit de rigore. decis. 326. nu. 4.*

*Reus assecurare iudicium non tenetur, qui habet sententiã pro se. decis. 326. nu. 5.*

*Rex donare non potest Ecclesias, in quibus nullum ius habebat. decis. 513. Declara, vt nu. 5. & nu. 6.*

*Ripa fluminis debet mensurari in venditione prędij, quando flumen datur pro confine. decis. 108. num. 1.*

*Ripa fluminis, licet venditioni pradij accedat, non tamẽ est mensuranda. decis. 108. num. 2.*

*Ripa fluminis, quando est fructifera, & ampla, venit in venditione prędij, & debet mensurari. decisione 108. numero 3.*

*Ripa fluminis, quando est ampla, & fructifera, non dicitur ripa, sed potius ager ab ipsa ripa diuisus. decis. 108. numero 4.*

*Ripę fluminis dicuntur illi limites, quibus naturalis cursus fluminis continetur. decis. 108. num. 4.*

*Ripę fluminis non appellatur ille ager, quẽ flumen aliquando circumdat. decis. 108. nu. 4.*

*Rogitus in dubio non pręsumitur. decis. 703. num. 5.*

*Romę maiores dicuntur, qui vigesimũ annum impleuerunt. decis. 647. nu. 5.*

*Romę mercator negotians pręsumitur conducere appaltus in causam eius negotiationis, & pro ratione Banchariæ. decis. 700. num. 11.*

*Rota non solet multiplicare sententias diffinitiuas, sed simul, & semel totum negotium terminare. decisione 427. Declara, vt num. 3. & nu. 4.*

*Rota non attendit, nec exequitur sententias aliorum tribunalium, nisi constito de earum iustitia. decisione 594. numero 4.*

*Rota non abnuit plurium statutorum dari concursum, ita vt vnum ab alio suppleatur. decis. 218. nu. 11.*

*Rotalis inhibitio, siue iusta, siue iniusta, est timenda. decisio. 159. nu. 4. & decis. 670. nu. 1.*

*Rotalis inhibitio, quamuis emanata vigore commissionis subreptitię, est timenda. decis. 459. nu. 3.*

*Rota semper sequi solet æquitatem. decis. 60. num. 2.*

*Rota sententias aliorum tribunalium nunquã exequitur, nisi earum iustitia gustata. decis. 474. nu. 8.*

*Rubrica habens orationem perfectam potest allegari ad decisionem causarum, & non restringitur a nigro specialiter loquente. decis. 31. nu. 1.*

S

*SACERDOS antiquior non prefertur in concursu beneficij, in quo solum requiritur, quod quis sit presbyter, & idoneus. decis. 481. nu. 1.*

*Sacerdos promotus ante tempus debitum viginti quatuor annorum remanet suspensus a celebrando incurrit irregularitatem. decis. 481. num. 2. & num. 5. vbi vsque ad quot tempus duret hac suspensio.*

*Sacerdos, qui nullam patitur exceptionem, praferre debet in concursu Sacerdoti, qui aliquo modo suspectus est. decis. 481. num. 2.*

*Sacerdotis ante tempus debitum promoti tolerantia Episcopi, nihil operatur non data scientia eiusdem Episcopi. decis. 481. nu. 7.*

*Sacerdos ad Sacerdotium promotus ante tempus debitum suspensionem incurrit ipso iure, & celebrans, efficitur irregularis, a solo Papa absoluendus. decisione 481. numero 8.*

*Sacerdotium non facit, quem deterioris conditionis, sed melioris, quia est dignitas superans regalem. decisione 719. num. 5.*

*Sacerdos, an debet esse actu prasentatus, vel ne, debet attendi tenor fundationis. decis. 216. nu. 1.*

*Sacerdos debet esse actu prasentatus, quando in fundatione qualitas presbyteri est iuncta verbo eligendi. decisio. 216. numero 1. & numero 2. Vbi maxime si dicta qualitas fuit repetita.*

*Sacerdos debet esse actu prçsentatus, quando ad effectum, vt beneficiatus cõgrue sustentari possit, fuit facta vnio alterius beneficij, cũ alias pro sustentatione simplici clerici non fuisset necessaria tãta sollicitudo. dec. 216. n. 2.*

Sacer-

*Sacerdotibus vbi debet conferri beneficium, id debet intelligi de Sacerdote, qui tēpore prouisionis possit actu Missam celebrare. decis. 236. nu. 8.*

*Sacerdotalis, an sit Canonicatus? probatur ex statuto Ecclesiæ, & ex testibus. decis. 366. nu. 1.*

*Sacerdotales præbendę, quando vigore statuti esse debent, numquid tunc habeant annexum onus Sacerdotis. decisione 366. num. 2.*

*Sacerdotalis non dicitur Canonicatus, etiam quod habeat annexum onus Missarum. decis. 366. nu. 2.*

*Sacerdotalis dicitur Canonicatus, quando statuto Ecclesiæ cauetur, vt Canonicus infra tantum tempus promoueri debeat. decis. 366. nu. 3.*

*Spolij redintegratio non debet impediri ex eis, quæ non fuerunt probata, & quæ quatenus essent probata contraria probatione elidi possent. decis. 229. nu 4.*

*Spolium probatur ex probatione vtriusque extremi. decisio. 189. num. 1.*

*Spoliare dicitur, qui requisitus soluere recusat. decis. 189. numero 4.*

*Spolium, vt adesse dicatur, sufficit status, ad quem competit restitutio. decis. 393. nu. 3.*

*Spoliatus absque causa debet haberi, ac si dicto tempore possedisset, & ad ipsum pertinet omnis vtilitas, quæ sibi obuenit pendente iudicio spolij. decis. 415. nu. 1.*

*Spolio agens duo extrema probare debet. decis. 208. nu. 1.*

*Spoliatus qui facto proprio a possessione cecidit, non debet restitui. decis. 38. num. 2.*

*Spolium cessat in eo qui iudicis auctoritate possessionẽ cepit, nisi tamẽ iudex nulliter processerit. decis. 85. nu. 2.*

*Spolium debet in primis, & ante omnia purgari. decisio. 85. numero 7.*

*Spolium non intrat vbi possessio fuit capta auctoritate iudicis, nisi tamen iudex nulliter procedat. decisione 53. numero 1.*

*Spoliatus culpa, & facto suo, restituendus non est. decisione 473. num. 2.*

*Spoliatiue possessio capta non potest confirmari parte citata, etiam quod de nouo esset concedenda. decisione 85. numero 4*

*Sponsalia inducuntur ex mutua promissione. decisio. 471. numero 1.*

*Sponsalia non probantur ex instrumento promissionis dotis si in eo nulla fiat mentio sponsalium. decis. 471. nu. 2.*

*Sponsalia etiam nutis, & signis possunt contrahi. decisio. 471. num. 5.*

*Sponsalia, & matrimonium probãtur per duos testes, etiam si sint feminæ. decis. 772. nu. 1.*

*Sponsalia probantur ex literis ad sponsam scriptis, in quibus vir se vocat maritum concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus. decis. 772. nu. 8.*

*Sponsalium & matrimonij probationem coadiuuant Epistola, seu litera amatoria. decis. 772. nu. 8.*

*Sponsalium probatio coadiuuatur ex summo amore, quo vir prosequebatur mulierem. decis. 772. nu. 10.*

*Sponsalia, & matrimonium probantur etiam per domesticos, & consanguineos. decis. 772. nu. 11.*

*Sponsalium probatio, coadiuuatur ex donatione munerum profuse facta a muliere erga virum. decis. 772. num. 13.*

*Sponsalium probatio coadiuuatur ex tractatu coniugali. decis. 772. nu. 14.*

*Sponsalia probantur per testes familiares, & in ijs admittitur etiam matris testimonium. decis. 772. num. 2.*

*Sponsalia vt dissoluantur plura competunt remedia. decis. 772. num. 2.*

*Sponsalia clandestina non sunt a Concilio Tridentino improbata. decisione 772. num 2.*

*Sponsalia contracta sub pœna, licet non valeant, valent tamen stante iuramento. decis. 377. num. 4.*

*Spurij, seu bastardi non dicuntur agnati. decis. 267. numero 6.*

*Spuriæ filia dos constituta mortua filia sine filijs reuertitur ad dotantem, vel eius hæredes, nisi fuerit per iudicem cõstituta secundum taxationem, & valorem alimẽtorum, quia tunc non transit ad hęredes patris, sed ad hęredes filiæ. decisione 395. num. 1. Declara, vt num. 4.*

*Statuentium mens ex modo loquendi dignoscitur. decisione 770. num. 5.*

*Status præsens, quando faciat pręsumere eundem statum in præteritum. decis. 673. num. 5.*

*Statum beneficij non mutant prouisiones Apostolicæ. decis. 337. num. 2.*

*Status vltimus beneficij attẽditur in beneficialibus. decis. 737. num. 3. Declara, quod aut agitur de pertinentia collationis, & tunc collatio ad eum, qui est in quasi possessio ne conferendi bona fide, & attenditur vltimus status, vt ibidem num. 5. Aut vero agitur de qualitate beneficij, & tunc vel ad effectum iustificationis gratię, & tunc suffi cit probare vltimum statum, vt ibidem nu. 5. Vel agitur in præiudicium testis impetrantis, qui probauit anteriorem statum, & sequens non est legitime præscriptus, & isto casu si propter anteriorem statum collatio vigore vltimi status est nulla, ipso iure non attenditur vltimus status, vt ibidem num. 6.*

*Status vltimus beneficij attenditur in dubio, secus vbi constat de veritate. decis. 737. num. 6.*

*Status beneficij non potest probari ex collatione nulla, & erronea. decis. 710. num. 6.*

*Status principalis beneficij attenditur ad iudicãdam qualitatem beneficij, præsertim ad effectum iustificationis gratiæ. decisione 315. num. 5.*

*Status vltimus beneficij non probatur ex prouisione, quæ non habuit effectum. decisione 315. num. 6.*

*Status vltimus beneficij attenditur in beneficialibus. decisione 180. num. 3.*

*Status vltimus rei debet attendi. decis. 457. num. 2.*

*Status beneficij non mutatur absque voluntate superioris. decisione 254. num. 5.*

*Status vltimus attẽditur ad effectum quasi possessionis pręsentandi. decis. 251. num. 3.*

*Status beneficij vt mutatus dicatur, debent plura concurrere, de quibus remissiue decis. 368. num. 4.*

*Status beneficij vt mutatus dicatur debet concurrere volũtas, & potestas superioris. decisione 368. num. 4.*

*Status Ecclesiæ sine licentia Episcopi mutari non potest. decis. 204. num. 7.*

*Status vltimus beneficij attendi debet ad effectum videndi an beneficium cadat sub reseruatione. decis. 71. nu. 5.*

*Status beneficij non mutatur per prouisionem Apostolicam, vel ordinarij. decis. 580. num. 7. Vbi declaratur quando hæc conclusio procedat.*

*Status beneficij præcedens non mutatur a Papa collatione. decis. 482. num. 1.*

*Statutum super contractibus minorum, quando dirigit verba in personam, tunc illam inhabilitat ad contrahendum. decisione 500. numero 2. Etiam quod minor contrahat extra territorium statuentium, dicto nu. 2. Declara, vt nu. 3. & nu. 4.*

*Statutum Bononiæ inhabilitans minorem ad contrahendũ, an, & quando extendatur ad minores contrahentes extra territorium Bononiæ. decis. 500. nu. 3. & nu. 4.*

*Statutum prohibens minorem, vel mulierem contrahere sine certa solennitate, an, & quando extendat vires suas, extra territorium. decis. 500. nu. 6. & nu. 7.*

*Statutum prohibens appellationem, seu nullitatem, ac restitutionẽ in integrum dicitur respicere decisoria iudicii, & non ordinatoria. decis. 529. nu. 2.*

*Statuto respiciente decisoria iudicij forenses gaudere non debent. decis. 529. nu. 2.*

*Statutum in vim transactionis factum reuocari nõ potest. decis. 2. nu. 1.*

*Statutum præsumitur emanatum ex causa, quę in eo exprimitur. decis. 2. nu. 3.*

*Statuta condere possunt domini earum rerum super quibus statuta disponunt. decis. 34. nu. 1.*

*Statuta tollere, & reuocare possunt qui illa condere valẽt. decis. 34. nu. 1.*

*Statuta condita cum consensu aliquorum transeunt in cõtractum, nec propterea possunt reuocari sine voluntate eorum, qui consenserunt. decis. 34. num. 2. Declara, vt num. 3. & nu. 4.*

*Statutum, an, & quando dicatur transire in cõtractum. decis. 34. nu. 4.*

*Statuta perpetua quando sint reuocabilia. decisione 34. numero 5.*

*Statutum potest fieri per capitulum, per quod redeatur ad ius commune non obstante contraria consuetudine circa residentiam beneficiatorum. decis. 375. nu. 4. & nu. 5.*

*Statutum factum a beneficiatis sine Episcopi licentia contra iuris communis dispositionem in his, quæ respiciunt mutationem status Ecclesiæ non valet, nisi fuerit a Pontifice confirmatum. decis. 375. nu. 6.*

*Statutum præsumitur confirmatum a Põtifice cuius beneplacitum fuit reseruatum ex lapsu triginta annorum. decis. 375. nu. 7.*

*Statutum confirmanti assertioni Cardinalis de speciali mãdato Sedis Apost. creditur. decis. 339. nu. 1.*

*Statuti confirmatio cẽsetur emanata ex certa sciẽtia quando in ipsa confirmatione omnimoda eiusdem statuti substantia refertur. decis. 339. nu. 2.*

*Statuta etiam contra ius commune valent, quando sunt specialiter confirmata a Sede Apostolica. decis. 339. nume. 3. Vbi præsertim, quando in confirmatione adest clausula sublata, quorum tenores, & decretum irritans.*

*Statuti confirmatio numquid valeat, quando non appareat de existentia statuti aliter quam per verba enunciatiua confirmationem petentis. decis. 339. nu. 4.*

*Statutorum confirmatio cum clausula licita tamen, & honesta ad quę extendatur. decis. 339. nu. 5.*

*Statutum prohibens clericos forenses admitti ad capitulũ non valet. decis. 290. nu. 2.*

*Statuta iuris communis correctoria interpretari debẽt, vt minus quam fieri possit illud cedant. decis. 461. nu. 4.*

*Statutum excludẽs feminas propter masculos fundatur in ratione conseruanda agnationis. decis. 461. nu. 5.*

*Statutum excludens feminas propter masculos tunc in conseruatione agnationis se fundasse præsumitur, quando feminæ excluduntur pro Cippi, & familiæ conseruatione. decis. 461. nu. 8.*

*Statuti vna pars aliam declarat. decis. 461. num 8.*

*Statuti dispositio non habet locum, vbi non conueniunt verba ipsius. decis. 502. nu. 3.*

*Statutum loquens de minoribus non comprehendit minorem filiumfamilias. decis. 385. numero 1. Contrarium, numero 2.*

*Statutum requirens in contractu minorũ interuentũ proximiorum consanguineorum, vel affinium non excludit casum, quando filiusfamilias contrahit cum interuentu patris. decis. 385. n. 3. Vbi tamen subditur, quod interuentus consanguineorum non est necessarius, vbi filius contrahit cum patre, vel cum ipsius interuentu.*

*Statutum quod in contractibus minorum requirantur certę solennitates, est fauorabile. decis. 385. nu. 4.*

*Statutum, quod contractus minorum adhibitis certis solennitatibus sint validi, non excludit solennitates adhibendas extra contractum. decis. 385. num. 5. Vbi de statut. Perus. & stat. Vrb.*

*Statutum requirens in certis contractibus insinuationem, si non loquitur taxatiue non excludit illam in alijs contractibus de quibus loquitur constitutio Marchiæ. decisio. 385. num. 6.*

*Statutum quod minor non possit contrahere absque solennitatibus comprehendit etiam casum, quod minor obligatur pro dote. decis. 385. nu. 7.*

*Statutum de contractibus minorum absque solennitatibus habet locum etiam in obligatione minoris facta pro liberando patre a carceribus. decis. 385. nu. 8.*

*Statuti, & consuetudinis loci scientia, in ciue, & incola pręsumitur. decis. 568. nu. 3.*

*Statutum quod nõ fuit adimpletum in forma specifica nullum operatur effectum. decis. 660. n. 2. Maxime quando statutum est exorbitans, a iure communi, vt ibid. nu. 2.*

*Statutum imponens pœnam nolenti implere illius formam, non concedit actionem, nisi ad pœnam contra eũ, qui statuti formam non impleuit. decis. 660. nu. 3.*

*Statuta, quæ non inducunt præcisam coactionem sunt innouatoria. decis. 660. nu. 4.*

*Statutum exorbitans debet intelligi ad literam, quia est odiosum. decis. 660. nu. 5.*

*Statutum ordinatorium si non doceatur perpetuo fuisse adimpletum in forma specifica non probat. decis. 660. nu. 6.*

*Statutum excludẽs feminas in gradu proximiores, propter masculos remotiores est odiosum odio irrationabili. decisio. 644. nu. 2.*

*Statutum excludens feminas propter masculos, etiam remotiores est fauorabile causa conseruandę agnationis. decis. 644. nu. 2.*

*Statutum prius venit declarandum ab alio statuto quam a iure communi. decis. 644. nu. 3.*

*Statutum omittens disponere de aliquo casu, relinquit illũ in dispositione iuris communis. decis. 644. num. 4.*

*Statutum Bononię in vol. crim. fol. 80. permittit creditori bona debitoris vendere, & apud se pro iusto pretio per iudicem declarando retinere. decis. 528. nu. 2. in fi.*

*Statutum dictans certam formam esse adhibendam in examine testium cum clausula annullatiua, & irritanti, si præter illam formam testes sunt examinati, examen est nullum. decis. 637. nu. 1.*

*Statutum excludens feminas quousque masculi extabunt, non verificatur in momento temporis. decis. 475. nu. 2.*

*Statutum excludens feminas propter masculos, non excludit sororem propter patrueles. decis. 282. nu. 3.*

*Statutum feminarum exclusiuum, ita demum excludit filiam, si pater velit. decis. 408. nu. 3.*

*Statutum excludens feminas propter masculos non habet locum, nisi ad fauorem eorum, qui vigore statuti excludunt. decis. 354. nu. 7.*

*Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem non habet locum in quasi possessione iuris patronatus. decis. 260. nu. 4.*

*Statutum si disponit quod filia dotata sit contenta, non poterit postea filia agere ad supplementum vsque ad legitimam. decis. 195. nu. 5.*

*Statutum licet regulariter nõ obliget Ciues suos cõtrahentes extra territorium, hoc tamen non procedit, quando vlterius procedit tollendo fidẽ scripturis, & instrumẽtis alibi confectis ẽt extra territorium. decis. 218. nu. 2.*

*Statutum*

*Statutum Vrbis lib.1.c.113.dans certam formam contractibus minorum, si non seruetur actum reddit nullum, & inutilem.decisione 218.num.4.*

*Statutum prędictum cum respiciat solennitatem, & formam sub qua minor debet contrahere comprehendit etiã minorem forensem.decis.218.num.5.*

*Statutis loci ligantur forenses, in quo contrahunt in respicientibus formam, & solennitatem contractuum. decis. 218.num.5.*

*Statutum, quod pro solennitate plura requirit vna omissa solennitate actus totus est nullus.decis.218.nu.11.*

*Statuti solennitates seruari debent, quando tractatur de patre liberando.decisio.218.num.11.*

*Statutorum plurium dari concursum, ita vt vnum ab alio suppleatur Rota non abnuit.decis.218.nu.12.*

*Statutum de quo supra habet locum in omnibus contractibus, ex quibus minor potest lędi.decisione 218.nu.12.*

*Statutum requirens solennitates in contractibus minorum prater solennitatem, & causam alienandi etiam requirit euidentem vtilitatem minoris. decisione 218.numero 13.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.137. licet loquatur in dote, habet tamen locum in donatione propter nuptias, & alijs lucris nuptialibus.decisione 448.num.1.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.137. habet locum in donatione recompensatiua, vel subrogata in locum lucri dotalis. decisione 448.num.1.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.131.permittit coniugibus inuicem posse renunciare lucris dotalibus.decis.448.num.2.*

*Statuta exorbitantia, & correctoria debent interpretari, vt minus lędant ius commune.decis.620.num.1.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.151. in obligationibus mulierum requirit causę cognitionem.decis.619.num.5.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.151. requirit, quod causa obligationis mulierum sit vera, vel alias probata arbitrio iudicis.decisione 619.num.5.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.151. habet locum in omnibus contractibus, ex quibus mulier potest lędi. decisione 619. num.5.*

*Statuti mens colligitur ex proœmio illius, ex quo colligitur etiam ipsius causa finalis.decis.619.num.5.*

*Statutum disponens, quod marito superstite liberis extantibus maritus totam dotem lucretur, quam tamen liberis communis matrimonij reseruare teneatur dicitur disponere solum de lucro dotis, ad fauorem mariti, cui nec de iure communi, neque ex testamento, neque ab intestato prouisum fuerat, non vero ad fauorem filiorum, quibus naturale ratione, & iure communi prouisum est. decis.653.num.4. Vbi quod tunc censetur reseruatum filijs ius legitimę successionis maxime si statutum reseruat secundum iuris dispositionem, & quod verba reseruare teneatur nihil de nouo filijs tribuant, & censeantur prolata ad excludendum maritum, & restringendum lucrum, ne transeat in proprietatem. Contrarium vero, quod scilicet, vbi statutum dicit, lucrentur, vel habeant filij, possint succedere ex statuto omisso iure hareditario, ne mater possit de dote testari, vt ibidem num.6. Pro concordia dic, quod aut verba statuti diriguntur ad maritum, & tunc per verbum lucretur nihil filijs defertur inducendo nouam successionem, sed solum fauore mariti determinatur lucrum, aut verba diriguntur in filios, & tunc tanquam dispositiua directa apta sunt inducere nouam dispositionem, & dare successionem ex statuto, & tunc mater non potest disponere de dote auferendo filijs per vltimam voluntatem, quod eis a lege datum est, aut vero statutum vtitur verbis communibus, prout remaneat, vel reseruare teneatur, & tunc quia dos potest remanere, vel conseruari in filios iure communi per successionem ab intestato, vel ex testamento satis est, quod dos filijs remaneat, vel in eos conseruetur, prout iura disponunt absque eo, quod inducatur noua successio iuri communi derogando, vt ibidem num.7.*

*Statutum Vrbis excludens feminas propter masculos, non excludit illas simpliciter, sed causatiue, id est ad fauorem agnationis.decisio.770.num.4.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.159.quomodo intelligatur. decis. 583.num.6.*

*Statutum illius loci debet attendi, vbi contractus celebratur.decis.709 num.4.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.74.quomodo intelligatur.decisione 709.num.5.*

*Statutum conditum ad infrigendum contractum non debet operare contrarium.decisio.709.num.6.*

*Statutum Vrbis lib.1.c.158.tollit fidem quibuscũque scripturis, & cautionibus post spacium sexdecim annorum etiam viuentibus debitoribus.decis.638.num.4.*

*Statutum prohibens admitti descendentes a pœnitentiatis ad beneficia intelligendum est de descendentibus per lineam masculinam.decis.21.num.2.*

*Statutum debet intelligi, vt minus corrigat ius commune, quam fit possibile.decis.21.num.2.*

*Statutum incertum in volumine statutorum prasumitur vsu receptum.decis.15.num.4.*

*Statutum posterius attenditur in concursu anterioris. decis.167.num.1.*

*Statutum loquens de dote habet locum etiam in augmento, quod venit in consequentiam.decis.246.num.1.*

*Statutum loquens de dote non habet locum in donatione propter nuptias. decisio.246.num.2. Vbi constituitur differentia inter augumentum dotis datum a muliere, & donationem propter nuptias. Distingue, quod aut agitur ad effectum pręlationis contra creditores, & tunc non est idem dicendum de augumento dotis dato a muliere, & lucro dotis, quod prouenit a viro, aut agitur ad effectum, quod debeantur fructus lucri dotis ob moram nõ soluti dicti lucri, & tunc disposita in statuto de dote habeat locum etiam in lucro dotis, quia dos, & lucrum aequiparantur, vt ibidem num.3.*

*Statuti a dispositione non est recedendum.decisione 80. numero 1.*

*Statutum, quod in donatione requirantur certę solennitates non habet locum in donatione propter nuptias. decis. 324.num.4.*

*Statutum vbi requirit mandatum non admittit mandatum fictum, admittit tamen mandatum prasumptum. decis.55.num.4.*

Sta-

*Statutum potest derogare dispositioni l. hac edictali. C. de secund. nupt. decis. 121. num. 3.*

*Statutum, quod muliere in matrimonio copulata decedente maritus lucretur certam partem dotis, habet locũ, quando stat per mulierem quominus copuletur. decisione 31. num. 3.*

*Statutum deferens marito lucrum dotis conditionaliter si onera matrimonij sustinuerit, ut habeat locum sufficit, quod per modicum tempus maritus sustinuerit. decisione 31. num. 3.*

*Statutum Vrbis, lib. 1. c. 151. requirens in contractibus minorum certas solennitates ultra contractus in eo expressos habet locum in quolibet contractu, in quo minor etiã indirecte lædi potest. decisio. 114. num. 2. Vbi quod habet locum in emptione.*

*Statutum speciale non derogat alteri statuto generali. decisione 776. num. 2.*

*Statutum requirens proximiorum consensum in contractibus mulierum intelligitur de proximioribus, qui sunt tales tempore celebrati contractus, non autem de ijs, qui esse desierunt. decis. 314. num. 5.*

*Statutum potest dare fidem libris Mercatorum sub certa forma retentis. decis. 712. num. 1.*

*Statutum factum a Capitulo circa rem licitam, & confirmatum ab Episcopo est validum. decis. 398. num. 1.*

*Statutum factum a Capitulo dicitur publicatum, quando fuit editum a Capitulo congregato, & ab eadem acceptatum, ac ad eiusdem instantiam ab Episcopo confirmatũ. decis. 398. num. 2.*

*Statuti usus probatur ex eo, quod statutum est insertum in volumine statutorum. decis. 398. num. 2.*

*Statuti usus probatur ex effectuatione aliorum, quæ sub eodem Capitulo statuti leguntur. decisione 398. numero 2.*

*Statutum non dicitur reformatum ex conditione, quod possit reformari in eius acceptatione apposita. decisio. 398. num. 3.*

*Statutorum reformationes dicuntur noua statuta. decis. 398. numero 4.*

*Statutaria præscriptio non habet locum in actionibus mixtis. decis. 419. num. 4.*

*Statutum habens clausulam annullatiuam inducit formã. decis. 723. num. 1.*

*Statutum prohibens mulierem, seu minorem contrahere absque solennitatibus, non habet locum ubi mulier renũciat iuri de futuro, & quærendo. decis. 723. num. 12. Contrarium vero ubi ratio statuti est in statuto expressa, scilicet, imbecillitas, sexus, seu ætas minoris, ut ibidem numero 13.*

*Statutum requirens solennitates in contractu mulieris, vel minoris non habet locum in contractu facto per filiã cum patre, quia tunc cessat præsumptio fraudis. decisio. 723. num. 15. Contrarium vero ibidem num. 16. Declara primam opinionem fundari in generali præsumptione confidentiæ, & ideo non habere locum ubi statutum de patre non confidit, prout in statuto Vrbis cap. 151. lib. 1. ut ibidem num. 16. Declara secundo dictam primam opinionem non procedere, quando mulier contrahit fauore alterius, quam patris, ut ibidem num. 18. Declara tertio nõ procedere, quando statutum requirit solennitates ad euitandas fraudes, ut ibidem num. 18. Vbi de statuto Vrbis c. 151. lib. 1.*

*Statutum, quod mulier, seu minor non contrahat absque solennitatibus non habet locum ubi mulier, seu minor donat ob causam. decis. 723. num. 19. Contrarium ubi statutum vult causam in scriptis iudici exprimi, & insinuari, & ubi adest identitas rationis, ne mulieres, & minores circumueniantur, ut ibidem num. 19.*

*Statutum requirens certas solennitates in donationibus non habet locum in donatione ob causam. decis. 723. nu. 21. Vbi nisi causa sit erronea, vel minus sufficiens.*

*Stipulatio Notarij pro omnibus, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, comprehendit quemlibet habentem interesse. decis. 602. num. 3.*

*Stipulari alteri nemo potest. decis. 241. num. 8.*

*Stipulatio Notarij pro omnibus quorum interest, acquirit ius cuilibet habenti interesse absque aliqua acceptatione. decis. 229. num. 6. & num. 9.*

*Stipulatio Notarij, pro omnibus, quorum interest, ut acquirat ius, requiritur acceptatio. decis. 369. num. 3.*

*Stylus Curiæ in indiuiduo probatus est. decisione 486. numero 7.*

*Stylus non præsumitur, ideo probandus per allegantem. decis. 391. num. 7. in fine.*

*Stylus Mercatorum est recipere quietantias in calce literarum a iuuenibus mercatorum, & negotiantium absque alio ordine principalium decis. 566. num. 2.*

*Stylus facit ius. decis. 376. num. 1.*

*Stylus quando respicit ordinatoria iudicij, potest iudex de eo se extraiudicialiter informare. decisione 725. numero 5.*

*Stylus semper attendi debet, maxime si sit iuri communi cõformis. decis. 88. num. 1.*

*Stylus particularis Notarij, qui de instrumento rogatus fuit, non autem generalis omnium Notariorum attendi debet. decis. 723. num. 6.*

*Stylus particularis unius Notarij, probatur ex pluribus instrumentis ab ipso rogatis. decis. 723. num. 7.*

*Subcollectoris deputatio ad effectum reseruationis non requirit scripturam, sed potest probari per testes, & sufficit dictum unius testis cum adminiculis. decis. 252. numero 1.*

*Subcollectorum beneficia regula reseruans habet locum etiam si subcollector non exercuerit, dummodo fuerit paratus ad exercendum eueniente occasione. decis. 252. numero 4.*

*Subcollector unius per deputationem alterius subcollectoris remanet reuocatus etiam si cui deputatione de reuocatione nulla mentio fiat. decis. 252. num. 5.*

*Subcollector ratione officij est exemptus a iurisdictione ordinarij. decis. 265. num. 2.*

*Subcollectorum officium non solum consistit in collectione spoliorum, verum etiam in alijs obsequijs, quæ nuncijs, & collectoribus Apostolicis præstari solent. decis. 265. num. 3.*

*Subhastatio, & deliberatio facta vigore executionis nullę*

*tanquam proueniens a radice infecta, & illa nulla est. decis.630.num.3.*

*Subhastatio facta de re maioris pretij, pro summa tamen debita, valet, quia residuum restituitur debitori. decis. 545.num.6.*

*Subhastatio debet fieri pręsente pecunia. decis.464.nu.1. Fallit, quia de interesse habentium potest haberi fides de pretio, vt ibidem num.1.*

*Subhastari, & vendi potest pignus vbicumque extraneo possessori a quo fuit pignus per anteriorem creditorem abdicatum, fuit assignatus congruus terminus infra quem possit, si velit rem sibi euictam liberare soluta pecunia anteriori, qui illam euicit si intra dictum terminum pecunia non fuerit soluta. decisione 759.num.2. Contrarium vero, quia dicta opinio est contraria conclusioni iuris, quod debitor possit etiam inuito creditore pignus vendere, vt ibidem num.3. & num.5.*

*Subhastatio, & deliberatio subsecuta a radice infecta est nulla. decis.630.num.3.*

*Subhastatio vt sit valida, quę requirantur. decisione 476. num.4.*

*Subiectio Ecclesię denotatur ex sustentatione onerum, perceptione decimarum, ac congruę assignatione Vicario ipsius. decis.153.num.5.*

*Subiectio vnius parochialis alteri debet plene probari. decisione 39.num.1.*

*Subiectio vt prescribatur requiritur spacium quadraginta annorum. decis.39.num.2.*

*Subiectio quo ad certos actus non infert ad subiectionem quo ad alios. decis.39.num.3.*

*Sublata clausula non operatur suum effectum, nisi postquā fuit cognitum intrare dispositionem, in qua est apposita dicta clausula. decisione 423.num.5.*

*Sublata clausula impedit exceptionem Regulę de iure quęsito. decisione 177.num.3.*

*Sublata clausula claudit os parti, ac tollit iudici facultatē aliter iudicandi. decis.180 nu.1.*

*Sublata clausula, &c. non impedit quominus iudex possit videre, an allegata priuilegia habeant locum nec ne. decisione 569.num.9.*

*Sublato Canonicatu, censetur etiam sublata prebenda Canonicatui annexa decis.366.num.4.*

*Subornatio testis non probatur per dictum testis subornati. decis.131.num.4.*

*Subreptio causatur ex taciturnitate eius, quod si expressum fuisset Papa difficilius gratiam concessisset. decis.739. num.1.*

*Subreptio inducitur ex taciturnitate intrusionis. decisione 741.num.3.*

*Subreptio inducitur ex taciturnitate eius, quod expressum reddidisset Papam difficiliorem ad gratiam concedendam, vtputa si Papa alias deuiaret a solito stylo datarię. decisione 105.nu.1. & num.3. Vbi ad hunc effectum attendūtur coniectura, & an gratia praeiudicium inferat.*

*Subreptitia dicitur gratia si fuit tacitum aduersarium esse annalem possessorem. decis.105.num.1.*

*Subreptio non inducitur ex taciturnitate eius, quod exprimi debere in iure cautum non reperitur. decis.105.n.2.*

*Subreptitia non dicitur gratia continens clausulas, quarū vigore possunt omnia exprimi. decisione 105.num.4.*

*Subreptio debet probari per allegantem. decis.86.num.1. & decis.8.num.4.*

*Subreptitium rescriptum non est ipso iure nullum. decisione 582.num.2.*

*Subreptitium rescriptum auocatorium causa non faciens mentionem dependentia litis est ipso iure nullum. decis. 582.num.2.*

*Subreptitia dicitur gratia, seu inuestitura defectu intentionis, quando Papa illa concessit ignorans alium in ea habere ius ex titulo oneroso. & ex bene meritis. decisione 664.num.1.*

*Subreptitia gratia, seu inuestitura defectu intentionis remanet nulla, & non praeiudicat habentibus in ea ius. decis.664.num.2.*

*Subreptitia dicitur gratia non iustificato valore expresso in ea. decis.590.num.2.*

*Subreptitia dicitur gratia non facta mentione litis. decisione 29.num.2.*

*Subrogatio vt possit denegari ex capite calumnię, lis debet a principio probari calumniosa. decis.568.nu.1.*

*Subrogatio gratiosa dicitur iustificata ex probatione obitus prędecessoris in possessione, & Clericatus subrogati. decis.116.num.2.*

*Subrogatio debet dari collitiganti in beneficio ex regula ne detur nouus collitigans. decis.42.num.1.*

*Subrogatio in iure collitigantis non datur, vbi lis est calumniosa. decis.42.num.3.*

*Subrogatio aliorum bonorum in locum bonorum fideicommisso subiectorum, ex quibus probetur. decisione 161.numero 5.*

*Subrogatio non potest considerari in ea re, quę non habuit ortum ab alia. decis.90.num.1.*

*Subrogationis natura est, vt res subrogata sit eius natura cum ea, in cuius locum subrogatur. decis.90.num.1.*

*Subrogato gratiose dari debet immissio iustificato clericatu reseruatione, quę notoria sit, & possessione ad quam fit subrogatio. decis.509.num.1.*

*Subrogatio in beneficijs litigiosis datur per decessum collitigantis. decis.531.num.1.*

*Subrogatio datur in beneficio litigioso per mortem ciuilem collitigantis ingredientis monasterium, & in eo professi. decis.531.num.1.*

*Subrogatio denegatur, vbi collitigans tempore litis motę pacifice per triennium possedit. decis.531. Declara, vt num.3. & num.4.*

*Subrogatio gratiosa non operatur, quando lis fuit calumniosa. decis.261.num.5.*

*Subrogatio beneficij non datur impetranti per priuationem. decis.261. Declara, vt num.6.*

*Subrogatus gratiose debet immitti in possessionem, vbi constat de reseruatione beneficij, Clericatu promisi, & obitu prędecessoris in possessione. decis 401.num.1. Vbi nu.2. multo magis si reseruatio deducitur ex affectione super certo corpore beneficij ad fauorem certę persona. Amplia nihil referre, an subrogatio sit expedita ad partes, vel vna cum gratia principali. num.3.*

*Subro-*

*Subrogationis gratiosæ priuilegium cessat, quando prouisus fuit quis ab ordinario habente facultatem conferendi beneficia etiam litigiosa. decisione 526. num. 8.*

*Subrogatus gratiose non debet immitti in possessione, nisi probata reseruatione clara, & manifesta. decis. 187. numero 1.*

*Subrogatio gratiosa requirit, quod beneficium sit litigiosum, vel reseruatum, alias non est subrogatio, sed noua prouisio. decis. 187. num. 4.*

*Subrogatus gratiose vt immittatur reseruatio debet esse clara, & notoria. decis. 600. num. 1.*

*Subrogatus non intrat in locum eius, cui subrogatur vbi adest diuersitas rationis. decisio. 130. num. 1. & num. 2. Fallit in subrogatione facta ab homine, qui sciens voluit ad omnia, ad qua tenebatur is, cui fit subrogatio obligari, vt ibidem num. 7.*

*Subrogatus licet non succedat in locum eius cui subrogatur in accidentali non per hoc dicitur nō succedere quo ad substantiale. decis. 130. num. 4.*

*Subrogatio operatur etiam in materia exorbitanti. decisione 130. num. 7.*

*Subrogatus gratiose debet immitti in possessionem probata reseruatione Clericatus, & obitu prędecessoris in possessione. decisione 197. num. 1.*

*Subrogatus gratiose, vt obtineat satis est, quod probet Clericatum, & obitum prędecessoris in possessione. decisione 252. num. 6.*

*Subrogatus subueniat in locum eius, cui subrogatur. decis. 36. num. 1.*

*Subrogatio datur collitiganti vigore regulę vigesimæ octauæ constito de lite, & obitu collitigantis. decis. 92. numero 1. Fallit, vbi constat de lite calumniosa, vt ibidem numero 1. Vbi tamen quod calumnia euitatur per quamlibet probabilem, & toleratam causam litigandi.*

*Subrogatio vt concedatur vigore regulę de subrogandis nō est necesse docere de bono iure superstitis. decisione 92. numero 2.*

*Subscriptio Notarij, & illius signum est de necessarijs requisitis ad perfectionem imbreuiaturæ, seu matricis repertæ inter notas ipsius Notarij authenticas, vel protocolla, vel filcias. decis. 628. nume. 1. Fallit, quando in scriptura taliter reperta legitur clausula actum, &c. de manu Notarij apposita, quia tunc etiamsi subscriptio, & signū deficiant, iudex debet mandare, quod scriptura in anthēticam formam reducatur, vt ibidem num. 2.*

*Subscriptio, signum, ac rogitus Notarij requiruntur ad authorizandam fidem scripturę. decis. 628. num. 3.*

*Subscriptio operatur, vt scriptura dicatur a subscribente scripta. decisio. 50. num. 3.*

*Subscriptio Notarij operatur idem, ac si omnia fuissent ab ipso scripta. decis. 301. num. 4.*

*Subsequens effectus declarat intentionem precedentem. decisione 192. num. 2.*

*Subsequentia verba semper intelliguntur retentis terminis antecedentium. decis. 719 num. 3.*

*Subsidium debet solui ex fructibus. decisione 702. nu. 2. Fallit vbi fructus fuerunt applicati liberi, & exempti ab onere subsidij, vt ibidem num. 2.*

*Subsidium dummodo integre Regi soluatur, nihil interest a quo ei soluatur. decisio. 702. num. 5.*

*Substantialis forma alicuius actus, quomodo inducatur. decis. 608. num. 3.*

*Substantiales termini vnica citatione reiterati, ex hoc sanantur omnes defectus terminorum nulliter prius tentorum. decis. 743. num. 3.*

*Substantia scripturæ non apponitur in registris in margine, sed solum rubricatura. decis. 208. num. 4.*

*Substantia gratiæ non potest alterari in illius expeditione. decis. 128. num. 5.*

*Substitutio compendiosa verbis communibus ad bona testatoris restricta, an, & quando post aditam hæreditatem sit omni tempore fideicommissaria. decis. 431. nume. 4. & num. 5. & num. 6.*

*Substitutio licet restricta ad bona testatoris intra tempora pubertatis censetur pupillaris, quando constat de mente testatoris. decisio. 431. num 5. Vbi quod tunc dicitur cōstare de mente testatoris, quando vult totam hęreditatē in substitutos deuenire absque diminutione legitimæ. decis 431. num. 1.*

*Substitutio pupillaris dicitur testamentum filij. decisione 431. num. 7.*

*Substitutionis primus gradus, quando est factus caducus per mortem substituti intrat subsequens gradus, ac si in subsequenti gradu substituti fuissent in pręcedenti gradu substituti. decis. 332. num. 6. Declara, vt num. 7. & sequentib.*

*Substitutus substituti dicitur hæredis substitutus. decisio. 332. num. 7. Declara, vt num. 8. & seqq.*

*Substitutio compendiosa dicitur facta, vbi mortis fit mentio. decis. 332. num. 10. etiam quod non fuerit adiecta dictio quandocumque.*

*Substitutus vltimo loco, quando succedat primo substituto deficiente. decis. 403. num. 6. & seqq.*

*Substitutionis primo gradu deficiente admittuntur alij in sequenti gradu vocati. decis 403. num. 11.*

*Substitutus in secundo gradu dicitur succedere instituti, & non substituto defuncto. decis. 403. num. 12.*

*Substitutus si sine filijs decesserit, excluditur per solam existentiam filiorum, quamuis filij non sint hęredes. decisio. 453. num. 3.*

*Substitutus Procurator dicitur habere mandatum a principali, qui Procuratorem constituit. decis. 692. num. 2.*

*Substitutio vulgaris, & fideicommissaria non terminatur in primis adeuntibus, sed ad omnes profertur descendentes de gradu in gradum propter implicitum statum futuri temporis obliquando dictam institutionem. decisio. 344. num. 3.*

*Substitutio verbis directis, quando facta dicatur, ita quod ad fideicommissum trahi non potest. decis. 344. nume. 5. & seqq.*

*Substitutio quando dicatur facta verbis communibus, ita quod fideicommissum importet. decis 344 num. 6.*

*Substitutio fideicommissaria inducitur per verba communia. decis. 344. num. 9.*

*Substitutio reciproca ex quibus verbis dignoscatur. decisio. 344. num. 12.*

Substi-

*Substitutio reciproca non excedit personas institutorum, quamuis dictum fuerit bis in conditione positis cum qualitate masculinitatis. decis. 344. num. 14.*

*Substitutio, seu fideicommissum, alicui facta si sine filiis decesserit non dicitur purificatum, donec & quousque sit spes, quod ille, cui quis substitutus est possit filios procreare. decis. 593. num. 1.*

*Substitutus in hereditate censetur substitutus etiã in augmento proueniente ex inuestimento fructuum hęreditatis, quod testator voluit fieri in augmentum portionis hęreditarię. decis. 682. num. 4.*

*Substitutioni primæ vbi non sit locus, ceteræ quoque sequentes euanescunt. decis. 538. num. 1. & num. 5.*

*Substitutus vulgariter stantibus coniecturis censetur vocatus etiam per fideicommissum. decis. 538. num. 2.*

*Substitutio regulatur ab institutione, ita vt si institutio sit vniuersalis, substitutio etiam sit vniuersalis. decis. 182. num. 2.*

*Substitutionis verbã debẽt stricte interpretari. decis. 494. num. 1.*

*Substitutionis non factę negatiua probatur ex verbis testamenti. decis. 267. num. 1.*

*Substitutione facta sub vna conditione, & in vno casu non potest ex ea inferri ad substitutionem factam in diuerso casu. decis. 267. num. 2.*

*Substitutio tacita non inducitur vbi reperitur expressa. decis. 267. num. 4.*

*Substitutus est successor vniuersalis, sicut institutus. decis. 750. num. 3.*

*Substitutio facta per verba communia dicitur fideicommissaria, non autem vulgaris. decis. 231. num. 2.*

*Substitutus in casu alienationis potest sequuta alienatione vendicare bona ab emptoribus. decis. 281. num. 4.*

*Substitutio compendiosa, & concepta per verba communia de sui natura comprehendit vulgarem substitutionem. decis. 94. num. 1.*

*Substitutio præsumitur directa, quando tam substitutio, quam institutio fuit vniuersalis. decis. 94. num. 1.*

*Substitutio pupillaris facta filio, excludit matrem a legitima eiusdem filij, secus fideicommissaria. decisione 373. num. 2.*

*Substitutio compendiosa censetur facta per appositionẽ verbi quandocumque. decis. 373. num. 5.*

*Substitutio pupillaris verbis communibus concepta, num. quid sit directa, ita vt comprehendatur in compendiosa, & matrem a legitima excludat, an vero sit omni tempore fideicommissaria, & matrem nõ excludat. decis. 373. num. 3. Vbi pro, & contra, & num. 4. Vbi quod est fideicommissaria, matrem a legitima non excludens, quando pro non exclusione adsunt testatoris coniectura, & numero 5. & seqq. Vbi plures enumerantur coniecturæ huiusmodi.*

*Substitutio compendiosa, quando resoluatur in pupillarem. decis. 373. num. 11.*

*Successionis ius non debet remanere in suspenso decis. 593. num 3. Vbi declaratur hoc non procedere stante aliqua causa, vel contraria testatoris voluntate.*

*Successionis ab intestato prima causa est filiorum. decisione 627. numero sexto.*

*Successio in beneficijs non admittitur. decis. 778. num. 2.*

*Successio, quæ acquiritur monasterio ex persona monachi acquiritur immediate non autem mediate, nec requiritur aliquod factum monachi. decis. 128. num. 3.*

*Successiue, dictio denotat ordinem, & continuationem ad præcedentia, pręcedentiumque qualitatum repetitionem inducit. decis. 453. num. 1. in fine.*

*Successor in beneficio conuenitur ex eisdem actis, & causa in eodem statu permanente, sicut principalis. decis. 652. num. 4.*

*Successor dignitatis Pręlatus, quando teneatur obseruare concessionem factam a suo antecessore defuncto. decisione 664. num. 12. & seqq. Vbi etiam quid in Papa, aut Imperatore.*

*Successor Notarius in officio potest extrahere, & publicare etiam lite pendente sui antecessoris scripturas. decisione 132. num. 3.*

*Successor in beneficio, quod quis fuerit, quomodo probetur. decis. 605. num. 8. & num. 9. Vbi de eadem materia.*

*Successor in beneficio non potest impugnare pensionem reseruatam de consensu prædecessoris, nisi notorie doceat de non iure eius, qui pensioni consensit. decisione 602. numero 2.*

*Successor vt ad pensionis solutionem teneatur, sufficit, quod sit successor facti, scilicet pensionis. decis. 602. nu. 5.*

*Successor in officio potest extrahere scripturas sui prędecessoris absque aliqua solennitate. decis. 706. num. 6.*

*Successor in officio Notarij potest instrumenta sui authoris publicare. decis. 649. num. 7.*

*Successor in officio Notarij quis probatur ex sua attestatione. decis. 649. num. 7.*

*Successor, & Ecclesia non tenetur ad debita prędecessoris, nisi debita probentur conuersa in vtilitatem Ecclesiæ, vel facta ab eiusdem prædecessoris necessitatem subueniẽdam. decis. 778. num. 2.*

*Successor ex possessione longi temporis excusatur a iustificatione tituli prædecessoris. decis. 206. num. 3.*

*Successor singularis non agit de euictione. decis. 40. num. 2. Fallit stante pręgnantissima iurium cessione, vt ibidem num. 2. Fallit secundo stante clausula ponens in locum suum, vt ibidem num. 2.*

*Successor singularis tenetur stare colono, quando non succedit in plenum ius auctoris. decis. 63. num. 5.*

*Successor in re debitoris per sententiam iudicis tenetur stare locationi. decis. 63. num. 6.*

*Sui heredes quinam dicantur. decis. 332. num. 4.*

*Suis, verbum exponitur pro descendentibus. decisio. 344. num. 3. ad finem.*

*Suorum, verbum de sui natura est personalissimum. decisio. 667. num. 6.*

*Suum, verbum denotat dominium. decis. 90. num. 2.*

*Summaria causa dicitur, quando agitur inter personas Ecclesiasticas de iure percipiendi decimas. decisione 604. num. 3.*

*Summarijssimum possessorium leuioribus probationibus est contentum. decis. 525. num. 9.*

*Superfluitas est euitanda. decis. 702. num. 3.*

Super-

*Superflua in laudo non præsumuntur. decis. 540. num. 5.*
*Superfluitas non debet admitti etiam in quacumque materia odiosa, ac etiam in dispensatione. decisione 357. numero 1.*
*Superfluitas vt euitetur, non est recedendum a natura rei. decis. 75. num. 8.*
*Superioris voluntas, quod statum beneficij mutare voluerit, ex quibus verbis deprehendatur. decisione 254. numero 6.*
*Superstitem verbum habet vim expressionis proprij nominis. decis. 667. num. 7.*
*Supplementum legitimæ non præscribitur minori spacio, quam triginta annorum, siue competat condictio ex lege, siue petitio hæreditatis. decisione 419. nume. 1. & 2. Vbi reprobatur Bar. & num. 3. reprobatur inter filium, & eius heredem. Amplia, quod nec habeat locum præscriptio statutaria minoris temporis, vt ibidem num. 4.*
*Supplicatio manu Papæ signata probat prouisionem beneficij. decis. 605. num. 5.*
*Supplicatio potius debet attendi, quam Breue, cum supplicatio dicatur matrix. decis. 730. num. 1.*
*Supplicatio tanquam matrix debet attendi. decisione 465. num. 4.*
*Supplicatio tanquam matrix debet attendi. decis. 86. numero 4.*
*Supplicatio secundum cuius tenorem sunt plura facienda, si de eis non doceatur, non suffragatur. decis. 170. nu. 2.*
*Supplicatio data, a Procuratore non habente mandatum nihil operatur. decis. 327. num. 4. in fine.*
*Suppressio beneficiorum tendit ad diminutionem cultus diuini. decisione 316. nu. 1. Et cultus diuinus absque causa minui non potest. num. 1.*
*Suppressio beneficij potest licite fieri, vbi reditus diminuti fuerunt. decis. 316. num. 2. Vbi, quod diminutio debet plene probari, & quod debet considerari respectu quantitatis assignatæ in erectione beneficij, quæ præsumitur fuisse congrua, & sufficiens, & num. 3. quod non sufficit diminutio temporalis, seu transitoria.*
*Suspicio fraudis tollitur ex realitate rei. decis. 413. num. 2. Limitatur autem, quando sunt coniecturæ fraudis, & simulationem suadentes.*
*Suspicio fraudis cessat, quando probatur confidentia actoris in re maioris momenti. decis. 388. num. 3.*
*Suspicio iudicis tollitur ex electione assessoris. decis. 284. numero 4.*
*Suspicio potest probari per testes, & per iuramentum creditoris, quando periculum imminet. decisione 654. numero 4.*
*Suspicio fraudis, & doli cessat in his, quæ palam, & publice fiunt. decisione 206. num. 10.*
*Suspicio antidatæ in prouisione Ordinarij non caussat in prouiso malam fidem. decisione 66. num. 3.*
*Suspensio petitorij non habet locum in possessorio retinendæ ad effectum nullitatis. decis. 743. num. 2.*
*Suspensio petitorij censetur renocata per seruationem terminorum in petitorio. decis. 95. num. 4.*
*Suspenso petitorio non est agendum de defectu tituli. decis. 85. num. 12.*

T

TACITI, & expressi par est virtus, quando vtrumque procedit ex potentia eiusdem causæ. decisione 608. numero 2.
*Tacitus consensus ex necessitate, & natura actus elicitus æquipollet expresso. decis. 608. num. 5.*
*Tacitus consensus elicitur ex actibus positiuis. decis. 608. num. 7.*
*Taciti semper minor est virtus, quam expressi. decis. 662. num. 9.*
*Tacitum non potest plus operari, quam expressum. decisione 783. num. 10.*
*Taciturnitas qualitatum, quæ a iure non considerantur nõ reddit gratiam subreptitiam. decis. 86. num. 3.*
*Tamen dictio est aduersatiua, & aduersatur in eodem genere retentis eisdem terminis. decis. 75. num. 4.*
*Tantum dictio est taxatiua, & vbi est apposita personæ excludit heredes. decis. 740. num. 4.*
*Tantum dictio est taxatiua, & omnia excludit. decisione 600. num. 7.*
*Tantum dictio excludit diuersa, & separata, non autem connexa, & pertinentia ad dispositionem expressam. decis. 442. num. 3.*
*Taxa librorum Cameræ non probat verum valorem. decis. 37. num. 2.*
*Taxatio alimentorum filiæ spuriæ debitorum iudicis Religioni remittitur. decis. 395. num. 2.*
*Tempus vbi est fundamentum intentionis alicuius, illud debet præcise probari. decis. 516. num. 4.*
*Tempus certum regulariter in iure non est præfinitum ad expediendas literas beneficiorum, ac pensionum. decisio. 656. num. 4.*
*Temporis tractus respiciens personam primo vocati in testamento ad aliam personam extendi non debet. decis. 344. Declara, vt num. 12.*
*Tempus quando est de substantia alicuius actus illud debet expresse probari. decis. 361. num. 6. & decisione 402. num. 5.*
*Tempus sex mensium datum Ordinarijs ad faciendum concursum Parochialium iuxta Constitutionem Pij V. incipit currere a die, quo Ordinarius sciuit, vel scire debuit vacationem. decis. 323. num. 2.*
*Tempus datum ad præsentandum non currit, nisi a die scientiæ. decis 406. num. 1.*
*Tempus ad appellandum contra verum contumacem currit a die sententiæ, non autem a die scientiæ. decis. 396. numero 1.*
*Tempus restitutionis censetur magis inductum gratia hæredis, quam fideicommissarij. decis. 682. num. 6.*
*Tempus excedens centum annos ad effectum admittendi leuiores probationes dicitur antiquissimum. decis. 694. num. 2.*
*Tempus sexaginta annorum in testibus dicitur antiquum secundum Rotæ obseruantiam. decis. 694. num. 2.*
*Tempus purificati fideicommissi attendi debet. decisio. 282. num. 2.*

Tem-

*Tempus datum patronis ad præsentandum non currit, nisi a die scientiæ. decis. 173. num. 1. Vbi quod probatio scientiæ debet esse vera, & concludens, ita ut præsumptiua nō sufficiat.*

*Tempus prosequendæ appellationis non currit impedito. decisio. 156. num. 2. Vbi quod non sufficit impedimentum in vna parte anni, quando in alia parte eiusdem anni nō fuit facta diligentia.*

*Tempus præsens facit præsumere præteritum, quando non intercedit longa distantia. decis. 457. num. 2.*

*Tempus sex mensium ad prouidendum de beneficio non currit, nisi a die scientiæ vacationis. decisio. 186. num. 1.*

*Tempus antiquum non probatur per testes deponentes per dictionem citra absque copula. decis. 170. num. 5.*

*Tempus vbi certum requiritur si non obseruetur, nec forma seruari dicitur. decis. 167. num. 8.*

*Temporis extremitas, vt cognoscatur, an recurrendum sit ad præcedentia. decisio. 144. num. 9.*

*Tempus facile excidit de memoria. decis. 774. num. 4.*

*Termini prorogatio, quod sit longior primo termino absurdum est. decisione 651. num. 2.*

*Terminis substantialibus non seruatis sententia est nulla. decis. 605. num. 1. in fine.*

*Termino ad appellandum pendente possessio capta dicitur attentata, & priuilegio attentatorum est reuocanda. decisio. 592. num. 1.*

*Terminorum amotorum restitutio, de iure non spectat ad partes, sed ad iudicem, qui emendat, quod male circa illos gestum est. decis. 350. num. 4.*

*Terminorum amotorum actio habet peculiare, vt non concludatur aduersarium compelli. decis. 350. num. 5.*

*Terminorum amotorum actio habet hoc, quod nihil petitur a parte, sed a iudice. decis. 350. num. 5.*

*Termino ad conditionem implendam elapso venditor non impeditur agere, tam in petitorio, quam in possessorio. decisio. 743. num. 2.*

*Termini substantiales vnica citatione reiterati, ex hoc sanantur omnes defectus terminorum nulliter prius tentorum. decis. 743. num. 3.*

*Terminorum reiteratio ad effectum sanandi defectus praecedentes possunt fieri coram quocūque iudice ex facultatibus Pij Papæ IV. decisione 743. num. 4.*

*Terminum suscipiendo debitor videtur debitum agnouisse, & cuilibet exceptioni renunciasse. decisio. 773. nume. 5. Vbi quod censetur renunciatum etiam exceptioni compēsationis prius competenti.*

*Terminus, seu dilectio debet concedi etiam pro debito non habente obligationem Cameralem. decisione 376. numero 4.*

*Termino ad appellandum pendente sententia lata, est attentata. decis. 214. num. 4.*

*Terminus substantialis male seruati sanantur ex reiteratione, quæ fit in citatione ad sententiam, decis. 64. nu. 6.*

*Termini substantiales seruati cum Procuratore non habente legitimum mandatum seruantur per reiterationem factam etiam legitimo Procuratore vigore Innocentianæ. decis. 51. num. 1.*

*Terrenum malum mensurari debet quemadmodum bonum. decisione 108. numero tertio.*

*Territorium Castrorum, siue Oppidorum, quod sit, vel non sit de aliqua diœcesi probatur per instrumenta antiqua. decis. 266. num. 1.*

*Territorium probatur ex signis iurisdictionalibus. decisio. 321. num. 3.*

*Tertius habens interesse in causa omnino admittendus est. decis. 618. num. 3.*

*Tertius non potest opponere de defectu consensus Domini in alienatione rei feudalis. decis. 463. num. 5.*

*Tertius cuius principaliter interest, potest impedire executionem sententiæ, quādo venit ad causam pro suo interesse. decisio. 237. num. 2.*

*Tertius is dicitur in quo creatur nouum ius. decisio. 768. num. 4.*

*Tertio non praeiudicant verba enunciatiua partium. decis. 768. num. 4.*

*Tertij possessio potest assignari ad excludendam possessionem alterius. decis. 206. num. 8.*

*Tertij ius allegari non potest, nisi ipso tertio volente, nisi tamen sit exclusiuum iuris agentis ipso iure. decisione 19. num. 2.*

*Tertij praeiudicium non potest ab alio, quam ab ipso tertio allegari. decis. 74. num. 6.*

*Testamentum subscriptum a Notario censetur esse in forma probanti, & habetur loco originalis absque alijs solennitatibus. decis. 603. num. 2.*

*Testamentum quando dicatur imperfectum, ita quod sit potius quadam præparatio ad testandum, quam testamentum, ex quibus hoc cognoscatur. decis. 576. num. 2.*

*Testamentum imperfectum ratione voluntatis sustineri nō potest, nec etiam ad pias causas. decis. 576. num. 3.*

*Testamenti verborum interpretatio capienda est in dubio illa, quæ primo fauet nominatis in eo. decis. 593. nu. 2.*

*Testamenti productio facta a Procuratore non arguit scientiam contentorum in eo in praeiudicium principalis. decis. 593. num. 5.*

*Testans de re sua consentiens alium sibi praeiudicat. decisio. 463. num. 1. Vbi quod sequuta morte testantis non potest amplius consensum reuocare.*

*Testamento alterius consentire dicitur, qui se subscripsit, ac illud proprio sigillo signauit. decis. 463 num. 2.*

*Testamenti vna pars, aliam declarat. decis. 122. num. 2. & decis. 344. num. 2. & 3. & decis. 707.*

*Testamentum tale fuisse conditum, non sufficit scire ad effectum illud approbandi, nisi probetur scientia explicita, & indiuidua omnium contentorum in illo. decisione 662. num. 3.*

*Testamentum in quo matre instituta, filius est præteritus, non censetur approbatum a filio, qui matri tanquam hæredi morem gerit, nisi præcise sciat se esse cohæredem. decis. 662. num. 4.*

*Testamentum nullum, vt dicatur approbatum necesse est, vt approbans sciat instrumenti nullitatem. decis. 662. num. 6.*

*Testamenti scientia non infert ad scientiam qualitatum testamenti, & fideicommissi, ac prohibitionis alienationis. decis. 342. num. 5. Vbi declaratur.*

*Testa-*

# Index Summariorum.


*Testamenti scientia inducitur ex solutione legati in eo relicti. decis. 342. num. 7.*

*Testamentum primum habens clausulam derogatoriam nõ tollitur per primum, nisi in eo sit facta specialis mẽtio primi. decis. 721. num. 1.*

*Testamentum ad pias causas, & inter liberas aquiparatur. decis. 721. num. 4.*

*Testamenti primi, clausulç derogatoria specialis mentio, quando facta intelligatur. decis. 721. num. 2.*

*Testamentum, ex quo quis commodum sensit, impugnare nõ potest. decis. 384. num. 2.*

*Testamentum septem testes pro solennitate desiderat. decis. 718. num. 6.*

*Testamenti exequutor ad piam causam potest agere pro exequutione voluntatis testatoris. decis. 773 num. 1. & numero 2. Ubi maxime si verba dispositionis sint in ipsum exequutorem collata. Amplia, quod possit agere etiam cõtra heredes, ut ibidem num. 2.*

*Testamenti scientia inducitur ex solutione legatorum testamenti. decis. 364. num. 4.*

*Testamenti scientia infert ad scientiam fideicommissi. decis. 281. num. 1. Ubi quod ex mentione testamenti prçsumitur illius scientia, & nu. 2. Ubi maxime si mentio non sit perfunctoria.*

*Testamenti scientia non arguit ad scientiam fideicommissi, ac aliarum qualitatum contentarum in testamento. decis. 268. num. 3.*

*Testamentum in quo filiç fuerunt prçterita, est nullum. decis. 770. num. 2. Ubi referuntur hinc inde tenentes circa id an requiratur ad hunc effectum, quod persona prçterita det de nullitate. Fallit stante statuto excludente feminas, ut ibidem num. 4. Intellige procedere dummodo fuerint instituti illi quorum fauore statutum feminas excludit, num. 5. Ubi quod non sufficit, quod fuerint in aliquo tantum instituti.*

*Testamento filij renuncians non censetur renunciare testamento patris. decis. 38. num. 2.*

*Testandi facultatem Religiosi non habent. decis. 87. num. 1. Fallit in Religioso non Claustrali, sed professo commendae, ut ibidem nu. 2. Limita fallentiam in militibus Hierosolymitanis, ut ibidem num. 2.*

*Testabilis non fit Religiosus ex sola habitatione extra claustrum. decis. 87. num. 2.*

*Testari non potest Religiosus factus Episcopus. decisio. 87. num. 2.*

*Testamentum impugnare non potest, qui excluditur ab intestato. decis. 98. num. 7.*

*Testari non possunt Religiosi. decis. 76. num. 1.*

*Testandi de bonis Ecclesiasticis facultas concessa Conclanistis per Pium Quartum fuit revocata per Pium Quintum. decis. 76. num. 2.*

*Testamenti, seu instrumenti recognitio, cuius vigore agitur, & in actis producti omnino necessaria est, ut eadem scriptura probet, ubi tamen scriptura est antiqua sufficiunt adminicula ad illius recognitionem. decis. 693. numero 7. & num. 8. Ubi ponuntur aliqua huius recognitionis adminicula.*

*Testamentum non dicitur nullum ex causa praeteritionis a legitimato cum clausula sine prçiudicio venientium ab intestato. decis. 98. num. 4.*

*Testatus quis pro parte, & pro parte intestatus decedere nõ potest. decis. 132. num. 5.*

*Testandi facultas alicui concessa solum habilitat personam ad disponendum, quod suum, & proprium est, non autem ad acquirendum, quod alienum est. decis. 555. nu. 3.*

*Testatoris voluntas pro lege habetur. decis. 336. La seconda. num. 2.*

*Testator, quod non expressit noluisse praesumitur. decisione 336. La seconda. num. 5. Ubi praesertim, quando aliquid voluit, in testamento expressit.*

*Testatoris verba intelligi debent secundum communem loquendi usum. decisione 507. num. 5.*

*Testantium voluntates servandç sunt, etiam quod non faueant monasterio, vel Religioni. decisio. 480. numero 3. & num. 4.*

*Testatoris descendentibus extraneum praeferri absurdum videtur, nec praesumendum est. decis. 432. Declara, ut num. 7.*

*Testatoris proximiores, quando sunt vocati in fideicommisso, numquid intelligantur de proximioribus testatoris, an vero de proximioribus grauati. decis. 693. Distingue, ut num. 3. & num. 4.*

*Testatoris voluntati contrauniens non incurrit pœnam caducitatis, quando agitur de tenuitate patrimonij. decis. 389. num 7.*

*Testatoris voluntas, maxime attendenda est. decis. 593. numero 2.*

*Testator non praesumitur, quod per codicillos voluerit recedere a testamento. decis. 668. num. 5. Ubi maxime si in illis se retulit ad testamentum.*

*Testatoris voluntas interpretari debet secundum naturam cum ex naturali ratione quid testator senserit, percipiatur. decis. 682. num. 5.*

*Testatoris voluntas si est expressa, non debet ab ea ex qualibet coniectura recedi. decis. 538. num. 2.*

*Testatoris possessio praesumitur continuata usque ad eius obitum, quando fuit probata etiam possessio hçredum. decis. 706. num. 5.*

*Testator non debet praesumi, quod voluerit excludere proprios descendentes intuitu transuersalium. decis. 707. num. 6. Ubi maxime si descendentes fuerunt a testatore magis dilecti, quam transuersales.*

*Testator prçsumitur noluisse id, quod non expressit. decisio. 627. num. 6.*

*Testatoris discretiua dispositio operatur, ut sit facienda diuersa interpretatio a significatione verborum testamenti. decis. 627. num. 8.*

*Testatoris voluntas quoquomodo ex dispositis dicatur est seruanda. decis. 627. num. 10.*

*Testatoris verba debent attendi ad inuestigandam eius mẽtem. decisio. 122. num. 2.*

*Testator praesumitur noluisse id, quod, quando in alio casu voluit, expressit. decisione 267. numero primo.*

*Testator in dubio praesumitur velle grauare haredẽ minus, quam fieri possit. decis. 744. num. 4.*


Testator

*Testator soluens in vita, quod in testamento reliquerat libe rat haredem. decis. 499 num. 2.*

*Testator qui post solutionem factam legatarijs ex causa non mutauerit, cum potuerit, testamentum, & sunt alia adminicula, non intelligitur ademisse. decis. 499. num. 5.*

*Testator vocando filios in infinitum frustra addidisset in infinitum, si voluisset fideicommissum expirare in filijs primi gradus. decis. 718. num. 3.*

*Testatoris verba non debent censeri opposita frustratorie. decis. 718. num. 4.*

*Testator non præsumitur, quod voluerit solui relictum inca paci. decisione 773. num. 5.*

*Testatorem, vbi apparet ex coniecturis voluisse inducere fideicommissum simplex, & absolutum non procedit Cons. Oldrad. 21. decis. 231. num. 4.*

*Testatoris verba quoties in sensu proprio operari non possunt, debent impropriari, vt eius voluntas sortiatur effectum. decis. 62. num. 4.*

*Testatoris voluntas qualis fuerit probatur ex testibus deponentibus de dictis per testatorem ante, & post testamentum. decisione 765. num. 10.*

*Testatoris mens in interpretandis vltimis voluntatibus potius attendenda est, quam nimia iuris subtilitas. decis. 663. num. 1.*

*Testatoris voluntas ex coniecturis elicitur. decisione 663. num. 1. in fine.*

*Testatoris mens potius, quam verba attendi debet. decisione 428. num. 1.*

*Testatoris verba non debent esse otiosa, & sint effectu. decis. 84. num. 3.*

*Testatoris mens debet saluari eo modo quo melius saluari potest non offendendo iuris regulas. decis. 84. nu. 10.*

*Testator magis præsumitur dilexisse animam suam, quam vxorem. decis. 373. num. 10.*

*Testatoris affectio erga loca pia, ex quibus cognoscatur. decis. 373. num. 10.*

*Testatoris voluntas ex coniecturis elicita, attenditur in materia Iuris patronatus, an scilicet illud ad successores spectet in stirpes, vel in capita. decis. 308. nu. 2.*

*Testes, specifice, & certe deponentes præferendi sunt testibus deponentibus generice, & æquiuoce. decis. 223. num. 11.*

*Testium dicta interpretanda semper sunt, vt euitetur contrarietas. decis. 223. num. 12.*

*Testi excommunicato non creditur, vbi etiam quod excommunicatio probatur per assertionem testis. decisione 3. num. 1.*

*Testi periuro credendum non est. decis. 3. num. 2.*

*Testis mortuus qui post examen superuixit, & non fuit repetitus nihil probat. decis. 3. num 4.*

*Testes probantes immemorabilem præscriptionem, cuius ætatis esse debeant. decis. 243. num. 10.*

*Testes deponentes de auditu, vel de fama probant in antiquis. decis. 360. num. 4.*

*Testes mortui faciunt semiplenam probationem. decisione 266. num. 3.*

*Testibus minus creditur, quam scripturis, & instrumentis. decisione 266. numero septimo.*

*Testes si contradicant confessioni partis nihil probant. decis. 266. num. 9.*

*Testium examen si alieni delegatum fuit, potest delegatus ille aliquem particularem articulum concernentem merum factum subdelegare, nisi fuerit electa industria personæ ipsius delegati. decis. 655. num. 2.*

*Testes dicuntur nulliter examinati, si fuerint examinati in alio loco, quam in designato in citatione. decis. 655. num. 3.*

*Testes non debent de eorum iudicio deponere. decis. 589. numero 3.*

*Testes dicuntur nulliter examinati, quando fuerunt examinati ab vno tantum ex duobus iudicibus delegatis. decisio. 652. num. 3.*

*Testes non examinati super omnibus interrogatorijs datis a parte dicuntur nulliter examinati. decisione 652. numero 3.*

*Testes nulliter examinati deseruiunt pro adminiculo. decis. 560. num. 4. in fine.*

*Testes instrumentarij censentur a partibus approbati, & fidem faciunt etiam, quod sint inhabiles. decis. 219. numero 3.*

*Testes probant recollectionem fructuum, quando dicunt se fuisse præsentes dictorum fructuum recollectioni. decis. 359. num. 2.*

*Testes deponentes de iudicio suo non probant. decis. 589. numero 2.*

*Testes super negatiua ad hoc vt probent quomodo debeant deponere. decis. 378. num. 2.*

*Testes deponentes de immemorabili præscriptione deponere debent de visu per quadraginta annos, & debent esse ætatis annorum quinquaginta quatuor. decis. 248. numero 3. & num. 4.*

*Testes deponentes super immemorabili præscriptione debent deponere de actibus ante litem motam. decis. 248. num. 4.*

*Testes desiderantes victoriam partis, & habentes affectionem, seu interesse in causa non probant. decisione 248. num. 5.*

*Testium dignitas, ac magna subtilitas ad fidem assertioni faciendam est consideranda. decisione 656. numero 9.*

*Testis in causa propria, & in qua habet interesse non probat. decis. 700. num. 32.*

*Testis qui non euacuauit omnia interrogatoria sibi facta non est idoneus. decis. 700. num. 32.*

*Testis reddens rationem secundum suum sensum non probat. decis. 700. num. 33.*

*Testis deponens per verbum Citra, vtputa dicendo ab anno citra quomodo intelligatur. decisione 361. numero 4.*

*Testes super immemorabili possessione deponentes non probant deponentes de auditu, sed debent deponere de visu, & de certa scientia. decisione 330. numero 2.*

*Testes de vniuersitate non probant ad fauorem vniuersitatis, quando commodum ad ipsos vti singulos spectat.*

*stat. decisione 330. numero 3. & numero 4.*

*Testis instrumentarius deponens pro instrumento semiplene illud probat. decis. 418. num. 2.*

*Testis Hebraus inductus a Christiano numquid probet contra Christianum. decis. 233. num. 3.*

*Testis consanguineus probat pro consanguineo, quando consanguinei interesse est, non principale, sed secundarium, incertum, & remotum. decis. 233. num. 3.*

*Testes Hebrai coadiuuantur ab alijs integris testibus Christianis, præsertim in materia difficilis probationis. decis. 233. num. 4.*

*Testes Hebrai contra Christianum faciunt aliquam probationem, quando eorum depositiones sunt adminiculatæ. decis. 233. num. 5.*

*Testes de falso damnati nihil probant. decis. 625. nume. 1. vers. nec visum fuit.*

*Testis de auditu a multis, & de fama publica super valore beneficij probat semiplene. decisione 344. numero 4.*

*Testis vnius defectus suppletur integritate alterius. decis. 688. num. 2.*

*Testis mediator non est omni exceptione maior, etiam ad probandum promissionem dotis. decisione 688. numero 2.*

*Testes contrarij in tempore reducendi sunt ad concordiam quantum fieri potest etiam ad effectum probandi. decis. 688. num. 5.*

*Testes non dicuntur contrarij, sed contestes, si vnus deponit precise de vno loco, & tempore alter vero dubitatiue. decis. 688. num. 6.*

*Testis in vno iudicio examinatus ad vnum finem, non probat in alio ad diuersum finem. decis. 688. num. 7.*

*Testes nulliter examinati possunt sanari arbitrio Rotę, quando fuerunt examinati cum interrogatorijs a parte dotis. decisione 680. numero quinto. & numero nono.*

*Testes etiam examinati parte non citata probant, quando iudex partibus præfixit terminum ad probandum dictusque terminus fuerit partibus intimatus. decis. 604. num. 4.*

*Testis deponens per verbum puto non probat. decisione 323. num. 3.*

*Testis deponens se non audiuisse non excludit, quin alij potuerint audire. decis. 323. num. 3.*

*Testes deponentes super negatiua debent illam coarctare negatiuam actus non autem sensus concludendo. decis. 536. num. 2.*

*Testes numero plures alijs præferuntur. decisione 536. numero 2.*

*Testes habentes assistentiam iuris pro se præferũtur ijs quibus ius resistit. decis. 536. num. 2.*

*Testis, qui non est informatus, non probat. decisione 535. num. 4.*

*Testis in vno falsus, est falsus in omnibus ratione iuramenti, quod est indiuiduum decis. 535. num. 4.*

*Testis de auditu non probat. decisione 289. numero tertio.*

*Testium iuramentum non probatur per attestationem Notarij dicentis iuratus etiam si dicat iuratus tactis corporaliter scripturis. decisione 587. num. 2. Vbi nisi aliquid addatur, ex quo comprehendi possit testem coram Notario iurasse.*

*Testium examen nullum sanatur per commissionem cum clausula arbitrio, quando testes fuerunt examinati cum interrogatorijs partis aduersa. decisione 587. numero 3.*

*Testes nulliter examinati si propter mortem repeti non possint plene probant. decisione 587. numero quarto.*

*Testes de publica voce, & fama, & certa scientia præferuntur testibus de auditu. decis. 736. num. 3.*

*Testes de quadragenaria deponentes debent deponere de empto tempore mota litis. decis. 497. num. 1.*

*Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda. decis. 722. num. 4.*

*Testis iuramentum non de rigore, sed ex summa ęquitate inductum videtur cum ob iuramenti Religionem testes deterreantur a falsi depositione. decis. 633. num. 2.*

*Testium examini consensisse dicitur pars dando interrogatoria. decis. 633. num. 3.*

*Testium iuramentum non probatur omnino ex verbis testis iuratus. decis. 633. num. 4.*

*Testis iuramentum in dubio pręsumitur præcessisse. decis. 634. num. 4. Vbi maxime concurrentibus verbis pręcedentibus id suadentibus.*

*Testes deponentes de negatiua, & de his, quæ non cadunt sub sensu corporis debent etiam non interrogati reddere scientię causam. decisione 748. numero primo.*

*Testes de legitimitate deponentes pręualent deponentibus de illegitimitate, etiam si sint numero plures. decisio. 748. num. 5.*

*Testes contra producentem plenius probant. decis. 748. numero 6.*

*Testes verisimilia deponentes pręualent alijs. decisio 748. num. 6.*

*Testes nulliter examinati, nec etiam pro alia parte probant. decis. 741. num. 2.*

*Testis de suo iudicio deponens non probat. decisione 742. num. 4.*

*Testes nulliter examinati faciunt præsumptionem. decis. 661. num. 1.*

*Testes nulliter examinati nihil probant. decisione 413. numero 3.*

*Testis depositio si discordat a prima eiusdem testis depositione non attenditur, sed attenditur prima. decis. 414. num. 3.*

*Testium examen factum in iudicio exequutiuo non impedit postea posse examinari in iudicio ordinario. decisione 696. num. 3.*

*Testis deponens de credulitate, de auditu, & de indicio suo non probat. decis. 611. num. 3.*

*Testes deponentes se habere notam manum alicuius si illam recognoscant, sufficit de stylo Curię. decis. 566. numero 3.*

*Testes*

Testes de auditu, & fama probant in antiquis. decis. 694. num. 2.

Testis deponens de facto cum ipso sequuto, & in quo nullum habet interesse facit plus, quam semiplenam probationē. decis. 694. num. 5.

Testes de communi reputatione, & publica voce, & fama sufficiunt ad probandum unionem. decisione 724. num. 2.

Testes deponentes super affirmatiua prçualent testibus deponentibus super negatiua. decisione 272. numero 2.

Testes numero plures alijs præferuntur. decisione 272. numero 3.

Testes quorum depositio consonat cum dispositione iuris communis alijs præferuntur. decis. 272. num. 3.

Testes deponentes de certa scientia prævalent testibus de fama. decis. 272. num. 3.

Testibus deponentibus de facto proprio magis est credēdum. decis. 272. num. 3.

Testes magis inspecie deponentes prævalent alijs. decisione 272. num. 3.

Testes post dicta testificata non possunt denuo super ijsdem examinari. decisione 328. numero 1. & numero 3. Vbi maxime si dicta testium sint discussa. Fallit super articulo partim nouo, & partim antiquo, ibidem numero 2. Fallit secundo de stylo Rotæ, ibidem numero 3. Declara stylum procedere vbi fuit habitum solummodo Summarium, vel quando originale fuit ostensum, aut dimissum in manibus procuratoris, secus, quando per multum tempus originale fuit ostensum, aut dimissum in manibus Procuratoris, secus, quando per multum tempus originale fuit penes principalem Rota inscia. num. 3.

Testes semel examinati non debent amplius examinari, etiam si non fuisset eorum examen publicatum. decisione 328. num. 4.

Testes possunt post publicationem de nouo examinari, quando non fuerunt perfectè examinati. decisione 328. numero quinto. Fallit, quando non fuerunt perfectè examinati culpa partis, aut procuratoris. ibidem num. 5.

Testes numero plures alijs prævalent. decis. 299. num. 2. & decis. 189. num. 2.

Testes, cum quorum depositione concurrit iuris præsumptio, alijs prævalent. decis. 299. num. 2.

Testes quorum depositioni assistit ius commune alijs prævalent decis. 299. num. 2.

Testis de credulitate deponens non probat. decis. 299. numero 3.

Testis inimicus non admittitur. decis. 358. num. 2. Amplia quod testis inimicus, non admittatur, & vbi reijciuntur omnes exceptiones contra testes. ibidem nu. 3. Vbi quod non admittatur ad probandam simoniam. Amplia secundo, quod non admittatur etiam in his, quæ sunt difficilis probationis, ibidem num. 3.

Testis inimicus non admittitur in criminalibus, etiam post sequutam reconciliationem. decis. 358. num. 4.

Testis de auditu non probat. decisione 358. numero 5. Vbi maxime in criminalibus.

Testis deponens de auditu debet deponere ante litem motā. decisio. 358. num. 3.

Testis de credulitate deponens non probat etiam si dicat se pro firmo credere. decisio. 358. num. 6.

Testis deponens super eo, quod iuris est debet etiam non interrogatus rationem concludentem reddere. decis. 358. num. 7.

Testis deponens publice audiuisse dicitur deponere de fama. decis. 358. num. 8.

Testis de confessione deponens non potest cum alio coniungi ad plenam probationem faciendam. decisio. 358. num. 9.

Testes examinati extra locum remissoriç sunt nulliter examinati. decis. 345. num. 4.

Testis qui iurauit extra terminum non probat. decis. 239. num. 2.

Testes habentes pro se assistentiam iuris communis alijs præferuntur. decis. 57. num. 2.

Testes deponentes de possessione tempore obligationis sufficiunt pro Saluiano interdicto intentando. decisio. 669. num. 2.

Testium dicta, quando conquassantur alijs contrarijs non probant concludenter primum extremum ad effectum redintegrationis. decis. 729. num. 4.

Testes coarctantes negatiuam, quod quis habere non possit, quia ipsi scire non probant. decisione 532. numero 2.

Testes deponentes de priuilegio debent deponere de confessione scriptura ipsius priuilegij, alias non probant: cum possint scire aliunde. decisione 148. numero quarto.

Testes plures, licet singulares circa tempus in re difficili iunctis adminiculis fidei iudicis, & mandati procuræ faciunt aliquam fidem. decisione 483. num. 9.

Testis vnus nihil probat. decis. 677. num. 3.

Testes deponens per verbum mihi videtur non probat. decis. 677. num. 3.

Testes domestici, & alias inhabiles admittuntur in his, quæ sunt difficilis probationis. decisione 598. numero 6.

Testes qui confessi fuerunt, se falsum deposuisse, & tanquam tales fuerunt condemnati, nihil probant. decis. 173. num. 1.

Testis de auditu non probat. decisione 173. numero secundo.

Testes examinati absque citatione probant de stylo Rotæ, vbi fuerunt data interrogatoria, & est concessum arbitrium de adhibendo fidem testibus. decis. 716. num. 5.

Testes dicuntur falsi, quando deponunt contra confessionem partis. decis. 564. num. 6.

Testis de auditu a parte non magis probat, quam ipsa pars. decis. 762. num. 6.

Testes qui sunt viri insignes præferuntur alijs, licet numero pluribus. decis. 533. num. 3.

Testes examinati contra formam remissoria dicūtur nulliter

ter examinati. decisione 487. numero tertio.
Testes etiam nulliter examinati præstant adminiculum pro excusandis attentatis.decis.487.num.3.
Testes instrumentarij vti melius informati, & deponentes de facto proprio alijs præferuntur.decisione 487.numero 5.
Testes habentes iuris præsumptionem pro se alijs præferuntur.decis.487.num.5.
Testis verba enunciatiua non probant. decisione 691.numero 4.
Testis vnicus non probat.decis.691 num.4.
Testis dictum dubium declaratur per dicta aliorum.decis. 334.num.4.
Testium defectum numerus supplet. decis.335.num.6.& decis.298.num.6.
Testes examinati cum interrogatorijs partis probant, licet fuerint nulliter examinati stante commissione sanatoria cum clausula arbitrio. decisione 284. numero primo.
Testes examinati absque interrogatorijs non dicuntur nulliter examinati, quia sibi imputet pars, quæ ea dare non curauit.decis.284.num.2.
Testium examen nullum sanatur per commissionem cum clausula arbitrio, quando principale fundamentum partis non est in depositione testium, sed in scripturis.decis.284.num.2.
Testes sufficit, quod iurent intra terminum in remissoria præfixum.decis.284.num.3.
Testium iuramenta censetur legitime præstita, quando Notarius asserit, quod testes iurarunt in forma.decis. 275.num.4.
Testes non probant, vbi discordant, a confessione partis. decis.180.num.5.
Testes nulliter examinati non probant.decisione 180.numero 5.
Testis dicens se nescire de reputatione, si postea dicat se scire debet intelligi de scientia certitudinali.decis.321.numero 1.
Testis in si vna parte dicat scire, in alia nescire debet intelligi, quod nesciat aliter quam dixerit. decis.321.numero 1.
Testis contrarietas per distinctionem temporis reducitur ad concordiam.decis.321.num.2.
Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiunanda decisione 321.num.4.
Testium dicta sunt intelligenda, vt non sint inter se cōtraria.decis.321.num.4.
Testis vicinus præsumitur informatus, decisio. 298.numero 2.
Testis consanguineus præsumitur informatus. decis. 298.num 2.
Testes si inuicem sint contrarij non per hoc dicuntur falsi, sed neutri est credendum.decis.298.num.3.
Testis dictum non est cauillandum, sed iuuandum, & pro viribus sustinendum.decis.298.num.4.
Testes deponentes de proprio iudicio in materia melioramentorum quid probent.decis.650.num.3.
Testes duo concordes faciunt plenam, imo plenissimam probationem. decisione 539. numero primo.
Testis dictum recipit declarationem ab articulis. decisione 131.num.2.
Testis non potest aliqua suspicione notari ex eo, quod in vno examine dixerit aliquid scire, quod postea in alio examine longe post facto negauit, quia tunc, quando factum erat magis recens potuit scire, & postea tractu temporis oblitus cum memoria hominum sit labilis.decis.131.num.3.
Testis subornatio non probatur per dictum testis subornati.decis.131.num.4.
Testis falsitas, quæ non est circa substantialia non infringit dictum ipsius.decis.131.num.4.
Testes duo de publica voce, & fama si iungantur cum alio deponente de certa scientia plene probant. decis.116.numero 3.
Testis deponens, quod res ita communiter æstimabatur dicitur deponere de communi valore. decisione 20.numero 1.
Testis deponens de communi valore dicitur reddere sufficientem causam scientiæ si dicat, quia practicus. decis. 20.num.1.
Testis non informatus non probat valorem. decis.20. numero 3.
Testis non potest deponere de valore partis rei, nisi sciat omnes qualitates totius rei.decis.20.num.4.
Testes, vt probetur læsio debent deponere habito respectu ad totam rem venditam non autem ad partem tantum. decis.20.num.5.
Testis deponens de facto proprio facit plus quam semiplenā probationem.decis.252.num.2.
Testis deponens de ijs, quæ visu percipiuntur per verba optime suo de visu deponere dicitur. decisione 711.numero 1.
Testis vnicus semiplene probat.decis.711.num.1.
Testis nimis generaliter, & ambigue deponens non probat. decis.711.num.8.
Testis deponens aliquem esse socium, vel familiarem debet deponere de actibus socialibus, vel familiaritatis. decis. 711.num.8.
Testis deponens de his, quæ sensu corporis non percipiuntur, debet etiam non interrogatus reddere rationem sui dicti.decis.711.num.8.
Testis debet non interrogatus reddere rationem sui dicti etiam in his, quæ sensu corporis percipiuntur, quando in ijs dignoscendis prævalet iudicium intellectus. decis. 711.num.9.
Testis dictum deponentis de tempore per dictionem citra verificatur etiam in vna die ante. decisione 235. numero 3.
Testis habens interesse in causa non meretur fidem. decis. 235.num.3.
Testes singulares sufficiunt, quando agitur de probatione declarationis voluntatis testatoris decis.765.numero 7.
Testis mulier est idonea, quando agitur de probatione voluntatis, & non de solemnitatibus. decis.765.numero 10.

Testes in dubio præsumuntur contestes. decis.772. numero 1.

Testes familiares,& domestici non probant. decis.772.numero 2. Fallit in ijs,quæ occulte fiunt, ibidem numero 2. Fallit secundo, quando nulla culpa imputari potest cum non fuerunt adhibiti alij testes,ibidem numero 2. Fallit tertio vbi adest difficultas probationis ratione temporis, & loci,ibidem num.3.

Testium defectum supplet numerus.decis.772.num.4.Vbi etiam in causa matrimoniali.

Testes domestici etiam in casu,vbi non essent admittendi, faciunt saltem aliquem gradum probationis, & hoc repositum est arbitrio iudicis. decisione 772. numero 5.

Testes etiam non idonei probant concurrentibus coniecturis,& præsumptionibus.decis.772.num 5.

Testis qui de tempore præciso non recordatur præsumitur contestis cum alijs.decis.772.num.6.

Testes dicuntur contestes, vbi vocantur in contestes ab alijs.decis.772.num.6.

Testes sufficit, quod sint contestes in substantia, licet discordent in formalitate verborum, quando ius non stat in verbis. decisione 772.numero 7. Vbi agitur de probando matrimonio,& maxime si non profiteantur referre formalia verba.

Testes examinati absque citatione dicuntur nulliter examinati.decis.443.num.1.

Testium dicta debent coadiuuari, benigne interpretari, & concordari cum alijs probationibus. decisione 774. numero 1. Vbi maxime quando concordant in dicto principali.

Testis contra inducentem dicitur omni exceptione maior, & debet contra eum late interpretari. decisione 774. num.2.

Testium verba impropriantur, vt probationes inter se concordent.decis.774.num.3.

Testis qui non recordatur de anno,dicitur non recordari de tempore.decis.774.num.4.

Testis quando ab initio dixit se non recordari de tempore, quicquid postea dicat circa tempus, attendi non debet. decis.774.num.4.& num.8.

Testis dictum recipit interpretationem a verisimilitudine. decis.774.num.4.

Testis,qui deponit de iudicio suo non probat saltem ad effectum, ne sit contestis cum alijs.decisione 774.nume. 5. Vbi de teste deponente de iudicio suo super tempore.Contra vero,quod quando testis præmittit sensum corporis, & postea circa tempus deponit de iudicio suo probet, ibidem numero quinto. Dic verum ad effectum, vt testis probet, & non vitietur circa factum dispositum per sensum corporis, sed non ad effectum, vt testis probet etiam tempus, de quo deposuit de iudicio suo, ibidem numero 5.

Testis vt non probet sufficit, quod vtatur verbis, quæ possint referri ad simplicem opinationem suam. decis.774. num.5.

Testes digniores alijs præferuntur.decis.238.numero 1.& num.5.

Testis contra inducentem fortius probat.decis.109.numero 5.

Testis vnicus iunctis adminiculis probat.decisione 119.numero 4.

Testis se referens ad articulum,perinde est ac si exprimat omnes qualitates in articulo expressos. decis.371.numero 1.

Testis referens se ad articulum probat si dicat contenta in eo esse vera.decis.371.num.1.

Testes non dicuntur contrarij ex eo,quod vnus plus altero deponat.decis.371.num.2.

Testis si primo affirmet,& postea dicat nescire debet intelligi,quod nesciat alio modo,quam supra expresso.decisione 371.num.5. Vbi quod nihil refert si testis ante,vel post negatiuem affirmauerit.

Testis non informatus non probat.decis.371.num.6.

Testis de credulitate deponens non probat. decis.371. numero 6.

Testis deponens ad sui exoneratiouem non probat. decisione 303.num.3.

Testes super negatiua deponentes debent etiam non interrogati reddere rationem sui dicti. decis.85. numero 10.

Testes deponentes de his,quæ iuris sunt debent reddere causam.decis.39.num.1.

Testis non probat, vbi ex sua depositione potest commodum reportare.decis.54.num.2.

Testis super negatiua deponens debet affirmare se vidisse illum actum ex quo negatiua resultat coarctando negatiuam,quod actus non potuisset fieri,nisi ipse vidisset. decis.54.num.3.

Testes numero plures alijs præferuntur. decisione 83. numero 2.

Testium consanguinitatis defectus suppletur per alios. decis.713.num.2.

Testes vbi sunt nulliter examinati, & eorum dictum est releuans possunt denuo examinari. decisione 720.numero 1.

Testium depositiones,quæ non tenent,pro non receptis haberi debent.decis.720.num.1.

Testis nulliter examinatus potest repeti absque timore subornationis, qui si in secundo examine dicat id, quod in primo cessat timor subornationis,si vero contrarium illius dictum non releuat. decisione 720.numero 1.

Testis qui repeti debet non potest, nec debet dicere in repetitione plus,quam dixerit in primo dicto.decis.720.numero 2.

Testis qui repetitur non debet se referre ad primum examen, sed debet explicite, & per extensum deponere absque relatione, poterit tamen, si voluerit sibi legi, vel ostendi primum examen. decis.720.numero 4.

Testi deponenti de facto proprio plurimum est credendum. decis.320.num.1.

Testis vnicus non probat.decis.615.num.4.

Testes nulliter examinati non probant. decisione 493. num.4.

*Testes deponentes de publica voce, & fama, puritatem probant. decis.* 335. *num.* 2.

*Testes deponentes ita publice dici audiuisse fama censetur probata. decis.* 351. *num.* 1.

*Testes duo deponentes de publica voce, & fama valor benefi cij censetur probatus. decisio.* 351. *num.* 2.

*Testimonialibus literis scriptis a Notario vna cum subscriptione testium credendum est. decis.* 467. *num.* 3.

*Testimonium monachorum in causa professionis alterius monachi propter interesse monasterij est suspectum. decisione* 705. *num.* 4.

*Testificata non dicitur, & Summarium parti non datur non impedit concessionem remissoriæ. decis.* 578. *nu.* 3.

*Thori separatio non cadit sub æstimatione. decisione* 470. *num.* 6.

*Titularis contra pensionarium agentem ad pensionem potest excipere de non iure illius, & pensionarius agens in petitorio tenetur iustificare suam gratiam. decis.* 331. *nu.* 3. *Vbi quod tunc non potest pensionarius dicere titulari sic non habes legitimum titulum.*

*Titularis sola possessio sufficit pro defensione beneficij alioquin nullus esset, qui posset Ecclesiam defendere. decisio.* 331. *num.* 3.

*Titulus vbi deducitur ad non titulum fructus sunt restituendi. decisio.* 1. *num.* 10.

*Titulus acquiritur etiam ex promisione nulla ad effectum, vt possessorio agi possit. decis.* 517. *num.* 4.

*Titulus lucratiuus non est sufficiens ad excludendam prælationem anterioris concessionis. decis.* 664. *nu.* 19.

*Titulus beneficij non pendet a potestate confitentis, sed a potestate Papæ. decis.* 738. *Declara, vt num.* 3.

*Titulus coloratus probatur ex confessione partis. decisione* 542. *num.* 4.

*Titulus non est necessarius in iudicio manutentionis, siue in profanis, siue in beneficialibus. decisione* 287. *numero* 8.

*Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus. decisione* 742. *num.* 3.

*Titulus inualidus, dummodo sit iusto errore causatus sufficit ad præscribendum. decis.* 672. *num* 6.

*Tituli productio tollit præsumptionem alterius tituli. decis.* 285. *num.* 4.

*Tituli inualidi productio operatur, vt non possit alius titulus produci. decis.* 412. *num.* 2.

*Titulus par non dicitur ad impediendum exequutionem literarum Apostolicarum titulus conditionalis, videlicet litera in forma dignum. decis.* 197. *numero* 3. *Fallit quando titulus conditionalis iam fuit purificatus, ibidem num.* 3.

*Titulus par ad impediendam immissionem vigore literarum Apostolicarum dicitur, qui prouenit ex eodem fonte, licet non ex eadem vacatione. decisione* 197. *numero* 4.

*Titulus par, & eiusdem speciei ad effectum, vt ordinarie, & non exequutiue procedatur, dicitur adesse, vbi ambo sunt gratiose subrogati. decis.* 197. *num.* 4.

*Titulus officij potest esse penes vnum, & dominium illius penes alium. decis.* 305. *num.* 6.

*Titulus coloratus probatur ex diuturna possessione. decis.* 208. *num.* 1.

*Titulum inualidum producens præsumitur non habere alium titulum validum. decisione* 310. *numero tertio.*

*Titulum probare non tenetur possessor. decis.* 309. *Declara, vt num.* 4.

*Totum illud dicitur, quod vnum, & continuum est, & propter vt est vnum integrale, & ex partibus integralibus consistens. decis.* 144. *num.* 3.

*Tractantur multa, quæ postea non fiunt. decis.* 677. *nu.* 3.

*Tractus temporis respiciens personam primo vocati in testamento ad aliam personam extendi non debet. decis.* 344. *Declara, vt num* 12.

*Transactio super lite principali, extinguit etiam exceptionem incidentem in ea. decis.* 256. *num.* 1.

*Transactio præiudicat tantum transigentibus, non autem tertio. decis.* 256. *num.* 3.

*Transactio super feudo non nocet agnatis. decis.* 256. *nu.* 6. *Declara, vt num.* 7.

*Transactio non dicitur facta vbi lis non procedit, aut timor litis. decis.* 410. *num.* 13.

*Transactio facta super iure dubio rei Ecclesiæ ligat successores. decis.* 659. *num.* 1.

*Transactio facta super re Ecclesiæ si sit præiudicialis non alligat successores, nisi confirmetur a superiore. decisio.* 659. *num.* 7.

*Transactio super re Ecclesiæ, nisi postea sequatur vtilitas in effectu non censetur vtilis, licet ab initio talis appareret. decis.* 659. *num.* 8.

*Transactio facta a Procuratore non habente speciale mandatum non valet. decis.* 692. *num.* 4.

*Transactio super alimentis intelligitur semper rebus sic stantibus, & non mutatis. decis.* 224. *num.* 3.

*Transactio super alimentis etiam iurata non valet, quando sic transigens obseruando transactionem fame periret. decis.* 224. *num.* 4.

*Transactio debitoris creditoribus non præiudicat. decisione* 460. *num.* 4.

*Transactio rei Ecclesiæ nulla est absque confirmatione Apostolica. decis.* 755. *num.* 2. *Vbi quod saltem est locus pœnitentiæ.*

*Transactio rei Ecclesiæ facta absque consensu Ordinarij nulla est. decis.* 755. *num.* 2.

*Transactio restricta ad certa bona non extenditur ad alia. decis.* 362. *num.* 5.

*Transactio, quamuis generalis non comprehendit ius, quod per transactionem superuenit. decis.* 362. *num.* 5.

*Transactio fit de re dubia. decis.* 534. *num.* 5. & *decis.* 447. *num.* 2. & *decis.* 462. *num.* 9.

*Transactio, & laudum, pari passu ambulant. decisio.* 540. *num.* 4.

*Transactio est exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum. decis.* 447. *num.* 1.

*Transactio nihil aliud est, quam recessus a lite, & actione mota, vel mouenda. decis.* 447. *num.* 1.

*Transactio dicitur quasi transitus ab actione. decisio.* 447. *num.* 1.


*Tran-*

Transactio valida est etiam ex eo, quod imminet litis periculum. decisione 447 num. 2.

Transactionis natura est, vt aliquid vtrinque remittatur. decis. 447. num. 3.

Transactio dicitur fauorabilis, tanquam imponens finem litibus. decisione 715. num. 2.

Transactio vt sustineatur sufficit litem aliquo modo fuisse introductam, immo sufficit etiam suspicio litis futura. decis. 715. num. 5.

Transactio per plures annos obseruata difficilius rescinditur. decis. 715. num. 6.

Transactio ipso iure extinguit lites, processus, & probationes. decis. 414. num. 1.

Transactio nihil aliud est, quam recessus a lite. decis. 414. num. 1.

Transactionis est exceptio finitæ litis, & impedit litis ingressum. decis. 414. num. 2.

Transactio habet vim rei iudicatæ. decis. 414. num. 2.

Transactio vt rescindatur debet attendi causa finalis transactionis. decis. 104. num. 1.

Transactio est valida ex solo timore litis. decisione 104. numero 2.

Transactio de his, quæ in testamento continentur non valet, nisi lecto tenore testamenti. decisione 104. numero 3. Fallit quando dubium est super existentia testamenti, ibidem num. 3.

Transactio potest fieri super omni eo, quod in controuersiam deduci potest. decis. 104. num. 3.

Transactio super vna re non comprehendit aliam. decisione 110. num. 1.

Transactio censetur facta super eo, quod est in lite. decisio. 110. num. 2.

Transactio quantumcumque generalis restringitur ad causam in transactione expressam, & ad id illud super quo erat lis. decis. 110. num 2.

Transiens mater ad secundas nuptias quicquid titulo lucratiuo de bonis primi mariti consequuta est filijs primi matrimonij seruari debet. decis. 283. nu. 1. ad finem.

Translatio pensionis excessiua non sustinetur in præmissa vide hinc inde. decis. 733. num. 10.

Translatio pensionis pro summa permissa non vitiatur ex eo, quod in eadem translatione fuerit declaratum titulares teneri ad soluendum terminos decursos, quia id est separabile, ac diuersum ab ipsa translatione. decis. 733. num. 10.

Transmissio non impeditur, quando pater in vita fuit impeditus dare de nullitate. decis. 662 num. 9.

Transportata non integre non dicuntur acta ex verbis omissis alijs, &c. quia illa apponuntur de stylo Notariorum, ad subintelligendas clausulas ordinarias. decisio. 145. num. 4.

Transumptatio vt fieri possit, est necessaria causa puta corrosio chartæ, & similia. decis. 703. num. 1.

Transumptatio instrumenti lite pendente non potest fieri absque decreto iudicis, coram quo causa pendet. decisio. 258. num. 1.

Trebellianica non detrahitur de fideicommisso particulari. decis. 575. num. 2. & decis. 182. num. 2.

Trebellianica censetur prohibita, quando testator prohibuit alienationem eo, quia voluit bona sua deuenire, & perpetuo transire ad descendentes masculos. decisio. 575. num. 3. Vbi præsertim, quando est facta prohibitio alienandi rem aliquam particularem fauore familiæ.

Trebellianicam etiam detrahit filius grauatus vltra legitimam. decis. 259. num. 4.

Trebellianica potest prohiberi, etiam in filijs primi gradus. decis. 259. num. 4.

Trebellianicæ prohibitio non requiritur in iudicio, sed sufficit, quod ex verbis generalibus colligi possit. decisione 259. num. 5.

Trebellianica censetur prohibita, quando testator voluit bona sua restitui pleno iure, si cum dictis verbis alia concurrant, denotantia testatorem voluisse omnia bona sua restitui. decis. 259. num. 5.

Trebellianica censetur prohibita, vbi testator voluit bona sua restitui sine diminutione. decisione 259. numero quinto.

Trebellianica non potest detrahi in vna re, sed in singulis rebus hæreditarijs. decis. 215. num. 3. Dic procedere quoties res inueniuntur penes grauatum, secus quando detractio quartæ est facta, ibidem num. 3.

Trebellianica non debetur, nec potest detrahi, antequam euenerit casus fideicommissi. decis. 215. num. 5. Declara, & distingue, vt num. 6.

Trebellianica censetur prohibita per prohibitionem alienationis, etiam in minima parte bonorum. decis. 155. nu. 1. Vbi idem in Falcidia.

Trebellianica, & Falcidia prohibita non censetur, nisi expresse prohibita reperiatur, quod an verum sit. decisione 155. num. 2.

Trebellianica potest prohiberi etiam filijs primi gradus. decis. 155. num. 3.

Trebellianica numquid censeatur prohibita per prohibitionem alienationis extra familiam. decisione 155. numero 4.

Trebellianica numquid censeatur prohibita, quando testator voluit fideicommissarium succedere, in tota, & integra eius hæreditate. decis. 373. num. 6.

Trebellianica detrahi non potest de fideicommisso ad pias causas. decisione 373. Declara, vt numero septimo.

Triennalis possessor vt quis dicatur, quæ requirantur. decis. 531. num. 4. in fine.

Triennalis possessio inducit præsumptionem alterius tituli validi, vbi apparet de titulo inualido. decis. 49. numero 5.

Triennalis possessio facit præsumi titulum. decis. 71. numero 1.

Triticum, seu frumentum post triennium durare non præsumitur, sed bene præsumitur consumptum. decis. 433. num. 5.

Tunc, dictio denotat temporis extremitatem. decis. 144. numero 7. Aliquando tamen diuersimode in iure accipitur. ibidem, num. 8.

Tunc, dictio aliquando refertur ad causam. decis. 144. nu. 9. Vbi maxime si addita est dictio demum.

*Turbida exceptio non admittitur in iudicio manutētionis. decis.698.num.3.*

*Tutelę administratę reddita semel ratione non est amplius reddenda.decis.184.num.1.*

*Tutela data in testamento expirat hereditate non adita. decis.307.num.5.*

*Tutela vnius filij non infert ad tutelam alterius. decisione 307.num.5.*

*Tutor denegando alimenta pupillo potest suspectus allegari si ad illa praestanda citatus non compareat, & sui copiam non faciat.decisione 468.num. 1.*

*Tutor omittens describere in inuentario aliquas partitas non est in dolo, si quam primum de illis notitiam habuit eas descripserit.decis.468.num.2.*

*Tutor non tenetur describere in inuentario, nisi res hereditarias.decis.468.nu.3.*

*Tutores, & curatores recipientes residuum pretij rei subhastatę, & dantes cautionem de euictione ad fauorem emptoris inducunt ratificationem venditionis, quę alios forsan esset nulla ob non seruatas solennitates statuti. decis.545.num.7.*

*Tutor, vel curator realiter tradentes ex causa rem pupilli, vel minoris saltem in ipsum accipientem transferūt possessionem.decis.545.num.7.*

*Tutoris, vel curatoris ratificatio in alienatione rei minoris, seu pupilli etiam sine solennitate statuti sufficit, quādo est ex causa necessaria.decisio.545.num.8.*

*Tutor, & curator possunt consentire subhastationi pignoris sine solennitate statuti, quando sunt capta iussu praetoris.decis.545.num.8.*

